UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Primus Tomus de Examine Confessariorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

Visual Library

EXAMINIS CONFESSARIORUM

TOMUS PRIMUS,

Complectens Conscientiam, Leges, Instructionem S. Pœnitentiariæ, Præcepta Decalogi, Ecclesiæ, Sacramenta, Censuras, Pœnas, in quibus plura de Monialibus, Et Propositiones ab Alexandro VII. Innocentio XI. & Alexandro VIII. damnatas.

Quæ prius hìc (tanquam totius Operis Speculum ad labes delendas) afferuntur. Deinde in propriis locis trium Tomorum rejectæ citantur.

Quorum locorum Indicem habes in fine Tomi Tertii.

1 PROPOSITIONES 45. AB ALEX. VII. DAMNATÆ.

Feria V. die 24. Septembris 1665.

In Congreg. Gener. S. Rom. & Univ. Inquis. habita in Palatio Apostol. Montis Quirinalis coram SS. D. N. Alexandro Divina Provid. Papa VII. &c.

SAnctissimus D. N. audivit, non sine magno animi sui mœrore, complures opiniones Christianæ disciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum resuscitari, partim noviter prodire: & summam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in *dies magis excrescere, per quam in rebus ad conscientiam pertinentibus modus opinandi irrepsit alienus omninò ab Evãgelica simplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem si pro recta regula fideles in praxi sequerentur, ingens eruptura esset Christianæ vitæ corruptela. Quare, ne ullo unquam tempore viam salutis quam suprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam esse desinvit, in animarum perniciem dilatari, seu verius perverti contingeret, idem Sanctiss. D. N. ut oves sibi creditas ab ejusmodi spatiosa, lataque, per quam itur ad perditionem, via, pro pastorali sollicitudine in*

rectam semitam evocaret, earundem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, deinde Eminentiss. & Reverendiss. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Gener. Inquisit. serio commisit: Qui tantum negotium strenuè aggressi, eique sedulo incumbentes, & maturè discussis usque ad hanc diem infrascriptis propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati Suæ singillatim exposuerunt.

1 Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.

2 Vir equestris ad duellum provocatus, potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.

3 Sententia asserens, Bullam Cœnæ solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Junii in Concistorio Sacr. Congreg. Eminentiss. Card. visa, & tolerata est.

4 Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscumque sæculares ab hæresi occulta: & ab excommunicatione propter eam incursa.

5 Quamvis evidenter tibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis.

6 Confessarius, qui in Sacramentali confessione tribuit Pœnitenti chartam posteà legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur solicitasse in Confessione: ac proinde non est denunciandus.

7 Modus evadendi obligationem denunciandæ solicitationis est: Si solicitatus confiteatur cum solicitante, hic potest ipsum absolvere absque onere denunciandi.

8 Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem? idque post Decretum Urbani VIII.

9 Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minore stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.

10 Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre: Neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam, promissione etiam juramento firmata, dum stipendium, quòd pro nullo alio offeram.

11 Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti Confessione exprimere.

12 Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.

13 Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.

14 Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.

15 Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.

16 Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.

17 Est licitum Religioso, vel Clerico, calumniatorem, gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publicè, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur.

18 Licet interficere falsum accusatorem, falsos

falsos Testes, ac etiam Judicem, à quo iniqua certo imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.

19 Non peccat maritus occidens propria authoritate uxorem in adulterio deprehensam.

20 Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eò quòd sit pœna.

21 Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si Officium per alium recitet.

22 Non est contra justitiam, Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa beneficia Ecclesiastica pecunia interveniente, non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

23 Frãgens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, putà quia non vult se subjicere præcepto.

24 Mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ? ideoque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem.

25 Qui habuit copula cum soluta, satisfacit confessionis præcepto, dicens: commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.

26 Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.

27 Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet, rejectam esse à Sede Apostolica tamquam improbabilem.

28 Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.

Quibus peractis, dum similium Propositionum examini cura, & studium impenditur, interea idem Sanctiss. re maturè considerata statuit, & decrevit, praditas Propositiones, & unamquamque ipsarum ut minimum, tanquam scandalosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet: Ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Roman. Pontif. absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam specialis, & specialissima nota dignis, ne praditas opiniones, aut aliquam ipsarum, ad praxim deducant.

Jo: Lupus S. Rom. & Univers. Inquis. Notar. &c.

Loco † Sigilli

Præmissum Decretum fuit publicatum 2. Octobris 1665.

Feria V. die 18. Martii 1666.

In Congr. Gener. S. Rom. & Univ. Inquisit. habita in Palatio Apost. Montis Quirinalis coram SS. D. N. Alexandrum Divina Provid. Papa VII. &c.

SAnctissimus D. N. post latum Decretum die 24. Septembris proximè elapsi, quo viginti octo Propositiones damnatæ fuerunt examinatis sedulò, & accuratè usque ad hanc diem infrascriptis aliis, quadragesimumquintum numerum implentibus per plures in Sacra Theologia Magistros, ac per Eminentissimos, & Reveren-

dissimos DD. Cardinales, adversùs hæreticam pravitatem Generales Inquisitores, eorum suffragia singillatim super unaquaque ipsarum audivit.

Propositio 29 In die jejunii, qui sæpiùs modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.

30 Omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii? nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.

31 Excusantur absolutè à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumq; iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant.

32 Non est evidens, quòd consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.

33 Restitutio fructûm ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas anteà beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.

34 In die Palmarum recitans Officium Paschale, satisfacit præcepto.

35 Unico Officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino.

36 Regulares possunt in foro conscientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum.

37 Indulgentiæ concessæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodie sunt revalidatæ.

38 Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimùm, est consilium, non præceptum.

39 Illa particula, *quamprimùm*, intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.

40 Est probabilis opinio, quæ dicit, esse tantùm veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso periculo consensus ulteriotis, & pollutionis.

41 Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgò, *regalo*, dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tœdio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficile inveniretur.

42 Licitum est mutuanti aliquid ultrà sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.

43 Annuum legatum pro anima relictum, non durat plus, quàm per decem annos.

44 Quo ad forum conscientiæ, reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessant censuræ.

45 Libri prohibiti, donec expurgentur, possunt retineri, usque dum adhibita diligentia corrigantur.

Quibus maturè pensatis, idem Sanctissimus statuit, ac decrevit, prædictas Propositiones, & unamquamque ipsarum, ut minimum, tanquam scandalosas esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, ac prohibet. Ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, ac status, etiam specialis, & specialissimæ notæ dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Jo: Lupus S. Rom. & Universf. Inquis. Not.

Loco

Loco † Sigilli.

Præmissum Decretum fuit publicatum 13. *Martii* 1666.

1. PROPOSITIONES 65. AB INNOC. XI. DAMNATÆ.

Feria V. die 2. *Martii* 1679.

In Gener. Congr. S. Rom. & Univ. Inquis. habita in Palatio Apost. Vaticano coram SS. D. N. Innoc. Divina Prov. Papa XI. &c.

Sanctissimus D. N. Innocentius Papa XI. prædictus ovium sibi à Deo creditarum saluti sedulo incumbens, & salubre opus in segregandis noxiis doctrinarum pascuis ab innoxiis à fel. record. Alexandro VII. Prædecessore suo inchoatum, prosequi volens, plurimas propositiones, partim ex diversis, vel libris, vel thesibus, seu scriptis excerptas, & partim noviter adinventas, Theologorum plurimum examini, & deinde Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis Cardinalibus, contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, subjecit. Quibus propositionibus, sedulo, & accuratè saepius discussis, eorumdem Eminentissimorum Cardinalium, & Theologorum votis per Sanctitatem Suam auditis: Idem sanctissimus D. N. re postea maturè considerata, statuit, & decrevit pro nunc sequentes propositiones, & unamquamque ipsarum, sicut jacent, ut minimum tamquam scandalosas, & in praxi perniciosas, esse damnandas, & prohibendas, sicuti eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas Sua per hoc Decretum alias propositiones in ipso non expressas, & Sanctitati Suæ quomodolibet, & ex quacumque parte exhibitas, vel exhibendas ullatenus approbare.

1 Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

2 Probabiliter existimo, Judicem posse judicare juxtà opinionem etiam minùs probabilem.

3 Generatim, dum probabilitate, sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

4 Ab infidelitate excusabitur Infidelis, non credens, ductus opinione minùs probabili.

5 An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantùm in vita eliceret, condemnare non audemus.

6 Probabile est, ne singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare præceptum charitatis erga Deum.

7 Tunc solùm obligat, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, qua justificari possumus.

8 Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum, modò non obsit valetudini, quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.

9 Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitùs caret culpa, ac defectu veniali.

10 Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

11 Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.

12 Vix in Sæcularibus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantùm ex superfluo statui.

13 Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare; non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod

temporale emolumentum.

14 Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirùm ei obventura est pinguis hæreditas.

15 Licitum est filio gaudere de parricidio parentis, à se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias indè ex hæreditate consecutas.

16 Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.

17 Satis est, actum fidei semel in vita elicere.

18 Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum, consulo, tacere, ut peccaminosum per se, non damno.

19 Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.

20 Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebeat supernaturalem.

21 Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem, stat cum notitia solùm probabili revelationis; imò cum formidine, qua quis formidet, ne non sit locutus Deus.

22 Nonnisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita remuneratoris.

23 Fides latè dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo, ad justificationem sufficit.

24 Vocare Deum in testem mendacii levis non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

25 Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive, gravis.

26 Si quis, vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria spontè, sive recreationis causa, sive quocumque alio fine juret, se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum; reverà non mentitur, nec est perjurus.

27 Causa justa utendi his amphibologiis est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

28 Qui mediante commendatione, vel munere, ad Magistratum, vel Officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

29 Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.

30 Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nititur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

31 Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.

32 Non solùm licitum est defendere defensione offensiva, quæ actu possidemus; sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.

33 Licitum est tam hæredi, quàm legatario contra injustè impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere, sicut & jus habenti in Cathedram, vel Præbendam, contra eorum possessionem injustè impedientem.

34 Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.

35 Videtur

35 Videtur probabile, omnem fœtum, quamdiu in utero est, carere anima rationali, & tunc primùm incipere eamdem habere, cum paritur, ac consequenter dicendum erit in nullo abortu homicidium committi.

36 Permissum est furari, non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

37 Famuli, & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

38 Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.

39 Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem illius damni illati.

40 Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis prævio inito, cum intentione lucri.

41 Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem, quàm futuram, potest creditor aliquid ultrà sortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab usura excusari.

42 Usura non est, dum ultrà sortem aliquid exigitur, tamquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solùm si exigatur tamquam ex justitia debitum.

43 Quid nonnisi veniale sit, detrahentis auctoritatem magnam, sibi noxiam, falso crimine elidere?

44 Probabile est, non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, suam justitiam, & honorem defendat. Etsi hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

45 Dare temporale pro spirituali, non est simonia, quando temporale non datur tamquam pretium, sed dumtaxat tamquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solùm gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra.

46 Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale; imò etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur, quàm res spiritualis.

47 Cum dixit Concilium Tridētinum: *Eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles, ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent*; Concilium, vel primò videtur per hoc digniores, non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo, vel secundò locutione minùs propria ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertiò, quando sit concursus.

48 Tam clarum videtur, fornicationem secundùm se nullam involvere malitiam, & solùm esse malam, quia interdicta, ut contrarium omnino rationi dissonum videatur.

49 Mollities jure naturæ prohibita non est. Unde si Deus eam non interdixisset, sæpè esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.

50 Copula cùm conjugata, consentiente marito non est adulterium; adeòque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.

51 Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandum virginem, & multoties eidem subservit, deferendo scalam, aperiendo januā, aut quid simile cooperando; non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, putà ne à domino malè tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.

52 Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, sepositò scandalo, si absit contemptus.

53 Satis-

53 Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, imò quatuor simul à diversis Celebrantibus audit.

54 Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad seminorem.

55 Præcepto Communionis annuæ satisfit per sacrilegium Domini manducationem.

56 Frequens Confessio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.

57 Probabile est, sufficere attritionem naturalem, modò honestam.

58 Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.

59 Licet sacramentaliter absolvere dimidiatè tantùm confessos ratione magni concursus Pœnitentium, qualis v. g. potest contingere in die magnæ alicujus Festivitatis, aut Indulgentiæ.

60 Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio; dummodò ore proferat, se dolere, & proponere emendationem.

61 Potest aliquando absolvi, qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quinimò directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.

62 Proxima occasio peccandi non est fugienda, quando causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit.

63 Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali, nostro, vel proximi.

64 Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia Mysteriorum Fidei, & etiamsi per negligentiam, etiam culpabilem, nesciat Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi

65 Sufficit illa Mysteria semel credidisse.

Quicumque autem cujusvis conditionis, status, & dignitatis, illas, vel illorum aliquam conjunctim, vel divisim defenderit, vel ediderit, vel de eis disputative, publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem latæ sententiæ, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nisi pro tempore existente Romano Pontifice absolvi.

Insuper districtè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus, cujuscumque conditionis dignitatis, & status, etiam specialis, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.

Tandem, ut ab injuriosis contentionibus Doctores, seu Scholastici, aut alii quicumque imposterum se abstineant, & ut paci & charitati consulatur, idem Sanctissimus in virtute sanctæ Obedientiæ eis præcipit, ut tam in libris imprimendis, ac manuscriptis, quàm in Thesibus, Disputationibus, ac Prædicationibus caveant ab omni censura, & nota, necnon à quibuscumque convitiis contra eas propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à Sancta Sede recognitæ super iisdem propositionibus judicium proferatur.

Franciscus Riccardus S. Rom. & Univers. Inquis. Not.

Loco † Sigilli.

Præmissum Decretum fuit publicatum 4. Martii 1679.

3. PROPOSITIONES DUÆ DE PECCATO PHILOSOPHICO AB ALEX. VIII. DAMNATÆ.

Feria V. die 21. Augusti 1600.

In Congreg. Gen. S. Rom. & Univ. Inquis. habita

hita in Palatio Apostol. Montis Quirinalis coram SS. D. N. Alexandro Divina Provid. Papa VIII. &c.

Sanctissimus D. N. Alexander Papa VIII. non sine magno animi sui mœrore audivit duas Theses, seu Propositiones, unam damnò, & in maximam fidelium perniciem suscitari, alteram de novo erumpere: Et cùm sui Pastoralis Officii munus sit, Oves sibi creditas è noxiis pascuis avertere, & ad salutaria semper dirigere, dictarum Thesium, sive Propositionem examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deindè Eminentissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus, sedulò commisit, qui pluries re maturè discussa infrascriptis Thesibus, seu Propositionibus super unaquaq; ipsarū sua suffragia Sanctitati Suæ singillatim exposuerunt.

1 Bonitas objectiva constitit in convenientia objecti cùm natura rationali: Formalis verò in conformitate actus cùm regula morum. Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè. Hunc homo non tenetur amare, neque in principio, neque in decursu vitæ suæ mortalis.

2 Peccatum philosophicum, seu morale est actus humanus disconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi. Theologicum verò, & mortale, est transgressio libera Divinæ legis. Philosophicum quantumvis grave in illo, qui Deum, vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam, Dei neque æterna pœna dignum.

Quibus peractis, Sanctissimus omnibus plene, & maturè consideratis, primam Thesem, seu Propositionem declaravit hæreticam, & utitalem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet sub censuris, & pœnis contra Hæreticos & eorum fautores in jure expressis.

Secundam Thesem, seu Propositionem declaravit scandalosam, temerariam, piarum aurium offensivam, & erroneam, & utitalem damnandam, & prohibendam esse, sicuti damnat, & prohibet, itaut quicumque illam docuerit, defenderit, ediderit, aut de ea etiam disputativè, publicè seu privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam Dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolvi. Insuper districtè in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub interminatione Divini judicii prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscumque conditionis, Dignitatis ac Status, etiam specialis, & specialissima notæ dignis, ne prædictam Thesem, seu propositionem ad praxim deducant.

Loco † Sigilli.

Alexander Speronus S. Rom. & Univers. Inquis. Notar.

Præmissum Decretum fuit publicatum 24. Augusti 1690.

4. PROPOSITIONES 31. AB ALEX. VIII. DAMNATÆ.

Feria V. die 7. Decembris 1690.

In Congreg. Gener. S. Rom. & Univ. Inquis. habita in Palatio Apostol. Montis Quirinalis coram SS. D. N. Alexandro Divina Provid. Papa VIII. &c.

Sanctissimus D. N. Alexander Divina Provid. Papa VIII. prædictus: Pro Pastorali curæ Ovium à Christo Domino sibi commissa, de earum salute solicitus, ut inoffenso gradu per rectas sensuas possint incedere, & pascua nimiū perniciosa in pravis doctrinis exhibita vitare, unius supra triginta Propositionum examen pluribus in Sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis, ac Reverendissimis DD. Cardinalibus contra Hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus commisit, qui

qui tantum negotium diligenter aggressi, eique sedulò, ac pluries incumbentes, super unaquaq; ipsarum sua suffragia Sanctitati Suæ singillatim detulerunt.

1 In statu naturæ lapsæ ad peccatum formale, & demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua peccato originali, & libertate Adami peccantis.

2 Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturæ, hæc in statu naturæ lapsæ operantem ex ipsa non excusat à peccato formali.

3 Non licet sequi opinionem vel inter probabiles probabilissimam.

4 Dedit semetipsum pro nobis oblationem Deo, non pro solis Electis, sed pro omnibus, & solis Fidelibus.

5 Pagani, Judæi, Hæretici, aliique hujus generis, nullum omninò accipiunt à Jesu Christo influxum; adeòque hinc recte inferes in illis esse voluntatem nudam, & inermem, sine omni gratia sufficienti.

6 Gratia sufficiens statui nostro, non tam utilis, quàm pernicioſa est, sic ut proindè meritò possimus petere: A gratia sufficienti: *Libera nos Domine.*

7 Omnis humana actio deliberata, est Dei dilectio, vel mundi; si Dei, Charitas Patris est, si mundi, concupiscentia carnis, hoc est, mala est.

8 Necesse est, infidelem in omni opere peccare.

9 Reverà peccat, qui odio habet peccatum merè ob ejus turpitudinem, & disconvenientiam cum natura rationali, sine ullo ad Deum offensum respectu.

10 Intentio, qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, merè ut cœlestem obtineat gloriam, non est recta, nec Deo placens.

11 Omne, quod non est ex Fide Christiana supernaturali, quæ per dilectionem operatur, peccatum est.

12 Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam Fides, & etiamsi videantur credere, non est Fides Divina, sed humana.

13 Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si caruerit, vitio non caret, quoties intuitu licèt beatitudinis operatur.

14 Timor gehennæ non est supernaturalis.

15 Attritio, quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur, sine dilectione benevolentiæ Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.

16 Ordinem præmittendi satisfactionem absolutioni, induxit, non politia, aut institutio Ecclesiæ, sed ipsa Christi lex, & præscriptio naturæ rei id ipsum quodammodò dictantis.

17 Per illam praxim mox absolvendi, ordo pœnitentiæ est inversus.

18 Consuetudo moderna quoad administrationem Sacramenti Pœnitentiæ, etiamsi eam plurimorum hominũ sustentet auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominùs ab Ecclesia non habetur pro usu, sed abusu.

19 Homo debet agere tota vita pœnitentiam pro peccato orginali.

20 Confessiones apud Religiosos factæ, pleræque vel sacrilegæ sunt, vel invalidæ.

21 Parochianus potest suspicari de Mendicantibus, qui eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, seu satisfactione, ob quæstum, seu lucrum subsidii temporalis.

22 Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad Communionem percipiendam præcendũt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.

23 Similiter arcendi sunt à Sacra Communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.

24 Obla-

24 Oblatio in Templo, quæ fiebat á Beata M. V. in die Purificationis suæ per duos pullos Columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccatis, sufficienter testatur, quòd indiguerit purificatione, & quòd filius, qui offerebatur, etiam macula Matris maculatus esset, secundùm verba legis.

25 Dei Patris sedentis Simulacrum nefas est Christiano in Templo collocare.

26 Latus, quæ defertur Mariæ, ut Mariæ, rata est.

27 Valuit aliquando Baptismus sub hac forma collatus: *In nomine Patris, &c.* prætermissis illis; *Ego te baptizo.*

28 Valet Baptismus collatus à Ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observat, intùs verò in corde suo apud se resolvit: *Non intendo facere, quod facit Ecclesia.*

29 Futilis, & toties convulsa est assertio de Pontificis Romani supra Concilium Oecumenicum auctoritate, atque in fidei quæstionibus decernendis infallibilitate.

30 Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clarè fundatam, illam absolutè potest tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam.

31 Bulla Urbani VIII. *In eminenti*, est subreptitia.

Quibus maturè consideratis, idem Sanctissimus statuit, decrevit, 31. supradictas Propositiones tanquam temerarias, scandalosas, malè sonantes, injuriosas, Hæresi proximas, Hæresim sapientes, erroneas, schismaticas, & hæreticas respectivè, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat, & prohibet, ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam Dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice, absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ Obedientiæ & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi fidelibus cujuscumque conditionis, dignitatis, & status, etiam specialis, & specialissima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipsarum, ad praxim deducant.

Non intendit tamen Sanctitas Sua per hoc decretum alias Propositiones in majori numero ultrà supradictas 31. jam exhibitas, & in hoc Decreto non expressas, approbare.

Alexander Speronus S. Rom. & Univers. Inquis.

Loco † Sigilli.

Præmissum Decretum fuit publicatum 20. Decembris 1690.

PARS PRIMA

De Regula actuum humanorum.

CAPUT I.

DE CONSCIENTIA.

Regula interna actuum humanorum.

5 COnscientia *est dictamen, seu judicium rationis, quo quis judicat aliquid hic, & nunc esse licitum, vel illicitum, ac proinde hic, & nunc agendum, vel omittendum, ex præcepto, vel consilio.* A synderesi differt, quia synderesis judicat de principiis moralibus, universalibus, conscientia verò de conclusionibus particularibus ex illis deductis.

Intellectus enim noster practicus actiones nostras in genere moris dirigit per hunc, & similes syllogismos, v. g. *Tempore Quadragesimæ, qui est sub talibus circumstantiis, ut habeat necessitatem carnis, non tenetur abstinere à carnibus; sed hodie, quo est tempus quadragesimæ, ego sum sub talibus circumstantiis, puta indispositionibus, &c. ut habeam necessitatem carnis; ergo non teneor hodie abstinere à carnibus*: in quo, & simili syllogismo majorem universalem format synderesis, seu ethica; minorem verò particularem, & conclusionem efformat conscientia, seu prudentia: in qua minori efformanda, nempè quòd hìc, & nunc habeam necessitatem carnis, diversa imò major difficultas habetur, ita ut sæpè viri doctissimi, qui faciliter judicant de majori, nesciant se determinare ad minorem, quia pendet ex variis considerationibus, & circumstantiis particularibus, quæ haud ita faciliter discernuntur ab omnibus.

6 Ex quo fit, quòd quamvis in universali judices esse in quadragesima jejunandum, si tamen in particulari judices hìc, & nunc, & sub talibus circumstantiis, non esse à te jejunandum, non jejunando, non peccas, quia licèt agas contra prius judicium, non agis contra posterius, in quo propriè conscientia consistit.

7 Conscientia igitur est intrinseca, & proxima regula, juxta quam suas actiones homo dirigere tenetur, à qua proximè derivatur in actum moralitas, bonitas nempè, aut malitia; lex verò externa est regula remota, in quantum est radix, unde oritur bonitas, aut malitia objecti; quia tamen non transfundit in actum bonitatem, aut malitiam, nisi ut est in conscientia, & ab ea proponitur voluntati, ideo conscientia est regula proxima, cui si actus cõformentur, sunt boni, si difformentur, mali.

Hinc non rarò contingit, ut actus sit bonus, & objectum in se malum, & è converso; unde si quis ex invincibili ignorantia judicare, licitum esse furtum ad faciendam eleemosynam pauperi graviter indigenti, furando non peccaret, quamvis ejus objectum sit in se malum: quia actus non specificatur ab objecto, ut est in se, sed ut à conscientiæ dictamine voluntati proponitur.

Conscientia dividitur in rectam, erroneam, dubiam, probabilem, & scrupulosam.

CONSCIENTIA RECTA.

8 SEu certa, *est quæ judicat objectum esse honestum, vel turpe, præceptum, vel prohibitum, sicut revera est, absq; formidine de opposito*: ut cum judicas, ex nulla causa licitum esse mendacium.

CON-

CONSCIENTIA ERRONEA.

9 Et, *quæ ex principio certè falso falsam conclusionem deducit; seu, quæ dictat aliquid esse faciendum, vel non faciendum, quod revera non est tale, absque motivo probabili*: ut cum quis judicat licitum esse mentiri ad reparandum damnum alterius, & inde concludit, hic, & nunc sibi licere mentiri ad reparandum damnum sui filii.

10 Conscientia erronea ex ignorantia invincibili obligat ad actum dictatum, non obstante, quòd objectum sit revera malum; unde excusat à peccato, imò peccas, si ei non conformeris; quia ex *n.* 7. Conscientia est regula proxima, secundum quam actus nostri regulati debent, eique conformari, ut sint boni; unde quod est contra conscientiam, peccatum est; juxta illud Apost. ad Rom. 14. *Omne, quod non est ex fide, peccatum est.* Hinc conscientia erronea dicitur recta, non simpliciter, sed secundum quid, nempe in ordine ad nos.

11 Qui peccat ex conscientia erronea, peccat peccato ejusdem speciei, & qualitatis, quam intellectus judicat; quia objectum specificat actum, prout hic, & nunc ab intellectu proponitur. Unde, qui habet rem cum libera, putans eam conjugatam, adulterium committit.

12 Et licèt sufficiat in confessione dicere; *Adulterium commisi*, absque eo quòd exprimat id fuisse ex errore, consultius est, si aperiat.

13 Conscientia erronea ex ignorantia vincibili non obligat voluntatem, nec ad operandum, nec ad non operandum, sed ad errorem deponendum; ita ut sive juxta eam, sive contra eam agas, peccas; graviùs tamen, si contra; quia quando ante consensum tibi occurrit expressa dubietas, aut prudens suspicio erroris, cum possis liberè vincere errorem, illumque deponere, vel attentiùs rem considerando, vel consilium quærendo à viro putato docto (ut supponitur) si non deponas, te exponis periculo peccandi; & indè peccas, tam si juxta, quam si contra conscientiam agas. De Ignorantia satis dictum est in *tom.* 2. *n.* 375.

14 Diligentia ad ignorantiam vincendam, & ad nostras obligationes investigandas, non debet esse omnis possibilis, quia sic totam Civitatem quis circuire deberet, quod est valdè durum humanæ conditioni; sed facienda est more humano, & remittenda judicio prudenti hìc & nunc, & juxta qualitatem materiæ: major enim diligentia est adhibenda in iis, quæ sunt juris naturalis, quàm positivi; major, ubi adest damnum tertii, quàm ubi non adest major, dum de vita, quàm dum de bonis agitur. Et universaliter ad illam diligentiam tenemur, quæ sufficit ad formandum judicium probabile de re, quam inquirimus juxta dicenda de conscientia ptobabili à *n.* 60.

15 Hinc, si dubitas, an hodie sit jejunandum, non teneris adire Episcopum, aut Parochum; sed sufficit, si interroges concionatorem, aut virum probum, qui prudenter existimetur, quòd sciat. Si dubitas, an hoc sit peccatum, requiritur, quòd interroges virum doctum in morali versatum. Si dubium sit in fide, requiritur, quòd consulas virum doctiorem, & in Theologia peritum aut Parochum.

16 Quòd si hìc & nunc reperiatis sub talibus circumstantiis, ut immineat executio, aut omissio operis, quam conscientia dictat, & tu non possis conscientiam deponere, in quantum non adest, quem consulas; tunc ignorantia redditur invincibilis, quoniam hìc, & nunc eam superare non vales. Unde talem conscientiam sequi teneris, & non peccas, quia est conscientia invincibiliter erronea. Et ex D. August. *lib.* 3. *de lib. arbit. cap.* 19. *Non tibi deputatur ad culpam quod invitus ignoras, sed quod negligis quærere, quod ignoras. v. n.* 10. & 33.

CONSCIENTIA DUBIA,

17 SEu dubiũ, *est suspensio intellectus circa utramq; partẽ contradictionis*: & tunc habetur, quando intellectus pendet in æquilibrio, in neutram partem potiùs inclinans, saltem notabiliter, etiam si aliqualiter leviter conjecturet sine probabili ratione de altera earum.

18 Ab opinione differt, quia dubitans ad neutram partem se determinat, sed anceps manet, & suspensus; opinans verò determinatè uni parti assentitur.

19 Dubium est duplex, negativum scilicet, & positivum. Negativum, *est suspensio intellectus ex defectu motivi, & rationis, circa utramq; partem contradictionis.* Sic rusticus dubitat, an hodie debeat jejunare ex sola ignorantia, qua nescit, an sit, vel non sit præceptum. Positivum *est, cum intellectus consideratis rationibus, & motivis, sive levibus, sive probabilibus, pro utraque parte contradictionis, manet in æquilibrio, & suspensus, ad neutram partem se determinans.*

20 Ex quo tria colliges, 1. quòd si rationes leves sint pro utraque parte contradictionis, dubium est positivum; quia ex motivis positivis. Imò rationes leves fortius causant dubium, quàm probabiles. Si verò ratio levis sit pro una solùm parte, dubium est negativum, & ratio est contemnenda pro ea parte, pro qua stat, quia dubium debet esse prudens.

21 Secundò, quòd dubium ab opinione differt, non quia opinio habet rationes probabiles pro utraque parte, sed quia est judicium, & assensus determinatus ad alteram partem, licèt cum formidine de oppositò: dubium verò dicit suspensionem assensus, & judicii determinati ad alteram partem; nam sæpè, licèt sint rationes probabiles pro utraque parte, intellectus inexpertus nescit prudenter se determinare ad alteram partem sed manet dubius, & suspensus; hinc stat dubium cum motivis probabilibus pro utraque parte, quæ in intellectu experti, & prudentis sufficerent ad formandum judicium determinatum opinativum, seu probabile.

22 Tertiò, quòd ad dubium tria requiruntur, 1. suspensio judicii in utramque partem, 2. cogitatio de utraque parte contradictionis, 3. quòd suspensio sit ex defectu motivi actu determinantis ad alteram partem. Hinc, si quis non cogitet de utraque parte contradictionis, tunc non erit dubium, sed distractio, aut oblivio, de qua non curamus.

23 Item dubium est duplex, juris, & facti. Dubium juris est dubium de lege, seu obligatione, ut cum dubitas, an hodie urgeat præceptum audiendi sacrum, vel non. Dubium facti est, cum dubitas, an aliquod opus sit factum, vel omissum, ut cum dubitas, an confessus sis peccatum, quod commisisti, vel non. An horas recitaveris, vel non.

24 Denique dubium aliud est speculativum, aliud practicum: speculativum est, quando dubitas de malitia, aut bonitate objecti, seu actus in genere; ut cum dubitas, an hodie sit præceptum audiendi sacrum: An res, quam possides, sit tua, &c. practicum est, quando dubitas de malitia, aut bonitate actionis hìc & nunc exercendæ: ut cum dubitas, an hodie excuseris ab auditione sacri: An hìc, & nunc tenearis rem restituere.

25 Qui operatur cum conscientia speculativè dubia, non peccat, si practicè judicet opus illud esse hìc & nunc sibi licitum, quia conscientia practica est regula proxima: *v. num. 5.*

26 Qui verò operatur cum conscientia practicè dubia, peccat peccato ejusdem qualitatis, & speciei cum eo de quo dubitat; quia se exponit periculo peccandi eo peccato, cum non habeat judicium determinatum de honestate sui actus: *v. n. 11.*

27 Hinc

27 Hinc debet suam actionem suspendere, donec re maturè, sed humano more examinata, dubium prudenter deponat, formando judicium determinatum de honestate actionis: *v. n. 77. 14. & 15.*

28 Dubium autem deponi debet prudenter, & rationabiliter, & non sufficit, si leviter ex solo voluntatis imperio; unde motivum esse debet rationabile, & prudens, sufficiens ad formandum judicium prudens.

29 Hic valdè juvat attendere ad regulas juris communis, præsertim ad duas: *In dubiis tutior pars est eligenda: In dubiis melior est conditio possidentis.* Quæ regulæ non sunt oppositæ, nam si superveniat dubium, an res, quam bona fide possides, sit alterius, tunc, si facta diligentia, non certè tibi constet esse alterius, sed adhuc maneas dubius, tutius est, ut teneas partem, quæ possessioni favet: juxta aliam regulam: *Tene certum, & omitte incertum.* Et in dubiis benigniorem partem sequi non est minùs justius, quàm tutius.

30 Si facta diligentia invenias motivum, quo dignoscas, alteram partem esse verè probabilem, tunc potest illam eligere, juxtà dicenda de conscientia probabili; quia tunc conscientia dubia transit in probabilem.

31 Si facta diligentia adhuc maneas dubius, tunc debes operationem suspendere, usquequo ulteriori diligentia adhibita rationabiliter dubium deponas.

32 Quòd si necessariò operari debeas, tunc debes eligere partem tutiorem, nempè id, in quo non est periculum peccandi; aut id, quod est minus malum; nam *ex cap. duo mala, &c. Nervi, dist. 4. ex duobus malis minus est eligendum*; de quo fusiùs infra: tunc inquam non eligis illud, ut malum, sed ut bonum, quia hic, & nunc in tali casu nil facere potest, quod melius sit. Denique, si utrumque appareat æquale, tunc potest eligere, quod vis, quia tunc ignorantia est invincibilis. Quod est verum, etiam si in tales angustias constitutus reperiaris ex tua præterita negligentia culpabili; tunc namque sufficit, quòd de præterita negligentia doleas.

33 Exemplum. Si die festo tu assistens infirmo periclitanti, dubites, aut ex conscientia erronea putes esse æquale peccatum deserere infirmum, & omittere sacrum, & diligentiam adhibere non valeas, quatenùs peritum promptum non habeas, quem consulas: tunc potes sine peccato, quam partem mavis eligere; quia in tali casu ignorantia est invincibilis operatio imminet, & non vales utrumque præceptum exequi Charitatis, & Religionis.

34 Cæterùm regulæ *n.* 29. relatæ sunt ferè sufficientes ad rationabiliter deponendum dubium, quando propria materiæ motiva non suppetunt: unde breviter expenduntur.

In dubiis tutior pars est eligenda.

35 Hæc regula non semper habet vim præcepti, sed sæpè vim consilii.

36 Tenemur ex præcepto partem tutiorem eligere in dubiis sive facti, sive juris, quo ad valorem Sacramentorum. Item quando aliter immineret proximo periculum gravis damni, seu quando non licet sequi opinionem probabilem, relicta tutiori, ut infrà.

38 In aliis verò materiis non est cum tanto rigore discurrendum, non tenemur inquam eligere partem tutiorem, nisi lex aliqua præcipiat, ut pars tutior eligatur; quod maximè est verum, si ex parte tutiori grave aliquod incommodum sequeretur. Ratio est, quia in aliis materiis non habetur periculum, quod in prioribus casibus, quale est periculum invaliditatis Sacramenti, aut damni gravis proximi.

38 Exempla. Si dubium sit, an infans fuerit baptizatus: An sub legitima forma, & intentione, debet iterum sub conditione baptizari.

Sic

Sic medicus tenetur tutius medicamentum eligere, si possibilitas adest.

39 In dubio, an sis illegitimus, aut irregularis, non teneris sequi partem rigidiorem, & tutiorem, quòd sis talis; quia melior est conditio possidentis; & in dubiis favendum est Reo; nam Reo sufficit obligationem negare, quam Actor tenetur probare. Quo non obstante, *ex cap. Ad audientiam, & cap. Significasti*, determinatur, quòd in dubio homicidii censeri debeat quis irregularis, & quòd teneatur se abstinere à ministerio altaris, ubi lex potiùs attendit ad reverentiam Altaris, quàm ad commodum privatæ personæ. Eum tamen non jubet beneficiis Ecclesiasticis spoliari, quia non vult ob solum dubium tam notabile detrimentum inferre.

In dubiis melior est conditio possidentis.

40 Quæ regula universaliter locum habet, nedum in materia justitiæ, verùm etiam in materiis aliarum virtutum, voti, legis, &c. quia universaliter jus actuale certum unius, quod in actuali possessore supponitur, non debet vinci per jus dubium alterius. Hinc qui bona fide possedit equum, non tenetur eum restituere per dubium superveniens, quòd sit Petri.

41 Item locum habet nedum de possessione rei, aut juris, seu legis, sed etiam libertatis: ita ut, si facta diligentia, adhuc dubium perseveret, licitum est dubitanti suæ libertati favere, & partem, quam vult, sequi, ut à *n.* 29. quia libertas est maximum bonum naturale à Deo collatum homini, qua voluntas dicitur potentiarum animæ Regina, & de qua Poeta cecinit: *Non bene pro toto libertas venditur auro.* Unde nemo est spoliandus libertate ob obligationem dubiam.

42 Libertas autem cedit legi, ita ut si possessio stet pro lege, spolietur homo possessione suæ libertatis; quia nostra libertas non est à lege soluta, sed subdita Deo, & inde potestati, juxta illud Pauli *ad Rom.* 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi à Deo: &c. itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.*

43 Exempla; In dubio, an lex adsit, aut præceptum, manet in possessione libertas; quia nemo spoliari potest jure, quod certo possidet: per obligationem dubiam, aut impedimentum dubium.

44 Hinc eum, qui dubius de media nocte comedit, & qui mane incepit dubitare, an comederit, aut biberit post mediam noctem, posse mane communicare, docent Diana, Bardi, Verricelli, & alii Doctores gravissimi. Et similiter eum, qui nocte Jovis dubitat, an sit media nox, posse carnibus vesci: v. ver. Jejunium.

45 In qua tamen re ego puto, ut sic dubitans, ob Sacramenti reverentiam, mane à communione se abstineat, nisi adsit necessitas, aut urgens causa communicandi.

46 Certus de lege, dubius tamen, an casus particularis sit sub ea comprehensus, non ligatur lege, sed stat in possessione libertatis: quia pro tali casu in particulari non constat de lege. Unde si es certus de præcepto, quòd hodie sit dies festi, & teneariis ab operibus servilibus abstinere; dubites tamen, an pingere, aut typos componere, sit opus servile, non obligaris ab illo abstinere. Semper tamen recurrunt dicta de diligentia præmittenda ex *n.* 13. *ad* 16.

47 Econtra, si constat de lege, sed dubites, an ei satisfeceris, satisfacere teneris; quia possessio stat pro lege, cui quidem cedit libertas. Hinc dubitans, an horas persolverit, tenetur illas persolvere.

48 Dubius de legis justitia, obedire tenetur, quia superior est in possessione juris præcipiendi, quo spoliari non potest per purum dubium subditi.

49 Certus de lege, dubius, an sit acceptata, aut

aut postea abrogata, lege ligatur; quia possessio stat pro lege, quæ est prior dubio. Quamplures autem tenent, dubium, an lex sit acceptata, non ligari lege; quia cum lex saltem civilis sine acceptatione sit invalida, dubium, an lex sit acceptata, par est, ac dubium, an lex adsit, de quo *n.* 199. unde possessionem stare dicunt pro libertate.

CONSCIENTIA PROBABILIS.

50 *Est judicium gravi ratione, vel auctoritate munitum.*

51 Dicitur probabilis extrinsecè per auctoritatem; intrinsecè per rationes ab auctoritate distinctas.

51 Differt à conscientia dubia, quia in dubio motiva relinquunt intellectum suspensum, in opinione per se sufficiunt ad determinandum intellectum prudenter ad alteram partem. Quæ differentia non semper provenit ex parte motivorum, sed etiam sæpè ex parte solius intellectus, virtutem motivorum penetrare nescientis.

53 Item opinio alia est verè probabilis, quæ scilicet gravi nititur fundamento: alia est tenuiter probabilis, quæ scilicet est leviter, aut dubiè probabilis, in quantum levi nititur fundamento; unde impropriè dicitur probabilis, non verè; quia cum sit levi munita fundamento, non est sufficiens ad formandum judicium prudens, quòd secundùm eam liceat hic, & nunc operari. Talis 1. est opinio, quam unus, vel alter docet, & non habet rationem intrinsecam; vel si habet, non est firma, sed levis, 2. Si unus, vel alter eam docet, quamplures autem Doctores classici eam parùm tutam, aut non audiendam asserant. 3. Si per transitum unus, vel alter eam asserat, sine sufficienti examine, præsertim si alius, qui ex professo de ea agit, firmat, ratione oppositum teneat. In his namque, & similibus casibus, cum talis opinio sit leviter probabilis, & ad summum dubiæ probabilitatis, non licet ei prudenter adhærere; sed eligenda est pars tutior, juxta regulam dubii. v. *prop.* 3. ab Innoc. XI. *damn. p.* 5.

54 Unus autem auctor potest facere opinionem verè probabilem, si plures classicos Doctores pro ea citet, & sit fidus in citando: hac ratione, qui libros non habet, rectè agit, dum acquiescit consilio alicujus viri docti in morali periti, asserentis talem opinionem esse probabilem.

55 Item potest contigere casus, ut opinio, unius Doctoris sit verè probabilis, etiamsi quamplures Doctores contrarium teneant; si Auctor ille non sit novitatis amicus, sed veritati studeat, & valdè peritus, quod ex aliis ejusdem doctrinis colligi potest; & si rationes ita firmas afferat, quæ faciliter aliorum rationes infringant; ratio enim est anima legis.

56 Demùm idem est, si Auctor ille suam assertionem firmiter ex principiis communibus deducat.

57 Hinc nonnullas propositiones damnatas videmus, quæ antea ut firmæ à quamplurimis vulgatis Doctoribus docebantur.

58 Præfatis autem qualitatibus, & adminiculis secluſis, non sufficit unus Auctor modernus ad constituendam opinionem probabilem. v. *prop.* 27. ab Alexand. VII. *damn. p.* 3.

QUÆSTIO

59 Celebris est: *An liceat sequi opinionem minùs probabilem, & minùs tutam, in concursu opinionis probabilioris, seu tutioris.*

ASsertio 1. Quando agitur de sola honestate actionis, an licita sit, vel non, licitum est sequi opinionem minùs probabilem, & minùs tutam, relicta probabiliori, seu tutiori.

Hæc sententia non est moderna, ut dicunt contrarii, maximè Fagnanus *in* 1. *lib. Decr. C.*

Ne innitaris, &c. & Gonzales; sed satis antiqua, quam innumeri Doctores, tam recentes, quàm antiqui, docent, quos referunt, & sequuntur Verricelli *tr. 2. quæst.* 10. Tamb. *tom. 1. lib. 1. c. 3. §. 4. num.* 22. Mastrius *dis. 1. qu. 4.* Cardenas *dis. 4. c. 1.* Gobat *tom. 1. tr. 1. n.* 100. *& tom. 2. Inquinario tr.* 1. Mendo *in Epith. in discursu circa opin. prob.*

60 Ratio principalis est; Primò, quia qui operatur juxta opinionem minùs probabilem, & minùs tutam, non temerè, sed prudenter operatur, quoniam non ex levi, sed ex gravi fundamento movetur; opinio enim minùs probabilis, & minùs tuta est gravi fundamento munita, est namque sermo de opinione minùs probabili quæ est verè probabilis, & tuta; & cum liceat prudenter operari, licitum est sequi opinionem minùs probabilem, & minùs tutam, quæ sit verè probabilis, probabiliori, & tutiori relicta, quando agitur de sola honestate actionis.

61 Secundò, quia sententia, quæ universaliter in omni materia negat, non parum angit conscientias scrupulis, 1. Quia multiplicat obligationes, & præcepta, dum universaliter obligat ad seligendas opiniones probabiliores, & tutiores, 2. Quia frequenter difficile est, præsertim timoratis, opiniones statera ponderare, & inde probabiliores seligere; nam etiam quoad hoc non vulgare est dissidium inter Auctores peritissimos, qui sibi contradicunt; quilibet enim probabiliorem suam putat opinionem, id negantibus aliis; quod maximè liquet inter Doctores celebres duarum insignium scholarum Thomisticæ, & Scoticæ. Jugum autem Christi est suave, & onus leve.

Confirmatur: leges divinæ positivæ sunt interpretandæ benignè, *Eccli. 4. In judicando esto pupillis misericors.* Et Math. XI. *Jugum meum suave est, & onus meum leve.* Ita & leges Ecclesiasticæ, & Canonicæ, *cap. obligant 26 q. 7.* Eò maximè quia jus Canonicum imitari debet jus divinum, quoad fieri potest; Innoc. 3. *C. qualiter, & quando 2. de accusat. Qualiter & quando à Magistratu Ecclesiastico procedendum sit ad puniendos subditorum excessus, ex authoritatibus novi & veteris Testamenti colligitur, ex quibus postea processerunt Canonicæ Sanctiones.*

Et Gerson *n.* 133. apud Gobat *tom. 2. tr. 1. sect. 12. n.* 180. *Cum nulla juris ratio patiatur, ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem text. l. 15. ff. de leg.* Idem monitum in specie de lege positiva Christi quoad Confessionem Sacramentalem confessariis tradit Jacob Granadus 5. part. de Sacram. Controv. 7. *tr.* 14. *ref. 5. Cum ad Sacramentum Pœnitentiæ accedere sit unum ex difficilioribus, quæ humanæ imbecillitati in lege Christi præcepta sunt, reddantur, quoad fieri potest, minùs difficilia, quæ ad illius usum, seu susceptionem spectant.*

Cum igitur Confessarius sequendo opinionem benigniorem, quæ sit verè, & certò probabilis, minùs difficilia reddat ea, quæ ad Sacramentalis Confessionis usum spectant, licitè potest eam sequi.

Quatuor tamen cum limitationibus. 1. Ut solùm agatur de honestate actionis, & non in casibus secundæ Assertionis. 2. Nisi aliunde constet, aliam fuisse mentem legislatoris. 3. Nisi opinio benigna repugnet receptæ consuetudini loci. 4. Nisi opinio, quæ secundum se est probabilis, ob particulares circumstantias loci, temporis, personarum, &c. non sit in individuo, seu hic, & nunc practicè improbabilis, Gobat *tom. 2. tr. 1. sect. 1.*

62 Tertio, æquè injustum est obligare ad indebita, quàm à debitis eximere. Hinc æquè mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur Confessarius, qui ex culpabili negligentia

in

ore examinanda obligat ad restituendum pœnitentem, qui non debet, quàm qui de obligat eam, qui debet. Et si laxitate erraverunt plures, rigore erraverunt alii. Sic S. Cyprianus, dum dixit: Baptizatos ab Hæreticis necessariò rebaptizandos. Manichei tenentes non esse licitum carnibus vesci, &c.

63 Sæpè audivi dictum. *Extrema sunt vitiosa: In medio consistit virtus.* Et Ecclesiastes cap. 7. ait: *Justus perit in justitia sua, &c. Noli esse justus multum, neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas.* Hæc addidi, non quia sententiam negativam improbare velim, sed solùm ut rigoris titulus illi favere non videatur.

64 Indè clara est solutio ad rationem in oppositum, videlicet, quòd sequens opinionem minùs probabilem, se exponat periculo peccandi. Qui enim eligit opinionem verè probabilem, licèt minùs probabilem, aut minùs tutam, non se exponit periculo peccandi formaliter, quia prudenter operatur, & qui prudenter operatur, non peccat; nam qui peccat, imprudenter operatur.

65 Et licèt contingere possit, quòd actus ille revera sit contra præceptum, & quòd opinio revera sit falsa, non officit. 1. Quia actus ille solùm erit peccatum materiale, quatenus revera à parte rei actus est prohibitus, seu contra præceptum, & opinio est falsa; at non erit peccatum formale, quia talis malitia, & fallitas, non est prudenter cognita, nec volita; imò actus est prudenter cognitus conformis præcepto, & opinio ut vera. 2. Quia etiam id contingere potest in propositione putata probabiliori, contingere inquam potest, ut propositio, quam tu putas probabiliorem, sit revera falsa, & tua operatio secundum eam sit contra præceptum, ac proindè peccatum materiale; quod evidenter constat Deo; nam ex duabus propositionibus contradictoriis una est necessariò vera, altera falsa. Hinc plures propositiones modò sunt damnatæ, quæ antea probabiliores putabantur à plurimis.

66 Tertiò, quia qui sic operatur, operatur juxta sententiam in actu signato probabiliorem; nam sententia, quæ concedit eligi posse opinionem minùs probabilem, quando agitur de sola honestate actionis, est probabilior, & tutior: Probabilior, quia magis accedit veritati, ut consideranti rationes patet, & ut tenent omnes ejus sectatores: Tutior, quia minuit innumera pericula peccati formalis; minuit enim tot obligationes, quot sunt opiniones probabiliores in intellectu operantis; tutius autem est vitare pericula peccati formalis, quo Deus certò offenditur, quàm alicujus peccati materialis, quo certò Deus non offenditur, cum à culpa mortali excuset ignorantia invincibilis, aut verè probabilis.

Hinc ait Cardenas *dis. 4. c. 1. n. 8.* opinionem minùs probabilem, quæ est verè probabilis, *Impropriè vocari minus tutam; quia formaliter est tutissima, & solùm dici materialiter minùs tutam, quatenus exponitur peccato materiali.*

67 Quartò, quia qui operatur sequens opinionem verè probabilem, habet conscientiam practicè certam, quòd licitè operatur; ultra enim actum opinativum directum, explicitè, aut virtualiter habet actum reflexum, quo certò judicat se licitè operari, dum hic, & nunc operatur secundum opinionem verè probabilem.

68 Dices 1. Qui sequitur opinionem minùs probabilem, relicta opinione sibi probabilori, agit contra conscientiam; agit enim contra judicium proprium, quod oppositum magis veritati accedat; igitur peccat: 1. Quia ad Rom. 14. *Quod non est ex fide, peccatum est. Et ex C. Ex literis de restit. spoliat. Quod sit*

contra conscientiam, ædificat ad gehennam: 2. Quia agit cum formidine de oppositio,& se exponit periculo peccandi.

Resp.negando antecedens;hic namque non agit contra conscientiam, sed juxta conscientiam certam; certum inquam est 1.

Quòd opinio, de qua loquimur, licèt sit minus probabilis, sit verè, & certò probabilis; quia gravi nititur fundamento. Et quia (ut advertit Mendo) opinio certò probabilis non amittit suam probabilitatem per aliam probabiliorem,sed per aliam certam; quoniam probabilitas soli certitudini, aut falsitati opponitur. Et major probabilitas non excludit falsitatem: Hinc ex Arist. *Multa falsa sunt probabiliora veris.*

Certum insuper est. 2. Quòd quilibet possit prudenter, & licitè operari juxta opinionem verè, & certò probabilem; igitur certum est, quòd possit quis prudenter, & licitè operari juxta illam.

Quod judicium est certum, cum sequatur ex duabus præmissis certis, & hoc judicium est conscientia: Conscientia enim est judicium conclusionis particularis, seu dictamen de actione, hìc, & nunc licita, vel illicita, *ex n.* 5.

Unde,qui hic,& nunc agit juxta opinionem minus probabilem, non agit probabiliter, & cum formidine, sed certò certitudine, quod actio sit prudens, & licita; agit enim juxta judicium ultimum jam explicatum, quod est certum; adeòque actio agentis remotè fundatur in probabilitate, & formidine, proximè verò in certitudine judicii ultimi, quod est conscientia. Quod sufficit, ut quis prudenter, & licitè agat, absque eo, quòd periculo proximo peccandi se exponat; alioquin nulla actio, quæ per opiniones regulatur, esset licita;quia eo ipso, quòd est opinio, licèt probabilior, formido remota non potest à judicio ultimo excludi. Sufficit igitur ad licitè operandum, quòd conscientia certitudinem talem habeat, quæ formidinem proximam excludat.

Tum quia (ut ait Mendo) regula operandi non est probabilitas, sed recta ratio: videlicet ultimum judicium practicum, seu conscientia; adeòque, sicut non tenetur quis ad melius in genere boni, ita neque ad certò probabiliusin genere certò probabilis.

Item: quia hic operans potest habere judicium reflexum, quòd opinio, quæ sibi apparet minus probabilis, sit probabilior, imò in se vera; & quidem prudenter; quia regulariter opinio, quæ uni, aut eidem modò apparet probabilior, alteri, aut eidem postea apparet minus probabilis.

Confirmatur: quia qui sic operatur,non judicat opinionē probabiliorem esse veram,alioquin judicaret oppositam, juxta quam operatur, esse falsam, cum una sit veritas; sed solùm judicat eam magis apparere veram, sæpè autem, quæ magis apparent vera,re ipsa sunt falsa. Hinc Cajet, 2. 2. *qu.* 10.*art.*7.*in fine*: *Contingit aliquando magis apparere, percipi, satisfacere, & movere argumenta falsa, quàm solutiones eorum.*

69 Dices 2. Qui agit juxta opinionem minus probabilem in concursu opinionis probabilioris existentis in eodemmet suo intellectu, judicat actionem suam esse probabiliter, imò magis probabiliter illicitam; ergo peccat.

Resp. cum Verricelli *tract.* 2. *quæst.* 11.*n.* 4. Judicium illud de malitia actionis esse speculativum, non practicum; nam eo ipso, quòd voluntas se determinat ad agendum juxta judicium, quod habet, quòd actio sit verè probabiliter licita, practicè, & exercitè judicat esse licitam, & sic non peccat, sed solùm adest tunc formido peccati minimè judicium practicum, quod peccet.

Confirmat, ut sequitur: *Alioquin sequere-*

tur

tur (quod etiam fatetur Cajet. *t. 1. opusc. ult. resp. 13. in fin.) scrupulosum, qui cum judicio prudentiæ scrupuloso operaretur, mortaliter peccare; quod est durissimum; nam devotissimæ mulieres, & veri scrupulosi infinita peccata mortalia quotidie committerent; cum tamen doctissimi Confessarii nec eos audire curent, imò etiam sine præmissa Confessione plerumque jubent sacram accipere Eucharistiam.*

70 Plures rationes in oppositum fileo, quia satis solvuntur ex dictis. Aliæ confundunt probabilitatem cum dubio, in quo jam dictum est, *n.* 32. partem tutiorem esse eligendam. Aliæ confundunt consilium cum præcepto, quando non negamus, consilium esse sequi opinionem probabiliorem. Aliæ demùm loquuntur non de vera probabilitate, sed de tenui, quam quidem jam respuendam esse diximus *n.* 63.

Fatoor tamen, quòd, si stante probabilitate opinionis, tu habeas promptum modum ad indagandam certam notitiam veritatis, ad eam teneris & ea habita, juxta eam operari obligaris, relicta omni opinione tam minus probabili, quàm probabiliori, quia certitudo omnem vincit opinionem, cum essentialiter excludat formidinem; tunc enim evadis certus de falsitate opinionis.

Hinc accedente aliqua experientia, quæ rem certam reddat, aut determinatione Ecclesiæ, haud amplius licet sequi opiniones priùs putatas probabiles, ei oppositas.

71 Ex his sequitur, 1. aliud esse opinionem esse probabiliorem, & aliud esse tutiorem. Opinio dicitur probabilior, quatenus ex vi rationum apparet magis veritati accedere. Dicitur tutior, quæ magis excludit peccatum: unde in dubio, an emiseris votum, licèt tutius sit, si exequaris, sic namque nunquam committes peccatum, neque materiale; probabilius autem est, quòd non obligeris, quia non est facienda solutio certa pro debito incerto: in quo autem sensu sæpè opinio probabilior dici potest etiam tutior, vide *n.* 29.

72 Secundò, posse unum sequi opinionem probabilem alienam; quia tunc non dicitur agere contra conscientiam propriam, sed suam conscientiam conformare alienæ, & facere hìc, & nunc propriam conscientiam alienam prudentem, fortè veriorem; sæpè enim amor proprius obnubilat intellectum. Eadem ratione potest quis dare consilium juxta sententiam suæ contrariam verè probabilem.

73 Tertiò, tèneri Confessarium absolvere pœnitentem aliàs dispositum juxta sententiam ipsius pœnitentis, dummodo sit verè probabilis; quia pœnitens habet jus ad eligendam opinionem verè probabilem, & ut aliàs dispositus absolvatur.

74 Assertio 2. Non licet sequi opinionem minus probabilem, & minus tutam, relicta probabiliori, & tutiori, si exinde sequatur certa injuria, aut periculum gravis mali sibi, aut tertio, vel si adsit conventio, aut lex in contrarium; sed tunc tenemur sequi opinionem probabiliorem, & tutiorem.

Ratio est, quia opinio tutior est, quæ non exponit periculo certæ injuriæ, aut gravis damni proprii, vel alieni; minus tuta est, quæ ad id exponit; ex præcepto autem tenemur in nostris actionibus vitare certam injuriam, aut grave damnum proprium, vel alienum; adeòque sequendo opinionem minus probabilem, & minus tutam, non possumus actionem nostram cohonestare, quando ex illa sequitur periculum certæ injuriæ, & gravis damni. Unde, si quod propè arborem moveri vides, probabile putes esse feram, probabilius tamen, aut etiam probabile putes esse hominem, abstineri debes à jaculando ob periculum gravis damni, usquequò majori, & sufficienti

cienti adhibita diligentia, firmiter judices esse feram.

IN SACRAMENTIS,

75 TAm administrando, quàm recipiendo non licet sequi opinionem probabilem relicta tutiori, quoad valorem, extra casum necessitatis; quia exponeretur sacramentum periculo frustrationis, quod nedum cedit in grave damnum recipientis, qui exponitur periculo, ut privetur fructu sacramenti, verùm etiam in certam injuriam, & irreverentiam Sacramenti, quod exponitur periculo, ut frustretur fine, ad quem fuit à Christo institutum.

Ubi Pontifex (ut vides) vult te debere sequi opinionem tutiorem, etiamsi tutior sit minus probabilis; Cardenas *dis.* 3. nam absolutè excludit opinionem probabilem in concursu tutioris.

76 Hinc non licet baptizare in lixivio, aqua rosacea, nivali, aut in digito: quia hæ opiniones probabiles sunt minus tutæ, quæ exponunt Sacramentum periculo frustrationis; non sic opiniones oppositæ negativæ.

77 Licet autem in casu necessitatis, quia tunc dictæ opiniones minus tutæ evadunt per accidens tutiores in comparatione ad earum omissiones; unde, si in necessitate baptizandi infantem, non adsit possibilitas habendi aquam naturalem, aut eum abluendi in capite, licitum est eum baptizare sub conditione in lixivo, in digito, &c. quia in tali casu tutiùs agis salutem animæ infantis, quàm nullo modo eum baptizando.

78 Sacramenta enim, cum fuerint à Christo instituta in salutem fidelium, in casu extremæ necessitatis, de mente legislatoris, cedunt juri suo, *ne exponantur periculo nullitatis*, ut fideles non exponantur periculo damnationis: Et inde fit, ut per accidens Religioni prævaleat charitas succurrendi saluti animæ extremè indigeti.

79 Eò maximè, quia in hujusmodi casu nulla injuria Sacramento irrogaretur; quia exerceretur sub conditione prudenter concepta, ut ritè advertit Sieri *n.* 80.

80 In his autem casibus, in quibus Sacramentum confertur juxta opinionem minus tutam, aut cum requisitis dubiis, Sacramentum, necessitate cessante, est iterandum sub requisitis certis. Hinc infans ex necessitate baptizatus in digito, baptizari debet in capite, hoc apparente; idque ob charitatem proximo debitam, ne exponatur damnationis periculo, cum fuerit baptizatus juxta doctrinam dubiam, aut probabilem minus tutam.

81 Quando agitur de solo modo administrandi, aut recipiendi sacramentum, qui non redundat in valorem, quatenus valor semper est certus, licet sequi opinionem minus tutam, sed verè probabilem, juxta dicta in 1. assertione: *v. prop. 1. damn.* ab Innoc. XI. *p. 5.*

DE VALORE SACRAMENTI,

Quantum ad ea, quæ pertinent ad jurisdictionem Ministri.

82 DIdacus de la Fuente Hurtado in sua Theol. Refor. novissimè anno 1701. edita, tenet circa jurisdictionem, & alia, quæ ad valorem Sacramenti ex dispositione Ecclesiæ requiruntur, licitum esse uti opinione probabili: quam sententiam dicit esse moraliter certam, & firmat auctoritate quam plurium Doctorum.

83 Cardenas *dis.* 2. *n.* 139. refert, quod sequitur: *Dicunt aliqui, se audivisse à Theologis Romanis, qui adfuerunt tractatui de condemnatione harum propositionum, non fuisse intentionem Pontificis, nec S. Congr. quòd damnatio primæ propositionis intelligatur de iis, quæ pertinent ad jurisdictionem, cujus concessio, extensio, vel limitatio spectat ad Ecclesiam; sed dumtaxat de iis, quæ sunt juris divini, scilicet*

de

de partibus Sacramenti Pœnitentiæ.

84 Quidquid autem de hoc sit. Præmitto cum *Cardenas*, quòd licèt sit juris Ecclesiastici jurisdictionem Sacerdoti conferre, ampliare, aut restringere; de jure divino est, quòd nullus Sacerdos possit validè sine jurisdictione absolvere. Colligitur ex Trid. *sess.* 14. *cap.* 7. quo præmisso,

85 Dico: In Sacramentis, tam administrando, quàm recipiendo, extra casum necessitatis, non licet sequi opinionem probabilem minùs tutam relicta tutiori, quoad jurisdictionem ministri, nisi opinioni probabili addatur circumstantia, quæ reddat jurisdictionem moraliter certam. Cardenas *ett.*

86 Ratio primæ partis est eadem de *nu.* 75. quia jurisdictio spectat ad valorem Sacramenti, ita ut sine ea non minùs frustaretur Sacramentum, quàm sine materia, forma, aut intentione.

87 Ratio secundæ: quia tunc non sumus in linea puræ opinionis probabilis, sed in linea doctrinæ certæ.

DECLARATUR.

88 TAlis circumstantia adest, si sententiæ minùs tutæ accedat determinatio Ecclesiæ; Decisio Sacrorum Canonum, consulendo, communis sensus Theologorum, & Patrum; aut si opinio tutior sit improbabilis, non verè probabilis, sed tenuis probabilitatis, velut pulosa.

89 Hinc primò. Tutius est ad Sacramenti pœnitentiæ valorem, si adhibeamus contritionem, seu amorem benevolentiæ. Et tamen sententia docens sufficere attritionem, est licita in praxi; quia quamvis non sit ab Ecclesia definita, est moraliter certa; nam Alex. VII. per Decr. die 5. Maji 1667. in virtute S. Obedientiæ, & sub excommunicatione S. Sedi reservata, prohibuit ulli parti censuram inferre.

90 Et ritè, quia timor gehennæ sine amore benevolentiæ, potest per se excludere omnem voluntatem, & amorem peccandi. Hinc Matth. 1. Christus timore ad pœnitentiam invitat: *Dico vobis: timete eum qui potest corpus, & animam perdere in gehennam.* Insuper attritio ex puro timore gehennæ est actus honestus, utilis, & supernaturalis; est enim donum Dei, & impulsus Spiritus sancti, ex Trid. *sess.* 14. *cap.* 4. *Illam verò attritionem, quoniam ex gehennæ metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, &c. declarat donum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsum, quo pœnitens adjutus viam sibi ad justitiam parat. Et quamvis sine Sacramento pœnitentiæ per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit.* Vide propositiones 14. & 15. ab Alex. VIII. damnatas,

91 Secundo. Tutius est in articulo mortis cum Sacramento in re licere actum contritionis: & loquendo de mediis necessariis ad salutem tenemur sequi sententiam tutiorem: Et tamen licitè docemus, in articulo mortis nos non teneri confiteri cum contritione perfecta. Dian. *plurib. in loc. & Sieri n.* 116. quia, quòd Sacram. pœnitentiæ sufficiat cum attritione, est moraliter certum.

92 Id dico de contritione quantum ad Confessionem secundum se consideratam. Cæterum independenter ab illa, si aliis temporibus, magis in articulo mortis quilibet fidelis ex præcepto tenetur ad eliciendos actus fidei, spei, & charitatis. Item etiam tunc tenetur ex præcepto charitatis elicere actum contritionis, non pro valore Sacram. secundum se consideratum, sed quia cum non sit physicè certus de Ordinatione, & de Baptismo Ministri, in eo articulo, ex quo pendet æternitas, debet suæ animæ saluti consulere omni meliori modo, quo potest.

93 Ter-

93 Tertiò, tutius est cum D. Th. 2.2.q. 88. *art.* 1. Quòd Summus Pontifex non possit in Voto solemni castitatis dispensare, & tamen, ut refert ex publicis historiis, Del Bene p. 2. *de Inquisit. d.* 236. *sect.* 65. *pet.* 22. Alex. III dispensavit cum Nicolao Justiniano Veneto Monacho professo, ut, ne ejus illustris familia extingueretur, uxore duceret; quod fecit, & novem filiis susceptis ad Monasterium rediit, miraculis postea clarus. Innoc. II. dispensavit cum Ramiro Monacho professo ob mortem Regis Aragoniæ sui Patris, & sic uxorem duxit, & Regnum. Cœlestinus III. dispensavit cum Constantia filia Regis Siciliæ Moniali professa in Monasterio S. Salvatoris Panormi, ut nuberet Henrico sexto Imperatori. Greg. XIII. dispensavit cum Germano Cardinali Loyosæ Sacerdote professo, & Provinciali Capuccinorum. Clemens III. dispensavit cum pluribus Religiosis professis Equitibus Alcantaræ, & Calatravæ, ut uxorem ducerent, eo tempore, quo castitatem absolutam vovebant, Ità Del Bene.

94 Cujus ratio est, quia nulla est firma ratio in contrarium. Non ratio voti; quia inducit obligationem humanam, cum sit promissio facta ab homine. Et aliàs neque in votis simplicibus posset dispensare. Nec solemnitas; quia est inducta ex solo jure Ecclesiastico, *ex c. unico, de voto.*

95 Cui non obstat ratio opinionis oppositæ, quòd votum castitatis sit essentialiter annexum statui religioso; quia hoc solùm probat, quòd status religiosus non possit consistere sine tribus votis solemnibus, quæ proinde dicuntur vota substantialia Religionis: at non probat, quòd status religiosus sit homini essentialis, ut non possit ab illo divelli.

96 Eò maximè quia status religiosus non consistit in aliqua consecratione distincta ab ipsa obligatione votorum, ut status ordinis sacri. Solùm igitur sequitur, quòd non possit fieri Monachus sine votis minimè quòd non possit fieri de Monacho non Monachus.

97 Insuper non est minùs solemne, & annexum statui religioso votum paupertatis, & obedientiæ, quàm castitatis; & tamen potest Summus Pontifex ex causa in illis dispensare, Del Bene *cit. sect.* 67.

98 Quartò. Tutius est, quòd Summus Pontifex non possit dispensare in matrimonio rato: Et tamen plures Pontifices dispensavere. Et ex justa causa licitè posse, docet communis, sicut potest matrimonium ratum per professionem religiosam dissolvi, ut ostendemus infra, cum de Indissolubilitate matrimonii.

99 Quintò. Tutior est opinio, quòd, qui urgente necessitate Communionis, aut ex bona fide, & cum Confessario nesciente peccatum esse reservatum, unà cum non reservatis confitetur reservatum, non sit absolutus à reservatis: Et tamen licitè docemus, & tenemus esse indirectè à reservatis absolutum; quia hæc sententia est moraliter certa, tam ob rationem intrinsecam, quæ infrà in suo loco, quàm ob praxim communem, & consuetudinem, quæ dat jurisdictionem.

100 Sextò. Tutius est, in Confessione dumtaxat venialium aut mortalium aliàs ritè absolutorum, explicare numerum: Et tamen ad eum nos non teneri licitè docemus: quia sententia negativa est moraliter certa; nam sicut venialia, & mortalia aliàs ritè absoluta sunt materia libera, & voluntaria quoad substantiam, ita quoad numerum; & contraria opinio, vel est tenuis probabilitatis, vel scrupulosa.

MEDICUS,

101 Tenetur tutiorem adhibere medicinam, si possibilitas adsit, tam ex charitate, quàm ex justitia, si mercedem accipiat, ratione pacti impliciti cum infirmo de tutiori medicina adhibenda: unde medicus confide-

considerare debet tam suas rationes, & experientias, quàm experientias, & auctoritatem peritiorum. In casu autem, quo desperatur vita infirmi, adhibere potest medicam incertum, quia tunc per accidens evadit tutius, ut in simili *n.* 77.

PERSONA PRIVATA.

102 NOn potest propria auctoritate occupare rem ab alio bona fide possessam, licèt probabile, imò probabiliùs putet, rem esse suam; quia ex reg. 36. de reg. juris: *Bona fides tantumdem possid uti præstat, quantum veritas, quoties lex impedimento non est.* Et ritè, alias pax publica mutuis rapinis, & violentiis perturbaretur.

REX,

103 NOn potest Bellum alteri indicere ad invadendum Regnum ob jus tantùm probabile, & non certum; ob gravissima damna, quæ ex bello sequuntur: Tum quia alteri favet possessio. Subdit tamen communis Doctorum, quòd tunc *res decidi potest per judicium, vel arbitros: quod si altera pars judicio stare nolit, propter hanc injuriam potest invadi. Mendo in Epit* ver. Bellum *n.* 2.

104 Cùm injustè invaditur, & alia media non sufficiunt, potest indicere bellum.

105 Offerenti ante primum conflictum rem, & sine prudenti dubio simulationis plenum satisfactionem, non licet bellum inferre. Quòd si conflictus præcesserunt, & hinc inde mortes, non tenetur à bello desistere; quia se habet ut Judex procedens secundum justitiam vindicativam contra perturbatores sui Regni *Mendo in Epit. n.* 6.

106 Bellum potest esse non materialiter, & à parte rei, sed formaliter utrinque justum, quatenus unus certò judicat habere jus certum ad rem, & revera habeat; alter certò judicat idem, sed cum invincibili ignorantia juris certi alterius.

107 Milites (nisi eis de injustitia constet) præsumere possunt bellum esse justum, & à Principe diligenter per Theologos, & viros Doctissimos (uti debet) examinatum: *vide de Bello.*

JUDEX,

108 SI causa maturè examinata invenerit unam partem esse probabiliorem nõ potest decidere juxta minùs probabilẽ; sed tenetur opinionem probabiliorem eligere; ad quod obligatur ex contractu, quem cum Republica tenet, de ministranda justitia meliori modo, quo potest, per quem cessit juri suo de utendo opinione minùs probabili.

109 Tum quia Judex est institutus à Republica, seu Principe, ut unicuique juxta merita causæ jus suum tribuat, ne sit acceptator personarum; pars autem illa, pro qua stat opinio probabilior Judicis, majora habet merita, & majus jus in causa; adeòque juxta ea decidere debet: *v. Propos.* 2. ab Innocent. XI. *damn.*

110 Hinc, quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, peccat mortaliter Judex, & ad restitutionem tenetur, si munera accipiat, ut ad unius potiùs favorem sententiam proferat: *v. prop.* 26. ab Alexand. VII. *damn.*

111 Unde dicunt plures: *Quando autem una pars non apparet altera justo probabilior, debet Judex, vel rem inter litigantes ex æquo dividere, vel si dividi nequit, alteri utrique parti satisfacere. Nisi fortè alter litigantium, vel sit possessor, vel sit reus, cui etiam contra actorem favet possessio. Excipi etiam solent causæ, quæ vocantur piæ, & privilegiatæ, quales sunt causæ pro matrimonio, dote, libertate, pupillo, pro quibus judicandum est, cæteris*

paribus, etiam contra reos; quia Jus positivum ita disponit. Jus, quod ita disponit, est *cap. fin. de sent. & re jud.* Et quidem ita Judex se gerere debet, quando putat, rationes partium esse æquè probabiles; alioquin esset acceptator personarum.

112 Judex, si sit moraliter certus de probabilioritate suæ opinionis, non potest suum judicium alieno judicio subjicere, quia est moraliter certus de obligatione judicandi. Si verò non sit moraliter certus de probabilioritate, sed solùm probabiliter putet, eam, esse probabiliorem (ut sæpè contingere solet) tunc potest alieno judicio se conformare; cum enim non habeat certitudinem de sua probabilioritate, potest aliorum peritorum judicium melius existimare.

113 Quòd Judex sequi debeat opinionem probabiliorem, est universaliter verum tam in causis civilibus, quàm in causis criminalibus; per hoc autem non sequitur, quòd in causis criminalibus non possit Judex sequi opinionem directam minùs probabilem, si opinio reflexa, seu ultimum judicium; *Quòd secundum eam sit decidendum*, sit probabilior: ita Cardenas, qui adducit exemplum: dato inquam, quòd hæc propositio directa: *Judex tenetur admittere appellationem in causa capitali*, sit minùs probabilis; Judex sic discurrit per aliam reflexam: *Hac opinio, quòd Judex teneatur admittere appellationem in causa capitali, est reo favorabilis; agitur est ad praxim deducenda*: ubi licèt prima propositio directa sit minùs probabilis, secunda reflexa, seu ultimum judicium, quòd juxta eam sit decidendum, est probabilius, imò certum, nam Judex judicare debet juxta opinionem reo favorabiliorem, *ex reg. 11. juris in 6. Cum sunt partium jura obscura, reo favendum est potiùs, quàm actori*: & rectè, quia reus est in possessione suæ innocentiæ, qua spoliari non debet, nisi certò constet de delicto; non constat autem certò, si pro reo stat opinio directa minùs, sed verè probabilis, adeòque judicium ultimum reflexum, quo Judex judicat, esse decidendum juxta opinionem directam minùs, sed verè probabilem, utpotè favorabiliorem reo, est probabilius, & consequenter etiam in causis criminalibus verum est, quòd Judex debet sequi opinionem probabiliorem.

QUÆRES I.

114 *An Judex teneatur condemnare reum legitimè per testes convictum, quem tamen privata scientia (quatenus, v. gr. occisorem vidit) noscit esse innocentem?*

115 CErtum est, quòd teneatur adhibere omnia media ad eum liberandum, putà impediendo accusationem, utendo aliis examinibus, & diligentiis ad comperiendam testium falsitatem, dissimulando custodiam carceris, ut fugere possit; remittendo ad judicem supremum, qui eum possit de potestate absoluta liberare; manifestando publicè, & cum juramento innocentiam ejus.

116 Quòd si nullum ex his præstare possit ad eum liberandum (quod non est verisimile in praxi) tunc,

117 Prima opinio tenet, Judicem eum condemnare debere. D. Thomas, *quæst. 67. art. 2.* quia Judex agit personam publicam, & sic judicare debet secundum notitiam publicam, quæ habetur per allegata, & probata. Alias quilibet Judex fingere posset, se habere privatam scientiam de innocentia, & sic reos sibi beneaffectos liberare; quod cedit in grave Reipublicæ detrimentum.

118 Secunda sententia est, quòd non possit eum condemnare, & si urgeatur, debeat à se judicium illud abdicare: Mastrius *disp. 6. nu. 25.* Filliuc. Toletus, & alii.

119 Et licèt prima sententia sit communio

rior hæc secunda, quam sequor, est mihi probabilior; quia occisio directa innocentis est ab intrinseco mala, ac proinde juri naturæ, & divino repugnans. Unde *Exodi* 22. præcipitur, *Insontem, & justum non occides.* Lex verò obligans ad judicandum secundum allegata, & probata, est positiva humana.

QUÆRES II.

119 *An possit condemnare eum, quem scit reum, licet non probetur per testes?*

Deo cum communiori, quòd Judex inferior non possit; quia non potest derogare legibus Superioris, sed tenetur juris ordinem servare de judicando secundum allegata, & probata.

121 Judex verò supremus, uti Princeps absolutus, potest solùm ad impediendum malum grave, quod ex vita illius Reipublicæ imminet; quia bonum publicum est præferendum vitæ privati. Ordinariè autem non potest, quando crimen est occultum; quia jus probationis per testes, & defensionis Rei competit Reo ex jure naturæ. Mastrius *cit. n.* 27.

ADVOCATUS,

121 Licèt mortaliter peccet, & teneatur ad damna utriusque partis, si defendat causam manifestè injustam; non sic, si tueatur causam minùs, sed verè probabilem, & sit spes, ut apud judicem satis probetur, 1. Quia sæpè causa, quæ uni minùs probabilis, alteri probabilior apparet, 2. Quia Advocatus gerit munus clientis, qui sicut habet jus, suum probabile jus Judici aperiendi, ita & Advocatus, 3. Quia nulla exinde injuria infertur parti, cum Advocatus causam non definiat, sed decidendam relinquat Judici juxta merita, omnibus auditis: *v. prop.* 3. ab Alex. VIII. *dam.*

123 Dixi: *ad damna utriusque partis*: Nam tenetur restituere parti contrariæ, quia fuit illi causa positiva damni: Clienti verò per omissionem, quatenus ignorantem non monuit, ad quod ex officio tenebatur. Si verò cliens erat conscius de injustitia causæ, tunc non tenetur illi restituere,

124 Item peccat, & pariter ad restitutionem utrique parti tenetur, si defendat articulum justum causæ injustæ, ut sic partem contrariam impediat, vexet, pervertat, &c. Vel si in progressu causæ injustitiam noscat, & clientem non moneat, sed causam prosequatur. Busem. *De officio advocati.*

125 Peccat contra justitiam, & ad restitutionem damnorum tenetur, si rationes, aut secreta causæ justæ clientis Parti cõtrariæ aperiat: Si imperitus munus Advocati exerceat. Si cum præjudicio clientum causarum expeditiones notabiliter differat. Si supra vires plures acceptet, quàm expedire possit: Nisi cliens super hoc monitus, attenta eximia Advocati peritia, sit contentus.

Demùm peccat, Si utrique Parti in eadem causa patrocinetur: Vel eadem causa, in qua est Judex aut Assessor, agat Advocatum, Busem. *cit.*

DE PROCURATORE, SECRETARIO, NOTARIO, &c.

126 Eadem respectivè dicenda veniunt. Procurator peccat, Si nomine Clientis juret, ab eo non informatus, cum periculo pejerandi. Si suadeat Reo, aut Clienti legitimè interrogato, ut veritatem neget. Si adducat partes ad concordiam iniquam; si petat terminos impertinentes, aut dilationes superfluas.

Secretarius peccat. Si juramentum violet. Si arcanum prodat. Si dicta testium fideliter non transcribat, sed imminuat, exageret, mutet.

Notarius publicus peccat, Si juramentum violet. Si testamentum hominis usu rationis

destituti scribat. Si solemnitates necessarias ex culpa omittat. Si acta negligenter custodiat. Si dicta testium ante eorum publicationem parti contrariæ aperiat.

Si sententiam non jam publicatam manifestet. Si acta, seu instrumenta, maximè legata continentia, parti petenti occulter. Busem.

DE REO ET TESTIBUS.

FUsè dictum est *in Juramento Judiciali, Restrictione mentali, in 8. Prac. Dec. & in tomo 2. De Monitoriis.*

DE REO CIRCA FUGAM POENÆ.

127 HÆc tradit Busem. *lib. 4. c. 3. dub. 8. art. 2.*

„ Resp. Quando sententia est materialiter „ injusta, lata tamen secundùm allegata, & „ probata; etsi in conscientia non obliget, non „ potest reus Judici positivè resistere, tum ob „ scandalum, tum quia tali casu judex habet „ jus sententiam exequendi, & ad id tenetur. „ Ita communiter, Less. Sanc. contra Vict. Bon. „ Car. de Lugo, *d. 4. n. 38.*

„ Dixi *positivè*: quia reo, etiamsi verè reus „ sit, licet ante, & post sententiam (quoad „ mortem, vel pœnam morti æquivalentem, „ v. g. perpetuum carcerem) fugere. Ratio est, „ quia quilibet tam magnum jus habet ad vitæ „ suæ conservationem, ut nulla potestas humana obligare possit ad eam non conservandam, si spes commoda ostendatur, nisi tamen bonum publicum aliud postulet. Less. *l. 2. c. 31. d. 5.* Unde resolves.

„ 1 Regulariter reo licet fugere, etiamsi „ custos carceris grave damnum inde passurus „ sit (saltem nisi juraverit se mansurum) quia „ utitur suo jure, & nulli facit iniuriam. Filliuc. „ *t. 40. c. 4. n. 274.* Azor. Less. *d. 5. n. 31.* nisi tamen charitas aliud suadeat, ob damnum custodis præponderans. V. Bon. *d. 10. qu. 3. p. 2. n. 13.* Less. *l. 5.*

„ 2 Multò magis licet fugere, ne capiatur „ vel etiam à ministro apprehendente, se excutere; non tamen illi vim inferre, vulnerando, percutiendo, &c. *ibid.* & Reg. *l. 24. n. 4.*

„ 3 Licet etiam, saltem in foro conscientiæ custodes (præcisa vi, & injuria) decipere, „ tradendo v. g. cibum & potum, ut sopiantur, „ vel procurando, ut absint; item vincula, & „ carceres effringere, quia cum finis est licitus, „ etiam media sunt licita. Et licèt alii captivi „ per effractum parietem simul elabantur, „ non tenebitur de damno, quia tantùm est „ ejus causa per accidens, cum jure suo utatur. „ Nec refert, quòd leges, & magistratus quidam tales effractores graviter puniant: id „ enim fit, quòd vel contrariam sententiam se„ quantur; vel ex præsumptione, quòd vim „ intulerint custodibus; vel quòd propter bonum Reipub. ea pœna statuta sit. Filliuc. *l. c.* „ Tan. *d. 4. qu. 4. dub. 5.* ex aliis multis, V. C. „ de Lugo *d. 40. sess. 4.*

„ 4 Illis, qui non sunt ministri justitiæ, li„ cet non solùm consilio juvare reum, ut fu„ giat, sed etiam suppeditatis instrumentis, v. g. „ funibus, lima, &c. quia finem alteri licitum „ illi suadere, & ad eundem media proponere „ licet. Less. *l. c. d. 6. n. 30.* Tann. *l. c.* Syl. Turr. „ Vasq.

„ 5 Non tamen licet juvare in effractione „ carceris, ut habet communis; tum quia exe„ cutio ipsa effractionis soli reo licita est, pro„ pter jus vitæ conservandæ; tum ne alioqui „ omnis securitas carceris pereat. Less. *l. c.* Bon. „ *d. 10. q. 3. p. 1.*

CONSCIENTIA SCRUPULOSA.

128 SEu scrupulus, est inanis apprehensio, & hinc ortus timor, & anxietas, alicubi esse peccatum, ubi non est. Dicitur inanis apprehensio, quia oritur ex injustis, aut legibus motivis; & est cum incertitudine, & magna formidine alterius partis, adeòque torquet

quet animam. Nec differt à suspicione, quæ est inchoatus, & imperfectus assensus, ad unam partem inclinans.

129 Causa scrupuli sæpè est ignorantia, sæpè humor melancholicus, & tunc dicitur pusillanimitas conscientiæ, quæ contingere solet etiam in viris doctis, præsertim quoad proprias actiones.

130 Signa conscientiæ scrupulosæ, sunt 1. si post peritorum, aut prudentis Confessarii judicium, non acquiescat, sed adhuc maneat anxius, & inquietus, 2. Inconstantia in mutando frequenter de eadem re judicium, 3. Frequens formarum varietas in eadem re apprehendenda; 4. Multiplicitas reflexionum impertinentium circa innumeras rei circumstantias, 5. Experientia, quòd sæpiùs talia sine gravi fundamento apprehenderit, licèt quoad alienas conscientias resolutus, & intrepidus se habuerit.

131 Remedia conscientiæ scrupulosæ sunt plura, 1. & principaliter eligere Confessarium peritum, aut virum doctum, & ejus consilio, & judicio, proprio judicio postposito, firmiter acquiescere; nec illud in examen adducere, etiam si scrupulosus sit vir doctus, 2. Fugere otium, & vagas cogitationes, quia sunt scrupulorum fomentum, 3. Nil judicare mortale, nisi id certò sciat, 4. Scire, quòd ex præteritis confessionibus nil teneatur repetere, nisi certò sciat esse mortale, aut non esse confessum; non est autem certus, quàdiu dubiat, v. infra requisita ad peccatum mortale.

132 Et quamplures Doctores addunt, privilegium scrupulosi esse, 1. ut non teneantur in agendo ad examen, & diligentiam tantam, quantam alii; sed ad valdè mediocrem, 2. quòd non teneantur confiteri dubia, sed quæ certò jurare possunt, quòd commiserint, ac consenserint, & non sint confessi.

133 Ratio est, quia in scrupuloso, ex nimio timore peccandi, turbatur ratio, ut non possit rectè rem examinare; & magis turbatur, quantò magis in illa anxietate perdurat; non tenetur autem quis integritatem materialem confessionis procurare cum tanto damno anxietatis perpetuæ: imò cum periculo majoris mali, nam si contemnendo scrupulos, per præfata remedia se exponit scrupulosus ad aliquod periculum peccati materialis, illum non contemnendo se exponit majori periculo, nempè periculo quamplurium peccatorum formalium; nam scrupulosus suis scrupulis innumeras obligationes indebitas sibi efformat, quas non habet vir sani intellectus; & ita dum est anxius in vitandis peccatis, eadem via ad illa se exponit, quoniam suæ humanæ fragilitati ad labendum obnoxiæ innumera præcepta non vera multiplicat.

134 Quæ ratio est maximè à scrupuloso attendenda, quia est efficacissimum remedium, ut ex se scrupulos omninò deponat.

135 Non deposita, sed stante conscientia scrupulosa, si non judicet quis esse scrupulum, peccat, sive contra, sive juxta eam operetur; quia tunc transit in conscientiam erroneam vincibilem, ac proindè eodem modo est de ea discurrendum: v. *à. n. 9.* At si putet, involuntarias actiones, aut omissiones contra præcepta, esse peccata, non peccat, quia non sunt liberæ, & repugnat peccatum, quin sit voluntarium, & liberum.

136 Licet autem operari cum conscientia scrupulosa, seu manente scrupulo, si judicetur esse scrupulus, & contemnatur; nec tunc quis dicitur operari contra conscientiam, quia conscientia scrupulosa non est verè, & propriè conscientia, nisi transeat in erroneam sed est umbra conscientiæ, utpotè falsis, aut insufficientibus motivis innixa; hinc qui ex præmissis, signis, vel ex confessarii judicio sufficienter scit se esse scrupulosum, prudenter contra

scrupulum agit; imò illum debet firmiter contemnere, & resolutè, ac interpidè contra eum operari, ut satis constat ex ratione præmissa: eò maximè quia major est scrupuli materia, scrupulis non resistere. Nec scrupulus excludit judicium practicum probabile, aut certum, quòd contra eum sit operandum. Et tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam rectam, non ratione sui directè consideratæ, sed ratione ultimi judicii practici supra illam reflexi, quo scrupulum patiens judicat, licitè, & prudenter suam conscientiam scrupulosam cognitam, esse firmiter contemnendam, & contra eam operandum; quod judicium practicum est rectum, & moraliter certum; adeòque dicitur conscientia recta, & dictamen prudens contra imprudens.

137 Si probabiliter judicetur esse scrupulus, nec ne, tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam probabilem, adeòque est uti de ea discurrendum.

138 Demùm, qui est ita perplexus, ut utrumque oppositorum judicet esse peccatum, & non cognoscat esse scrupulum, vel quia non habet, quem consulat, vel quia ignorat præfata remedia, vel quia est ita scrupulis datus, ut iis non obstantibus, adhuc maneat dubius, an id scrupulus sit, nec ne, ac proinde se resolvere nesciat: tunc conscientia scrupulosa transit in conscientiam dubiam, adeòque est uti de ea discurrendum, ut à *n.* 17. debes igitur eligere id, quod minus tibi obligare videtur. Quòd si neque valeas discernere, quod ex duobus appareat minus, tunc potes eligere, quod vis, quia cum necessarium sit rem facere, vel omittere, ex necessitate peccares, quod implicat, *v. n.* 31. & 70.

139 Cæterùm præmissæ doctrinæ ac rationes sunt tantæ virtutis, & claritatis, ut minimè verisimile sit, quòd intellectus iis attentis, non valeat faciliter per se resolvere, nisi dicas eum rationis expertem.

140 De conscientia tractant Scotus *in* 2. *d.* 39. *qu.* 2. Mastrius *in Theol. moral. disput.* 1. Busem. *lib.* 1. *tract.* 1. Diana *p.* 2. *tr.* 13. *p.* 4. *tr.* 3. & alibi, Bonac. *to.* 2. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 3. Cardenas *de dub.o, & opinione probabili*, Castropal. *t.* 1. *tr.* 1.

CAPUT II.

DE LEGIBUS, ET PRÆCEPTIS IN GENERE,

Regula externa actuum humanorum.

QUID, ET QUOTUPLEX SIT LEX?

141 *Lex est voluntas ejus, qui præest populo debitè promulgata, cum intentione obligandi subditos.*

142 Dividitur in naturalem, & positivam; naturalis est voluntas superioris præcipiens, vel prohibens id, quod judicat habere convenientiam, aut disconvenientiam ex propria natura terminorum; quæ prout est in mente divina, dicitur lex æterna; prout autem inseritur nobis per lumen naturale, dicitur lex naturalis. Positiva est voluntas superioris præcipiens, vel prohibens id, quod non judicat habere convenientiam, aut disconvenientiam ex natura propria terminorum. Quæ si est voluntas divina, dicitur lex positiva divina; si humana, dicitur lex positiva humana.

143 Unde lex positiva à naturali differt, quia in naturali objectum ex se, & ab intrinseco habet, quòd sit conveniens, aut disconveniens, bonum, aut malum. In lege verò positiva objectum solùm à voluntate superioris habet, quòd sit conveniens, aut disconveniens, & quòd sit obligans. Hinc lex naturalis est indispensabilis; talis est præcipiens amorem Dei, & veracitatem, prohibens verò odium Dei, & men-

mendacium, quia amor, & veracitas sunt ab intrinseco bona, odium Dei, & mendacium ab intrinseco mala, ità ut Deus non possit mendacium præcipere. Lex verò positiva est dispensabilis, sive divina sit, ut lex quadragesimalis jejunii, sive humana de jejunio vigiliarum, & quatuor temporum. Inde necessariò debuit Deus prohibere mendacium, liberè tamen potuit non prohibere esum carnium, & non præcipere quadragesimale jejunium: & sic esus carnium est malus, quia prohibitus; mendacium verò est prohibitum, quia malum.

144 Lex igitur positiva humana est voluntas superioris humani debitè promulgata, cum intentione obligandi, non præsupponens judicium de convenientia, aut disconvenientia rei ex natura terminorum.

145 Hæc alia est ecclesiastica, quæ est à Superiore ecclesiastico, alia sæcularis, quæ à Superiore sæculari.

146 Quando lex civilis opponitur canonicæ, observanda est canonica; quia Ecclesia abrogare potest leges civiles, non è contra.

147 Subjectum legis est homo subditus, rationis capax. Hinc infideles non ligantur legibus Ecclesiasticis, quia non sunt subditi Ecclesiæ, benè verò legibus naturalibus, & divinis.

DE OBLIGATIONE LEGIS.

148 UT lex obliget, 5. requiruntur conditiones, 1. ut sit à Superiore, 2. justa, 3. ob bonum publicum, 4. debitè promulgata, 5. & acceptata: *v. n.* 193. 199.

149 Ut obliget sub mortali, requiruntur duo simul, legislatoris intentio, & materiæ capacitas. Hinc potest rem gravem sub levi culpa præcipere, minimè rem levem sub gravi. *v. sum. 2. p. 3. n. 12.*

150 Lex positiva humana, tam Ecclesiastica, quàm sæcularis, potest in conscientia obligare, ex illo Pauli *cit. n. 42.*

151 Debent tamen Superiores esse moderati, & non faciles in multiplicandis legibus præceptivis sub mortali obligantibus; ac proinde in mente habeant illud Matth. 25. *Alligant onera gravia, & importabilia, & imponunt ea humeris hominum, digito autem suo nolunt ea movere.* Et D. Thom. *p. 2. quæst. 107. art. 4.* apud Tamb. *in Met. missæ lib. 3. §. 8. n. 15. In quibus quidem legibus humanis etiam Augustinus Ep. 119. c. 19. ait, esse moderationem attendendã, ne cõversatio fidelium onerosa reddatur; & infra, Qui Religionem nostram servilibus premunt oneribus, adeò ut tolerabilior sit conditio Judæorum, qui legalibus sarcinis, non humanis præsumptionibus subjiciuntur.* D. Ambr. *in Psalm. 118. Sunt etiam in nobis, qui habent timorem Dei, sed non secundum scientiam statuentes duriora præcepta, quæ non possit humana conditio substinere: v. de casibus reservatis.*

152 Qui scit legem prohibentem, sed non pœnam, in foro exteriori obligatur ad illam, faciat constare ignorantiam.

153 Regulæ, & constitutiones Religionum non obligantes ad peccatum, non sunt leges propriè dictæ.

154 Lex non prohibens actum, sed solùm irritans, non ligat ad culpam; unde non peccat, qui professionem, aut matrimonium gravi metu init, licèt sint irrita. Item non peccat filia renuncians hæreditati paternæ, nec uxor alienas fundum dotale de licentia mariti; & tamen hi contractus irritantur. Leges enim hos contractus irritantes sunt conditæ in favorem. Mendo, *ver. lex, num. 23.*

DECRETUM IRRITANS,

155 AFficit ignorantes quoad nullitatem actus, quia se tenet ex parte formæ

mæ actus, juxta dicta de imped. Matrim. minimè quoad pœnas. Fagnanus *in 1. lib. Decr. in cap. Non sine de Arbitr. n. 51.* Donatus *tom. 1. part. 1. tract. 9. Clausula 12. n. 12.*

156 Particulæ irritantes sunt: *Inane, Nullum, Irritum, Invalidum, &c. sit, si aliter contigerit attentari, fieri, &c.*

QUÆRES.

157 *An hæc clausula:* aliter fieri non possit: *sit irritativa.*

NOn esse irritativam, tenetur plures apud Pelliz. quia potest habere bonum sensum, videlicet: *aliter fieri non possit licitè*; & odia sunt restringenda.

Dico rectiùs cum Fagnano *in 1. lib. Decr. c. causam 8. de electione num. 20. ad 34.* regulariter esse irritativam: esse autem solùm illicitativam, quando aliter resultaret sensus absonus legis.

Prima pars probatur; quia per talem clausulam non solùm prohibetur actus, sed adimitur potestas, & facultas ad actum; nam particula *Non*, cum sit malignantis naturæ, quidquid post se invenit, destruit; unde appositа suprà ly *potest*, destruit potentiam, adeòque reddit rem de jure impossibilem, & inde actum nullum.

Secunda pars probatur; quia leges non patiuntur clausulam ipsis dissonam. Et tunc esset, quando ex verbis legis colligeretur, eam velle actum stare; & tunc ly *non possit* æquivalet ly *non debeat.*

158 Declarat Fagnanus exemplo: In Bulla enim Greg. XV. *Æterni Patris filius, &c.* pro electione Summi Pontificis, inter alia in §. *Matura itaque*, decernit, *Electionem aliter fieri non posse, quam in conclavi, & eo clauso, ac post celebratum prima die sacrosanctum Missæ solitum Sacrificium.* Et tamen Missæ celebratio non requiritur ad valorem; nec id intendit Pontifex, nam infra *in §. Quod si electio:* ubi ponitur forma electionis cum clausula decreti irritantis, præfatum requisitum non reperitur; ex quo clarè colligitur Pontificem non apposuisse illam clausulam, *fieri non posse*, pro forma decreti. Ita *Fagnanus.*

STYLUS CURIÆ,

159 MAgnam facit authoritatem, sed non obligat ubique, nisi sit aliqua Constitutione Papæ roboratus; Mendo *cit. num. 57.* Et specialiter id docet Donatus *tom. 1. part. 1. tract. 13. q. 17. n. 26.* de stylo curiæ seu S. Pœnitentiariæ absolvendi, & dispensandi cum Religiosis, in casibus, super quibus ex privilegiis possunt Superiores Regulares, dicens, id fieri ad majorem cautelam; vel quia recurrens potestatem sui Prælati ignorat.

PUERI

160 ANte usum rationis, qui communiter est post septennium, nullis ligantur legibus. Post usum verò rationis obligantur præceptis naturalibus, divinis, & Ecclesiasticis confitendi semel in anno, abstinendi à carnibus ovis, & lacticiniis diebus vetitis, &c. Vide *de casibus reservatis, & de excom.*

LEGISLATOR,

161 LEges, quæ æque congruunt legislatori, & subditis, etiam legislatorem, seu Principem, obligant, non vi coercitiva, & quoad pœnam, sed vi directiva, & ad culpam, ex vi juris naturalis, quòd caput debeat se conformare cum membris, & suo exemplo subditos ad observantiam promovere; nisi secum dispenset, aut facultatem secum dispensandi alteri deleget, sicut potest cum subditis. Mendo *cit. n. 24.*

VAGI,

VAGI,

162 QUi scilicet nullibi domicilium habent, tenentur legibus specialibus loci, ubi sunt: aliàs nullis legibus localibus ligarentur. *Mendo.* Unde cum illis potest Superior loci dispensare, cum alium Superiorem non habeant. Busemb. *lib. 1. tr. 2. cap. 2. dub. 3. cum pluribus* negat, vagos ad illas teneri, quia non sunt subditi: nec (ait) est absurdum, quòd nullis specialibus locorum præceptis, sed solius juris communis teneantur.

ADVENÆ, PEREGRINI, ET VIATORES.

163 SI non venerint animo habitandi majori parte anni, sed recedendi, non obligantur legibus, & consuetudinibus specialibus loci, nisi non observando generent scandalum; & sic, si adsit ibi præceptum jejunii, abstinendi à carnibus, &c. non peccant non jejunando, & comedendo carnes, nisi scandalum cavent. Fagnanus *in lib. 3. decret. c. Consilium 2. de observ. jejuniorum*, cum pluribus *v. de casibus reservatis.*

Nec tenentur ad leges locales sui domicilii, dum transeunt per loca, ubi illæ non observantur; quia sunt leges affixæ loco. Alloza *ver. lex*, cum Suarez *3. p. q. 24. art. 8.*

164 Loquendo autem de legibus, & præceptis communibus, alio modo est discurrendum; unde ait Busem.

Si domi tuæ consuetudine derogatum sit alicui præcepto juris communis, & aliò venias, ubi illud viget, eodem obligaberis. Ratio est, quia lex juris communis est universalis, & obligat omnes sine ordine ad locum.

Adducit exemplum. Si Hispanus transeat per Galliam, aut Mediolanensis transeat Romam, non potest ille ibi Sabbatis vesci intestinis animalium, uti in Hispania: Nec iste primis quatuor diebus Quadragesimæ comedere carnes, uti Mediolani; quia privilegium illud non est personale; sed locale; & jus commune de abstinentia à carnibus illis diebus, obligat omnes sine ordine ad locum.

E contra Civis Galliarum, si transeat per Hispaniam, & civis Romanus Mediolano, potest ille Sabbatis intestinis animalium vesci: Et iste potest primis quatuor diebus Quadragesimæ comedere carnes; quia tunc valet privilegium locale, quo frui possunt omnes, qui in loco morantur. Unde Peregrini non tenentur præceptis juris communis, si non sint in usu in loco, ubi morantur. Ita Busem. & Mendo.

CLERICI,

165 TEnentur servare leges civiles, quæ non sunt contrariæ juri Canonico; nam jus canonicum est correctivum juris civilis, in quod adversatur.

REGULARES,

166 TEnentur servare festa statuta ab Episcopo, *ex Trid. sess. 25. c. 12.* At non tenentur ad recitandum officium Clericorum. Item tenentur ad vota, & jejunia statuta ab Episcopo; nam cum sint partes populi, tenentur toti corpori se conformare.

167 Non tenentur Mendicantes Synodo Diœcesanæ interesse, nec ejus statutis ligantur; quia celebratio Synodi Diœcesanæ est unus ex actibus Jurisdictionis, & auctoritatis ordinariæ Episcopi; Regulares autem Mendicantes sunt exempti à jurisdictione ordinaria Episcopi, & subduntur capitulis Generalibus.

Nisi sint Curati, seu Parochi; quia tunc tenentur ratione curæ Parochialis, & ejus jurisdictioni subduntur quoad ea, quæ Parochialem curam, & Sacramentorum administrationem concernunt, ex Trid. *sess. 24.*

cap. 11. Fagnanus *in* 1. *lib. Decr. c. quantum* 7. *de officio Ordinarii n.* 51. Ei tamen subduntur quoad vim directivam Mendo *in Epit. ver. lex n.* 28. & Alloza *ver. lex sect.* 3. *n.* 3.

168 Superiores verò, & Religiosi parvorum conventuum, vocati tenentur Synodo Diœcesanæ interesse, ejusque statutis ligantur: nam ab Innoc. X. 10. Febr. 1654. & Alex. VII. 30. Martii 1661. Jurisdictioni Ordinarii subduntur, ita ut ligentur legibus suorum Prælatorum, & Episcoporum, & ab utrisque visitari, corrigi, & puniri possint; adeòque erga illos jurisdictio Episcoporum, & Prælatorum Regularium sit cumulativa, ut detur locus præventioni.

169 Conventus parvus est ille, in quo actu non degunt de familia sex saltem Religiosi, quorum quatuor sint Sacerdotes. *Innoc. X. cit. & Declar. Sac. Congreg. die* 29. *Novem.* 1657. *apud Lantuscam ver. Conventus num.* 13. & 14.

SYNODUS PROVINCIALIS

170 Nil potest statuere contra Concilium Generale, & Regularium privilegia. Fagnanus *in* 1. *lib. Decret. in cap. quod super his n.* 14. & 28. *de major. & obed.*

171 Huc liceat afferre, quæ religiosè refert P. Augustin. Matthæucci in Officiali Curiæ de Exemptione, &c. *à num.* 46. *ad* 49.

Tandem in favorem Religiosæ humilitatis, dicendum, quod quamquam Regulares sint exempti ab jure jurisdictionis Episcopalis, ab jure tamen reverentiali non eximuntur, sed sub mortali ad reverentiam Episcopis exhibendam teneri, tradit Peyr. §. 24. ad Const. 26. Leonis X. incipit: *Dum intra, in qua* §. 24. *Pontifex ipse sic Regulares alloquitur -- Eosdem insuper Fratres in virtute Sanctæ Obedientiæ monemus (hoc est præcipimus) ut eosdem Episcopos loco Sanctorum Apostolorum subrogatos, pro debita, & nostra, ac Apostolicæ Sedis reverentia, congruo honore, & convenienti observantia verentur.*

Et Episcopos monet; -- Ipsos quoque Episcopos hortamur, ac per viscera misericordiæ Dei Nostri requirimus, ut Fratres ipsos affectu benevolo prosequentes, charitativè tractent, ac benignè foveant seque illis minimè difficiles, aut duros, vel morosos sed potiùs faciles, mites propitios, piaque munificentia liberales exhibeant, ac in omnibus prædictis, tamquam in agro Domini eo cooperatores, eorumque laborum participes, prompta benignitate recipiant, eorumque jura omni cum charitate custodiant, atque defendant. --

Et Clement. frequens de excessibus Prælatorum, *enunciatis triginta gravaminibus illatis per Prælatos Religiosis*, §. verum, *Episcopos non hortatur -- sed eis præcipit, ut Religiosos charitativè tractent, & foveant, & sua jura, & privilegia inviolabiliter servent. --*

Quibus, sive Episcopis, sive exemptis, in mutuæ dilectionis subsidium, sensum Concilii Generalis Viennen. per infrascripta exhibeo.

-- Verùm, quia una est (sunt verba textus) *Regularium, & Sæcularium, Prælatorum, & subditorum, exemptorum, & non exemptorum universalis Ecclesia, extra quam nullus omninò salvatur, quorum omnium unus est Dominus, una Fides, & unum Baptisma; decet, ut omnes, qui ejusdem sunt corporis, unius etiam sint voluntatis, & sicut Fratres ad invicem vinculo charitatis sint adstricti: Decet igitur, ut & Prælati, & alii, tam exempti, quàm non exempti, suis juribus sint contenti, & alter in alterius injuriam non prosiliat, seu jacturam -- Clement. allegata.*

172 Insuper fas sit mihi, ut Illustrissimis Præsulibus, post eorumdem humillimâ sacrarum vestium deosculationem, proponam verba Fagnani in relato 1. *libro Decret. c. quod super his* 9. *de major. & obed. num.* 29. ut sequuntur:

In primis autem dedecet, ea privilegia violari ab Episcopis, quibus Regulares subserviunt, & Coadjutores existunt in prædicatione verbi Dei, in Sacramentorum administratione, & in cæteris, quæ ad salutem pertinent animarum, ut habetur in cap. *Ex auctoritate* 16. *quæst.* 1. & docet S. Thom. *in* 2. 2. *quæst.* 187. *art.* 1. *vers. Sed contra, & quæst.* 188. *art.* 4. Quapropter Host. *in c. Inter cæteras n.* 16. *versic. Hodie tamen supra de off. ordin. exagerat valdè dolendum, quod Episcopi non agnoscant, Regulares esse Coadjutores suos, adjiciens, Paraclitum providere per Ordinem Prædicatorum, & Minorum; licet non omnes capiant verbum istud,* cujus dictum referunt ibidem Joan. Andr. *n.* 10. *vers. dicit demum, qui idcircò n.* 11. *in verb. cooperatores. conqueritur, quod Episcopi nostri temporis ædificent parietes, & subtrahant columnas, &c.* Card. *n.* 3. & Sylvest. *in ver. Episcopus n.* 12. *vers. Decimo quæritur.*

QUÆRES I.

173 *Quando lex obliget sub mortali?*

Certum est 1. nec legem purè directivam, nec omnem præceptivam obligare sub mortali, quia plura videmus in legibus verba præceptiva, quæ solùm obligant sub veniali; unde verba præceptiva debent esse talia, ut ex communi fidelium usu arguant intentionem legislatoris de obligando sub mortali. Talia sunt hæc verba: *In virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione divini judicii, sub indignatione Apostolorum, &c. sub pœna maledictionis Dei sub strictio Dei judicio, in virtute juris jurandi, &c.*

174 Certum est 2. legem latam sub pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ obligare sub mortali, minimè latam sub excommunicatione minori; quia illa non incurritur nisi ob mortale, ista ob veniale.

185 Difficultas est de aliis pœnis.

Prima sententia affirmat, omnem legem pœnalem obligare sub mortali, tam civilem, quàm ecclesiasticam, si materia sit gravis; quia Superior intendit obligare omni efficaciori modo, quo potest, & sic tam ad pœnam, quàm ad culpam gravem. Quod quamplures negant de lege civili, quia Superiores sæculares non solent obligare, nisi ad pœnam temporalem, minimè ad culpam gravem, nisi id expressè exprimant; & consuetudo est, ut subditi nullum sibi scrupulum de transgressione legum civilium faciant.

176 Secunda sententia tenet, nullam legem civilem pœnalem obligare sub mortali, sed ad solam pœnam temporalem, nisi expressè culpam gravem explicet; idque ob rationem jam relatam.

Idem tenet, nullam legem ecclesiasticam pœnalem, excepta pœna excommunicationis latæ sententiæ, sive pœna sit temporalis, putà triremium, carceris, inhabilitatis ad officia, privationis vocis activæ, ac passivæ, &c. sive pœna sit spiritualis, putà suspensionis, interdicti, irregularitatis, &c. sive lata, sive ferenda, & excommunicationis ferendæ, esse signum obligationis mortalis; nisi quando talis lex ex communi usu fidelium, & consuetudine, est acceptata, ut obligans sub mortali: quod debet certò constare, nam in dubio standum est pro libertate; vel nisi quando talis lex exprimit culpam mortalem, vel expressè, ut si dicat: *Sub pœna peccati mortalis*, vel verba æquivalentia n. 173. relata.

Cujus ratio est, quia allatæ pœnæ possunt incurri ob veniale, imò irregularitas, & privatio sepulturæ aliquando sine ullo peccato ut patet in interdicto locali de eo, qui non dedit causam interdicto, & tamen ecclesiastica sepultura privatur. Cum igitur hæ pœnæ possint explicari pro mortali, & pro veniali culpa, & in

odiosis, ac in dubiis benignior interpretatio sit facienda, standum est pro libertate, quòd afferant venialem, nisi aliud expressè constet, aut consuetudo dictet: ut in abstinentia à lacticiniis diebus Quadragesimæ, ad quam quidem ex legitima fidelium consuetudine sub mortali obligamur. Ita Valentia, & Tamb. cit. cum aliis apud ipsos.

177 Probabilior autem est prima sententia, præsertim de lege pœnali Ecclesiastica, & de pœna spirituali lata; quia non est verisimile, quòd Legislator condat legem ob bonum publicum sub pœna gravi, & in materia gravi, & non intendat obligare sub culpa gravi, cum pœna fundetur in culpa.

178 Hoc autem locum habet in legibus propriè dictis, minimè in simplicibus ordinationibus, & directionibus, quales sunt Religionum Constitutiones, de quibus loquens D. Thomas 2. 2. q. 186. art. 9. ad. 2. ritè advertit, non omnia, quæ in lege humana continentur, tradi per modum præcepti; sed multa per modum simplicis ordinationis obligantis ad solam pœnam.

Quod etiam (ait Mastrius) in pluribus legibus civilibus potest habere locum, quando nec ex Legislatoris declaratione, nec ex pœnæ qualitate, nec ex dãni publici gravitate potest clarè dignosci, an lex aliqua pœnalis obliget sub culpa: tunc quidem potest quis in favorabiliorem partem interpretari, nimirùm non esse tam legem, quàm ordinationem obligantem ad solam pœnam; talis est lex, quæ dari solet in ordine ad moderatum usum vestium; ad differentiam legis præcipientis, ne extrahantur è Regno triticum, arma, &c.

QUÆRES II.

179 *An lex pœnalis obliget ad pœnam statim subeundam?*

RESP. affirmativè, si pœna non requirat actionem, sed consistat in passione ut pœna irregularitatis ex delicto, non petendi debitum ob supervenientem affinitatem.

Negativè, si pœna actionem requirat, v. gr. solutionem pecuniæ, exilium, &c. tunc enim non tenetur subire pœnam ante Judicis sententiam, nisi expressè in ipso jure statuatur, uti statuitur contra eum, qui obtinuit beneficium parochiale, nimirum, quòd si intra annum sua culpa non ordinetur, teneatur illud dimittere. *Mendo ver. lex n.* 32. Qui ritè addit:

180 *Aliquando tamen benignè exponuntur leges pœnales, ut intelligatur, ipso facto incurri pœnam, id est, statim ac a judice declaratum fuerit delictum; alias delinquens teneretur suum delictum declarare, ut pœnam subiret, nempè simoniacus suam simoniam, si post eam commissam renuntiaret Beneficia; & hæreticus sua delicta, si bona ipse traderet Fisco, & his similia. Nec frustrà apponitur in lege pœnali clausula:* Ipso facto incurrenda. *Etenim sonat, post Judicis declarationem de commisso delicto, non requiri aliam sententiam circa pœnam subeundam, sed tunc ipso facto eam, qua in lege designata est, subire debere.*

QUÆRES III.

181. *An actus interni subdantur legi humanæ Ecclesiasticæ?*

ET primò quoad actus purè internos, qui externos non concernunt, mihi verius est, dari in Ecclesia, nedum potestatem jurisdictionis, & voluntariam, quæ in hominis utilitatem, & ad ejusdem peritionem exercetur,

cetur, qua ſuper votis, & juramentis purè internis diſpenſat; verùm etiam poteſtatem legislativam, & coactivam, quamvis nonnulli eam de facto negent eſſe Eccleſiæ communicatam.

Ratio eſt, quia poteſtas ſupra proprias oves fuit à Chriſto Eccleſiæ communicata illimitatè abſque ulla reſtrictione: *Paſce oves meas. Quodcumque ligaveris, &c.* adeoq; non debet gratis, & ex pura congruentia reſtringi ad actus externos. Tum quia Eccleſia per ſe reſpicit forum conſcientiæ, ad eam ſpectat dirigere in viam ſalutis æternæ, & curare de mediis ad eam conducentibus, qualia ſunt non ſolùm actus externi, ſed etiam interni.

181 Hinc Innoc. XI. & Alex. VII. plures opiniones damnant, imò prohibent ad praxim deduci, quæ ſpectant ad ſolos actus internos; tales ſunt: 1. prop. Alex. de actu fidei, &c. & Innoc. 5. 6. 7. de actu dilectionis Dei: 10. & 11. de actu interno dilectionis proximi: 13. 14. & 15. de deſiderio mortis proximi: 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23. de actu fidei. Et *Conc. Trid. ſeſſ.* 13. in Decr. de SS. Euchariſtia, interdicit, ne de SS. Euchariſtia credatur aliter, quàm in decreto definitur; credere autem eſt actus purè internus. In Eccleſia igitur, nedum eſt poſſibilis, ſed etiam de facto datur poteſtas legislativa directa in actus purè internos.

183 Verùm tamen eſt, in exercitio, & praxi non ſemper actus purè internos cadere ſub lege, ſed ſolùm quando præceptum expreſsè, & directè illos intendit; quod conſtare debet ex verbis præcepti; nam regulariter Eccleſia non ſolet præcipere actus purè internos; hinc hæreſis purè mentalis, eſto poſſit directè cadere ſub lege, & cenſura cœnæ, de facto non cadit, quia lex de hæreſi formali externa loquitur.

184 Secundò, eſt actus internus per ſe conjunctus cum externo, in quantum eſt neceſſarius, ut ponatur entitas phyſica actus externi, & ut actus externus ſit humanus; & iſti nedum indirectè, (ut volunt quamplures,) ſed etiam directè cadunt ſub poteſtate legislativa Eccleſiæ, imò ita eſt in praxi; Eccleſia enim præcipiendo recitationem Officii, auditionem Sacri, &c. præcipit directè complexum, ſeu actum mixtum ex actu externo recitationis, & actu interno volitionis ejus; præcipit namque actum humanum, ſeu liberum, ad quem eſt neceſſaria volitio libera, adeoque directè præcipit tam recitationem, & auditionem externam, quàm ejus volitionem internam. Hinc lex humana præcipiens actum externum humanum, indirectè prohibet voluntatem efficacem violationis ſui.

185 Hac ratione peccat mortaliter peccato interno, qui decrevit omittere divinum Officium, aut auditionem Sacri die feſto, etiam ſi poſteà mutata voluntate recitet, aut audiat Sacrum; quia ejus volitio cadit ſub præcepto Eccleſiæ, quatenùs neceſſario requiritur, ut recitatio, & auditio ſint actus humani.

186 Tertiò, eſt actus internus neceſſarius, ut actus externus habeat honeſtatem moralem, in quantum primariò illum conſtituit in eſſe morali alicujus virtutis. Et iſti pariter, nedum indirectè, (ut volunt plures,) ſed etiam directè cadunt ſub poteſtate legislativa Eccleſiæ; imò ita eſt in praxi, quia Eccleſia cum habeat ſuas oves dirigere ad vitam æternam, ad eam ſpectat providere de mediis aptis, ac proindè non tantùm poteſt præcipere actus externos humanos, ſed etiam ut involventes aliquam honeſtatem, & bonitatem moralem alicujus virtutis; & tunc directè præcipit totum complexum ex actione externa humana, & ex actu interno conſtitutente illam

illam in esse honestatis ab Ecclesia intentæ, & sine quo honestatem non haberet.

187 Hac ratione non satisfacit quis præcepto annuæ confessionis per confessionem voluntariè nullam, nec præcepto communionis in Paschate per communionem sacrilegã; quia Ecclesia præcipit confessionem veram, quæ scilicet habeat honestatem virtutis pœnitentiæ, & reconciliare peccatorem cum Deo, qualis non est confessio ficta, & voluntariè nulla; unde eo præcepto Ecclesia directè præcipit actum externum confessionis, & actum internum veri doloris de præteritis culpis, & veri propositi de futuris vitandis; quia hic actus internus est necessarius ad honestatem confessionis ab Ecclesia intentam, & eam primariò constituit in esse virtutis pœnitentiæ.

De communione etiam habetur *in cap. omnis utriusque sexus: Suscipientes reverenter ad minus in Paschа Eucharistiæ Sacramentum*, & in Trident. *sess. 13. c. 7. Cavere ille debet, ne absque magna reverentia, & sanctitate ad id percipiendum accedat: v. prop. 14 ab Alexan. VII. dam. & prop. 55. ab Innoc. XI. damn. p. 2. & 6.*

188 E contra hæresis purè externa non subjacet excommunicationi Bullæ Cœnæ; quia lex sub excommunicatione prohibet veram hæresim, ad quam constituendam necessariò requiritur error in intellectu cum pertinacia: *v. tom. 2. pag. 63. num. 258. & pag. 87. num. 281.* Quartò, est actus internus, qui licèt afferat aliquam honestatem moralem actui externo, supponit tamen illum jam primariò constitutum in esse morali alicujus virtutis; unde actus internus non dicitur necessarius ad honestatem actus externi, sed illi conferre honestatem, & bonitatem accidentalem: & isti etiam directè cadunt sub potestate legislativa Ecclesiæ, licèt nonnulli negent. Apertè sequitur ex rationibus primæ, & tertiæ assertionis, *n. 181. & 184.*

189 Verum tamen est, in exercitio, & praxi non semper cadere sub præcepto, & lege, sed solùm quando constat, præceptum expressè eos intendere, ut in simili dixi *n. 183.* de actibus purè internis.

190 Hac ratione satisfacit præcepto jejunii quatuor temporum, & aliis ecclesiasticis, qui jejunat, etiamsi non jejunet ob motivum obtinendi fructus à Deo, quia independenter à tali motivo, jejunium habet bonitatem primariam ex proprio objecto, nempè temperantiæ, & macerationis, quæ primariò ab Ecclesia intenditur. Tum quia Ecclesia non præcipit expressè aliam honestatem accidentalem, sed præcisè substantiam jejunii; idem dic pariter de aliis præceptis Ecclesiasticis; unde illis satisfacit, qui ponit substantiam actus cum sua honestate substantiali, seu primaria ex objecto.

191 Pari ratione satisfacis præcepto jejunii, si jejunes intendens macerationem, sed concomitanter, aut consequenter habeas affectum vanæ gloriæ; quia malitia illa est accidentalis, atque concomitans, & actus jam retinet honestatem primariam temperantiæ ex suo objecto, quam Ecclesia intendit.

192 Si verò urgente aliqua necessitate patriæ, v. gr. fame, bello, &c. superior præcipiat, ut subditi jejunent, & ut jejunium applicent Deo in patriæ levamen; ad id tenentur subditi, nedum jure naturali charitatis, sed vi præcepti, si superior obligare intendat sub culpa. Hinc subditus sub mortali tenetur Missam juxta superioris intentionem applicare ex vi præcepti obedientiæ.

QUÆRES IV.

193 *An lex non acceptata obliget in conscientia?*

CErtum est 1. præceptum actuale, ut obliget, non expectare subditi acceptationem; quia

quia superior ecclesiasticus habet jus præcipiendi in materia sibi subordinata, independenter à cõsensu subditi. Unde difficultas est de lege propriè dicta, permanente.

194 Certum est 2. populum peccare mortaliter, si sine rationabili causa non acceptet legem sub mortali obligantem. Habetur ex illo Pauli ad Rom. 13. *Qui resistit potestati Dei ordinationi resistit: & qui resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.*

195 Dico, legem non acceptatam obligare. Quia quando dicitur, quòd lex non acceptata non sit valida, non est sensus, quòd acceptatio subditorum det superiori potestatem ad legem edendam; nam Summus Pontifex, & cæteri Prælati inferiores habent potestatem condendi leges independenter à populo, ut liquet ex relato loco Paul: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Unde possunt legem condere populo invito, visi Prælati inferiores quoad hoc limitétur à Papa. Sed solùm id dicitur ex rationabili interpretatione voluntatis legislatoris; rationabiliter enim interpetramur, voluntatem Superioris non esse, ut velit astringere subditos, si ipsi rationabilem, & justam habeant causam non acceptandi. At non rationabiliter interpetramur, eum non velle ligare subditos, si subditi sine rationabili causa, sed ex proprio libito, acceptare non velint; imò tunc rationabiliter præsumitur superior in subditos ritè indignatus.

196 Hinc concluditur, quòd lex sine rationabili causa non acceptata, non cessat obligare; præsertim si superior instet pro legis acceptatione, & observantia: *v. prop. 28. Alex. Filiuccius p. 2.*

197 Si lege non acceptata, superior non instet pro acceptatione, & observantia, tunc contra eam habet locum præscriptio, & consuetudo, ut in *n.* 153. sive superior sciat, sive nesciat. Nunquam introduci potest consuetudo contra legem, superiore instante, & urgente pro observantia legis: *v. n.* 148.

198 Si petas, an toto tempore medio intra decem, aut quadraginta annos, peccent subditi, qui contra legem consuetudinem introducunt? Affirmat Bonac. quia cum adhuc consuetudo non sit firmata, viget lex. Negant Becanus, Mastrius, & alii, asserentes: *Subditos esse tutos in conscientia, quando consuetudo ita invaluit, ut plerique etiam boni viri eum sequantur.* Quia tunc rationabiliter præsumitur de superioris benignitate, quòd non velit, nec patiatur subditos per multum tempus in mala conscientia permanere, & tempus pro consuetudine fundanda requiritur, præsertim pro foro externo, ut in eo vim habeat.

199 Et Busem. addit: Si post longum tempus viderint non observatam, credere possunt esse sublatam per præscriptionem.

Sola igitur lex ex rationabili, & justa causa à majori parte communitatis non acceptata, non obligat, *n.* 195.

200 Dicta etiam locum habent pro legibus à Principibus absolutis latis cum intentione obligandi ad mortale, quorum aliqui, licèt eligantur in Principes, & Reges ex consensu populi, electi autem sunt ab eis independentes quoad leges ferendas; non enim supponuntur electi cum conditione, & conventione, ut leges non condant sine consensu, & acceptatione populi.

QUÆRES V

201 *An Abbatissa, vel Priorissa possit imponere suis Monialibus præcepta obligantia ad mortale?*

Certum est cum com. posse imponere præcepta obligantia ad mortale, si materia sit gravis, aut ad veniale, si materia sit levis, loquendo de præceptis temporalibus, quæ scilicet concernunt finem temporalem, & politicum,

cum, nempè rectam Monasterii gubernationem quoad bonum pacis, disciplinæ, observantiæ, & conservationis familiæ.

Ratio est, quia Abbatissæ competit potestas civilis, & politica, Oeconomica, & domestica, uti matrisfamilias, & major, quàm matres habent respectu filiorum, quia ei competit virtute Regulæ, & subjectionis à Sede Apostolica approbatæ; unde potest imponere præcepta spectantia ad domesticam gubernationem obligantia ad culpam gravem, aut levem, ne pax, disciplina, observantia, & conservatio familiæ corruat.

202 Hinc potest præcepta imponere, ne Moniales litteras, aut donaria recipiant, ne ad crates ad colloquendum cum extraneis accedant, ne è speculis, seu fenestris cum exteris per viam transeuntibus colloquantur, (quod quidem scandalo esse solet) aut ibi actus irreligiosos, & immodestos habeant.

203 Difficultas cedere præceptis spiritualibus, ordinatis scilicet ad finem spiritualem, seu supernaturalem.

Et quidem de illis negat Pelliz. *de Mon. cap. 4. sect. 3.* Diana *par. 5. tract. 9. res. 16. utrque Ledesma*, & quamplures apud eos; quia Abbatissa, utpotè fœmina, est incapax potestatis, & jurisdictionis spiritualis in suas subditas; sed habent solam civilem, & politicam, uti materfamilias in ordine ad gubernationem domesticam; adeòque non posse præcipere Moniali, ut Divinum Officium recitet, Missam audiat, & similia, in quantum profectum spiritualem subditarum concernunt.

204 Similiter, nec posse præcipere *in virtute Sanctæ Obedientiæ Nomine Christi, In virtute Spiritus Sancti*; quia est usus jurisdictionis spiritualis, quam non habet.

205 Unde si Abbatissa præcipiat sub peccato Moniali, ut recitet divinum Officium, si Monialis omittat semel, aut bis, non peccabit graviter ex vi præcepti Abbatissæ, sed ex vi præcepti, quod aliundè omnes Moniales ligati quia Abbatissa solùm præcipere potest talem recitationem ob finem temporalem, nempè ob bonam Monasterii gubernationem, in ordine ad quam omittere Officium semel, aut bis, est in materia levi. Si verò id præcipiat Prælatus regularis suo subdito, si subditus omittat semel, peccabit mortaliter; quia finis Prælati regularis potest esse spiritualis, nempè profectus spiritualis sui subditi, in ordine ad quem omissio unius officii est materia gravis.

206 Abbatissa igitur est solùm executrix regularum, & tantùm imponere potest præcepta illa, quæ conducunt ad rectam Monasterii gubernationem in pace, & sine scandalis. Prælatus verò regularis potest in suis præceptis etiam profectum spiritualem suorum subditorum intendere; adeòque potest ea omnia præcipere, quæ ad majorem eorum profectum conducunt, dummodò non sint supra, nec præter Regulam, sed directè, aut indirectè ad illam pertineant. Ita Pelliz.

207 Dico, Abbatissam, seu Priorissam posse suis Monialibus præcipere, *in virtute Sanctæ Obedientiæ*; & præcepta formalia, ac spiritualia imponere, quæ in conscientia graviter, aut leviter obligent, juxta gravitatem, aut levitatem materiæ. Melphi *in com. c. 11. stat. 7. assert. 11.* Castropal. *tom. 3. art. 16. dis. 4. p. 2. n. 3.* Rodr. Lezana, & alii apud Dianam *par. 5. tr. 9. resol. 16.*

208 Ratio est primò; quia officium Abbatissæ est officium Ecclesiasticum, quod si pretio comparetur, erit simonia, qualis non esset, si nulla potestas spiritualis ei esset annexa.

209 Secundò; quia Abbatissa, utpotè fœmina, solùm est incapax jurisdictionis, & potestatis spiritualis, quæ spectat ad claves, & dependet ab ordine; qualis est potestas censuras

ferendi

ferendi, absolvendi, benedicendi, &c.

Potestas autem, & jurisdictio præceptiva, & correctiva, non spectat ad claves, nec dependet ab ordine, sed est superioritati annexa; unde in ordine minorum etiam competere potest laicis, quia possunt ibi esse Guardiani.

210 Nec ei repugnat, quia spiritualis; nam (ait Melphi) de facto, gratiam, characterem baptismi, & habitus infusos, qui spirituales sunt, recipit; sicque (ex disparitate non assignanda) erit capax potestatis jurisdictionis spiritualis correctivæ, quoniam ejus usus, non est usus clavium, nec dependet ab ordine. Tum quia Moniales auctoritate Apostolica professionem emittunt, & Obedientiam vovent, ac Regulæ observantiam in manu Abbatissæ.

211 Non dicas cum Pelliz. *cit.* Moniales ei promittere obedientiam, cujus est capax, nempè ut matrifamilias, & quoad ea, quæ ad rectam gubernationem Monasterii spectant; atque etiam, si spiritualia Abbatissa præcipiat, v. gr. recitationem Officii, Missæ auditionem, &c. illa præcipere, non ob finem spiritualem, sed ob temporalem solùm, prout ad rectam domesticam gubernationem Monasterii spectant.

Non enim juvat; quia gratis dicitur. Nam in manu Abbatissæ professionem emittunt, & obedientiam vovent absolutè, absque ulla restrictione. Et talis emissio professionis, & voti magis principaliter, non finem temporalem, sed spiritualem, nempè Religiosarum spirituale profectum intendit: hic est finis institutionis Religionum utriusque sexus.

212 Illud tamen est notandum, utramque potestatem præcipiendi, tam temporalem, ut materfamilias, quàm spiritualem correctivam, ut Superiorissa, esse subordinatam Superiori majori, nempè ordinario. Unde, si licet imposuerit, ut ipso inconsulto præcepta non imponat, non potest, eo inconsulto, imponere. Quod valet ordinarius facere; quia in præceptis imponendis requiritur eximia prudentia, quæ non solet in mulieribus reperiri: *v. n.* 151.

QUÆRES VI.

213 *An Declarationes Sac. Congr. Conc Trid. in authentica forma exhibita habeant vim legis?*

PRima opinio tenet non habere vim legis, ac proindè non tollere probabilitatem opinionis oppositæ, sed solùm esse magnæ auctoritatis. Verticelli *tr.* 2. *q.* 6. Diana *p.* 1. *tr.* 10. *resol.* 29. Bonac. *de legib. disp.* 1. *q.* 1 *p.* 8. *n.* 4. Port. Ver. Cardinalium Declarationes, & alii multi apud ipsos. Quorum ratio præcipua est, quia hæ declarationes non publicantur; non enim affiguntur ad valvas in locis publicis, ut fit in constitutionibus Apostolicis; sed solùm traduntur partibus, quarum interest, sigillo, & subscriptione munitæ: Et de essentia legis (ex pluribus juribus) est promulgatio, itaut ante illam lex obligare non possit.

214 Secunda sententia, quam sequor, docet habere vim legis, ac proindè obligare in utroque foro, Rodr. *q. Regul. tom.* 1. *q.* 11. *ar.* 2. Miranda *in Man tom.* 2. *q.* 26. *art.* 11. Castropal. *tom.* 1. *tr.* 3. *disp.* 5. *p.* 3. §. 1. *n.* 6. Fagnan. *lib.* 1. *Decr. c. quoniam* 13. *de constit. à n.* 6. *& alii permulti apud eos.*

215 Ratio est, quia hæ Declarationes fiunt auctoritate Papæ, & illo consulto, videlicet auctoritate à Papa ipsis Cardinalibus tradita interpretandi Decreta Concilii, ipso consulto, ut constat ex Bullis Pii IV. *Benedictus Deus* 25. *Jan.* 1563. *Sixti V. Immensa*, §. *Deo autem Patri*, 21. *Jan.* 1587. Declaratio autem legis facta ab eo, qui à Principe, seu legis conditore habet jus interpretandi, non differt à lege declarata, *l. hominis, & rei*, §. *Verbum*

bum ex legib. ff. de verbor. signif. l. qui testamento, §. Mulier. ver. argumento, ff. de testamento.

216 Declarationes igitur Sac. Cong. Conc. nil aliud substantialiter sunt, quàm ipsa Decreta Concilii ex se obscura, dubia, aut malè intellecta; ac proindè eamdem vim habent, quam ipsa decreta. Cùm igitur Decreta habeant vim legis in utroque foro obligantis, ita & ipsæ declarationes; nam qualitates omnes legis declaratæ censentur inesse illius declarationi, *in l. nihil.*

217 Hinc non obstat fundamentum opinionis oppositæ; quia hæ declarationes non sunt novæ leges, sed ipsæ leges Concilii. Nec obligatio ad culpam, & pœnam, oritur ex ipsa lege declarante, sed ex lege declarata; & ideo non exposcunt solemnitatem publicationis; sed sufficit illa, quæ facta fuit in ipsius legis editione.

218 Cæterùm (ut advertit Fagnanus) ipsa Congregatio Concilii, quando vult novam legem condere, eam priùs à Summo Pontifice approbatam, & roboratam, solemniter publicare facit, ut patet in Decreto *de Apostatis, & ejectis. De rebus Regularium non alienandis. De Celebratione Missarum, &c.* Non sic in legis declaratione; quia hæc non facit novum jus, sed quod prius erat, manifestat.

219 Illud certum est, Declarationes, seu Decreta S. Congr. Concilii non obligare, nisi constent authenticè; ex Decreto ejusdem Sac. Congr. Concilii apud Lantuscam *in Theatro Regul. ver. Congregationis Concilii Decreta.* ut sequitur.

Sacra Congr. Conc. ex speciali jussu Urbani VIII. mandat, & præcipit, hujusmodi declarationibus tam impressis, & imprimendis, quàm manuscriptis, nullam fidem esse in judicio, vel extrà, à quoquam adhibendam, sed tantùm illis, quæ in authentica forma, & solito sigillo, & subscriptione Eminentiss. D. Card. Præfecti, & Secretarii ejusdem Congregationis pro tempore existentium, munitæ fuerint. Die 29. Augusti 1621. prout in Regesto hujus Congregationis, fol. 124.

220 Idem disponit S. Congr. Rituum pro Decretis ejusdem S. C. Rituum.

METUS

221 GRavis cadens in virum constantem metus, inquam, aut periculum non levis, sed gravis damni, nempè vitæ, mutilationis, infamiæ, aut jacturæ bonorum, qui non leviter, sed probabiliter, & prudenter timetur, excusat à præcepto positivo, sive humano, sive divino; similiter & gravis difficultas, aut urgens necessitas, de qua in præceptis particularibus; quia leges positivæ, etiam divinæ, sunt accommodatæ humanæ conditioni, juxta illud Matt. *c. 11. Jugum meum suave est, & onus meum leve.*

222 Hinc in tali periculo, aut metu, vel urgente necessitate, non tenemur ad jejunium, ad auditionem Missæ die festo, ad integritatem materialem confessionis, ad solutionem decimarum, ad non communicandum cum excommunicato vitando, &c.

223 Non excusat autem, si id cedat in majus Reipublicæ damnum, aut si ad transgressionem legis cogamur in contemptum legislatoris, vel fidei; tunc enim ad observantiam legis tenemur, etiam cum periculo vitæ; quia bonum publicum est præferendum privato, & contemptus legis, aut fidei, est ab intrinseco malus. Constat exemplo Eleazari Machab. *lib. 2. cap. 6.* vide dicenda de charitate, *& tom. 2. n.* 420.

224 Eadem ratione metus gravis non excusat à præcepto positivo divino respiciente bonum commune status Ecclesiæ, qualia sunt omnia præcepta positiva Christi, ad administrationem

strationem sacramentorum pertinentia, uti est sigillum confessionis consecratio in duplici specie, confectio sacramentorum secundum debitam materiam, & formam.

225 Item non excusat à præcepto naturali negativo prohibente rem ab intrinseco malam, & quæ nulla valeat ratione cohonestari; quia hæc non potest per metum malitia spoliari: hujusmodi sunt odium Dei, negatio etiam purè externa fidei, mendacium, pollutio voluntaria, accessus ad non suam, occisio directa innocentis, &c. unde ob metum mortis non licet mentiri, &c.

226 Occisio indirecta innocentis potest sæpè excusari, ut evenit in eo, qui occidit aggredientem injustè; in milite, qui justè bellum gerens, emittit globum tormentarium, & interficit simul cum hostibus pueros innocentes; & in eo, qui fugiens persequentem, puerum innocentem, quem vitare non potest, conculcat in via: in his namq; & similibus casibus excusatur à culpa, & cohonestatur occisio innocentis, quia non alterius occisio, sed propriæ vitæ, quæ alienæ prævalet, justa defensio intenditur, per accidens autem contingit mors innocentis.

227 Eadem ratione metus gravis nedum non excusat à culpa committentem, sed neque proximè cooperantem ad actiones intrinsecè malas, & quæ nulla valeant ratione cohonestari. Hinc Innoc. XI. damnavit prop. 51. *Famulus, qui submissis humeris scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestras ad stuprandum virginem, &c. non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta, ne à domino malè tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, &c. v. prop. 51.*

228 Ubi Pontifex supponit, famulum esse scientem mali, & non eum damnat in dubio, nam in dubio mali possessio stat pro innocentia; & ex jure quilibet est præsumendus bonus, nisi certò constet, quòd sit malus.

229 Ulteriùs propositio metum notabilis detrimenti explicat, videlicet, *ne à domino malè tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur.* Unde in terminis propositionis damnatæ non videtur comprehendi metus notabilioris detrimenti, putà assiduarum vapulationum, mortis, &c.

230 Cæterùm dico, non licere famulo ob metum notabilioris detrimenti cooperari ad stuprum heri, &c. tenendo scalam, &c. quia talis cooperatio non est remota, sed proxima: & actio illa famuli, licèt in se absolutè considerata sit indifferens, hìc, & nunc est proxima, & determinata ad malum; unde sicut commissio actionis ab intrinseco malæ, ex nullo metu potest cohonestari, ita nec cooperatio proxima, & hìc, & nunc determinata ad eamdem actionem ab intrinseco malam, cujusmodi est stuprum, &c. quoniam actus essentialem malitiam sumit ab objecto, & in casu idem objectum ab intrinseco malum, est commissionis, & cooperationis proximæ objectum.

231 Dixi in *n.* 227. & quæ nulla valeant ratione cohonestari, quia dantur aliquæ actiones ab intrinseco, quæ in aliquibus circumstantiis possunt aliqua ratione cohonestari, in quantum amittunt rationem formalem intrinsecè malam: hujusmodi est furtum, quod est ablatio rei invito rationabiliter domino; potest autem dari casus, ut ablatio rei non sit invito domino, aut si invito, non rationabiliter invito, & tunc ablatio rei amittit malitiam intrinsecam furto, quia amittit rationem formalem furti, & ut meliùs, cum de furto, & restitutione; non sic est stuprum, quod quidem ita intrinsecè malum, ut nulla valeat ratione cohonestari.

LEX HUMANA CESSAT

232 PLuribus modis, 1. per dispensationem, aut abrogationem factam à legisla-

tore, vel ejus successore. Non potest inferior abrogare legem superioris, aut dispensare, nisi ex delegatione superioris.

Vel nisi tales sint circumstantiæ, ut habeat locum Epicheia de præsumpta intentione, & voluntate Superioris; ita ut aliàs Superior esset crudelis. De quo fusè dicitur, *de dispensatiomb. in matrim.*

233 Epicheia respicit casus particulares, sicut lex communes.

234 Secundò, si cesset finis adæquatus legis; minimè, si partialis. Hinc cessat obligatio correctionis fraternæ respectu alicujus personæ individuæ, quando emendatio non speratur: *v. tom. 2. n. 430.*

235 Tertiò, per præscriptionem, aut consuetudinem in contrarium: *ut à n. 244.*

236 Quartò, si lex sit fundata in præsumptione, si de contraria veritate constet, cessat lex, quia præsumptio cedit veritati. Unde si lex sit edita ad aliquod malum vitandum, si in aliquo casu cognoscatur, nullum ejus esse periculum, cessat lex. Com.

CONSUETUDO

237 *Est jus non scriptum, ortum ex longo, & continuo usu.*

UT consuetudo habeat vim legis, requiritur, quòd sit rationabilis, de consensu Principis, aut legitimè præscripta: *Rationabilis* dicitur, si non sit contra jus naturale, divinum, contra Religionem, contra Ecclesiæ libertatem, sed de materia honesta, & utili communitati.

238 Actus, ex quibus oritur, debent esse cum frequentia, voluntarii, publici, & notorii. Quæ consuetudo debet esse à toto populo, & communitate, aut saltem à majori, & saniori ejus parte frequentata.

239 Consuetudo est triplex, 1. *secundum legem*, & hæc dicitur *optima legum interpres*, 2. *præter legem*, 3. *contra legem*.

240 *Consuetudo præter legem.* Est, quæ novam obligationem inducit. Ad hanc, ut ad mortale obliget, requiritur, quòd sit introducta à toto populo, aut majori, & saniori ejus parte, cum animo se obligandi ad mortale. Hinc consuetudo abstinendi à lacticiniis die Sabbati non obligat ad mortale; quia licèt sit communis, non fuit introducta cum intentione, & animo se obligandi ad mortale; ut constat ex communi Doctorum mente. Cui non obstat contrarius sensus plurium; quia est sensus saniorum, sed plebis, simplicium, & mulierum.

241 Insuper requiritur præscriptio, ad quâ exposcitur, & sufficit decennium, sive sit consuetudo civilis, sive Canonica, seu Ecclesiastica, etiamsi princeps sit absens.

242 *Consuetudo contra legem.* Est abrogativa, & destructiva legis. Non potest dari contra legem divinam, jus divinum; contra jus naturale, & gentium; quæ si detur, dicetur abusus, & corruptela extirpanda.

Hinc contra vota non potest dari præscriptio; quia licèt importent obligationem humanâ ab homine factam, concernunt jus divinum, cum *Votum sit promissio facta Deo.*

243 Potest autem dari (si habeat conditiones requisitas) contra leges civiles, Ecclesiasticas, & Canonicas, contra impedimenta dirimentia de jure humano, contra ritus Sacramentorum; minimè contra horum substantiam, Mendo *in epit. ver. consuetudo n.* 20. Gobat. *tom. 1. tr. 9. n. 23.*

244 Hæc potest dupliciter introduci. 1. Per viam *Conventiæ*, ex consensu saltem tacito Principis, seu legislatoris, eo scilicet sciente, & tolerante, cum faciliter contradicere posset, si vellet. Et tunc non requiritur rigorosum tempus præscriptionis, sed sufficit, quòd tanto tempore consuetudo sit continuata, quantum viris prudentibus sufficit, ad ratio-

tionabiliter judicandum, Principem in eam consensisse.

245 Hac ratione, ut lex dicatur non usu recepta, nec inde acceptata, & non obligare, non requiritur decennium; sed sufficit, quòd non fuerit observata, sciente Superiore, seu legislatore tolerante, & non contradicente, cum faciliter posset. Verricelli *tr.* 3. *q.* 2. *n.* 32. *& tr.* 8. *q.* 52. *n.* 9.

246 Secundò. Per viam *Præscriptionis*, videlicet ignorante, & nesciente Principe. Et tunc ultrà recensitas conditiones requiritur tempus decem annorum contra legem civilem, quadraginta verò annorum contra legem Canonicam, & Ecclesiasticam.

CONSUETUDO

247 Potest tollere pœnam, imò irritationem actus, & non obligationem legis quoad culpam. Hac ratione plures pœnæ sunt abrogatæ. Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 4. *de Consuetud.* §. 8. quia tantùm potest consuetudo, quantùm lex scripta, si requisitas habeat conditiones.

248 Lex, si exprimat, quòd non possit per consuetudinem contrariam abrogari, non potest per eam derogari; quia non censetur consuetudo honesta, quæ fuit prohibita. Solùm potest derogari, si circumstantiæ legis sint mutatæ, ut prudenter judicetur, legislatorem consentire in consuetudinem eam derogantem: v. n. 197.

249 Per legem universalem non derogatur consuetudo, nisi de ea fiat expressa mentio, sicut nec privilegium.

250 Nec consuetudo immemorabilis (*illa* scilicet, *de cujus initio non exstat memoria hominum*,) derogatur per legem derogativam consuetudinis, nisi de ea fiat specialis mentio. Quod Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glossa* 35. *num.* 2. Barbosa *de clausulis claus.* 87. *n.* 8. & Anton. à Spir. S. *consult.* 2. *num.* 17. dicunt, esse verum, quando ratio, & finis derogationis consuetudinis non est idem in consuetudine immemorabili, quàm in memorabili.

251 Si consuetudo contra legē consistat in omissione actus, ut præscribat contra legem, non sufficiunt *actus negativi*, quatenùs scilicet nunquam se obtulit occasio exequendi actus legis; sed requiruntur *actus privativi*, quatenùs se obtulit occasio exequendi actus legis, & hoc non obstante fuerunt omissi. Mendo *ver. lex.*

QUÆRES

252 *An ad derogandum legi per consuetudinem requiratur bona fides?*

CErtum est, non requiri bonam fidem, si sit sermo de consuetudine introducta per viam *Conniventiæ*; quia tunc derogatio legis non procedit ab ipsis actibus contrariis, qui quidem facti cum scientia legis contrariæ, in principio, in fieri consuetudinis fuerunt mali: sed à consensu saltem tacito legislatoris, qui sciens, & potens faciliter contradicere, si vellet, tolerat, & non contradicit.

Sed difficultas est de derogatione per viam *præscriptionis.*

253 In qua re aliqui apud Pirhing. *lib.* 1. *tit* 4. *de Consuetud.* §. 8. tenent, non requiri bonam fidem; quia sicut consuetudo, ut obliget, requiritur, quòd sit introducta animo obligandi; ita pariter, ut deroget legem, requirit, quòd sit introducta animo eam derogandi, & consequenter cum cognitione legis, & cum scientia, quòd actus sit contra legem: cum autem bona fides excludat scientiam, sequitur, quòd abrogatio legis per consuetudinem non compatiatur cum bona fide.

254 Dico. Abrogatio legis per consuetudinem introductam per viam puræ præscriptionis non potest haberi sine bona fide. Pirhing. *cit.* & est probabilior sententia. Probatur; quia possessor malæ fidei non potest

præscribere, nam ad præscriptionem requiritur bona fides.

255 Ad hoc igitur, ut abrogatio legis habeatur per viam præscriptionis, requiritur bona fides, aut quòd cum mala fide sit conjuncta conniventia Principis, videlicet consensus saltem tacitus, aut rationabiliter præsumptus legislatoris: *vid. num.* 197. Gobat. *tom.* 1. *tract.* 9. *num.* 24. Suadetur. Ablatio rei facta scienter non est legitima, nec excusat à restitutione, nisi habeatur consensus, saltem rationabiliter præsumptus, domini, quo re.noveatur à linea furti rei alienæ: igitur ablatio legis facta scienter non est legitima, nec excusat ab observantia, nisi habeatur consensus, saltem rationabiliter præsumptus, legislatoris, quo removeatur à linea furti juris alieni.

256 Hinc sequitur, quòd in casu consuetudinis introductæ per viam puræ præscriptionis non derogetur lex à principalibus, qui mala fide contra legē egerunt; sed à successoribus, qui quidem agunt contra legem bona fide, putantes se non teneri eam legem servare, cum videant illam à suis antecessoribus non observatam: quilibet enim præsumendus est bonus, nisi certò constet, quòd sit malus.

De legibus, agunt Scotus *in* 4. *dist.* 3. *quæst.* 4. *litt. B. dist.* 44. *quæst. un. & alibi.* Mastrius *in Theolog. mor. disp.* 2. Diana *par.* 1. *tract.* 10. *& alibi.* Joan. de la Crux, *ver. de legib.* Bonac. *tom.* 2. *par.* 2. Tamb. *tom.* 2. *de meth. missæ lib.* 3. *cap.* 1. §. 8. Busemb. *lib.* 1. *tract.* 2. Cardenas *in Crisi Theol. tract.* 3. *disp.* 32. & 34. & Fagnanus *cit.* Gobat. *pluribus in locis.* Castropal. *tom.* 1. *tract.* 3.

SACRA POENITENTIARIA.

257 *Instructio Parochorum, & aliorum Confessariorum pro Casibus, quorum Absolutio, vel Dispensatio spectat ad Sacram Pœnitentiariam, seu ad Sedem Apostolicam.*

CUm sciam, multos inter Christi fideles utriusque sexus, ubique locorum existentes, Censuris, Irregularitatibus, impedimentis Votorum, & Matrimonii, aliisque hujusmodi casibus ad Sacram Pœnitentiariam, seu Sedem Apostolicam spectantibus, respectivè irretitos diù permanere, imò interdum miserè perire, tanti mali causam ex his fontibus provenire comperi.

Primò, quia Parochi, vel alii Confessarii, in quorum manibus hujusmodi Pœnitentes veniunt; ii præsertim, qui rurì, & in pagis extra Civitates habitant; sæpissimè nesciunt, ad quem in Urbe pro remedio confugiant, qui vel absolutionis, vel dispensationis Litteras à Sacra Pœnitentiaria obtinere iis procuret. Unde fit, ut hac cura deposita, Pœnitentes, vel ad Episcopos, vel ad alios mittant, ad quos isti præ rubore, ac verecundia (Fœminæ præsertim) accedere verentur.

Secundò. Alii verò, qui suos habent Romæ Procuratores, tantam pecuniæ vim pro expensis exigunt, ut hi præ inopia tantis sumptibus impares omninò recedant; & fortè sibi persuadeant, (quod longè pejus esset) Sacrum Tribunal Pœnitentiariæ pro dictis Litteris aliquid lucri reportare.

Tertiò. Facit etiam nonnullorum Confessariorum incogitantia, ut gratiæ obtentæ irritæ sint, quia casus, & casuum circumstantias necessariò explicandas malè interdum exponunt: quo fit, ut litterarum Executores præmisso Pœnitentium examine rem aliter se habere, quàm exposita fuerit, comperiant, ac proindè dictas

dictas litteras exequi non possint. Unde Pœnitentes quasi desperati pro novæ gratiæ impetratione remedio privati manent.

Quartò. Accidit etiam non rarò, ut Pœnitentes obtentis litteris, non possint in suis pagis facilè reperire Doctorem Theologiæ, vel Sacrorum Canonum (his enim ut plurimùm literæ Sacræ Pœnitentiariæ inscribunt) aut saltem ille suspectus sit, nec etiam in vicinia eos, quippè qui procul absunt, difficilè adire possint. Unde litteræ suo carent effectu, ac miseri Pœnitentes in suis sordibus perseverare coguntur.

His præmissis, cum certum sit, Sacræ Pœnitentiariæ Tribunal salutem dumtaxat animarum intendere, & omnia gratis concedere, existimavi Parochis, & Confessariis aliquot capita à me proponi pro remedio indicatorum commodorum.

Primò. Ubi accedit aliquis ad illos casu quopiam ad dictum Tribunal pertinente laborans, examinent diligenter Pœnitentem, ut rem totam sincerè aperiat: observent genus Censuræ: scrutentur etiam facti circumstantias. Item inquirant de Pœnitente, an sit vir, aut fœmina: An Laicus, aut Clericus, an Regularis, aut Sæcularis, an Sacerdos, vel in Ordine Sacro, aut simplex Clericus, aut Monialia, &c. Item appellent genus censuræ incursæ, & casum, ex quo incursa est, an publicus, vel occultus. Et circa Irregularitatem videant, an ex delicto, & ex quali delicto, cum suis circumstantiis: an ex defectu, & ex quali defectu; an ex homicidio, aut mutilatione; an ex violatione censuræ. In matrimoniis inquirant, quale sit impedimentum; an revera occultum, an de contracto matrimonio, vel de contrahendo agatur: Item quid causæ allegeatur pro dispensatione obtinenda: (idem fiat pro votis, scilicet, quid causæ pro commutatione, & ad quem effectum;) sed præsertim de Clerici percussore disquiratur, ad Urbem pro Absolutione si accedere non valeat.

Secundò. Habita vera totius causæ notitia, scribant casum in charta quocumq; charactere, dummodò legi possit; idque sive latina, sive qualibet alia cujuslibet Regionis nativa lingua, omissis inutilibus, reticito etiam nomine, & cognomine pœnitentis (quamvis nullum sit periculum, rem, & personam prodendi) nisi fortè ageretur de Censuris inflictis cõtra publicos Clericorum Percussores, & Duellantes in publicum; tunc enim nomen, cognomen, & Diœcesim exprimant: In occultis verò per simplex N. N. proceditur, & casum sic inscriptum directè mittant per postam, seu communem Tabellarium publicum Romam Majori Pœnitentiario in hunc modum.

Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Majori Pœnitentiario.

Qui certè pro sua humanitate, & charitate libenter omnes audiet; jubebit litteras expediri, & rescribendo mitti curabit.

Tertiò. In Litteris tamen Romam ad eum missis significent, quomodo, & qua via responsum mittendum sit per Postam, seu communem publicum Tabellarium, terminando litteras Eminentiss. inscriptas in hunc ferè modum.

Dignetur Eminentia vestra rescribere N.N. in Civitate N. pro tali Oppido N.

Sic autem casum proponent.

Eminentissime, & Reverendissime Domine.

N. Sacerdos contraxit Irregularitatem ex homicidio occulto ab eo ob talem, vel talem causam clam tali modo patrato, vel procurato in persona hominis laici. Ab eo tempore non abstinuit ab exercitio ordinum, vitandi scandali causa, vel ne se proderet; sive abstinuit, sed cum dicat absque scandalo abstinere non possit, humillimè supplicat pro remedio.

N.N. Con-

N. N. Contraxit matrimonium cum muliere, cujus matrem anteà carnaliter cognoverat, conscius, vel nescius impedimenti [quod occultum est] quare cum absq; scandalo separari non possint, humillimè supplicat pro remedio.

N. N. Mulier emisit Votum Castitatis perpetuæ: Sed cum adsit, vel futurum esse prævideat periculum incontinentiæ, humillimè supplicat pro dispensatione ad effectum nubendi.

Sed cum innumeri sint casus, in quibus supplicari debet Eminentiss. Cardinali M. Pœnitentiario, innumera quoque sunt supplicationum Exemplaria, pro quorum notitia hæc indicasse sufficiat.

Denique, si in illo Oppido, seu Civitate, in qua Eminentiss. Pœnitentiario [ut præfertur] scribitur, non fuerint Confessores, Doctores in Jure Canonica, vel Magistri in Sacra Theologia, vel si adsint, Pœnitens non possit de facili induci eis aperire suam conscientiam, cum jam aperuerit alicui Confessario non graduato, hoc ipsum in litteris missis ipsi M. Pœnitentiario significetur; quod idem significandum est, si Confessarius Gotticum characterem legere nesciat, quia [uti spero] de opportuno remedio providebitur.

Quòd si fortè aliquando tardaverit responsum Eminentiss. M. Pœnitentiarii, tunc poterunt Confessarii seu Pœnitentes iterùm scribere, ut si fortè fuit deperdita prima epistola, altera manus Eminentiss. M. Pœnitentiarii perveniat, & ex his adjuvante Deo præmissis omnibus incommodis providebitur, & animas fratrum nostrorum Deo nostro lucrabimur. Hortantur Parochi, & Confessarii, ad quos præsentes litteræ pervenerint, suis Confessionariis illas affigere, & aliis quantum poterunt rescribendo, sive typis mandando communicare pro animarum salute.

FORMULA I.

258 *Eminentissime, & Reverendissime Domine.*

N. N. sub verbo, & promissione matrimonii deosculatus est mulierem liberam, & cum ea tactibus impudicis operatus est extra vas, ob recensitam promissionem consentiente; posteà carnaliter cognovit ejus matrem conjugatam, nescius supervenientis impedimenti, quod est occultum: Imò mater, & filia ita se habent, ut neutra sciat delictum alterius. Deindè perfectè defloravit allatam puellam sub eadem spe, & promissione matrimonii; quòdque delictum etiam est occultum; modo non potest absque scandalo, & periculo vitæ, quod ex ejusdem parentibus utrique immineret, à promissione resilire. Non absque scandalo, quia licèt delictum sit omninò occultum, tota tamen vicinia putat facta esse sponsalia, & matrimonium expectat. Non absque periculo, quia mulier relicta, & promissione frustrata, faciliter in odium conversa, rem suis Patri, & fratribus aperiret, ut novissimè in casu prorsus simili hic paucis ab hinc mensibus cum gravi, & lethali damno contigit. Item cum ei Romam accedere non permittatur, tam quia est pauper, quia sic rem aperiret, facti verè pœnitens, humillimè, & in Jesu Christi viscеribus supplicat pro remedio, & quàm citiùs pro dispensatione super affinitate in primo gradu contracta, ad effectum contrahendi matrimonium cum eadem, cui illud promisit; nam ex mora grave & certum ei vitæ periculum imminet. Dignetur eminentia vestra rescribere N. N. in Civitate N. Interim Orator ad eminentiæ vestræ pedes humiliter provolutus, & pro ejusdem incolumitate precans silet, N. die 12. Julii 1702.

FOR-

FORMULA II.

859 *Eminentiss. &c. ut supra.*

N. N. contraxit sponsalia cum muliere libera, quam consentientem priùs sub spe matrimonii defloraverat, cujusque matrem, & sororem conjugatas antea carnaliter cognoverat, conscius impedimenti: quod est occultum; ac proinde cum absque scandalo, & valdè gravi vitæ periculo, quod ex ejusdem parentibus immineret, à sponsalibus resilire, vel in longum matrimonium protrahere minimè possit, atque et Romam accedere haud permittatur; facti verè pœnitens humillimè, & in Jesu Christi visceribus supplicat pro remedio, & quàm citiùs pro dispensatione super affinitate ex duplici parte in primo gradu contracta, ad effectum contrahendi matrimonium cum eadem, cum qua præmissa sponsalia inivit. Dignetur, &c. *ut supra.*

FORMA DISPENSATIONIS S. POENITENTIARIÆ.

860 N. N. S. Romanæ Ecclesiæ Presbyter Card. Discreto viro Confessori Magistro in Theologia, vel Decretorum Doctori, ex approbatis ab Ordinario per Latorem præsentium ab infrascripto Specialiter eligendo, salutem in Domino.

Ex parte Latoris præsentium Nobis oblata petitio continebat; quòd ipse aliàs in facie Ecclesiæ matrimonium contraxit, & successivè consummavit cum muliere, cujus sororem prius carnaliter cognoverat. Cum autem, & sicut eadem petitio subjungebat, dictus Lator propter impedimentum ex præmissis proveniens, nequeat in dicto matrimonio remanere absque Sedis Apostolicæ dispensatione, & separatio inter ipsum, & dictam mulierem fieri non potest absque scandalo; ad id vitandum, ac pro suæ conscientiæ quiete cupit Lator à præmissis, quæ occulta sunt, & de quibus plurimùm dolet, per Sacræ Pœnitentiariæ officium absolvi, secumque desuper dispensari. Quare supplicari Nobis fecit humiliter, ut sibi super his de opportuno remedio providere dignaremur. Nos igitur, qui Pœnitentiariæ D. Papæ curam gerimus, supplicationibus hujusmodi inclinati, auctoritate Apostolica Nobis specialiter concessa discretioni tuæ committimus: quatenùs, si est ita, dictum latorem, audita priùs ejus sacramentali confessione, à quibusvis sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis, quas propter præmissa quomodolibet incurrit, ab incestu, & excessibus hujusmodi absolvas hac vice in forma Ecclesiæ consueta: injuncta inde ei pro tam enormis libidinis excessu, gravi pœnitentia salutari, ac sacramentali confessione peccatorum suorum, singulis scilicet mensibus ut minimum semel, & quoties animæ suæ saluti expedire judicaveris; Et aliis, quæ fuerint de jure injungenda. Demùm, dummodò impedimentum ex præmissis proveniens, sit occultum, & separatio inter latorem & dictam mulierem fieri non possit absque scandalo; ex cohabitatione verò, de incontinentia probabiliter timendum esse, tibi visum fuerit, & aliud canonicum non obstet: cum eodem latore, ut dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita cautè, ut latoris delictum nusquam detegatur, matrimonium cum eadem, & uterque inter se de novo, secretè ad evitanda scandala, præmissis non obstantibus, contrahere, & in eo postmodum remanere licitè valeant, misericorditer dispenses; prolem susceptam si quæ sit, & suscipiendam exindè, legitimam decernendo, in foro conscientiæ, & in actu sacramentalis confessionis tantùm, & non aliter. Ita quòd hujusmodi absolutio, & dispensatio in foro judiciario nullatenùs suffragentur; nullis super his adhibitis testibus, aut litteris

litteris datis, seu processibus confectis, sed præsentibus lanatis, quas sub pœna excommunicationis latæ sententiæ laniare tenearis, ita ut nullum illarum exemplum extet; neque eas latori restituas; quòd si restitueris, nihil ipsi præsentes litteræ suffragentur. Datum Romæ apud S. Petrum sub sigillo officii Pœnitentiariæ, 13. Julii, Pontificatûs SS. D. Nostri Anno....

EXPOSITIO.

261 IN qua re Innoc. XI. per Bullam incip. *Exponi Nobis*, editam die 27. Novembris 1679. concedit Lectoribus Jubilatis Ordinis Minorum de Observantia S. P. Francisci, ut literas Pœnitentiariæ Apostolicæ Doctoribus Artium, seu Magistris in Sacra Theologia directas, recipere, aperire, & executioni mandare possint, & valeant.

Insuper ipse executor debet esse Confessarius approbatus ab Ordinario loci, ubi est dispensaturus, quia dispensare debet in ipsa confessione, in qua examinare priùs debet veritatem expositorum.

262 Pro forma absolutionis. Postquam dixit: *Absolvo te à peccatis tuis*, addat: *& eadem auctoritate declaro te in dicto matrimonio manere, & debitum conjugale reddere posse, & debere, nec non dispenso tecum, ut idem debitum etiam exigere licitè valeas: In Nomine Patris, &c.*

Si absolvi debeat ab aliqua excommunicatione, suspensione, &c. dicat: *Ego te absolvo à vinculo excommunicationis, &c. quam incurristi, &c. propter hanc causam N.* (si sit communicatus, addatur:) *Et restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & Communioni Fidelium:* (si sit suspensus) *executioni tuorum ordinum officiorum, vel beneficiorum: In Nomine Patris, &c.*

263 Dispensatione peractâ, debet lacerare litteras, præsertim sigillum, ut ad probandum servire non possit; aliàs excommunicationem majorem incurrit. Busenb. *lib. 1. tr. 2. cap. 4. post dub. 4. appendix.* Tamb. *tom. 2. pag. 3. & 4. vide tom. 1.* De Prudentia Confess. & de Imped. cognationis in linea transv. in distantia inæquali.

264 Dispensatus per Sacram Pœnitentiariam in voto castitatis ad matrimonium contrahendum, si dispensatio sit limitata, v. gr. ad matrimonium semel contrahendum, seu cum Berta tantùm, &c. tunc ea mortua redit obligatio voti, ac cessat onus pœnitentiæ salutaris in dispensatione impositæ; quia pœnitentia est substituta loco voti; & accedente principali, cessat substitutum. Si verò est illimitata, tenetur eam continuare; quia per extinctionem obligationis voti factam per dispensationem continuatur substitutio, & subrogatio.

265 Pro dispensatione super impedimentis dirimentibus matrimonium, si non sint occulta, sed publica, recurrendum est ad Datariam Romæ, exponendo casum, & paupertatem, si sint pauperes.

PARS

PARS SECUNDA

De decem Præceptis Decalogi.

166 NOmine *Decalogi*, venit sacrum volumen decem præcepta divina complectens, quæ habentur in Exod *cap.* 20. quorum tria priora dicuntur, *primæ Tabulæ*, septem posteriora, *secundæ Tabulæ*, quatenus illa Deum, ista Proximum immediatè respiciunt.

167 Decem Præcepta Decalogi sunt divina naturalia, adeóque observanda etiam cum periculo vitæ: *v. n.* 143. & 125. Alia sunt negativa, quæ prohibent aliquid fieri; hæc obligant semper, & ad semper, ut *non adorabis Deos alienos, non occides, &c.* alia positiva, quæ præcipiunt aliquid fieri; hæc obligant semper, at non ad semper, sed ad locum, & tempus: ut *honora parentes.*

DE I. PRÆCEPTO DECALOGI *Unum Cole Deum.*

CAPUT I.

DE RELIGIONE.

168 REligio est virtus moralis hominem inclinans, ut Deo debitum cultum exhibeat tanquam omnium Creatori, & Domino.

Ejus actus tam interiores, quàm exteriores præcipui sunt, Adoratio, Sacrificium, Oratio, Juramentum, Adjuratio, & Votum.

ADORATIO

169 ESt actus, quo alium reveremur, ipsi nos submittendo tanquam Superiori, in recognitionem suæ excellentiæ.

Est triplex: *Latriæ*, quæ est in Deum, ob excellentiam increatam: *Duliæ*, quæ est in Sanctos ob excellentiam creatam communem: Et *Hyperduliæ*, quæ est in Beatissimam Virginem ob excellentiam creatam singularem, cæteris supereminentem.

170 Hæc triplex adoratio, alia est absoluta, quæ convenit Deo, Virgini, & Sanctis per se venerabilibus; alia respectiva, quæ convenit Cruci, Imaginibus, Vestibus, & similibus ratione carentibus, quæ non per se coluntur, sed propter aliud. Unde eorum veneratio non sistit in illis, sed ad prototypum refertur, cujus sunt imagines, aut quod repræsentant.

171 Licitum est votis, & alio cultu, privato tamen, putà genuflexione, deosculatione, &c. & ut privatam personam venerari sepulchra servorum Dei eximiæ Sanctitatis, de quibus est indubitatè miraculorum fama. Gobat. *tom. 3. de voto nu.* 401. quia id practicatum legimus cum illis, qui posteà Sancti declarati sunt.

172 At non licet cultu publico, v. gr. erectione Altaris, Sacrificio Missæ, horis Canonicis, & thure, appendendo tabellas, lampades, cereos accendendo, &c. velut personam publicam, aut nomine Communitatis, quia id prohibetur maximè ab Urb. VIII. qui etiam in specie prohibet, *Eorum imagines in Ecclesiis, aliisque locis publicis, ac etiam privatis, cum laureolis, aut radiis, seu splendoribus* proponi Alberghinus *in Man. qualif. cap.* 30.

173 Sacrificio Missæ Deum colunt Sacerdos, ac cæteri assistentes, & cum Sacerdote offerentes. De eo actum est fusè in tom 3. De aliis Religionis actibus plenè agimus in hoc primo tomo.

CAPUT II.

DE TRIBUS VIRTUTIBUS THEOLOGICIS.

FIDES

274 EX Apost. ad Hæbr. 11. *Est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium, innixum testimonio divino.*

275 Primò, fideles, postquam ad usum rationis pervenerint, sub mortali, & necessitate medii tenentur explicitè credere quinque: 1. Deum esse: 2. esse justum remuneratorem, dantem præmia justis, supplicia malis: 3. Mysterium Trinitatis, quod consistit in unitate naturæ divinæ, & Trinitate personarum. 4. Misterium Incarnationis. 5. Misterium Redemptionis, nempè Christum esse mortuum pro nobis: Christus est verus Deus, & homo in unitate personæ Verbi divini. Dixi, necessitate medii, quia sine horum actuali fide quis salvari non potest, nec ignorantia juvat. Unde homo, qui misteria fidei necessaria necessitate medii ignorat, etiam si ignorantia supponatur invincibilis, absolvi non potest, nisi priùs super iis erudiatur; quia caret medio necessario ad justificationem, & salutem: *vid. proposit. 64. ab Innoc. XI. damn. & de baptismo.*

276 Constat ex Apost. ad Hæbr. 11. *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, & inquirentibus se remunerator est.* Ex Jo. 17. Matth. 18. & ex Simb. Ath. *Sed necessarium est ad æternam salutem, ut incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat, &c. v. proposit. 22. ab Innoc. XI. damn.*

277 Secundò, tenentur sub mortali, necessitate tamen præcepti, explicitè, crasso tamen modo, & quoad substantiam, credere, & scire. 1. Articulos Symboli Apostolorum. 2. Orationem Dominicam. 3. Præcepta Decalogi, & Ecclesiæ. 4. Sacramenta maximè necessaria, ut Baptismum, Eucharistiam, & Pœnitentiam. Reliqua autem, quando volunt suscipere.

278 Pueri sæpè à mortali excusantur, ob intelligentiæ naturalem defectum; non excusantur autem, qui eorum curam habent, si non doceant. Confessarii in primis confessionibus debent pueros super præmissis examinare, & erudire.

279 Non sufficit fides ex testimonio humano, aut simili naturali motivo, quia fides ad salutem supernaturalem necessaria, & quæ est radix nostræ justificationis, & de qua ait Apost. *cit. n. 165. Sine fide impossibile est placere Deo*, est fides stricta supernaturalis innixa testimonio divino, quod solùm est infallibilis veritatis. Imò meritum fidei consistit in hoc, quòd independenter à naturalibus rationibus, revelata credimus, præcisè, quia Deus verax dixit: *vid. proposit. 4. 19. 20. 21. & 23. ab Innoc. XI. damn. & proposit. 1. ab Alex. VII. damn. vid. tom. 2. n. 281.*

280 Præceptum confessionis externæ fidei est duplex, negativum, scilicet non negandi fidem, & affirmativum, confitendi ore fidem.

281 Primum obligat semper, & pro semper, ita ut per nullum signum externum liceat aliquando negare fidem, non obstante, quòd interiùs servetur fides, etiamsi urgeat periculum mortis: patet ex Matth. 10. *Qui me negaverit coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo.*

283 Secundum non obligat pro semper. Unde oportet distinguere.

Vel enim taciturnitas est in talibus circumstantiis, ut sit signum negationis fidei, aut erubescentiæ confessionis fidei, aut cedit aliis in scandalum, quo avertantur à fide; & tunc etiam cum discrimine vitæ fidem confiteri tenemur. Quia ut ait D. Chrisost. *in cap. nolite timere*; non solùm est proditor veritatis, qui mendacium loquitur; sed etiam

ille

ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronunciare oportet. Hinc si Tyrannus interrogaret te de tua fide seriò, & taceres, peccares: *vid. prop.* 18. *ac Innoc XI. damn.* Idem dico, si Pastor, urgente persecutione in suas oves, cum earum scandalo fugiat.

283 Si verò taciturnitas sit in aliis circumstantiis, ut non sit signum negationis fidei, &c. tunc non esset peccatum. Similiter tunc licitum est fugere, aut occultare fidem signis ex se indifferentibus, minimè signis ad professionem falsæ fidei institutis. Constat ex Matth. 23. *Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam*, & exemplo D. Athanasii, aliorumque Sanctorum, ac ipsius D. Pauli.

De fide, Scotus *in* 3. *d.* 23. *q.* 1. *litt. G, d.* 25. *q. litt. F, in* 4. *d.* 14. *q.* 3. *litt. E, d.* 5. *q.* 1. *litt. C*, Mastrius *in Theol. mor. disp.* 10. *n.* 2. Diana *par. trall.* 3. 5. *ref.* 46. 48. *& 49 par.* 5. *tract.* 7. *resol.* 34. Joan. de la Crux, *pag.* 9. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 1. Busen. *lib.* 2. *tract.* 1. Cardenas *dis.* 11. 12. 13. 14. 15. 16. 41. 42. Bonac. *tom.* 2. *à pag.* 178. Leand. *tom.* 6. *dec. tr.* 2. *de fide.* Fenech, Bertaldus 1. *pr. dec. punct.* 1. Castropal. *tom.* 1. *tr.* 4. *Plura v. in* 2. *tom.*

SPES

284 *Est virtus supernaturalis, inclinans ad amandum Deum amore concupiscentiæ, quo Deum, & divina præ omnibus aliis bonis nobis concupiscimus.* Quæ concupiscentia est sancta; non est enim talis, qua fruamur utendis, & utamur fruendis, quia Deum, seu beatitudinem concupiscimus nobis, non tanquam fini, sed tanquam subjecto beatitudine perficiendo, quod totum potest esse ordinatum ad ipsum Deum tanquam finem. Et hoc pacto differt spes à charitate, qua Deum amamus amore amicitiæ, ut summum bonum ipse.

285 Ratio est, quia Deus non solùm est in se infinitè bonus, sanctus, &c. sed etiam est nobis infinitè suavis, delectabilis, &c. hinc Psaltes de hoc sancto mercenario affectu absque verecundia ait: *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem.* Ps. 83. *Concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini*: & Aug. in Man. c. 10. *Accende me Domine voluptate & concupiscentia tua, qua sancta est, & bona.* Scotus *in* 3. *d* 26. *q. un. litt. C, d.* 34. *q. un. litt. F*, Mastrius *in Theol. mor. disp.* 10. *n.* 3. Joan. de le Crux. *pag.* 15. Busen. *lib.* 2. *tract.* 2. Fenech. Castrop. *tom.* 1. *tract.* 5.

CHARITAS

286 *Est virtus supernaturalis, qua Deum diligimus propter se, & proximum propter Deum.* Deum diligere tenemur supra omnia, non intensivè, sed appretiativè, seu prælativè, ita ut in casu jacturæ Deus sit præferendus filiis, divitiis, & cæteris bonis; qui amor appretiativus est perfectior intensivo.

287 Fides, Spes, & Charitas, quantum ad præceptum negativum de non diffidendo, de non desperando, & de non odiendo, obligant semper, & pro semper, non sic quoad præceptum affirmativum de eliciendo actus fidei, spei, & charitatis. Et quidem non sufficit eos elicere semel in vita; non potest autem faciliter assignari tempus sine periculo erroris, aut fovendi scrupulos. Tenemur verò eos frequenter elicere, quia hujusmodi actus virtutum Theologicarum, cum habeant pro objecto immediato Deum, ad differentiam virtutum moralium, quæ habent pro objecto proprias materias creatas honestas, maximè requiruntur ad nutriendam, & conservandam vitam spiritualem animæ; præsertim ad eos tenemur, quando urget gravis tentatio contra fidem, spem, & charitatem, cum periculo labendi,

bendi; tunc, inquam, firmari debemus per actus positivos oppositos. Tenemur actum charitatis elicere in casibus, in quibus debemus Eucharistiam recipere, & confessarius non adest, & in aliis casibus, qui in peculiaribus materiis infrà afferentur.

288 In hac tamen re non est scrupulosè agendum; eo maximè, quia si attentè consideremus, frequenter actus formales directos, fidei, spei, & amoris, elicimus; quando enim Symbolum Apostolorum, Orationem Dominicam, & similia recitamus, aut sacramenta recipimus, & sacra adoramus, aut signo Crucis signamur, actus fidei elicimus, quibus articulis illis credimus. Item, quando pœnitentes ad sacramentum pœnitentiæ accedimus, veniam, & salutem speramus. Deniq; quando divina beneficia recogitamus, ad amoris actus in Deum excitamur; & præsertim, quando mentaliter oramus, assiduos, atque fervidos amoris actus in Deum experimur: *v. propos. 1. ab Alex. VII. & propos. 5. 6, 7. 17. & 65. ab Innoc. XI. damn*, Mastrius *cit.* & Carden. *disp.* 42. Bonac. *tom. 2. pag.* 164. Leander *tom. 6. dec. tr. 4.* Bertaldus *1. pr. dec. punct. 1*, Castropal. *tom. 1. tract. 6.*

CHARITAS ERGA PROXIMUM

289 NOn sufficienter expletur, si abstineamur ab actu odii, & erga eumdem exequamur facto opera externa benevolentiæ. Sicut enim certum est, nos obligari ad diligendum proximum, ex Matth. 22. *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum*; ita certum esse debet, nos obligari eum diligere actu interno expresso, & formali, ex illo Joan. 3. *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem*, & Matth. 22. ubi Christus loquens de præcepto charitatis, ait: *Secundum autem simile huic; diliges proximum tuum, sicut te ipsum.* Ubi per ly *simile*, datur intelligi, quòd præceptum charitatis proximi sit non solùm de opere externo, sed etiam de interno cordis affectu, uti est præceptum de diligendo Deum; volendo proximo bona, non mala; gaudendo, non tristando de bonis; displicendo, & non complacendo de malis, eique in necessitate subveniendo: *vid. prop. 10. & 11. ab Innoc. XI. damn.*

290 Proximus est omnis homo beatitudinis capax, sive infidelis, sive amicus, sive inimicus.

291 Ordo in dilectione proximi servandus, quoad bona pertinentia ad naturam, & vitam corporalem est: Ut extra extremam necessitatem succurrendum sit, 1. uxori, quia est una caro cum viro, 2. filiis, 3. parentibus, & patri præ matre, 4. fratribus, & sororibus, deindè propinquis, & familiaribus. In extrema autem necessitate, parentes, eò quòd vitam dederint, sunt præferendi filiis.

292 In rebus pertinentibus ad civilem communicationem præferendi sunt concives, in bellicis commilitiones, in spiritualibus patres, & fratres spirituales. Bannez tamen probabiliter tenet, parentes etiam in spiritualibus esse omnibus aliis præferendos, quia prima conjunctio carnalis est fundamentum aliarum conjunctionum: ita Busenb.

293 Tenetur quis succurrere proximo in extrema necessitate spirituali constituto, etiam cum periculo propriæ vitæ, si sit certa spes illum juvandi, & non possit aliâ viâ juvari, nec sit periculum damni proprii spiritualis, Quia damnum spirituale proximi prævalet omni damno temporali etiam proprio, damnum verò spirituale proprium prævalet damno spirituali alieno. Hinc teneris baptizare infantem, & absolvere peccatorem, quem scis certò morituram, cum periculo tuæ vitæ, si sit certa spes illum juvandi, & tibi constat non posse aliâ viâ juvari, nec tibi immineat periculum damni

proprii

proprii ſpiritualis.

294 In gravi neceſſitate tenetur tantùm Parochus, cui talis cura ex officio incumbit, cui proinde non licet fugere tempore peſtis, niſi ſubſtituto alio æquè idoneo.

Scotus *in* 3. *diſt.* 28. *un.* Maſtrius *in Theolog. mural. diſp.* 10. Joan. de la Crux *pag.* 10. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 5. Buſenb. *lib.* 2. *tract.* 3. *c.* 1. & 2. Leander *tom.* 6. *dec. tract.* 4. *diſp.* 3. Fenech. Caſtropal, *tom.* 1. *tract.* 6.

ODIUM

295 Eſt duplex, videlicet inimicitiæ, *quo volumus proximo malum, quatenus ill malum*; & hoc eſt peccatum grave, vel leve, juxta gravitatem, aut levitatem, materiæ. Alterum eſt odium ab ominationis: *Quo non perſonam ſed ejus malitiam, vel ſaltem perſonam tantùm, ut malam, aut nobis noxiam, averſamur.* Et hoc regulariter non eſt peccatum. Ita Buſenb. De hoc ait Pſaltes: *Iniquos diu habuit.* Eſt tamen grave, ſi averſio ſit magna, & cadat non tantùm in malitiam, aut qualitatem offenſivam, ſed in perſonam. Eſt igitur malum odium abominationis perſonæ, non ſic odium abominationis ejus malitiæ, aut qualitatis inſitæ *v. prop.* 9. *ab Alex. VIII. dam.*

296 Probabile eſt, ſufficere, ſi in confeſſione dicas: *Volui grave malum proximo*; non explicando ſpeciem mali, mortis, corporis, infamiæ, aut in bonis temporalibus, cum conveniant in una ratione mali.

297 Item probabile eſt, quòd non tenearis ſpeciem mali, aut boni explicare, in triſtitia de bono alterius, in gaudio de malo, & quando deſiderium eſt inefficax, videlicet, quando deſideras, ut alius occidatur, &c. at voluntatem non habes eum occidendi, &c.

Probabilius tamen eſt teneri id explicare, quia recenſita mala diſtinguuntur ſpecie.

298 Non peccat, qui ſibi, vel alteri mortem deſiderat naturalem ad gravem infirmitatem, miſeriam, & vitam acerbam, &c. vitandam, quia tunc tolerabilior eſt mors quàm in tantis miſeriis vivere. Peccat autem graviter, ſi ob leves moleſtias mortem exoptat. A mortali excuſari ſæpè ſolent ratione primi motus, aut ex defectu advertentiæ malitiæ gravis, vel ex defectu deliberationis mulieres.

299 Non peccat, qui deſiderat mortem naturalem proximo ingens malum inferenti, ut ſi deſideres latroni, aut tyranno mortem. Si deſideres infirmitatem peccatori, ut convertatur. Si triſteris de bono proximi, in quantum id in aliorum damnum redundat, quatenus eſt eo abuſurum: v. gr. ſi triſteris aſſumptum eſſe in Judicem hominem injuſtum, &c. quia hi actus non habent pro objecto malum proximi, ſed bonum honeſtum aliorum, nempe publicæ quietis, ceſſatio iniquitatum, injuſtitiarum, gravium offenſionum, &c.

300 In nullo autem ex his caſibus licet privatâ auctoritate proximum occidere, quia plus requiritur ad mortem, & malum inferendum, quàm ad deſiderandum; ut cum de homicidio. Similiter nunquam licet deſiderare alteri mortem ab alio injuſtè infligendam, quia eſt actus de objecto malo: *v. ver. Homicidium alterius*, de Tyranno.

301 Imò ſecluſo caſu ingentis damni impendendi, non licet malum, aut mortem naturalem alteri deſiderare, aut de eo gaudere, vel de bono triſtari, v. gr. quia exindè temporale bonum nobis advenit, aut hæreditas, quia hoc eſt leve, imò iniquum motivum ad malum grave alteri cupiendum. Tum quia hæreditas, vivente domino, eſt tibi indebita; adeóq; vivente domino iniquum eſt ei deſiderare malum, nempe mortem ob bonum, tunc tibi indebitum. Multò magis iniquum eſt eam deſiderare Patri, à quo poſt Deum vitam accepiſti:

sti: *v. proposit. 13. 14. & 15. ab Innoc. X. damn.* Scotus *in 3. dist. 30. quæst. un. litt. A.* Mastrius *in Theol. mor. disp. 10. n. 97.* Busen. *cit.* Cadernas *disp. 11.* Bonac. *tom. 2. pag. 207.* Bertald, *5. pr. dec. punct. 1.* Castrop. *to. 2. tract. 6.*

CHARITAS ERGA INIMICUM.

302 EX præcepto obligat, ut quilibet homo privatus communia charitatis signa, & beneficia, exhibeat; specialia verò solùm ex consilio, nisi aliunde obligatio oriatur, v. gr. ratione scandali.

303 Hinc non potes sine mortali à communibus orationibus, aut à sacrificio inimicum excludere. Nec si toti viciniæ eleemosynam elargiaris, potes inimicum excludere; quia licèt liberè des, supposito tamen, quòd des, inimicum excludere est odii signum.

304 Regulariter non tenetur quis salutare, aut alloqui inimicum; quia salutatio, & allocutio sunt actus liberi inter æquales; unde eos omittere non est per se signum odii. Inter inæquales eos omittere est signum inurbanitatis in inferiore; imò si inæqualitas sit insignis, ut inter superiorem, & subditum, &c. salutationem omittere est signum contemptus.

305 Dixi regulariter, quia aliquando ratione alicujus circumstantiæ adjunctæ eos omittere est mortale: 1. si cedat in scandalum, & signum odii interni; uti esset, si pluribus simul tibi occurrentibus cæteros salutes, & inimicum excludas: si allocutio non est debita, sed tu prævides, quòd ex tua allocutione, aut salutatione, inimicus odium deponet, tunc mortaliter peccas, si sine magna animi difficultate potes: hoc addidi, quia charitas non obligat cum magno incommodo.

306 Possunt tamen isti aliquando excusari à mortali, si alii, qui videbant eos priùs ad invicem salutari, & modò vident non salutari, sciant causam rixæ fuisse levem, & rixam levem.

307 Quando collocutio est debita, debet prius incipere lædens, inferior, qui priùs offendit, qui excitavit, qui graviùs offendit, licèt fuerit posterior. Si injuriæ sint æquales, aut non sit major ratio, cur incipiat priùs unus, quàm alter, utrique incumbit cura occasionem capiendi; & ille, cui priùs occasio occurrit, incipere debet, sicut inter æquales onus priùs salutandi incumbit illi, qui coram alio pertransit.

308 Non teneris salutare inimicum, si sis moraliter certus eum non resalutaturum; quia tunc esset periculum, ut tu graviter contra illum invehieres. Similiter, si prævideres inimicum exinde evasurum audaciorem, & magis tibi infestum: aut si inde notabile damnum esset tibi secuturum.

309 Si in inimicum graviter tibi infensum te salutantem non resalutes, peccas mortaliter, quia est signum odii, à mortali excusaris, si circumstantiæ sint tales, ut omissio resalutationis judicio prudenti non sit signum odii, v. gr. si salutans sit valdè inferior. Si salutatus simulet se distractum, ut verè appareat non advertisse. Si injuria sit gravis, & recens, & salutatus sit timoratæ conscientiæ, ut omissio resalutationis attribuatur fragilitati conditionis humanæ, quæ non patitur tam subitò resalutare offensorem. Sic Matrona nobilis, si non resalutet more patriæ occisorem sui filii; in hac enim, cum vindictam de injuria non sumat, omissio resalutationis non est signum odii, sed sensus justi doloris, vel muliebris fastus. Ita Tamb. Adde, solere mulieres vitare occisoris aspectum, non ratione odii, sed ne dolorem renovent cum memoria occisi filii.

310 Concluditur tunc te teneri ad præfata specialia signa, quando circumstantiæ sunt tales, ut eorum omissio sit signum odii interni, secùs, quando non.

311 Aliquan-

311 Aliquando poteris ſcandalum vitare, ſi inter familiares ſocietates eorum, qui poſſent ſcandalum pati, proteſteris te ex toto corde perſonam talem diligere, à ſignis verò ſpecialibus te abſtinere, minimè ex odio, ſed ex juſta conſideratione, qua tibi grata non eſt ſocietas ejus.

312 Dixi in principio: *Quilibet homo privatus.* Quia perſona publica, nempè Prælatus, Superior, Princeps, regulariter poteſt, imò debet ſubdito deficienti ſigna nedum ſpecialia, verùm etiam communia denegare, atq; etiam aſperum, & auſterum vultum oſtendere, quia hoc non eſt ſignum odii, ſed medicina, ut ſubditus ſe emendet, qui ſæpè in pejora prolaberetur, ſi poſt defectum, ſuperiorem ſcientem, adhuc hilarem, atque beneficum experiretur.

313 Offenſus poteſt offenſorem accuſare, nec tenetur poſteà ei facere juridicè remiſſionem; id enim eſt conſilium, non præceptum. Ratio eſt, quia non peccat, ſi id faciat, non volens pœnam, ut malum, & moleſtum ipſi offenſori; quia hoc eſt odium mortale; ſed volens ſatisfactionem offenſæ, quæ per offenſoris punitionem habetur, & exemplum aliorum, ne alii, vel idem iterùm in ſimiles offenſas prorumpant, ſed coerceantur à malis. Primus quidem eſt actus odii, quia ſiſtit in malo proximi: ſecundus verò eſt actus juſtitiæ vindicativæ, qui ſiſtit in reparatione injuriæ, adeóque eſt actus bonus; aliòquin iniquè inſtituerentur Judices pro reparatione injuriarum, & ſatisfactione patientium offenſas. Debent tamen fideles in procuranda ſatisfactione, præſertim in cauſis criminalibus, eſſe moderati, atque cauti, ne cum actu juſtitiæ odium immiſceant. Debitis autem moderationibus adhibitis, ſi alius exinde ſumat occaſionem odii, erit ſcandalum paſſivum; quia tu jus tuum agis.

314 Demùm, quando in præſentia inimici experiris varios motus ſenſus, nempè te trepidare, faciem immutare, repugnantiam de ejus aſpectu habere, non inde peccas, ſi ad deliberatam, & gravem averſionem, aut ad grave malum deliderandum non tranſeas, quia illi motus ſunt naturales, & involuntarii, orti ex apprehenſione objecti, ut tibi moleſti. Scotus *in 3. diſt. 30. quæſt. unic.* Maſtrius *in Theol. mor. diſp. 10. n. 48.* Tamb. *to. 1. lib. 5. c. 1. §. 3.* Buſen. *lib. 2. tr. 3. c. 2.* Bonac. *tom. 2.* Bert. Caſtr. *t. 1. tr. 6.*

INVIDIA

315 *Si inordinata triſtitia de bono alterius, ut eſt diminutivum propriæ excellentiæ*; unde per invidiam non triſtatur quis de bono alterius, quia velit malum ipſi, nam hic eſt actus odii; ſed falsò apprehendit illud eſſe diminutivum propriæ excellentiæ, & honoris. Ex genere ſuo eſt mortale, ſi bonum ſit grave. Regulariter tamen ſolet à mortali excuſari ratione levitatis materiæ, aut ex defectu plenæ advertentiæ, & deliberationis.

316 Invidiam ſatis clarè diſtinguit Buſem.

Si doleas, quòd alter tibi æqualis, vel non multùm inæqualis in excellentia creſcat, ita ut fiat te ſuperior, & ipſum incrementum excellentiæ apprehendas, ut tibi malum, eſt propriè invidia. Quia falsò, & immeritò id apprehendis, hinc teneris eam apprehenſionem repellere, & non voluntate conſentire, & triſtari.

317 *Si triſtitia ſit ex eo, quòd nobis deſit bonum, quod alter habet, ita tamen, ut illud alteri non diſcupiamus, non eſt invidia, ſed æmulatio, ſeu zelus, qui ſi eſt circa bonum honeſtum, eſt laudabilis*, dicente Apoſt. ad Cor. 12. Æmulamini chariſmata meliora. *Si autem circa temporalia, interdum eſt venialis, ut ſi bonum dolenti ſit improportionatum, quale eſſet, ſi ruſticus doleret ſe non eſſe Regem.*

318 *Si tristitia est de bono alterius, in quantum ille est indignus, non est invidia, sed indignatio, quæ non est peccatum.*

319 *Si tristitia est de bono alterius, in quantum eo tibi, vel alijs times nocumentum; v. gr. inimicus tuus est evectus ad officium, ut tibi facilius possit nocere; non est invidia, sed timor, qui per se non est peccatum, nisi sit inordinatus.*

320 In his autem potest esse peccatum mortale per accidens, puta, si divinam providentiam argueres: Si ad malum ei desiderandum transires, &c.

Scotus *in* 1. *dist.* 6. *qu. unic. lit. K.* Mastrius *in Theol. mor. disp.* 10. *n.* 98. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 3. 1. §. 3. Busen. *lib.* 5. *c.* 3. *dub.* 4. Bonac. *to.* 2. *pag.* 209. Castropal. *t.* 1. *tr.* 6.

SCANDALUM,

321 EX D. Thoma, *est dictum, vel factum, quod est occasio ruinæ spiritualis proximi*, nempè peccati. Est duplex, activum, & passivum.

322 Activum, *est dictum, vel factum malum, seu speciem mali habens, præbens alteri occasionem ruinæ spiritualis.* Est peccatū mortale, si est occasio peccati mortalis; veniale verò, si venialis. Et tale est, etiam si peccatum alterius, seu scandalum passivum non sequatur; quia per accidens est, quòd non sequatur.

323 Scandalum activum dicitur directum, si malum, aut speciem mali habens, dicis, aut facis intendens ruinam spiritualem proximi, sive formaliter ob damnum spirituale proximi, quod est proprium Dæmonis; sive materialiter ob proprium commodum, & utilitatem, quod est proprium hominis; ut si quis verba obscæna dicat coram muliere, ut eam inducat ad peccatum.

324 Indirectum dicitur, si malum, aut speciem mali habens, dicis, aut facis prævidens esse aptum natum, ut sit alteri occasio peccandi, licèt id non intendas. Malum dicitur, quod in se est malum. Speciem mali habens dicitur, quod in se non est malum, pusillis tamen apparet malum; ut si feria 6. coram pusillis carnes comedas, non dicens, quòd licentiam habeas, seu necessitatem. Nomine dicti, vel facti venit etiam omissio mala, aut speciem mali habens.

325 Scandalum passivum *est ipsa ruina spiritualis proximi ex occasione dicti, vel facti alterius sequens*; quòd si illud dictum, vel factum sit bonum, aut indifferens, & nullam speciem mali habens, scandalum, quod sequitur, dicitur purè passivum; at si sequatur ex debilitate, aut ignorantia, dicitur scandalum pusillorum; si verò sequatur ex malitia, dicitur scandalum pharisaicum. Unde scandalum passivum dividitur in datum, quod oritur ex activo, & in acceptum, quod non oritur ex activo, sed ex ignorantia, aut malitia ipsius accipientis scandalum.

326 Ob scandalum purè passivum pharisaicum non teneris tuas actiones omittere, aut differre; sed illud est contemnendum, quia malitiosè concitatur ad tuas actiones impediendas, Hinc Matth. 15. ait Christus: *Sinite illos.* Ob scandalum verò purè passivum pusillorum teneris tuas actiones omittere, aut differre, si faciliter, & sine tuo incommodo potes; minimè, si sine tuo incommodo non valeas, quatenùs adsit necessitas, vel utilitas; ratio est, quia non es ejus causa, unde peccatum alterius malitiæ imputatur.

327 Quando coram aliis peccas, tunc est scandalum, quando attentis circumstantiis personæ agentis, & personarum aspicientium, probabiliter timetur, quòd per illum actum ad peccatum trahantur, qui aliàs peccaturi non essent. Busen. Unde non est scandalum 1. si persona, coram qua peccas, sit parata ad idem peccatum, ut si quis fornicetur coram parato

ad

ad fornicandum, nec ejus exemplo movetur, sed ex propria deliberatione. 2. si persona agens sit ita vilis, ut potiùs moveat ad indignationem, quàm ad peccatum. 3. si persona præsens, coram qua alius verba inhonesta profert, est ita probra, & timorata, ut potiùs ea sint illi causa horroris, quàm amoris. Castr. *t.* 1. *tr.* 6. *d.* 6. *punct.* 4. *n.* 4. nam in tantùm peccas peccato scandali, in quantùm es causa moralis peccati aliorum.

328 Scandalum activum nedum dir ectum, sed etiam indirectum, contrahit malitiam scandali specie distinctam contra charitatem in confessione explicandam: Quia ex præcepto charitatis quis tenetur, tam ad non procurandam ex propria industria ruinam proximi, quàm ad se abstinendum à causa injusta, ut proximus cadat.

Item in scandalo activo, etiam indirecto explicanda est species peccati, ad quam proximus inducitur. Quantum ad numerum verò inductorum una actione, sufficit dicere: *Fui pluribus meo exemplo occasio peccandi in tali specie, v. g. adulterii, &c.* probabilius tamen mihi est cum Bonac, quòd teneatur exprimere statum personæ, cui scandalum dedit, si ille afferat peccato malitiam specificam, v. gr. in materia fornicationis, si persona scandalizata sit conjugata, aut voto castitatis ligata.

329 Qui habens votum castitatis inducit secularem ad peccandum contra castitatem, peccat contra castitatem, & tenetur circumstantiam sui status aperire, quia castitas indirecte obligat, ne alios ad luxuriam provoceus. Contra Dianam, & Tambur. qui negant, dicentes, eum propriam, non alienam castitatem promisisse: *v. n.* 283.

330 Qui autem directè, & explicitè induxit alterum non paratum ad idem numero peccatum, quod est commune duorum, & ab ipso pœnitente in confessione explicatur, v. gr. induxit mulierem non paratam ad fornicandum secum; si ipsa consentiat, & peccatum sequatur, non tenetur circumstantiam inductionis exprimere, sed sufficit, si fornicationem aperiat; quia inductio ad peccatum, & ipsius peccati commissio, tunc moraliter pro una transgressione reputantur.

331 Non peccat mulier se ornans juxta qualitatem personæ, & usum communem, & ita virorum aspectibus se offerens. Quòd si ornatus sit superfluus, esse solùm veniale, nisi adsit prava intentio, docent Cajet. 2. 2. *q.* 169. *art.* 2. Bonac. *de matr. q.* 4. *p.* 9. *n.* 17. Castrop. *t.* 1. *tr.* 6. *disp.* 6. *p.* 7. *n.* 1. quia hæc superfluitas est ita vulgaris, ut regulariter gravem occasionem non præbeat.

Mortale erit, si excessus sit notabilis, & rarus, uti esset in puella pectus nudum gerere, ubi non est consuetudo; quia insolita magis movent. Ubi tamen est consuetudo, à mortali eam liberant Cajet. Nav. & alii apud Tambur. *to.* 1. *lib.* 7. *c.* 8. §. 8. *n.* 7. Sa verò ait, quòd difficulter absolveret. Et quidem sunt deterrendæ,

332 Quòd si sciat ab aliquo concupisci, tunc peccat mortaliter, si ejus aspectui se offerat, absque ulla sui necessitate, vel utilitate; quia obligatio charitatis est, ut quilibet teneatur ruinam proximi vitare, quando commodè potest. Hæc autem non tenetur se sua libertate privare, sed potest licitè ea uti, ex honesta, & justa causa, quæ non sit solum libertatis exercitium, sed bonum aliquod sibi necessarium, aut utile; charitas enim non obligat eam, ut se abscondat, aut non exeat, cum jactura rei sibi necessariæ, aut utilis, ob alterius malitiam, juxta dicta *n.* 326.

333 Non peccas, si potens impedire, permittas peccatum alterius. Primò: *ut ille deprehensus corrigatur.* Castrop. *cit. punct.* 5. quia justa causa est correctio. Hoc autem est verum

in assueto peccare; quia hic emendari non solet, nisi pœna, aut timore correptus.

334 Secundò: *Ut te serves indemnem.* Et sic maritus suspicans, aut secretò sciens adulterium uxoris, potest clam testes aptare, ut adulterium probet, & divortium faciat. Quia habet jus ad repellendam injuriam habitandi cum adultera, ad quod aliâ viâ ei non suppetit, nisi permissio peccati.

335 At non licet ob recensitos fines occasionem peccandi offerre, seu invitare; quia id non esset permittere, sed cooperari ad malum. Unde ait Bonac. *de pec.* non licere marito cum uxore paciscì, ut juveni ejus castitatem tentanti se offerat, & assignet tempus, quo veniat, non fine adulterandi, sed, ut deprehensus, puniatur, & corrigatur; quia talis oblatio, & invitatio facta tentanti, est adulterii acceptatio.

336 Non obstat, quòd ait Castr. *cit. nu. 6* licitum esse Patri volenti deprehendere filium in furto, ut corrigatur, linquere clavem in arca quasi oblitam, aut apponere nummos in loco patenti. 1. Quia hæc est potiùs occasionis permissio, quàm oblatio. 2. Quia est res valdè indifferens, & ea posita adhuc filius est indifferens, & liber ad non furandum. 3. Quia talis permissio compensatur correctione; ad quam maximè pater habet onus.

QUÆRES.

337 *An opus consilii, vel præcepti omitti debeat ad vitandum scandalum proximi?*

DE præcepto negativo nulla est difficultas, non enim sunt facienda mala, ut inde eveniant bona; unde non licet occidere ad vitandum scandalum fratris.

DE PRÆCEPTO AFFIRMATIVO.

338 Dico 1. non esse omittendos actus præceptos ad vitandum scandalum alterius. Castrop. *cit. p. 16. num. 3.* contra Valent. Sotum, & alios apud ipsum. Ratio est: quia obligatio servandi præcepta est primaria, obligatio vitandi scandalum secundaria; ordo namq; charitatis exposcit, ut priùs quis sæ lutis consulat, & ut præcepta ipse impleat, quàm ut curet, quod impleat alter.

339 Confirmat: *Si Petrus, qui est tibi inimicus, omittat missam, eo quod tu ad illam accedis, non poteris ullo modo missam omittere, ut ille missam audiat; ergo ob scandalum non sunt omittenda præcepta.*

340 Hinc mulier non tenetur omittere sacrum die Festo, ne sit occasio peccandi viro eam adamanti, quem scit in via expectare inspecturum; quia hæc non est occasio data, sed accepta ex malitia alterius, & ex parte mulieris adest justa causa.

341 Dices, Vita spiritualis animæ est nobilior vita corporali proximi, & tamen ad servandam vitam corporalem proximi debet quis omittere auditionem sacri die festo. Ut contingeret, si ex tuo accessu ad sacrum ægrotus domi periclitaretur, vel quis esset alium occisurus.

342 Tum quia obligatio vitandi scandalum est obligatio præcepti naturalis charitatis, obligatio audiendi sacrum est obligatio præcepti positivi, adeòque minor: igitur. Hæc sunt fundamenta sententiæ oppositæ.

Resp. disparitatem esse; quia malo spirituali potest proximus reparare, & illud impedire; nam vita spiritualis non nisi liberè, & voluntariè potest amitti; vita verò corporis per se, & regulariter non amittitur à proximo liberè, sed necessariò, ut in præmissis casibus, puta ex defectu auxilii, vi morbi, aut ex violentia alterius.

Tum quia obligatio vitandi scandalum est naturalis, & potior obligatione præcepti positivi; sed [loquendo de scandalo passivo] includit

includit conditionem, *si sine tuo, aut alterius damno potes.*

343 Dico 2. Nos non tenemur omittere opera consilii ob scandalum pharisaicum; nam ut rectè ait Castrop. *Non est justum malitiæ alterius, cum damno nostro spirituali, imo nec temporali, consulere. Aliàs quilibet posset sua malitia bona spiritualia, & temporalia nobis impedire.* Si verò adsit scandalum pusillorum, tenemur, quousque pusilli admoneantur, ut *in n.* 326.

ADMIRATIO

344 Distinguitur à scandalo, nam est quidam stupor de persona, aut de facto. Scandalum verò est omnis actio aut omissio, quæ est causa ruinæ spiritualis proximi. Hinc omne id, quod est causa ruinæ, est scandalum; quod est causa stuporis, dicitur admirationis. Adeòque potest dari admiratio sine scandalo. Dictum autem vel factum, quod est causa admirationis potest esse mortale, si exinde scandalum, aut grave damnum sequatur. Sic in communitatibus, quæ de eleemosynis vivunt, admiratio ab aliquo ex illis data materia gravi, est mortalis, quamvis non cedat in ruinam spiritualem, seu scandalum, quia cedit in detrimentum notabile suæ communitatis, quoniam malo exemplo frigescit charitas.

COOPERATIO MATERIALIS.

345 Fit, quando quis ministrat, aut præbet alteri materiam, qua ille utitur ad peccandum.

QUÆRES I.

An ministrare indifferentia sit peccatum?

346 Indifferentia, alia sunt remota actioni malæ alia proxima. Remota dicuntur illa, quæ non sunt occasio, vel materia actus peccati, seu nullum influxum, aut causalitatem habent physicam, aut moralem in actum peccati, sed merè per accidens se habent ad illum. Et hæc ministrare ex honesta, & justa causa, nullum est peccatum. *Proxima* dicuntur illa, quæ talia sunt.

Proximum erit famulo ducere concubinam ad Amasium, remotum verò eidem concubinæ potum ad bibendum præbere, quia prior famulatus causalitatem habet, & influxum in actum peccati, posterior verò nullum, sed merè per accidens se habet ad illum.

347 Castropal. *tom.* 1. *tr.* 6. *dis.* 6. *punct.* 11. *num.* 4. ait, indifferentia nimis remota esse, cibos condire, mensæ ministrare, lectum concubinæ sternere, equum, quo usura est, præparare, illam ornare, deferre munuscula internuncia, urbanitates, & similia *v. n.* 361.

348 At de ornatu omninò non probo; quia hìc, & nunc alium usum non habet nisi malum, cum supponatur directus à concubina ad provocãdum: sic de delatione munusculorum, & internunciorum: *v n.* 361.

349 Insuper indifferentia, quæ ministrantur, sunt duplicis generis, alia scilicet, quæ communiter in malum usum ordinantur, alia verò, quæ communiter in bonum usum: ità Castrop. *cit. punct.* 8. cum quo.

350 Dico 1. Non licet ministrare indifferentia, quæ communiter in malum usum ordinantur, nisi constet, quòd ille sit benè usurus. Quia talis ministratio est subministratio materiæ peccati, quod proinde ministranti imputatur.

351 Hinc constructio, & venditio Idoli, de se est indifferens, cum deservire possit ad conservandam antiquitatis memoriam; sed facta Idololatris, qui communiter, & regulariter idola ordinant ad cultum, est peccatum.

352 Venditio veneni est indifferens, cum

possit venenum deservire ad colores, imò ad medicinas construendas. At non licet illud vendere, nisi illis, quos moraliter constat benè usuros. Quod dignosci potest ex qualitate personæ petentis, & modo petendi publicè, quod sufficit ad moralem certitudinem de bono usu; tunc namque est præsumendum de bono usu; *rarò enim* [ait Castropal.] *quis ita audax est, ut si delictum velit efficere, non curet secretum.*

353 Hac ratione excusantur Macellarii vendentes carnes tempore jejunii, & caupones ministrantes cœnam petentibus; quia non præsumuntur soluturi jejunium, sed justam causam excusantem habere, quam examinare non tenentur; *Quia fieri commodè nunquam potest*: ita ille ex Cajet. & Suarez.

354 Dico 2. Licet ministrare indifferentia, quæ communiter in bonum usum ordinantur, nisi constet de abusu petentis. Quia tunc cessat ratio scandali, cum non adsit intentio mala petentis, quæ quidem de nullo debet præsumi, quia ex jure *delictum non est præsumendum*: Et Innoc. XI. condemnat prop. 51. de cooperatione famuli ad malum, sub particula *scienter*.

355 Quòd si credas [subdit Castropal.] proximum malè usurum iis indifferentibus, teneris, si commodè potes, ea illi non vendere, vel subministrare; quia cum ex charitate obligeris proximi peccatum impedire, si possis, à fortiori obligaris materiam peccati non subministrare.

At si sine tuo detrimento non possis, non peccas; quia ex una parte talis subministratio ex se non est mala, sed indifferens, & ex alia est tibi utilis, aut necessaria; unde tunc non censeris peccatum alterius causare, sed illud permittere, & tuo jure uti. Ita ille cum Bonac. & Suarez.

356 Præterea in actione cooperativa ex se indifferente, & ex malitia alterius proximè ordinata ad actum malum, est maximè attendenda conditio malitiæ actus, ad quem ordinatur: si enim est ad actum ab intrinseco malum quod nulla ratione potest honestari, & hic, & nunc alium usum non habet, nisi malum, est mala, *ut àn.* 225.

357 Non est tamen cum tanto rigore discurrendum in ordine ad actum non ab intrinseco malum, aut quod valet aliqua ratione honestari; in his namque casibus in ministratione rei indifferentis potest dari causa à peccato excusans, putà necessitas, notabilis utilitas, gravis metus, &c.

358 Hæc autem non debet esse levis, sed gravis; nec æqualis in omnibus materiis, sed proportionata materiæ, in ordine ad quam versatur actio; ita ut in materia justitiæ debeat esse gravior, quàm in materia charitas, &c. Res clara fit exemplis.

PLURA RESOLVUNTUR.

359 NOn peccat, qui domum locat meretrici; quia domus est remota ad peccandum. Imò Castropal. *cit. punct.* 12. *nu.* 1. addit, te posse pluris meretrici locare, quàm mulieri honestæ, non quidem in quantum illa pluris lucratur [sic namque peccares] sed ratione damni, in quantum ex ejus habitatione tua domus vilescit.

Si tamen tua domus sit aptior ad meretricium, seu usuram exercendam, rectè Castropalao docet te teneri eis non locare, si alios reperias, quibus loces; *Quia lege charitatis teneris vitare peccata, quæ possis absque tuo gravi detrimento. Præsertim, cum Respublica solùm intendat iis habitationem concedere ad vivendum, non aptitudinem ad peccandum*: *vid. nu.* 402.

360 Patroni meretricum in aliquibus locis deputantur, ut illæ serventur incolumes, &

morbo

morbo contagioso laborantes expellant. At si ad meretricium cooperentur, pulchriores videlicet in loco aptiori videndas exponendo, &c. sunt in peccato habituali, & absolvi non possunt, ni cessent.

361 Peccat 1. Construens picturam Concubinæ, eamque tradens amasio, quia est provocativa ad turpem amorem. Famulus scribens, aut deferens illi literas amatorias. 3. Præbens munera concubinæ judicis, ut apud illū intercedat. Sanchez *lib 1. cap. 7. n 38.* quia ab ea petitur, qqod ipsa præstare non potest; nam ejus intercessio, visitatio, & similia fovent turpem amorem. Contra Bonac *disp. de peccatis quæst. 4. punct. 2. §. unico num. 24.* apud. Castropal. *tom. 1. tr. 6. disp. 6. punct. 15. num. 2.* qui negat peccare, cujus ratio est; quia ex una parte intercessio fit ex bono fine, ut judex justitiam gerat; ex alia, intercessio non est de se mala; nam ea stante Judex, & concubina adhuc possunt à prava voluntate se continere: *v. num. 347.*

362 Peccat famulus dominum comitans ad fornicandum, si comitatus causalitatem aliquam habeat in actum, puta si inserviat pro custodia; sic namque dominus majorem libertatem, & animositatem sumit ad peccandum: *v. n. 346.*

363 Qaòd si comitatus sit in purum obsequium domini, utique non peccat; quia nullam influxum habet in actum pravum, & excusatur ratione mercedis, & famulatûs, etiamsi postea casualiter contingat invasio domini, & famulus illum ab invadente defendat cum moderamine inculpatæ tutelæ, aut eundem moneat, ut fugiat: *v. num. 222. & prop. 51 dam.*

364 Hac ratione non peccat Christianus, qui dominum infidelem ad idolorum templa comitatur. Imo Castrop. *cit. punct. 11. n. 8.* id etiam dicit, si genuflectat genuflectente domino, dummodò tales sint circumstantiæ, ut adstantes percipiant, genuflexionem illam fieri minimè in cultum, sed in signum reverentiæ, & obsequii domino; quod dignoscent, si publicè habeatur ut verus, & bonus Christianus ita ille. *v. n. 282.*

365 Peccat famulus, si domino accedenti ad fornicandum januam meretricis aperiat, aut quid simile præstet; quia est actio proximè ordinata ad peccandum, hic, & nunc alium usum non habens, nisi malum; debet tamen famulo id certè constare, non sub dubio: *ut in n. 354. & 227.*

366 Eàdem ratione peccat Vector, si mulierem intra rhedam ad amasium ducat ad fornicandum.

367 Histriones, seu Comediantes mortaliter peccant, si utantur mulieribus, & repræsentent turpia ad libidinem provocantia. Secùs, si puras facetias.

368 Peccas, si ensem vendas ei, quem certò scis hic, & nunc esse determinatum ad occidendum eo instrumento inimicum; quia occisio est ab intrinseco mala, & venditio illa hic, & nunc est ordinata ad malum.

369 Pariter peccas, si invites ad cœnam, quem scis esse paratum acceptare, & jejunium solvere; quia invitas ad actum [nempè ad cœnam tempore vetito, & sine justa causa] à quo hic, & nunc malitia separari non potest; adeóque invitas ad peccatum.

Nec obstat, quòd ille sit ex se paratus; quia adhuc verum est, quòd per tuam invitationem influas in individuum peccatum, quod aliàs ille hic, & nunc in re non efficeret, quàmvis ad id esset paratus.

370 Non peccat venditor, si exculenta vendat non servaturis jejunium, si exinde timeat gravem injuriam, aut diminutionem emptorum, & remansionem mercium invenditarum; quia actus non est ab intrinseco malus, & si ille

le non venderet, ab alio emerent: Tum quia adhuc illi possunt exculenta illa non emere. Non excusatur autem, si paucæ res, & parvi pretii invenditæ remanerent Peccat verò ille, qui non est venditor, si apponat in magna quantitate exculenta fracturis jejunium Castropal. *cit. punct.* 8. *n.* 7. *& punct.* 14.

371 Non peccas, quando Sacramentum pœnitentiæ petis à Confessario, quem certò scis esse in mortali, si alium promptum Sacerdotem non habeas; quia necessitas, seu utilitas spiritualis te excusat: & Sacerdos potest peccatum per contritionem vitare. Idem est, si accedas ad Confessarium jam expositum ad confessiones excipiendas.

372 Peccat, qui mutuum petit ab usurario sub usuris, etiam si paratus sit dare sub usuris. Eum tamen à peccato excusant quamplures Doctores, si adsit necessitas, & utilitas propria, aut aliena, & non habeat promptum alium, qui ei mutuet sine usuris; quia tunc utitur jure suo, nec intendit usurarii injustitiam, sed propriam utilitatem: nec dando usuram, dat usurario occasionem peccandi, cum ille recipere non possit; unde illi imputatur peccatum, si recipiat, & mutuatarius excusatur, quia solvit, quod promisit, ne videatur infidelis, & ne se impediat ad habendum iterùm mutuum. At non possum à peccato excusare famulum, qui usuras pro usurario exigit, nec detentorem libri computorum de usuris; ob dicta *à num.* 227.

373 Iidem Doctores addunt, non peccare Christianos captivos ex gravi metu in triremibus infidelium remigantes contra Catholicos, sarcinas, machinas, arma ad bellum necessaria convehentes, propugnacula ædificantes, &c. Eos autem peccare docet Toletus, quia tales actiones non habent hìc, & nunc alium usum, nisi malum, & intrinsecè malum. Omnes tamen conveniunt eos peccare, si immediatè contra Catholicos pugnent, si ligna ad eorum naves comburendas applicent, &c.

QUÆRES II.

374 *Petrus volens accedere ad fornicandum talis aptà horà quia ad id erat tunc quadam curâ domus impeditus, eam curam commisit cuidam suo famuliari, ad quem non spectabat, qui sciens finem Petri, amicitiæ gratia eam curam acceptavit, & pro ea horâ supplevit. An peccaverit?*

REsp. peccasse eâdem specie peccati, tanquam cooperatorem, utpotè participantem, juxtà dicta de rest. pro furto. Nec illa dici potest actio indifferens; quia licèt absolutè, & in se sit indifferens, hic, & nunc est proximè ordinata ad peccatum.

QUÆRES III.

375 *Duo sunt officiales, unus major, alter minor, cui ex officio incumbit onus supplendi defectum majoris. Hoc præmisso, major accedit ad peccandum, hinc curam majoris supplet minor id sciens. An peccet, ut cooperator?*

REsp. non peccare; quia majoris curam pro eo tempore supplendo, præstat id, ad quod ex officio tenetur: per accidens autem est, si major pro eo tempore ad peccandum accesserit; nam etiam eodem modo suppleret, si major aliâ causâ honestâ deficeret. Nec supplet eo animo, ut præbeat commoditatem majori ad peccandum, sed ut satisfaciat proprio muneri, quod est supplere defectū majoris, seu socii.

QUÆRES IV.

376 *An liceat determinato ad majus malum minus consulere, &*

An mulieri ad actum nefandum inducta liceat vas naturale offerre, aut consulere, ut innaturale servet?

RIte præmittendum est 1. difficultatem procedere in casu, quo non sit alius modus diver-

divertendi à majori malo. Et loquendo de patiente, in casu, quo non possit alio modo illud effugere.

377 Secundò, quòd aliud sit determinato ad majus malum offerre, seu proponere minus, & aliud consulere ac invitare: nam offerre, seu proponere, est ostendere minus malum, ut ille à majori se avertat; consulere verò, & invitare est efficaciter movere, & influere. *Vide dicta de consulente homicidium.* Sit exemplum de Loch, qui *Gen.* 19. offerendo viris nefandis filias, solùm obtulit, & proposuit illis materiam explendæ libidinis minorem illâ, ad quam erant determinati; at nullo pacto consuluit, & persuasit, ut facerent.

378 Castropal. *t. 1. tr. 6. dis. 6. punct. 6. n. 5.* ait, certum esse, quòd determinato ad grave malum, licitum sit materiam minoris proponere, ut à majori retrahatur, *v. gr. Sodomiam intentanti licebit tibi fornicationis materiam proponere.* Unde difficultatem ad expressum consilium restringit.

In qua tres sunt sententiæ.

379 Prima negat, determinato ad majus malum licere consulere minus. Cajet. Valentia, & alii apud Castr. *cit.* quia esset consulere peccatum; nam objectum consilii, licèt minus, esset peccatum.

380 Secunda affirmat licere. Lessius, Bonac. Vasquez, & alii apud Castrop. *cit. num. 6.* quia illud minus, quamvis sit in se peccatum, relatum tamen ad majus avertendum, involvit carentiam majoris mali, quæ est bona; unde minus illud malum in ordine ad committentem est peccatum, cum in ejus potestate sit illud non patrare, nec majus; minimè in ordine ad consulentem, qui minus malum respicit non ut malum, sed ut aversivum à majori, quod non potest alio modo vitare; adeòq; gerit voluntatem peccatoris, & Dei.

381 Tertia media tenet licere, si ille sit determinatus ad utrumque peccatum, v. gr. ad actum nefandum, & fornicationem; quia tunc non tu consulis, & invitas ad minus, cum ipse sit determinatus ad illud, sed divertis à majori. Non licere, si solùm erat determinatus ad majus, ob rationem primæ sententiæ. Castrop. *cit. n. 8.*

Præfatæ tres sententiæ sunt probabiles, sed valdè secunda: vide de Restit: vere. *qui restituere teneantur.*

382 Eodem modo præfati Doctores discurrunt de eo, qui alteri determinato ad prodendam patriam, vinum in qualitate valde generosum, aut in quantitate offert, & ad illud bibendum invitat, sciens se sopiturum, & inebriaturum; idque facit ad proditionem patriæ vitandam. Gobat. *tom. 2. tr. 5. cap. 13. à n. 24.* Ant à Spir. S. *tom. 1. tr. 2. dis. 2. sect. 8. n. 183.* vide ver. *Homicidium sui ipsius.*

QUÆRES V.

383 *An liceat eligere, seu patrare minus malum ad vitandum majus?*

Resp. Non licere, loquendo de malis ab intrinseco. Unde tibi in extrema necessitate constituto, non licet mendacium eligere, & proferre, ne in blasphemiam prorumpas. Dispar enim est ratio de consilio; quia mendacium proferens, patras malum ab intrinseco, quod nulla ratione cohonestari potest, & hinc peccas. Consulens verò alteri mendacium, uti supra, non tu patras, nec vis mendacium, sed vis vitationem, & carentiam majoris mali, putà blasphemiæ. Et insuper id consulis alteri, qui libere potest se ab utroque malo abstinere; unde illi peccatum electionis minoris mali imputatur, non tibi. Et illud: *De duobus malis minus est eligendum*, non est intelligendum de malis ab intrinseco, quæ nulla ratione cohonestari valent.

384 Licere autem, loquendo de malis ab extrin-

extrinseco, videlicet, quia præceptis. Unde tibi in necessitate constituto eligendi omissionem auditionis sacri die festo, aut omissionem necessariæ assistentiæ infirmo periclitanti, licet eligere omissionem sacri; quia in tali casu omissio sacri, cum non sit ab intrinseco mala, sed quia præcepta, amittit malitiam; lex namque positiva, etiam divina, est rationabilis, non crudelis, sed viribus, & conditioni hominis accommodata, ut in hujusmodi casibus non obliget, juxta *dict. à n.* 121. Sic David ad vitam conservandam comedit panes propositionis. Omninò vide dicta de Restit. *ver. qui restituere teneantur.*

QUÆRES VI.

385 *An liceat petere à maleficò solutionem maleficii.*

Resp. licere, si scias, aut prudenter credas, maleficum scire modum licitum maleficium solvendi. In dubio, non licere, quia te exponis periculo petendi malum: ita Com.

386 Modo licito solvet maleficus, si signum destruat, vel dæmonem cogat, ut ipse maleficium tollat, aut signum destruat, quo durante durat pactum vexandi; quia hoc non est uti ope dæmonis in ejus obsequium, sed illum cogere, ut destruat opera sua, & à nobis per modum defensionis naturalis malum avertere. Del Bene *par. 2. dub. 228 sect. 28 n. 18.*

387 Item si quis novo pacto cum dæmone ab eo addiscat maleficia tollere, peccat; sed eo pacto transacto, poterit in sui commodum ea scientia uti, dummodò per eam nec implicitè, nec explicitè dæmon invocetur, & non sit modus illicitus. Fagundez *in Dec. 1. præc. l. c. 42. n.* 14. Leander *tr. 9. Dec. dis. 3. & 4.*

388 Quòd si scias, aut prudenter credas maleficium scire modum solvendi tam licitum, quàm illicitum, sed tibi certò constet, illum esse usurum modo illicito; non licet ab eo solutionem maleficii petere, docent Cajet. & Delrius; quia petit actionem, quam scit hic, & nunc futuram malam.

389 Licere autem, tenent Leandr *tr. 9. in Dec. disp. 3. qu. 26.* Ant. à Spir. S. *tom. 1. tr. 4.* & apud ipsos Fagundez, Suarez, Ledesma, Less. & alii; quia petens utitur jure suo, quod est de reparando proprio damno, quod alio modo reparare non potest, & hoc facit petendo à malefico rem, quam modo licito, & sine peccato præstare potest; unde, quòd cum peccato præstet, malitiæ maleficii imputatur. Et adducunt paritatem de petente mutuum abusurario parato, *ut in n.* 372.

CHOREÆ,

390 SUnt triplicis generis: *Puræ, Impuræ per se, & Impuræ per accidens.*

Puræ sunt, quæ fiunt inter personas ejusdem sexus, absq; ullo pravo gestu, aut fine, vel circumstantia mala, ad animi levamen, & recreationem. Has non esse illicitas, constat, quas 1. *Regum. 6.* habuit David ante Arcam,

391 *Impuræ per se* sunt, quæ fiunt inter personas diversi sexus, vel ejusdem cum pravis gestibus, malo fine, aut ante amasiorum, vel amasiarum conspectum. Has esse mortales constat, cum sint saltem provocativæ ad libidinem; hasq; damnant sacri Canones, & Patres, & prohibendæ sunt à Principibus.

392 Impuræ per accidens sunt, quæ fiunt inter personas ejusdem, aut diversi sexus, honestis tamen, sine pravo fine, gestibus, aut circumstantiis malis, in conviviis, nuptiis, in publicis Principum solemnis, &c.

Hæc non sunt per se peccaminosæ, sed potiùs ludi, ratione publicæ, aut privatæ, seu domesticæ lætitiæ exerciti. Sæpè tamen sunt peccaminosæ per accidens, *ratione nimirum periculi* [ait Tamb.] *ut in tanto lætitiæ calore, in tanta*

tanta adolescentularum, juvenumque specie, ornatu, concursu, in artificiosa illa corporis gratiosius agitatione, in contactu manuum, qui sæpè adhibetur, non in solium, qui choreas agunt, verùm etiam spectatores in impudica lasciviunt.

Hæ igitur sunt periculosæ, maximè si frequenter fiant. Idque innuit Ecclesiasticus *cap. 9. 4. Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia ejus. At si experiaris, tibi tale periculum non subesse, te hoc modo chorizantem, aut chorizantes aspicienti, nequaquam esse mortalis peccati reum*, tenet Tamb. *lib. 7. dec. c. 8. §. 7.*

DOMUM AD LUDENDUM

393 Tenere chartas, mensas, candelas, & similia ad id ministrare, quantum est se, est quid indifferens; unde est cùm necessaria distinctione procedendum.

394 Vel enim domus est talis, ut in ea recipiantur indifferenter omnes, tam viri honesti, habiles, & qui ludunt recreationis causa sine periculo recensendorum malorum; quàm vin perditi, vagabundi, pauperes, infimæ plebis, qui solent in blasphemias, juramenta, & rixas prorumpere, fraudes in ludo committere, furta inde patrare, proprias curas, ad quas tenentur, omittere: aut qui, quæ in die suo labore lucrantur, ludo exponunt cum detrimento familiæ, cum uxorum, & filiarum periculo.

395 Vel est talis, ut in ea recipiantur solùm viri honesti, habiles, & qui ludunt recreationis causa, sine periculo recensitorum malorum.

396 Si domus erit secundi generis eam tenere non erit mortale. Tales domus possunt concedere Principes. Imò privati nobiles eas tenere solent, ubi alii nobiles congregantur ad ludendum recreationis causa absque malis prædictis.

397 Et quia ministrantes chartas solent etiam ibi dulcia, & potus ludentibus ministrare, licitè possunt pretium excedens pro chartis accipere, quantum sufficit ad hujusmodi dulcia, potus, & sui laborem compensandum; ludentes namque id sciunt, & liberè donant excessum. Tamb. *t. 1. lib. 8. tr. 2. c. 9. §. 1. anu. 31.*

398 Si domus erit primi generis, omninò mortale erit hujusmodi domus, seu tabulas tenere, chartas, & similia ad ludendum ministrare ob præfata pericula proxima, & occasiones malorum; unde qui eas tenet, & ministrat, cooperatur ad recensita mala, adeóque peccat mortaliter, & in casibus restitutionis, tenetur secundo loco ad restitutionem. Tamb. *cit. cum com.*

399 Hinc domus, & tabulas primi generis non possunt Principes sine mortali permittere, & multò minùs concedere.

400 Suadetur firma ratione ex praxi. Hujusmodi namque perditi, vagabundi, &c. prohibentur ludere chartis, aut taxillis, alibi extra designatas domus, ita ut puniantur amissione chartarum, & pecuniæ, non alia ratione, nisi ad præmissa mala, quæ sequuntur vitanda: ni velis ad avaritiam recurrere, nimirùm ut finis sit, eos ad domos designatas reducere, & inde majus lucrum ex iniquitate reportare; quod non est dicendum, nec præsumendum: igitur sunt etiam prohibendi ludere in designatis domibus, cum eadem sit ratio malorum; imò potior, cum in illis tuti, & sine timore pœnæ ludant.

401 Dices: Meretrices sine peccato permittuntur; igitur & recensitæ domus lusoriæ.

Resp. disparitatem esse primò, quia meretrices permittuntur ad majora mala vitanda, puta ad pejores actus libidinis impediendos: In permissione autem recensitorum domorū ad ludendum, non sunt majora mala, quæ vi-

tentur, sed potiùs ex eorum permissione majora, & pejora mala, quæque reipublicæ nocent, sequuntur.

402 Secundò; quia Principes meretrices permittunt solùm dando locum ad habitandum, minimè dando aptitudinem ad peccandum, *ut in n.* 359. Permittendo autem lusoribus indifferenter hujusmodi domus ad ludendum, dant aptitudinem ad peccandum; unde, sicut si darent meretricibus aptitudinem ad peccandum, peccarent, ita in casu nostro. Vide infra *de ludo*.

403 De assueto ad ludum ait Tertullianus *lib. de Spect. 5. Et utiq; communis usus reus non erat, sed cum ad ludos coactus est, transit à Dei munere ad dæmoniorum officia.*

404 Concedit autem Diana *p. 2. tr. 15. res. 65.* cum Tamb. *cit.* posse Principem permittere ludum *Bonaveglia*, & ludum *Capo diguardia*, dummodo in hoc posteriori soli milites admittantur; adest namq; rationabilis causa; prior enim mundat Rempublicam viris perditis, posterior otium militum tollit. De scandalo, & coopetatione agunt, Scotus *in 3. d. 38. qu. un. litt. E. in 4. d. 3. qu. 4. litt. L. d. 13. q. 2. litt. E. d. 15. q. 4. litt. D.* Mastrius *dis. 11. q. 4. n. 102.* Joan. la Cruz. Bonac. *tom. 2.* Tamb. *t. 1. lib. 5. c. 1. §. 4.* Busen. *lib. 2. tr. 3. c. 2. dub. 5.* Bertaldus, Castropal. *tom. 1. tr. 6.*

ELEEMOSYNA,

405 Est unum ex præcipuis misericordiæ, & charitatis operibus, Deo acceptissimum, exercendum erga proximum; adeòque tam erga fidelem, quàm infidelem, amicum, aut inimicum.

406 Pro ea triplex est distinguenda necessitas, extrema, gravis, & communis. Extrema est ea, in qua quis positus est in probabili periculo gravis infirmitatis, aut mortis, nisi subveniatur. Ad hanc reducitur necessitas quasi extrema, & est illa, quæ est proxima præfato periculo, in quantum est ita urgentissima, ut si quis non subveniatur, constituitur in recensito periculo.

407 Gravis est illa, in qua quis positus talia patitur incommoda, quæ ei vitam reddunt nimis molestam, & miseram.

408 Communis est illa, in qua quis positus incommoda patitur, sed non talia, quæ reddant ei vitam nimis molestam, & miseram, juxta patientis statum, & conditionem. Talis regulariter est necessitas mendicorum, qui hinc inde subveniuntur.

Hinc habes duo, 1. quòd necessitas, quæ est communis in mendico, potest esse gravis alteri attenta conditione, & statu. 2. Quòd etiam in mendico necessitas possit esse gravis, ut si sit in tali statu constitutus, ut solo pane vescatur, & jusculo.

409 Item bona hominis, & divitiæ, alia sunt necessaria ad naturam, quæ ad vitam conservandam requiruntur. Alia necessaria ad statum, quæ ad statum, atque decorem moderatum, & decentem requiruntur. Alia superflua naturæ, aut statui, qua superabundant post sumptus impensos in necessariis ad vitam, aut statum. His præmissis.

410 Tenetur quis extremè indigenti, si non sit alius, qui ei effectivè subveniat, sub mortali succurrere ex superfluis statui, imò ex necessariis statui, quæ naturæ superfluunt, ità tamen ut non patiatur maximum detrimentum excessivæ jacturæ sui statûs. Unde si extremè indigens indiget centum, & si dives daret centum, pateretur excessivam jacturam sui statûs, viginiti verò essent superflua statui, aut non caussarent excessivam jacturam; teneretur dives dare viginti.

411 Tenetur etiam sub mortali ei succurrere ex necessariis naturæ, si id facere possit cum modico sui detrimento. Unde si habeas

bens communem quantitatem panis, & cibi, pro eo die sufficientem, videat extremè indigentem, qui si non comedat, est in mortis periculo, eò quia per plures dies non comedit; sub mortali tenetur medietatem sui cibi illi impertiri, quia ejus privatio pro uno die modicum incommodum affert; & id natura ipsa, & viscera charitatis impellunt.

412 Graviter indigenti tenetur quis sub mortali succurrere ex superfluis statui, si non sit alius, qui ei effectivè subveniat, nec in simili necessitate reperiatur: constat ex Matt. 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, esurivi enim, & non dedistis mihi manducare.* Ubi per ly *esurivi*, patet, Christum loqui non de extrema, sed de gravi necessitate. Tum quia præceptum charitatis obligat, *ut non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere, & veritate.* Joan. *epist.* 1. *c.* 3.

413 Eis, qui sunt in necessitate communi non tenemur sub præcepto mortali elargiri eleemosynam ex superfluis, sed ex consilio, quia comisti quærant ab omnibus, præsumuntur juvandi à pluribus,

414 Probabilius tamen puto, mortaliter peccare divitem, si in necessitatibus communibus nullam pauperibus eleemosynam largiretur: eum namq; increpare videtur D. Joan. *in epist.* 1. *c.* 3. *Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere. & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* D. Gregorius Nyssenus *in orat. de paup. amandis: Duplex in turpi lucro exercetur peccatum; alterum propter ebriorum societatem; alterum propter expulsorum pauperum famem. O pauperum inimici! an nescitis horum causa commemorari in Evangelio exempla horrenda, & terribilia? v. in prop.* 12. ab Innoc. XI. *damn.*

415 Eleemosyna igitur est maximè consulenda, pro quo sufficiat illud Tobiæ *cap.* 4. *Audi fili mi verba oris mei, &c. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere; ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini, &c. si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude, præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.*

416 Non tenentur homines privati inquirere pauperes, sed sufficit, quòd dent eis, qui occurrerint, aut quos sciverint. Tenentur verò ex officio Prælati, & Principes vassalorum, quia sunt Patres pauperum. Scot. *in* 2. *d.* 7. *q. un. litt. E. in* 4. *d.* 15. *quæst.* 2. *art.* 3. Mastrius *in Theolog. moral. disp.* 10. *q.* 3. *art.* 2. *nu.* 56. Tambur. *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. Joan. la Crux. Bonac. *tom.* 2. Busen. *lib.* 2. *tr.* 3. *c.* 3. Leander *tom.* 6. *dec. tr.* 5. Bertaldus. 1. *Prac. Dec.* Castrop. *t.* 1. *tr.* 6. *disp.* 2.

CORRECTIO FRATERNA.

417 *Est admonitio fraterna, qua quis proximum conatur revocare à peccato*

418 Ut obliget sub mortali, quinque conditiones requirit. 1. Peccatum mortale, quod certò constet. 2. Quòd proximus non sit emendatus, & adsit probabile periculum reincidentiæ. 3. Quòd sit spes fructus. 4. Si non sit alius, qui correxerit, aut effectivè corrigat. 5. Quòd adsit occasio, locus, & tempus opportunum, quo correctionem sine tuo gravi incommodo facere valeas. Gravis repugnantia animi est judicata ab aliquibus notabile incommodum.

419 Quia autem omnes relatæ conditiones rarò simul habentur, ideo rarò ad eam personæ privatæ sub mortali obligantur. Frequenter obligantur Prælati, de quibus

ad Hebr. 13. dicitur, *Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri.*

420 Busen. addit: *Si quis ob timorem, pusillanimitatem, verecundiam, putet se non strictè obligari, vel minus esse idoneum ad corripiendum, videtur tantùm peccare venialiter.*

Vide *tom. 2. àn. 88.* ordinem verò correctionis, vide *in tom: 2. n. 95.* De correctione, Mastrius *d. 10. q. 66.* Joan. la Cruz. Busen. *lib. 2. tr. 3. c. 2. dub. 4.* Leander *tom. 6. dec. tr. 6.* Bertald. *1. præc. dec. de Virtut. Theol.* agunt Scotus *in 3. d. 25. q. 1. litt. B. d 23. quæst. 1. F. d 25. q. 1. F. in 1. d. 6. qu. un. K.* Mastrius *d. 10.* Busen. *lib. 2. tr. 1. 2. & 3.* Fenech. & Bertald. *in dirrector. citat.* Castrop. *tom. 2. tr. 6. dis. 3.*

421 Ad Charitatem spectat onus denunciationis ad monitoria Papæ, & Episcopotum, ad edicta Inquisitorum, & pro Confessariis solicitantibus; de quo fusè actum est in secundo tomo.

CAPUT III.

DE HORIS CANONICIS.

422 HOræ canonicæ, hoc est per Sacros Canones distributæ, & statutis horis præfixæ, sunt septem: laudes cum matutino computantur pro unâ horâ. Cujus numeri mystica significatio declaratur per sequentes versus:

423 *Hæc sunt, septenis propter quæ psallimus horis.*
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat,
Prima replet sputis. Causam dat Tertia mortis,
Sexta Cruci nectit. Latus ejus Nona bipartit.
Vespera deponit. Tumulo Completa reponit.

AD HORAS

424 SUb mortali tenentur constituti in sacris à puncto Subdiaconatus, Beneficiati, & Religiosi Choristæ Ordinis Minorum, quos Regula obligat à die professionis, *v. tom. 3. n. 140. & 141.*

425 Omissio divini officii est peccatum contra Religionem. Omissio unius horæ, aut partis notabilis, est mortalis. Omissio unius Psalmi, aut lectionis, est parva materia. Licèt non sit necesse, consultius est exprimere numerum horarum eodem die omissarum ob pœnitentiam imponendam.

RELIGIOSI CHORISTÆ, ET MONIALES CHORO ADDICTÆ

426 NOn obligati ex vi Regulæ, tenentur sub mortali ad horas privatim, si Choro desint, ex consuetudine obligante ad mortale. *Com.*

427 Ad illud non tenentur Religiosi ad triremes damnati; quia fatigatio, & status illos excusat, Mendo *n. 38.*

428 Majus argumentum, quod ad oppositum potest adduci, est Constit. Eugenii IV. nonis Febr. 1456. incip. *Ordinis tui,* ubi habetur: *Insuper cum Dilectus filius Frater Joannes de Capistrano, tuus in Vicariatus officio prædecessor, declaraverit, quòd in Regula primæ B. Claræ contineantur centum, & tria præcepta regularia, in quorum transgressione Monialer, sive Sorores professæ peccatum mortale incurrunt, idque nimis durum, & scrupulosum judicemus; auctoritate, & tenore præsentium declaramus, & volumus quòd in nullius prædictorum transgressione, præterquam eorum quatuor, quæ concernunt principalia vota, obedientiæ scilicet, paupertatis, castitatis, & clausuræ, & super electione Abbatissæ, & depositione, peccatum mortale*

mortale incurrant. Et cum unum ex relatis præceptis sit divinum officium, ideo Clarissæ non videntur ad illud obligatæ privatim sub mortali. Cui valdè favet dispositio Julii II. 10. Augusti 1504. apud Rodriquez *to.* 1.

429 Resp. Eugenium, & Julium solùm disposuisse de præceptis, obligationibus, & consuetudinibus Clarissis particularibus, quibus ultra vires erant gravatæ, minimè de consuetudine cunctis Religiosis utriusque sexus communi, qualis est de recitandis horis privatim. Qua ratione nemo audet dicere, consuetudinem abstinendi à lacticiniis in jejuniis quadragesimæ non obligare sub mortali Clarissas. Nec quis audebit dicere, consuetudinem recitandi horas privatim obligare Religiosos vitos, & Moniales omnes, exceptis Clarissis strictioris Regulæ.

Hinc Ill. D. Martinus Archiepiscopus Panormitanus in sua Pastorali ad Moniales omnes Urbis, & Diœcesis panormitanæ 20. Maii 1651. contrariam opinionem vocat inventam à patre mendacii.

430 Innoc. IV. per Bullam 10. apud Pelliz. c. 6. n. 16. concessit Monialibus sub cura Fratrum Minorum degentibus, & per communicationem aliis, ut ex rationabili causa possint officium conversarum recitare, & sic satisfacere; per hæc verba: *Et quæ occasione rationabili non possunt legendo dicere horas suas, liceat eis, sicut aliæ Sorores, dicere Pater noster.*

Causa rationabilis erit, si sit gravi, & justo negotio occupata, si sit nimis scrupulosa, si capitis indispositionem patiatur, si nesciat expeditè legere; hæc tamen curare debet, ut discat, ita ut rationabili causa cessante, redeat ad horas.

431 Hac prudentia uti poterit Confessarius in iis, aut similibus cautis, maximè in dubio necessitatis.

Monialis autem, cui ex justa causa fuit commutatum Officium Divinum ad Pater, seu ad officium conversarum, si hoc omittat, non peccat mortaliter; Pelliz. *cit.* quia obligatio sub mortali est ad horas canonicas. Nec officium conversarum conversas obligat sub mortali. Vide de commutatione voti.

432 Capellani primarii Monialium, qui quotidie, & ordinarie in earum Ecclesiis celebrant, possunt de earum Sanctis recitare, ut conformentur Missæ; uti tamen debent breviario Romano, cui per se sunt obligati. Gobat. *t.* 1. *tract.* 5. *casu* 23. *n.* 625. *vide tom.* 3. *n.* 342.

DE MODO RECITANDI.

433 Recitatio debet esse vocalis, ut verba voce exprimantur, licèt ab aliis non audiantur; quia obligatio est de oratione vocali. Unde non sufficit, si mentaliter solũ percurrat. Sufficit, si se ipsum peripiat; nec hoc requiritur, si sit surdaster.

434 Requiritur intentio orandi, sed sufficit, quod sit intentio Deum colendi, vel Deo vacandi, & quòd sit habita in principio recitationis. Et oratione tres oriuntur fructus, *meritum, impetratio, & refectio*: ad meritum, & impetrationem sufficit illa prima intentio; unde distractiones involuntariæ, quæ inter orandum solent contingere, priores duos fructus minimè impediunt; tunc enim sufficit intentio implicita, & virtualis, prima videlicet non retractata, sed perdurans in ipsa recitatione, quæ in virtute illius primæ intentionis habetur. Ad refectionem verò spiritualem non sufficit illa prima intentio, nec attentio, sed requiritur continua, licèt sufficiat directa, & non requiratur reflexa, quam scilicet quis revera habet, quamvis non advertat habere, *ut in tom.* 3. *nu.* 213.

Refectio autem non attenditur in oratione voca-

vocali, sed solum in mentali, de qua Apost. 1. *ad Cor.* 14. *Si orem lingua, mens mea sine fructu est.*

435 Officium recitari debet *attentè, clarè, & devotè.*

436 *Devotè,* Devotio consistit in externa corporis compositione, ut non recitetur ridendo, ludendo, gestus, & actus immodestos habendo, sine necessitate cubando, &c. At non peccas mortaliter, nisi defectus sit voluntarius, & notabiliter attentionem internam impediat.

437 *Clarè:* hoc est distinguendo verba, *ut in num.* 433. Pelliz. *de Monal. c. 6: num. 17. monet recitantem horas divinas syncopando non teneri repetere illas, nisi notabiliter sensum verborum corrumpat; quod rarò accidere,* notant Diana *p. 2. tr. 12. res. 22. citans pro hac doctrina* Filliuc. Azor. ac Villal. *cum quibus sentit* Sanch. *lib. 7. cons. c. 2. d. 17. notans n. 3. non oportere Clericos nimis esse scrupulosos casu quo putant se non integrè pronunciasse, vel aliqualiter syncopasse, vel verba aliqua solo guttare dixisse, nisi defectus sit valde notabilis.*

438 *Attentè.* Attentio est duplex, *interna* scilicet, quæ consistit in advertentia ad id, quod agitur puta ad officiū, quod recitatur; *externa,* quæ consistit in exclusione actionis externæ incompossibilis cum attentione interna, seu advertentia animi ad id, quod recitatur, uti esset depingere, scribere, & omnis alia actio externa, quæ specialem attentionem, & applicationem mentis exposcit.

439 Pelliz. *cit. num.* 17 putat cum pluribus, sufficere solam attentionem externam, ita ut non peccet mortaliter, qui voluntariè distrahitur, sed solùm, qui notabiliter occubatur in actione externa cum interna incompossibili.

440 Omninò tamen dico non sufficere, sed requiri attentionem internam, juxta dicta *in num.* 186. ita ut peccet mortaliter, qui per notabile tempus per internas divagationes voluntariè distrahitur. Cajet. cum communiori, quia præceptum est de officio divino studioso, & devoto, seu fructuoso, ad quod requiritur attentio interna. *Ex c. Dolentes de Celebr. Miss. arum. Districtè præcipientes in virtute Obedientiæ, ut divinum officium nocturnum pariter, & diurnum, quantum ex Deus dederit, studiosè celebrent pariter & devotè.*

441 Sufficit autem attentio illa prima in principio recitationis habita, *ut in n.* 434. nam continuata attentio est nostræ fragilitati impossibilis.

442 Attentio interna est triplex: *Ad verba, ad sensum, & ad Deum,* Dicitur *ad verba:* hoc est ad verba materialiter. *Ad sensum:* hoc est ad significationem grammaticalem verborum, aut ad significationem spiritualem, & misticam, seu ad spiritum verborum. *Ad Deum* quatenus per recitationem officii intendimus Deum colere, eique vacare.

443 Non est necessaria attentio ad sensum grammaticalem, aliàs rudes, & moniales non satisfacerent. Nec ad sensum spiritualem, quia non est oratio mentalis, *ut in n.* 434. Est autē necessaria attentio *ad Deum ut cit. in n.* quia est oratio (ad differentiam auditionis sacri die festo, quia in ea non præcipitur oratio, sed assistentia modo humano) *& ad verba materialia;* quia est oratio vocalis.

444 Satisfacis, si attendas, quantum moraliter potes, quamvis ob socii, aut chori culpam, nil ex illis percipias; quia per societatem, & tuam attentionem, moraliter facis orationem socii tibi communem. Tamb.

Quod esse verum, etiam si sis surdus, & inde alterius chori partem audire non valeas, docet Leander *par. 6. tr. 8. dis. 6. quæst.* 40. cum Pascal. & aliis; quia ex una parte ad impossibile nemo tenetur; ex alia, quod recitatur in cho-

ro,

ro, choratio totius chori, adeóq; etiam ejus, qui non audit, non valens, dummodo choro assistat, & attendat, Mendo vult, quòd surdus teneatur repetere. *ver. Hora n.* 33.

445 Qui in Choro occupantur in libris hinc inde mutandis, aut in præparando thure, satisfaciunt, licèt aliquot versiculos omittant, dum ad illos attendant, *com.*

446 In Ecclesia, ubi est Reliquia notabilis sancti, putà caput, brachium, crus, aut ea corporis pars, in qua præcipuè passus fuit, potè de eo sub ritu duplici recitari.

447 Advenæ & itinerantes possunt, sed non tenentur se conformare officio loci. Tamb. *t.* 1. *de Horis c.* 5. §. 2. *n.* 38. Mendo, & alii, *juxta dictam.* 163. quia substantia officii est de lege communi; quòd autem recitari debeat de tali, vel tali, Sancto, solet esse de lege locali. Unde in loco, ubi es advena, potes recitare officium loci, aut tuæ Ecclesiæ. Consultius tamen puto, ut ita te geras, quòd idem officium bis non recites. Hoc dico in recitatione privata; Missa enim, & horæ in Choro sunt dicendæ de Sancto loci; quia sunt publicæ; & tunc consultius est, imò oportet, ut reliquas horas, quæ privatim tibi recitandæ manent, recites de Sancto loci, ut sic te conformem reddas toti officio diei.

448 Si recitasti de uno Sancto pro alio involuntariè, cum advertis, non teneris repetere. Quòd si quæras, an tenearis de eo recitare prima die non impedita? utraq; pars est probabilis; affirmativa, quia Sanctus habet jus eo anno, ut de ipso recitetur; negativa, quia onus officii est alligatum diei, & aliàs ordo Kalendarii perturbatur.

449 Si recitâsti ex errore Matutinum, & Laudes de uno Sancto, detecto errore, religiosius est, si repetas, at non obligaris; quia quoad eam partem tributum solvisti Deo per æquivalentiam: nec potest præsumi, Ecclesiam velle duo officia ab eo, qui sine culpa recitavit. Debes tamen prosequi reliquum de Sancto diei, quia error est corrigendus, non continuandus.

450 Qui dubitat, ob evagationem mentis, an aliquem psalmum, vel antiphonam omiserit, potest præsumere se dixisse, cum non soleat tam faciliter prætermitti. Tum quia id esset scrupulorum fomentum. Hinc si incepisti Nonam v. gr. cum attentione, modò reperias in ultimo psalmo, & dubites, an recitaveris medium, sufficientem habes conjecturam, quòd recitaveris. Gobat.

451 Inversio horarum, aut interruptio, sine rationabili causa non potest excusari à veniali: at non peccas, si matutinum à laudibus per noctem dividas.

452 Mutatio officii sine causa, ut si debens recitare de feria, recites de Sancto, si fiat ratò, bis, aut ter, erit venialis; quia servatur præceptum quoad substantiam officii, & defectus, qui habetur in modo, est levis. Gravis tamen est, si fiat sæpe: Aut si debens recitare de feria, aut de Sancto novem lectionum, recites de Resurrectione, etiam semel; quia est omissio, & mutatio notabilis. *v: in propos.* 34. ab Alex. VII. *damn.*

453 Occupatus per duodecim horas diei non proinde est liber à recitatione officii, sed debet attendi qualitas occupationis; unde si fueris occupatus assistendo tuo Prælato, ad illum negotiatores deferendo, &c. quæ sine notabili labore, aut attentione fiunt, non excusaris. E contra, si fueris occupatus studio, computatione, scriptura, &c. quæ caput dolore plenum, aut caliginosum relinquunt, excusaberis, etiamsi per decem, aut horas octo occupationi vacaveris.

454 Si ex causa recitare non valeas majorem partem officii, puta matutinum, & laudes, potes autem reliquam, teneris ad illam; sicut

sicut qui non potest restituere centum, potest tamen decem, tenetur ad decem. Et qui non potest jejunare totam quadragesimam, potest tamen duos dies, tenetur ad illos Ratio est, quia præceptum de recitando divino officio est de materia dividua. Et dictum illud, quòd *major pars trahit ad se minorem*, quo nonnulli oppositum docebant, non est ad rem; quia est detum ptum *ex cap. 1. de iis, quæ fiunt à majori*, qui Textus loquitur de Canonicis dantibus suffragium, & statuit standum esse pro majori parte suffragiorum.

455 Materia præcepti alia est dividua, alia individua: dividua est illa, quæ habet plures partes, ad quarum singulas præceptum obligat: ut præceptum jejunandi in quadragesima, quæ continet plures dies, in quorum singulis seorsim præceptum obligat; similiter & præceptum recitandi officium quolibet die. Individua est illa, quæ vel non habet plures partes, vel si habet, præceptum non obligat ad singulas seorsim, sed ad omnes conjunctim; ut præceptum confessionis, quæ continet tres partes, nempè cordis contritionem, oris confessionem, & operis satisfactionem, quas præcipit non seorsim, sed conjunctim ad unum Sacramentum conficiendum. Præceptum recitandi divinum officium est de materia dividua, ut declaravit Innoc. XI. damnando *prop.* 54. Vide etiam *propos.* 35. ab Alexan. VII. *damn. v. n.* 461.

456 Ægrotus non valens recitare matutinum, & laudes, dubitans, an possit reliquas horas, non tenetur ad illas; quia præceptum de recitando officium, non obligat cum periculo gravis detrimenti, aut salutis.

457 Infirmitas excusans non sufficit, si sit levis, nec requiritur, quòd sit gravissima, sed sufficit, si sit gravis: & quidem in dubio dictum medici, aut experti infirmum legitimare, sicut & Superiorem dispensare posse, non est dubium.

458 Luscus, & qui oculis laborat, si timet legendo visum paulatim deperdere, non obligatur ad officium legendum. Ipse tamen, sicut & cæcus, tenetur recitare partem illam, quam memoriter scit: sequitur *ex n.* 452.

459 In privata recitatione matutinum, & laudes ex jam præscripta consuetudine licitè recitari possunt duabus horis post meridiem diei præcedentis, usque ad unam circiter horã post ortum Solis diei sequentis. Prima, Tertia, Sexta, & Nona ab aurora usque ad meridiem. Vespera, & Completorium à meridie usq; ad semihoram circiter post Solis occasum. com.

460 Si autem intra eumdem diem recitentur eo intervallo, quod intercedit inter medium noctis præcedentis, & medium noctis sequentis, quo præceptum durat, non in suis horis, ut supra, est peccatum veniale, & nullum, aliqua existente causa: ex Diana in summa, esse potest major devotio, aut periculum supervenientis occupationis, vel in studioso, quia tempus illud vespertinum est ineptum studiis.

461 Qui incepit recitare officium diei præsentis media hora ante mediam noctem diei sequentis, tenetur recitare quantum potest per eam mediam horam, juxta *dict. n.* 454. (nisi somno, aut vaporibus mens sit ita occupata, ut sit redditus impotens) quia adhuc præceptum durat. Data autem media nocte, consultius est, & melius, si prosequatur; sed ad id non tenetur, nec satisfacit, quia tunc cessat præceptum, quod quidem est ita affixum diei, ut eo elapso adimpleri non possit. Unde solùm peccavit in causa, si voluntariè, & sine legitima causa se reduxit ad eam horam, juxta dicenda de auditione Missæ, & jejunio.

OF-

OFFICIUM DEFUNCTORUM, ET VIRGINIS.

461 Psalmi Pœnitentiales, & Graduales non obligant etiam in Choro; quia B. Pius V. per Bullam *Quod à Nobis* 1568. pro utentibus Breviario Romano ab ipso tradito abstulit obligationem, & concessit Indulgentiam centum dierum recitantibus Officium Defunctorum, & Virginis; quinquaginta autem recitantibus Psalmos Pœnitentiales, & Graduales, diebus à Rubricis præscriptis. Reliquos verò, qui non utuntur Breviario Romano, uti sunt Patres Ordinis Prædicatorii, Carmelitæ, &c. Pius V. reliquit propriis consuetudinibus.

463 In Ordine Prædicatorum consuetudo non obligat sub culpa, ut rectè docet, & probat Donatus *to.* 3. *tr.* 18. *q.* 48.

464 Moniales S. Claræ tenentur quoad divinum Officium ritui Fratrum Minorum se conformare, ac proinde non tenentur ad Officium Defunctorum, &c. nisi temporibus ex Ordinario Romano statutis; quia tunc solum Fratres Minores tenentur; idque neque sub culpa, ut dictum est, excepto die Defunctorum. Urb. IV. *in* 2. *Regula*, & clariùs Leo X. 29. Martii 1515. apud Bullar. Rodr. Bulla 46. *Cum sicut Nobis.*

465 Officium autem Defunctorum die animarum, Litaniæ Rogationum, & D. Marci obligant sub mortali eos, qui utuntur Breviario Romano, itaut teneantur recitare privatim, qui Choro desunt, & Processioni; & si beneficiati, teneantur ad restitutionem fructuum pro rata; quia sunt pars officii diei. Donatus *to.* *qu.* 49. & 47. cum communiori. Quamvis plures cum Pelliz. *de Monial. c. 6. n.* 13 teneant, Litanias non obligare.

466 Qui verò non utuntur Breviario Romano, stare debent consuetudini suarum Ecclesiarum.

467 In Ordine Prædicatorum à viris doctis ejusdem audio consuetudinem pariter ad Litanias non obligare.

QUÆRES I.

468 *An Moniales S. P. Dominici teneantur sub mortali ad Officium Defunctorum semel in hebdomada recitandum?*

VIdetur, quòd teneantur; quia Fratres Prædicatores tenentur, & ipsæ ad eorum ritum se obligaverunt.

469 Respondeo, non teneri ad illud sub culpa. Ratio est; quia præceptum non est præsumendum, sed debet certò constare, *ut in num.* 43. & 176. In casu nedum non constat, sed evidenter constat non ad esse pro Monialibus.

Quia Moniales se obligaverunt ad officium divinum, & suffragia, quæ exprimuntur in Regula; in Regula autem nulla fit mentio de recensito officio defunctorum semel in hebdomat recitando, ut constat ex primo, & tertio Capitulo, in quibus agitur de Officio Divino, & suffragiis. Unde ad Ritum tenentur, qui est accessorius Officio ordinario in regula præscripto.

470 Corroboratur: quia Moniales se obligaverunt, & obligant ad Regulam, seu constitutiones Regulæ, minimè ad statuta Capitulorum generalium; Regulam namq; profitentur, non statuta: Officium autem Defunctorum non est de Regula, sed de statuto Capituli Generalis de anno 1551.

471 Quod statutum nullo pacto potest Moniales ligare. 1. Ob rationem allatam. 2. Quia, etiam loquendo de privilegiis, Moniales communicant cum Religiosis viris ejusdem Ordinis solùm in favorabilibus, minimè in odiosis. Donatus *tom.* 1. *p.* 1. *tr.* 6. *q.* 3. Et in re

nostra agitur non de privilegiis, sed de odiosis, nempe de onere peccati mortalis. 3. Quia statutum est præcisè editum pro fratribus. Constat tam ex verbis, quàm ex fine, & causa motiva.

472 *Ex verbis*, quæ *in dict.* 1. de Officio Ecclesiæ *c.* 1. *fol.* 14. *col.* 3. in fine apud Donatum *tom.* 3. *tr.* 18. *qu.* 47. *n.* 2. sunt: *Item declaramus, quòd Fratres tenentur ex præcepto, semel in hebdomada, totum officium defunctorum dicere, cum dici debeat in Ecclesia, omni antiqua consuetudine rationabiliter prætermissa.* Ubi per ly *Fratres* statutum est restrictum ad fratres; quòd si odia sunt restringenda, quomodo poterit dilatari ad Sorores?

473 *Ex fine, & causa motiva.* Finis enim fuit, ut sic fratres satisfacerent justitiæ, & charitati pro animabus benefactorum ob eleemosinas, & bona fratribus relicta, de quibus vivunt; quod fuit causa motiva: qui finis, & causa non habet locum in Monialibus, quæ vivunt minimè ex eleemosinis à benefactoribus relictis, sed ex propriis dotibus.

Statutum igitur præcisè Fratres ligat, ut teneantur sub mortali officium defunctorum semel in hebdomada recitare privatim, si Choro desint; minimè Moniales.

474 Firmatur discursus doctrina, & historia.

Doctrinam præbet doctissimus Donatus, super constitutiis Regularium peritissimus loco cit. *Officium mortuorum videtur institutum indeterminatè pro omnibus benefactoribus, qui non determinant sibi anniversarium: unde videntur teneri ad illud omnes, qui bona illius Ecclesiæ participant. Hoc idem docet* S. Thomas *in quodl.* 6. *art.* 10. *&c. Semel in hebdomada, aut singulis mensibus, ducitur ex eo, quòd hujusmodi clericus accipit bona, quæ fuerunt defunctorum ergo titulo justitiæ tenetur in spiritualibus compensare, &c. ac proinde tenetur pro eis officium defunctorum dicere. Secus autem dicendum, &c. si clericus absens est à sua Ecclesia, & non fit particeps distributionum quotidianarum, &c. Ergo de mente* D. Thomæ *tota obligatio recitandi officium Defunctorum emanat ex acceptatione fructuum beneficii, quidem proveniunt ex bonis prædictorum, &c.*

475 *Hinc in Ordine Prædicatorum dist.* 1. *&c. adest præceptum recitandi officium Defunctorum, &c. quo fit, ut omnes Religiosi Clerici teneantur illud sub mortali semel in septimana publicè in choro recitare, vel privatim, si fuerint impediti choro interesse, & liquet ibi, Item declaramus, &c.* ubi prosequitur verba statuti, *ut in n.* 472.

476 En igitur finem, & causam motivam, unde in Ordine Prædicatorum emanavit præmissum onus officii Defunctorum. Et quia ingeniosus Donatus percepit, ea non habere locum in Monialibus, præcisè *Fratres*, & in specie *Religiosos clericos* studiosè expressit non Moniales, quas aliàs Author tantæ pietiei haud siluisset.

477 Historiam tradunt Constitutiones ipsæ Regulæ Ordinis Prædicatorum ex Editione Barcinonensi anni 1620. *dist.* 1. *c.* 1. de Officio Ecclesiæ *fol. mihi* 14. Et clariùs habetur in traductione earumdem de latina lingua in vulgarem, edita Panormi anno 1595. ut sequitur.

478 Ob motivum, & finem *n.* 474. relatum, ex pervetusto tempore in Ordine Prædicatorum recitari solebat in Choro nocturnus unus officii defunctorum, quem soli ministri Altaris dicebant, & Sacerdos ille, qui erat designatus ad Missam pro defunctis canendam, minimè alii fratres. Quapropter Capitulum generale Salmaticense de an. 1551. providere volens timoratorum scrupulis, cum confirmatione, & authoritate Apostolica statuit, ut sequitur:

479 *Absolvimus tam Chorum, quàm Ministros Altaris ab obligatione recitandi vigiliarum lectionum pro mortuis, prout hactenus observatum est. Et in recompensationem, pro debito justitiæ, & charitatis; ordinamus, & ita servari volumus, ut nullis festis, aut octavis etiam solemnibus obstantibus (præter octavam Paschæ, & Pentecostes) totum officium pro ipsis defunctis cum novem lectionibus qualibet hebdomada semel ab omnibus, & singulis fratribus tam in Choro, quàm extra existentibus persolvatur. Et in mane sequenti pro ipsis una missa de Requiem cantetur, si non sit dies unalium solemnis, &c. Et hoc inviolabiliter in omnibus conventibus nostri ordinis observetur, super quatam Prælatorum, quàm Cæterum conscientias oneramus, &c. Ad quæ omnes, & singuli teneantur etiam Magistri, & actuales lectores, suis dispensationibus non obstantibus.*

480 Hæc est historia, & forma statuti, ac præcepti, ubi constat præcisè, & semper exprimi fratres, nunquam sorores.

Insuper officium defunctorum semel in hebdomada recitandum, fuit subrogatum loco nocturni, & missæ; unde sicuti certum est, quòd nocturnus, & Missa non obligabat Sorores, cum non sint Ministræ Altaris, sed solos fratres Ministros Altaris. Donatus *cit. nu.* 3. ita nec Officium semel in hebdomada recitandum obligare eas potest; nam in favorabilibus, *subrogatum sortitur naturam ejus, cui subrogatur*: Exclusio ab onere est favorabilis, adeóque si sorores erant exclusæ à priori onere, sunt etiam exclusæ à posteriori subrogato loco prioris.

481 Item in præcepto Officii includitur onus celebrandi, & cantandi Missam die sequenti, quod non afficit Sorores; ita nec onus Officii.

482 Denique commutatio nocturni in totum Officium fuit facta *in recompensationem, pro debito justitiæ, ut in num.* 479. quod debitum justitiæ in fratribus locum habet, qui ex eleemosinis, & donis à benefactoribus legatis vivunt, juxta dicta *num.* 474. minimè in sororibus, quæ vivunt ex propriis dotibus.

483 Non adducas pro obligatione consuetudinem. Quia non est constans; nam si meæ experientiæ fidem adhibere velis, pro certo habeo plurium annorum experimento nullam recensiti Ordinis Monialem obligationem tamquam certam tenere, sed alias eam non adesse certè putantes, alias verò scrupulizantes, dubitantes, & inde consulentes, An pro ipsis extet præceptum sub mortali ad id obligans, vel non?

484 Cæterùm consuetudine [si quæ sit] gratis data, nulla obligatio sequitur. Consuetudo enim ex *num.* 239. potest esse duplex, una præter legem, quæ ipsa obligationem inducit, & ad hanc requiritur, quòd sit introducta animo se obligandi, ut in *num.* 240. Alia secundùm legem, quæ non ipsa obligationem inducit, sed supponit præceptum, quod obligationem inducit, & ipsa est solùm observantia præcepti; adeóque si præceptum cadat, cadat etiam obligatio, consuetudine non obstante.

485 Consuetudo in re nostra [si quæ extat] non est, quòd Moniales credant se esse obligatas ex consuetudine, sed ex præcepto obligante fratres ad mortale; unde est consuetudo secundi, non primi generis; cum igitur sit luce clariùs probatum, præmissum præceptum non habere locum, sed cadere pro Monialibus, dicendum est, obligationem recitandi semel in hebdomada officium Defunctorum [consuetudine non obstante] non habere locum, sed cadere pro Monialibus.

486 Confirmatur; quia consuetudo (si qua

adest) non fuit à Monialibus introducta animo ea se obligandi, sed supposito ex simplicitate, & errore præcepto; unde non erit consuetudo imponens, sed supponens obligationem ex præcepto; quod cùm revera non extet, obligatio non extat. Et hæc est una ex rationibus, qua, non obstante consuetudine, excusantur ab obligatione abstinendi à lacticiniis diebus Sabbathi, mulieres, & simplices falsò putantes ad id habere præceptum. Imò Doctores communiter docent eas esse monendas, ne peccent ex conscientia erronea.

487 Demùm meam resolutionem claram reddit Ordo ipse, qui jussu Reverendissimorum PP. Seraphini Siccii, & Vincentii Bandelli, Generalium Magistrorum, Constitutiones Regulæ, quæ observari debent, emendatas, & in unum collectas, Barcinonæ ann: 1620. impressas publicavit. Ubi primo loco apponuntur *Constitutiones Fratrum Ordinis Prædicatorum cum declarationibus.* In quibus declarationibus *dist. 1. super c. 1. de Officio Ecclesiæ litt. E.* apponitur præceptum sub mortali obligans expressè Fratres ad recitandum Officium Defunctorum, uti supra, nullam mentionem faciendo de Sororibus. Posteà secundo loco apponuntur Constitutiones Sororum Ordinis Prædicatorum, in quibus nullum prorsus fit verbum de relato defunctorum Officio, *ut in n. 471.*

488 Quia autem mea mens est, Sacras Moniales solùm à peccato, & scrupulis liberare, eas enixè hortor, ut nedum semel, sed pluries in hebdomada pro sanctis animabus purgatorii Officium recitent Defunctorum.

QUÆRES II.

489 *An Moniales teneantur extra Chorum recitare Officium Defunctorum, quod titulo justitiæ, puta legati, tenentur pro benefactoribus recitare in Choro?*

Resp. non teneri, nisi pro ipsis extet speciale præceptum id exprimens, uti in Ordine Prædicatorum adest pro fratribus, de quo supra *n. 479.* Pelliz. *de Monial. c. 6. num. 15.* Quia obligatio illa non afficit singulas Moniales, ut singulas; afficit enim Monasterium, adeoq; afficit illas, ut faciunt unum corpus morale, quod est Monasterium: quapropter, quia cum recitatur officium in Choro, quamvis plures desint, verè dicitur Officium à Monasterio recitatum, jam est oneri satisfactum. Accedit praxis communis, ita namque sine scrupulo observatum videmus.

BENEFICIATI

490 Etiam in minoribus tenentur sub mortali ad horas, nec satisfaciunt suæ obligationi, si studio litterarum vacantes per alium recitent; quia est obligatio personalis; nam B. Pius V. ait, eum, qui non recitat suo tempore, non facere fructus suos: *v. prop. 21. ab Alex. VII. damn.*

Non tenetur ante diem possessionis, etiam si sit provisus, nec si possessio sit litigiosa, sed donec sit pacifica, nisi sit constitutus in sacris.

491 Si sint in sacris, peccant omittendo horas duplici peccato, contra justitiam, & Religionem, in confessione exprimendo; quia ex vi beneficii tenentur ratione contractus cum Ecclesia, à qua beneficium datur ob officium, *c. fin. dist. 92. c. fin. de rescript. in 6.* & B. Pius V. motu proprio: *Const. incip. Ex proximo Lateranen. 1571.*

492 Hinc Beneficiati omittendo, tenentur ad restitutionem in conscientia, etiam ante sententiam Judicis: *v. in proposit. 20. ab Alex. VII. damn.* onus autem restitutionis non oritur, nisi ex justitia commutativa læsa. *v num. 524.512.*

493 Qui plura beneficia pinguia possidet, non tenetur ad plura officia, sed satisfacit uno sicut concurrentibus eodem die pluribus festis, satisfaciunt fideles uni Missæ assistendo; quia pia Mater Ecclesia vult multiplicare titulos, non satisfactiones.

494 Obligatus ad horas ex beneficio, si culpabiliter omittat primis sex mensibus post acquisitam possessionem, peccat solùm mortaliter; iis elapsis, ultrà mortale tenetur ad restitutionem fructuum pro rata omissionis; ita ut pro toto officio teneatur restituere fructus omnes illius diei; pro Matutino, aut reliquis horis mediam partem, pro una ex horis sextam partem. Ex Conc. Later. ex Pio V. *tit. n. 162.*

495 Cæterùm, qui ex beneficio habet alia onera præter recitationem Officii, vel est Episcopus, &c. omittendo, solùm tenetur restituere partem fructuum correspondentem oneri horarum, nempè tertiam, vel quartam partem. In Hispania praxis est de quinta parte Gobat. *tom. 1. tr. 5. n. 537.*

496 Restitutio facienda est fabricæ beneficii, vel pauperibus, etiam ipsi beneficiato, si est pauper, per Busen. Item applicari potest ad meliorandum domum, & prædia beneficii, quæ etiam veniunt nomine fabricæ beneficii.

497 Restitutio non potest suppleri per eleemosynas à beneficiario de fructibus beneficii antei factas, ratione cujusdam anticipatæ solutionis quia nec solutio antecedit debitum ex culpa, nec pœna delictum; potest autem suppleri per eleemosynas factas post omissionem horarum, quamvis non isto intuitu, ob virtualem intentionem, quâ dans eleemosynam, satisfacere intendit obligationibus, quas suis peccatis contraxit: *v. prop. 33. ab Alex. VII. damn.* Item potest obtineri condonatio restitutionis per recursum ad Sacram Pœnitentiariam.

498 Si beneficium sit tenue, putà, si ex eo non percipias tertiam partem ad mediocrem, & honestam tui sustentationem requisitam, qua alii Clerici similis conditionis, & loci, communiter uti solent, tenerite sub mortali ad horas, docet communior opinio. Non teneri, sed sufficere, si ex gratitudine ores pro benefactore, probabile putat Tamb. cum Diana.

499 Si verò plura beneficia tenuia habeas ad tertiam partem tuæ sustentationis sufficientia, teneris ad horas; quia notabilem sustentationem ab Ecclesia recipis.

500 Illud est beneficium, vel patrimonium ad honestam sustentationem sufficiens. ex Trident. *sess. 21. c. 2.* quod ab Episcopis in suis respectivè locis præscribitur. In Synodo Panormit. de anno 1629. & 1679. *n. 97.* declaratur, debere esse Panormi scutorum 60. in Diœcesi verò ad minùs scutorum 40. *v. tom. 3. n. 50. & 68*

501 Præstimonia, videlicet portiones deductas ex beneficiorum redditibus, quæ adolescentibus assignari solent, ut sustententur in studiis, & inde possint Ecclesiæ deservire, inter beneficia, saltem quoad effectum recitandi horas, à B. Pio V. comprehenduntur, si dentur in titulum perpetuum, & annexum habeant aliquod spirituale obsequium, quod per laicum exerceri non posset: Sunt autem beneficia simplicia alia beneficia non impedientia; at non sunt beneficia, nec ad horas obligent, si in temporali obsequio consistant.

502 *Be-*

502 *Beneficium namq; est illud, quod confertur à Prælato personæ Ecclesiasticæ ad officium ecclesiasticum exercendum.* Et propriè definitur: *Jus perpetuum percipiendi redditus ex bonis ecclesiasticis propter aliquod officium spirituale, auctoritate Ecclesiæ institutum.* Unde differt à patrimonio, quod est *jus percipiendi redditus ex bonis laicalibus*; putà paternis, maternis, &c. Hinc non tenentur ad horas illi, qui habent Capellaniam non sacram, quæ videlicet sine authoritate Episcopi à laïcis solet conferri; quia licèt hæc fructus afferat, non est verè beneficium.

503 Non tenetur Vicarius Beneficii, aut Coadjutor cum futura successione, etiam si gaudeat stipendio sui laboris, vel aliqua beneficii portione; quia ille non est beneficiarius, sed ejus substitutus: & iste non est beneficiarius, sed erit.

504 Qui verò habet Capellaniam sacram, quæ collativa vocatur, quatenùs Episcopi authoritate confertur, tenetur ad officium; quia hæc est verè beneficium. Idem dic de habentibus beneficia manualia ad nutum, videlicet superioris, amovibilia. Ita & de habentibus benefici um in commendam, videlicet in administrationem, sive in perpetuum, sive ad tempus; quia est verè beneficium.

505 Intrusum, qui nulliter beneficium obtinuit, & quia simoniacè, cum excommunicatione, &c. eximunt Sanchez, & Castrop. comprehendunt in obligatione officii Bonac. & alii; ratio 1. opinionis, quia hic nec habet titulum beneficii, nec fructus facit suos sed tenetur illud relinquere, hos restituere.

506 Qui solo titulo ordinis, aut alio, qui non sit beneficii, seu capellaniæ collativæ tenetur ad horas, non tenetur restituere; quia non percipit fructus ob onus officii. Nec qui est obligatus ad horas titulo beneficii, tenetur restituere, si horas omisit ex invincibili ignorantia, bonâ fide, oblivione, justo impedimento, aut ex alia causâ sine culpa; quia non debetur in conscientia pœna, ubi non est culpa.

507 Qui casu aliquo accidentali fructus non percipit, putà ob anni sterilitatem, vel quia fures depopulati sunt; item qui fructus pro pensione solvit, tenetur ad horas; quia voluntariè onus suscepit. Mendo *n.* 39.

508 Pensionarius non tenetur ad horas; quia pensio non est beneficium, sed jus percipiendi fructus ab eo, qui habet beneficium. Si verò pensionem percipiat ut Clericus, videlicet, non ob sæculare obsequium, sed titulo clericali, & spirituali, tenetur non ad Officium magnum, sed ad parvum B. Mariæ, sub onere restitutionis fructuum illius diei, Ordinis, sit obligatus ad Officium magnum, non tenetur ad parvum B. Virginis, sed satisfacit per solùm magnum; quia non præsumitur, quòd Pontifex voluerit illum alio gravare onere, sed solùm quòd Clericus pensionarius non sit liber ab orando.

509 Tunc dicitur habere pensionem, ut Clericus, quando, ut illam habeat, necessariò requiritur, ut sit initiatus primâ tonsurâ. Potest autem pensio dari Clerico, aut Religioso, non titulo Clericali, sed alio titulo, sicut & laico, ver. gr. ob merita, senectutem, inopiam, &c. & tunc non obligat ad Officium Virginis; quia non datur illi, ut Clerico.

510 Cardinalis tenetur ad horas statim, ac scit se esse nominatum à Papa. Mendo *cit. n.* 43. quia est Caput illius Ecclesiæ, cujus habet titulum; unde sicut Abbates, Priores, Decani, & similes, qui sunt Capita Ecclesiarum, eo solo titulo tenentur ad horas; ita ille. Tum quia Cardinalatus est beneficium majus habens titulum Ecclesiæ, insuper fructus, & redditus.

DE

DE DISTRIBUTIONIBUS.

Hîc agit Leander *par. 6. tract. 8. disp. 6.* ex quo.

511 Non potest quis ad Canonicatum promoveri, nisi intra annum valeat Ordine sacro insigniri: *v. tom. 3. n. 106.*

512 Canonici, & Præbendati distributiones lucrantur correspondentes horis, quibus assistunt. Quando sine legitima causa Choro desunt, illas amittunt; & si accipiunt, restituere tenentur. Quæ sunt aliis, qui interfuerunt, dividendæ: *v. n. 465.*

513 Conceditur à Trid. *sess. 24. de refor. c. 12.* ut absq; alia causa, quàm levaminis, possint à Choro per tres menses abesse; qui tres menses possunt esse continui, vel interrupti ad libitum, dummodò computentur cùm respectu ad totum annum. Quo tempore possunt lucrari fructus Canonicatui annexos, minimè distributiones, quia istæ Chori assistentiam exposcunt. Sac. Congr. Conc. apud Leandrum *par. 6. tr. 8. disp. 6. q. 156. Qui absentes sunt recreationis causa, non lucrantur, nisi fructus Prebendarum, non autem distributiones quotidianæ sive sint antiquæ sive novæ, ex c. 3. sess. 21. & 12. quæ sunt distincta a prebendis.*

514 Si ultrà dictum tempus sine legitima causa à Choro desint, eos peccare mortaliter, nisi parvitas materiæ excuset, puta per integram horam, aut nisi rarò, puta ter, aut quater in anno contingat, docet Leander *cit. q. 33 & seq.* quia ex Jure Canonico, *d. n. 440.* adhæruntur ad assistentiam Chori sub pœna excommunicationis ferendæ, & depositionis. A mortali autem eos excusant. Tambur. *lib. 1. in dec. c. 5. §. 4. n. 7.* & alii apud Leandrum *cit. q. 33.* dummodò animum habeant retinendi distributionibus tempore absentiæ; & illi deficerent in contemptum, aut contra præceptum Superioris; vel si ex eorum defectu, omitteretur officium in Ecclesia, aut non diceretur cùm solemnitate debita. Quia nullus adest rextus, ex quo mortalis obligatio colligatur; *v. n. 176.* Cui accedit praxis multorum prudentum, qui nullum sibi scrupulum faciunt: ita illi.

515 Si in Choro reperiantur duo, aut tres Canonici, excusantur à canendo, minimè à recitando alta voce horas.

516 Si suam partem recitent, aut cantant submissa voce, ut ab altero Choro non possint audiri, satisfaciunt præcepto Officii, minimè servitio Chori, & consequenter non possunt distributiones lucrari. Quia B. Pius. V. *Constit. 135.* prohibet, dari distributiones interessenti, sed non recitanti Officium publicè, ut fideles ad devotionem excitare possit; talis est, qui submissè recitat.

517 Excipiuntur Ecclesiæ, ubi viget consuetudo, quòd Canonici solùm sint præsentes, & non cantent, nisi per Capellanos, & substitutos, uti sunt omnes ferè Cathedrales Hispaniæ; quia consuetudo potest derogare jus positivum: *ut à n 242.*

218 Si cantant Musici, sufficit servitio Chori, & pro distributionibus, assistentia personalis, etiam sine attentione; at non ad satisfaciendum officio.

519 Non possunt Canonici distributiones lucrari, si per alium Choro assistant, nisi ubi legitima consuetudo adsit: Si notabiliter confabulent, aut alias actiones attentioni externæ repugnantes exerceant.

520 Lucrari possunt, qui sunt impediti legitima causa, quæ est triplex: Morbus, corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ propriæ utilitas. Ex *c. unico de Clericis non residentibus 6.*

OB INFIRMITATEM

521 LUcratur infirmus, si infirmitas sit gravis, judicio prudentis. Quando est levis, sed prudenter timetur, quòd ex accessu augeatur. Etiam si infirmitas sit contracta ex propria culpa. Qui podagra laborat. Et Senex septuagenarius.

Canonicus, si post beneficium obrentum fiat cœcus, potest abesse à Choro, & distributiones lucrari. Sac. Congr. Conc. *die 11. Augusti* 1618. *& 20. Julii* 1629. Item docet de surdo. Diana *par. 5. tract. 6. res.* 14. contra Leandrum *par. 6. tract. 8. disp. 6. q.* 49. qui negat de surdo, quia potest adesse Choro, & Declarationes Congreg. loquuntur de cœco.

522 Infirmus non lucratur, si ante infirmitatem non erat solitus assistere Choro; quia tunc infirmitas non est causa non interessendi Choro; nam si illa non esset, adhuc non interesset. Hic autem, si in ipsa infirmitate voluntate mutata, efficaciter proponeret assistere Choro infirmitate cessante, tunc posset distributiones lucrari, quia jam infirmitas esset vera causa non interessendi.

OB CORPORALEM NECESSITATEM

523 LUcratur Canonicus, si justa corporali necessitate deest. Putà, si grave damnum prudenter timeat in vita, honore, aut fortuna. Si debeat medicinam sumere, aut emittere sanguinem. Si valetudinarius judicio medici domi se continet, aut causa mutationis aeris ad salutem recuperandam aliò se transfert. Si somno oppressus, attendere, aut recitare non valeat; quia non est in culpa, & æquivalet infirmo. Secùs, si somno nullo pacto resistat, sed acquiescat. Qui tempore pestis grassantis aliò se confert. Qui nimis defatigatus à cantu, aliquantulùm se eximit, ut spiritus assumat. Qui injustè detinetur in carcere. Secùs, si justè, & delictum sit probatum.

524 Injustè excommunicatus, & inde non assistens; secùs, si justè, etiamsi absolutionem petat, & justè denegetur; quia *ex c. Pastoralis, §. Verùm, de appell.* justè excommunicatus est ex vi juris ipso facto, & ante judicis sententiam, privatus tam fructibus beneficii, quàm distributionibus quotidianis. Nisi alicubi adsit consuetudo lucrandi, uti dicitur esse in Hispania: *v. n.* 492. Lucratur autem, si absolutionem petenti injustè denegetur; quia tunc non est in culpa quoad absentiam à Choro.

525 Eadem pariter dicenda veniunt de Canonico, seu Præbendato suspenso à beneficio, vel interdicto à divinis Officiis, si sit specialiter ipse interdictus. Lucratur verò, si interdictum sit speciale solius Ecclesiæ, & ipse causam non dederit interdicto; quia tunc absentia non est ei culpabilis. Si autem interdictum sit generale, privatur distributionibus, si desit, tam si causam dederit interdicto, quàm si non; quia si causam dedit, est in culpa; si causam non dedit, privatur, si desit; quia tunc potest, & tenetur assistere Choro; tunc namque celebrari possunt divina, servatis conditionibus infrà de interdicto generali adducendis.

526 Tempore autem cessationis à divinis non lucratur, etiamsi ipse causam non dederit; quia in hac datur specialis prohibitio juris, quæ non datur in interdicto; nam Gregor. X. *in c. si Canonici, §. Sciuri, de officio ordin. in 6. decrevit, quod qui causam dedit cessationi a divinis, debeat restituere Canonicis omne interesse, quod amittunt ex omissa assistentia divinis officiis.*

527 Non lucratur beneficiarius, si evadat irre-

irregularis, & desit; quia irregularitas non impedit celebrationem Officii divini, nec inde assistentiam; unde non privatur distributionibus. Quod est verum, etiam si fuerit irregularis ante beneficii collationem; quia irregularitas illicitat, non invalidat beneficii collationem. Diana, Castropal. & alii contra Bonac. & alios, qui volunt, quòd invalidet, & consequenter privet.

528 Lucratur, si desit tempore, quo pollua manet Ecclesia; quia non fiat per ipsum.

OB EVIDENTEM ECCLESIÆ PROPRIÆ UTILITATEM

529 UTilitas esse debet gravis, certa, & propriæ Ecclesiæ: non sufficit levis, dubia, aut alterius Ecclesiæ. Sufficit, si sit Ecclesiæ universalis, quia utilitas communis est propria cujusque. Unde Bonac. in nova editione *disp. 2. de Horis*, affert Declarationem Cardinalium: *Quodsi quis Beneficiarius absit à propria Ecclesia ad impediendũ, ne beneficiarius illius diœcesis onere tributorum graventur, tunc possit distributiones Ecclesiæ suæ recipere.* Hic applicanda sunt dict. *n.* 522.

530 Canonicus, qui suum comitatur Episcopum, aut ab eo mittitur ad visitanda suo nomine limina, lucratur; quia agit propriæ Ecclesiæ negotium, Pontificem instruendo de ejus statu. Ex Const. 17. Sixti V. Non sic Parochus, nisi visitatio intra bimestre perficiatur; quia *ex decl. 5. Congr.* non potest Episcopus occupare Parochum ultrà bimestre.

531 Lucratur, qui ad Concilium mittitur tanquam Theologus, Procurator, &c. Qui alio Capitulo ad Principem, &c. legatus mittitur. Qui tempore officii de mandato Capituli in computis, & rationibus Ecclesiæ faciendis, sumendis, &c. occupatur. Canonicus, qui sede vacante est electus Vicarius Capituli, & inde desit; quia utilius est Ecclesiæ, quòd occupetur unus Capituli, quàm totum Capitulum. Secùs, si sit electus Vicarius Episcopi; quia hic Episcopo, non Ecclesiæ servit; & ideò fructus percipere potest, non distributiones.

532 Lucratur, Archidiaconus visitans Ecclesiam, jura, aut redditus suæ præbendæ quia tunc servit in re utili Ecclesiæ.

533 Non lucratur, qui abest causa voti adimplendi; qui tempore divinorum Officiorum detinetur sua peccata confitẽdo, ex sua devotione Missam celebrando, nisi ei faveat consuetudo; quia abest in sui utilitatem. Lucratur verò, qui tunc celebrat de mandato superioris in Ecclesiæ servitium.

534 Pœnitentiarius ad Confessiones deputatus, lucratur tam distributiones Chori, quàm alias, quæ extrà Chorum lucrari solent; putà ob Litanias, Processiones, &c. dummodò in Ecclesia assistat, audiens, aut paratus confessiones audire. Trid. *sess. 24. de reform. c. 8.* quia tunc censetur præsens in Choro.

535 Canonicus Magistralis, aut Lectoralis, non lucratur distributiones correspondentes diebus, quibus concionem, aut lectionem componit; quia *ex Decl. Sac. Congr.* tunc non dicitur abesse in servitium propriæ Ecclesiæ, nisi remotè. Lucratur verò ex gratia distributiones correspondentes non solùm horis, quibus legit, aut concionatur, sed omnibus horis illius diei; quia exercet actionem magis laboriosam, quàm alii præbendati, & quæ majorem præparationem exposcit. *Decl. Sac. Cong. Conc.* apud Garciam. Non extenditur tamen hæc gratia ad horam Matutini diei sequentis, quæ præcedenti die post Vesperas recitari solet. *Ex Decl. Sacr. Congreg.* apud Garciam, & Leandrum *cit. q.* 120.

536 Canonicus, qui simul curam animarum habet in alia Ecclesia intra, aut extra Civita-

vitatem, sed intra diœcesim, tunc pro tempore, quo in curata Ecclesia residerit actu sacramenta ministrans, aut alia, quæ ad ejus curam spectant, exercens, distributiones Ecclesiæ Cathedralis, aut Collegiatæ lucratur, quia habetur tanquam ibi præsens, & adsens. Ex Trid. *sess. 24. de refor. c. 3.* Idem dicendum venit de Parocho.

537 Canonici Examinatores, aut ab Episcopo instituti administratores piorum locorum, Visitatores Ecclesiarum diœcesis Vicarii foranei, Deputati Monasteriorum, &c. fructus lucrantur, non distributiones; quia non sunt occupati servitio propriæ Ecclesiæ, sed Episcopi, aut diœcesis. Nisi illis faveat consuetudo. Imò de examinatoribus extat *Decl. S. Cong. Conc.* apud Leandrum *cit. q.* 127.

538 Canonici assistentes Episcopo solemniter in Cathedrali, aut in alia Ecclesia celebranti, lucrantur distributiones; secùs, si privatè celebret; nisi adsit consuetudo.

539 Præbendati inservientes Episcopo in officiis Capellani, Secretarii, &c. percipiunt fructus præbendæ, quæ habentur pro præsentibus, minimè distributiones; quia non sunt occupati in utilitatem propriæ Ecclesiæ, sed Episcopi. Ex *cap. de catero. & cap. ad audientiam de Cler. non resid.* Inservientes pariter Pontifici acquirunt fructus. Ex *c. cum dilectus de Cler. non resid.* sed non distributiones nisi privilegium habeant.

540 Inservientes verò legato Pontificis, Regi, Cardinali, &c. non solùm non lucrantur distributiones, sed neq; fructus, si absentia à propria Ecclesia excedat tres menses: v. *nn.* 513.

541 Auditores Rotæ Romanæ acquirunt fructus, & distributiones suarum præbendarum in absentia, ex concessione *Clement. 7. per Bullam, Convenit* 1525. Item Inquisitores ex priv. Pauli III. & Pii V. quod ad alios Ministros, puta Fiscales, Qualificatores, Consultores, &c. ad favorem fidei extendunt. Castropal. & Trullench. apud Leandrum *cit. q.* 136. nam causa fidei est communis: v. *n.* 529. Gaudent hoc privilegio Inquisitores, loquendo de beneficiis simplicibus, dignitatibus, & præbendis, minimè de beneficiis curatis. Ex Decl. S. Congr. apud Leandr. *cit. q.* 137.

542 Collectores generales Cameræ Apostolicæ, ejusq; officiales, in absentia lucrantur fructus, & distributiones, ex priv. Sixti V. 8. Maii 1590.

543 Docentes publicè in aliqua universitate, aut studio generali Theologiam, lucrantur fructus in absentia à propria Ecclesia ex c. *finali de Magistris*, minimè distributiones, ad differentiam Magistralis, aut doctoralis docentis in propria Ecclesia: ut *inn.* 535. Idem, si legat publicè Jus Canonicum; quia licèt textus loquatur de Theologia, extenditur ad Jus Canonicum, quoniam æquè prodest Ecclesiæ. Non sic jus civile; hinc Canones studium juris civilis Regularibus prohibent. Item lucrantur fructus, licèt non distributiones, si publicè grammaticam doceant; colligitur *ex c. Quia nonnullis de Magistris*; quia ad Theologiã, & Jus Canonicum est necessaria.

544 Non sufficit, si legant in quolibet studio particulari, sed esse debet Universitas, seu studium generale, ad hunc finem à Pontifice, aut supremo Principe erectum. Ex Decl. S. Congr. apud. Leandr. *cit. q.* 144.

545 Parochi, si legant uti supra Theologiam, aut Jus Canonicum, lucrantur fructus suorum beneficiorum, minimè, si grammaticam doceant. Ex Decl. S. Congr. apud Leandrum *cit. q.* 143.

546 Præbendati studentes fructus præbendarum lucrantur, licèt non distributiones, si studeant publicè Theologiæ, aut Juri Canonico in Universitate, aut studio generali, ut

supra

superi, & ibi studentes majori parte anni commorentur, de licentia Ordinarii. Ex Declar. S. Congr. quia ad Ordinarium spectat examinare super ætate, sufficientia, an divinus cultus ob eorum absentiam detrimentum patiatur, & alia à jure requisita.

547 Aliter est dicendum de Parocho; nam ex Trid. 23. *de reform. c.* 2. non permittitur Episcopis concedere licentiam Parochis, ut à propria Ecclesia absint ultrà bimestre, nisi ex gravi causa, qualis non est studium in Paracho. Cui accedit Decl. S. Congr. Conc. 22. Februarii 1590. quæ *Censuit, Parocho causa studiorum non esse dandam licentiam, cum hodie per Concilium non admittantur, nisi qui per concursum magis idonei fuerint judicati.*

Præmissam licentiam concedere potest Episcopus Præbendatis, & beneficiariis non curatis, non nisi ad quinquennium, ex *c. finali de Magistris.* At eam extendere posse ad septennium, tenet Leandr. *cit. q.* 153. ex alio posteriori, *c. cum ex eo de elect. in* 6.

548 Si beneficium constat ex solis distributionibus quotidianis, absentes ratione studii eas lucrantur omnes, dempta tertia parte. Quia tunc distributiones illæ succedunt loco fructuum. Ex Decl. Sac. C. apud Leand. *cit. q.* 154.

549 Deniq; Episcopus dispensare non potest, ut Præbendatus, aut Beneficiarius; qui abest recreationis causa, distributiones percipiat; quia talis perceptio est prohibita à Trid. *sess.* 24. *de refor. c.* 12.

De Horis Canonicis, Beneficiatis, & distributionibus, agunt Mastrius *disp.* 14. *à n.* 49. Diana *p.* 2. *tr.* 12. Joan. de la Crux. *pag.* 52. Bonac. *tom.* 1. *pag.* 586. Castropal. *tom.* 2. *tr.* 7. *disp.* 2. & 3. Busen. *l.* 4. *c.* 2. *d.* 2. Gobat. *tom.* 1. *tr.* 5. & maximè Leander *tom.* 6. *tr.* 8. Donatus *tom.* 3. *tr.* 18.

CAPUT IV.

DE SACRILEGIO.

550 SAcrilegium, *est lasio seu violatio rei sacræ.* Res sacræ sunt ea omnia, quæ ad cultum divinum sunt destinata. Est triplex, personale, quo persona sacra; locale, quo locus sacer; & reale, quo aliæ res sacræ violantur.

PERSONA SACRA

551 ESt, *quæ per votum, aut ordinem sacrum est Deo specialiter dicata.* Tribus modis lædi potest: 1. per violentam manus injectionem: 2. per usurpatam jurisdictionem, personas Ecclesiasticas ad judicium sæculare trahendo, vel iisdem vectigalia imponendo: 3. per actionem veneream, sive externam, sive internam.

552 Probabile est, non esse opus in confessione aperire, an votum sit solemne, vel simplex, quia non differunt specie, sed accidentaliter, secundùm magis, & minùs. Nec an duplici titulo persona sit sacra, quòd scilicet sit Sacerdos, & Religiosus, quia moraliter est una numero malitia. Unde sufficit dicere; *Habui copulam cum habente votum castitatis.*

553 Religiosus, qui suis tactibus polluit sæcularem, peccat contra castitatem, sive propriam delectationem habeat, sive non; quia voto astrictus, qui abutitur suis membris ad actum venereum, peccat contra propriam castitatem: talis est, qui tactibus suarum manuũ alium polluit: liquet de muliere voto ligata, quæ si sit succuba fornicationi sæcularis, etiam sine propria delectatione, peccat contra propriam castitatem, quia abutitur membro suo ad actum venereum: *v. n.* 215.

NOMINE LOCI SACRI

554 IN ordine ad effectum refugii, non solùm intelligitur Ecclesia cum suis Capellis, sed etiam Sacristia, & totum Monasterium; imò & totum Episcopi Palatium; quia sumus in favorabilibus. In ordine verò ad effectum sacrilegii, in homicidio, mutilatione ne humani seminis effusione, & furto, venit sola Ecclesia cum cœmeterio, minimè Sacristia, Monasterium, Campanilia, & similia; quia sumus in odiosis. In ordine demùm ad pollutionem, seu violationem, venit locus ille, qui spectat ad Corpus interius Ecclesiæ, à tecto interiori usq; ad pavimentum, & à parte interiori portæ Ecclesiæ usque ad ultimam partem Aræ majoris, inclusis Choro, Capellis, & Organo, *v. àn. 568.*

555 Cœmeterium, quod est locus ab Ecclesia distinctus, singulariter benedictus, & destinatus ad sepulturam fidelium, violatur; eo tamen violato, non violatur Ecclesia; unde sufficit, ut ipsum reconcilietur; pollutâ autem Ecclesia, polluitur cœmeterium; quia principale non sequitur accessorium, sed è converso.

RES SACRÆ

556 SUnt plures: 1. Sacramenta: 2. Vasa sacra, Imagines, Reliquiæ Sanctorum, Scriptura Sacra, sacræ cæremoniæ: 3. ornamenta Ecclesiæ, & ministrorum ejus: 4. bona temporalia Ecclesiastica in sustentationem Ecclesiæ, & ejus ministrorum deputata: Adeóque, qui malè, & irriverenter contra ea se gerit, sacrileginm committit.

557 Hinc reale sacrilegium est, sacramenti susceptio, vel administratio in mortali, simonia, fractio sigilli sacramentalis, profanatio sacrorum vasorum, aut vestium, ut si quis Calice in convivio utatur, aut ornamenta Altaris, & Sacerdotis in profanos usus applicet. Sermo autem est de iis, quæ consecrati, aut benedici solent; nam adhibere ad nuptias, vel communem usum tapetia, candelabra, & similia, quæ mediatè sacro ministerio inserviunt, non est peccatum mortale, nisi fiat ex contemptu. Sacrilegium reale est suppressio piorum legatorum, vel jurium Ecclesiæ & fraudatio. Peccatum contra votum est sacrilegium, quia res Deo destinata violatur.

558 Sacrilegium non est peccare die festo, nisi fiat ex contemptu; quia tempus extrinsecè se habet ad actiones.

LOCUS SACER

559 QUatuor modis lædi potest. Primò per strepitum forensem, ut si quis negotiationes, seditiones, stabulationes equorum, mercaturam, aut similia faciat in locis sacris.

560 Secundò, læditur sacrilegè per furtum tribus modis. Scilicet, quando quis furatur: 1. Sacrum de sacro, hoc est rem sacram, ut calicem, vestem, & bona propria Ecclesiæ, in loco sacro: 2. Sacrum de non sacro; scilicet rem sacram in loco non sacro, nempè extra Ecclesiam: 3. Non sacrum de sacro; scilicet, rem profanam non sacram, v. gr. pecuniam, aut aliam rem, quæ sit Ecclesiæ, aut ejus custodiæ tradita, deposita, aut ei accommodata.

561 In his furtis sacrilegium committitur, quia in his tantùm rei sacræ, & loco sacro injuria infertur, minimè in cæteris; quare si quis crumenam divitis, pecuniam Parochi, quam &si jure ecclesiastico, nomine tamen suo, non Ecclesiæ, possideat, furetur, sacrilegium non committit, nisi fiant cùm notabili injuria loci sacri.

562 Tertiò, læditur per pollutionem: *ut à n. 568.*

563 Quartò,

563 Quartò, per actus repugnantes ejus immunitati: *ut an. 605.*

ECCLESIA CONSECRATA EXECRATUR,

564 Si parietes secundùm majorem partem simul destruantur, seu corruant; minimè, si destruantur successivè, ut tandem Ecclesia tota reædificetur; quia tunc secundùm prudentum hominum existimationem censetur eadem perseverare; secùs, si tota simul, licèt postea reædificetur.

565 Nec execratur, si parietibus integris remanentibus, tectum, & alia opera lignea ruant, aut combustantur; quia consecratio magis principaliter parietibus inest; hinc in parietibus collocantur Cruces: *v. n. 585.*

566 Ecclesia verò benedicta non amittit benedictionem parietibus destructis; quia benedictio inest solo.

567 Si tamen destruatur, absq; spe, ut reædificetur, eo ipso amittit privilegia loco sacro competentia.

ECCLESIA POLLUITUR,

568 Primò, per injuriosam exustionem, nempè, si injuriosè fuerit exusta igne. Ex Concil. Nicæno. Diana *par. 8. tr. 7. resol. 93.*

569 Secundo, per sepulturam excommunicati vitandi, aut infidelis, etiam infantis; minimè, si sit filius parentis fidelis, licèt defecerit sine baptismo; quia est pars hominis christiani: consuetudo tamen est, ut non sepeliatur in Ecclesia.

570 Tertiò, per homicidium injuriosum aut mutilationem; unde injuriosa suffocatio, aut occisio hominis facta in Ecclesia absq; sanguinis effusione, polluit Ecclesiam.

571 Quartò, per violentam, & injuriosam sanguinis humani notabilem effusionem, quæ non sit è naribus, aut dentibus, quia sunt organum nimis facile ad emittendum sanguinem.

Effusio aliquarum guttarum, etiam injuriosa, non polluit, nisi occidat; quia effusio abundantiam significat.

572 Quintò, per copulam illicitam, aut humani seminis effusionem, quæ sit peccatum mortale, licèt non cadat in terram, dummodò sit externa.

573 Per homicidium, effusionem sanguinis, & pollutionem violatur Ecclesia, etiamsi sint occulta. Ex *cap significasti de adulteriis*, ubi præcipitur reconciliari Ecclesiam, in qua quidam adulterium secretùm commiserat, postea à muliere publicatùm; quia non violatur Ecclesia, nisi per injuriam; adeóque, quando sit injuria. Per hoc autem, quòd copula, ver. gr. occulta incipiat post dies octo impedire à sacris, quando est facta publica, & indigeat tunc reconciliari, non priùs, non sequitur, quòd priùs non fuerit violata; sicut ex hoc, quòd percussor occultus Clerici incipiat post dies octo vitari, quando percussio est facta publica, non sequitur, quòd non fuerit priùs excommunicatus; sicut igitur publicatio in hoc casu non facit excommunicatum, sed vitandum; ita in primò non facit Ecclesiam pollutam, sed impeditam à sacris, & reconciliandam Diana *par. 9. tr. 9. resol. 5.* & Bonac. contra Tamb. *in Meth. Conf. l. 2. c. 7. §. 5. n. 35. & alios.*

574 Copula conjugalis, si fiat ex necessitate, ver. gr. ad vitandum periculum incontinentiæ conjugum, alium locum aptum non habentium, non polluit Ecclesiam; bene verò si fiat sine necessitate, quia tunc est injuriosa, & sacrilegium.

575 Si quis polluat violenter in Ecclesia adolescentem renitentem, & non consentientem, violatur Ecclesia; quia licèt talis pollutio

tio non sit voluntaria, & peccaminosa adolescenti, est voluntaria, & peccaminosa eam causanti, & inde est injuriosa Ecclesiæ.

576 Ut præfatæ actiones polluant Ecclesiam, requiritur injuria; hinc Ecclesiam non polluit, 1. Effusio sanguinis facta ob propriam defensionem. 2. Facta casualiter, aut ab infante, vel insano; secus, si eorum sanguinis effunderetur; quia licèt non possint facere, possunt pati injuriam. 3. Si vulnus fuit factum extra Ecclesiam, & percussus ingrediatur intus, & ibi effundatur sanguis, aut moriatur; secùs, si vulnus fuit factum intus, & percussus sit egressus extra, & ibi sanguis effusus; vel ductus ad domùm post paucas horas moriatur; quia homicidium censetur factum in Ecclesia; nam injuria fit Ecclesiæ, quando datur causa physica effusionis sanguinis in Ecclesia. 4. Sectio violenta venæ in Ecclesia, ex qua copiosus sanguis effluxit, si ex illa non sequatur mors: Bene verò, si sequatur mors. Ratio primi; quia vena est naturaliter copiosi sanguinis emissiva: ratio secundi, quia tunc est homicidium.

577 Polluit Ecclesiam, 1. Recisio digiti, non quia sit mutilatio; nam digitus non est membrum, sed pars; ratione tamen notabilis effusionis sanguinis. 2. Occisio fidelis facta in Ecclesia ab hæretico ob fidem; quia licèt occisio sit martyrium, occisori est peccatum, & ab eo est injuria facta, *actio displicuit, passio grata fuit.* 3. Occisio unius ex errore facta pro alio in Ecclesia; quia ratio formalis injuriæ desumitur ex loco sacro, & jam occisio, aut vulneratio fuit intenta in loco sacro; materialiter autem se habent individua, Petrus, & Paulus. Vide *ver. Homicidium casuale.* 4. Si Petrus existens extra Ecclesiam, rotam tormentariam immittat intra Ecclesiam, & ibi occidat hominem; quia motûs est extra, occisio verò, & actio vulnerativa intra Ecclesiam.

578 Quintò. Si quis fuerit in Ecclesia verberatus, ita ut, quamvis non sit effusus sanguis, fuerunt tamen ejus tracta ossa, & contusæ carnes, est violata Ecclesia, si intra brve tempus sequatur mors, quia talis verberatio est homicidium. Secus, si non sequatur mors.

579 Sextò. Si quis alium in subita, & inopinata rixa in Ecclesia occidit, violatur Ecclesia, quia ex hoc, quòd occisio fuerit in loco, & casualis, non sequitur, quin fuerit voluntaria, & inde injuriosa, ut potuerit ab occisore impediri. *vn.* 641.

QUÆRES.

580 *Quidam Reus sententiatus ad mortem fuit a ministris justitiæ intra Ecclesiam, ad quam confugit, lethali vulnere occisus, aut suffocatus. An Ecclesia sit violata?*

Respondeo cum distinctione: Vel enim talis occisio, aut suffocatio fuit facta et abrupto, & absolutè à Ministris volentibus, aut jubente Judice. Et sic Ecclesia violatur; quia licèt occisio delinquentis per sententiam Judicis facta sit justa, est tamen irreverens, & injuriosa loco sacro, cum ejus sanctitati repugnet.

581 Vel evenit casualiter, aut ob defensionem vitæ ipsorum ministrorum quatenus ministris conantibus eum capere (cum non gaudeat immunitate, quod est omnino supponendum, ex *n.* 661.) inter tumultum, & motum, è latere unius ministri tormenti bellici casu laxata rota fuit occisus, vel quatenus defendere se volens, ne capiatur, dum arma vertebat ad occidendum ministros, fuit ab altero eorum in defensionem prævenus, & occisus. Et tunc Ecclesia non violatur; quia homicidium casu, aut in defensionem factum non est culpabile, nec injuriosum.

582 Nec polluitur Ecclesia, si tale homi-

cidium

cidium fuit voluntariè factum, quatenùs Reipublicæ perturbator aliter capi non poterat. Busen. *lib. 6. tr. 3. c. 3. dub. 4. n. 1.*

583 Secundum autem dictum, de *num.* 581. difficulter potest habere locum in casu suffocationis; quia dum Ministri ita eum capiunt, ut valeant suffocare, pariter valeant iterum reddere, ac extra Ecclesiam ducere; alioquè si eum intra Ecclesiam suffocent, excusari non possunt ex capite propriæ defensionis.

PLURA DE POLLUTIONE RESOLVUNTUR.

584 Polluta una Capellâ, aut Altari, polluitur Ecclesia, & è converso; quia injuria, & pollutio, in quovis loco intra Ecclesiam eveniens, totam Ecclesiam, ejusque cæmeterium contiguum afficit *vid. num.* 555.

585 Execratis verò Altaribus fixis, non execratur Ecclesia, nec è converso. Busen. *lib. 6. tr. 3 c. 3. dub. 4. num. 1.* quia inter benedictionem, ac pollutionem ex una parte, & exsecrationem, ac consecrationem ex alia, hoc est discrimen, quòd per benedictionem, & pollutionem benedicitur, & polluitur totum, quod est intra Ecclesiam; & ideo pollutis Altaribus polluitur Ecclesia, & è converso. Consecratio verò Altarium fixorum, & Ecclesiæ est distincta, ita ut regulariter detur, quòd Altaria fixa sint consecrata, non sic Ecclesia; & ideo justum est, ut execratis Altaribus fixis, non execretur Ecclesia, nec è converso.

586 Polluta per homicidium una sepultura subterranea, polluitur Ecclesia; quia est pars Ecclesiæ, ac proindè facit unum cùm Ecclesia; nam nomine *Ecclesiæ*, venit *Vas intus*, *continens loca ad sacros usus*, & *ad fidelium corpora humanda.*

587 Si verò subtus Ecclesiam cellula adsit sepulturæ similis, non tamen destinata ad fidelium sepulturam, sed ad ligna conservanda, & alia pro usu Ecclesiæ; talis cellula non erit capax pollutionis; quia non est locus sacer, quantùm ad præsentem effectum, ex *nn.* 554. cùm non sit locus destinatus ad usus sacros sacrificii, aut sepulturæ fidelium.

588 Item, si in aliqua Ecclesia adsint cellulæ intra concavum parietis à parte interna Ecclesiæ, tunc polluta cellula, polluitur Ecclesia; quia est pars Ecclesiæ. Si verò sint divisæ ab Ecclesia pariete lapideo, ligneo, &c. & solùm habeant crates intra parietem Ecclesiæ, ubi Confessiones excipiantur, uti esse solent in Ecclesiis Monialium; tunc talis cellulæ non sunt capaces violationis, quia quoad effectum pollutionis, ex *n.* 554. non sunt loca sacra.

589 Si extet Ecclesia ex pluribus inadæquatis, & propè positis constructa, qualis esset Panormi Ecclesia D. Petri; si ejus tres Ecclesiæ inadæquatæ essent sejunctæ, non columnis cementitiis, sed parietibus, una polluta, non essent aliæ pollutæ. Ex *c. unic. de consecr. in 6.* ubi dicitur; *Non unum, sed plura cœmeteria esse noscuntur, quæ quamvis sibi cohærentia, pariete tamen medio sejunguntur*; adeóque cùm dictæ Ecclesiæ sint sejunctæ parietibus mediis, non una, sed plures Ecclesiæ censentur; ac proindè polluta una, non sequitur, quòd polluantur aliæ. Nec impeditur talium Ecclesiarum pluralitas per hoc, quòd ex una in aliam detur aditus; quia verè sunt distincta vasa,

590 Idem sequitur dicendum de Ecclesiis, quarum una est subtus aliam; sunt namque sejunctæ pariete medio, nempè fornice, qui quidem secundum faciem superiorem est interior uni vasi, respectu cujus habet rationem soli, & secundùm inferiorem est interior alteri vasi, respectu cujus habet rationem tecti.

tecti, taliter ut sit idem materialiter, diversus formaliter secundùm formalem prudentum existimationem in ordine ad constituendum diversa vasa.

DE RECONCILIATIONE ECCLESIÆ.

591 Ecclesia polluta est reconcilianda. Si sit benedicta, eam reconciliare potest simplex Sacerdos aqua à se benedicta, utendo formula Ritualis Romani.

592 Si sit consecrata [qualis censetur, si constet ex fama publica, aliqua scriptura authentica, vel si celebretur festum Dedicationis, aut si adsint signa, seu Cruces consuetæ affigi in Dedicatione] tunc est reconcilianda ab Episcopo aqua per ipsum, cum sale, vino, & cinere benedicta. Qui non potest eam facultatem simplici Sacerdoti, nec suo Vicario, qui non sit Prælatus, delegare. Ex *cap. Aqua, de consecr. Eccles.*

593 Prælati tamen Regulares, etiam locales, possunt proprias Ecclesias consecratas in casu pollutionis reconciliare, ex priv. Leonis X. Bulla 6. apud Rodr. Debent tamen adhibere aquam ab Episcopo proprio benedictam, si ille non distet per duas dietas, videlicet per quadraginta milliaria. Si verò ille sic distet, uti possunt aqua ab ipso Prælato regulari benedicta. Si Episcopus existat intra diœcesim, distet tamen, ut suprà, à loco, ubi violatio accidit, censetur distans, licèt sit ibi ejus Vicarius; 1. quia Vicarius non potest: ex *nu.* 592. 2. quia aliàs nunquam contingere posset casus de usu privilegii.

594 Ecclesia polluta non reconciliatur per sacrificium ibi peractum. De Lugo *de Euch. d.* 20. *sect.* 2. *num.* 62. contra Dianam *par.* 2. *tr.* 14. *res.* 69. & Tamb. *in meth. cel. Miss. l.* 1. *c.* 1. §. 4. *n.* 5. Primò, quia si sacrificium esset sufficiens ad Ecclesiam pollutam consecrandam, esset sufficiens ad eam non consecratam consecranda n. Secundò, qui est jure præscriptum, quòd si pollutio contingat incœpto Canone, sed ante consecrationem, Sacerdos debeat Missam prosequi, & perficere: ut *in tom.* 3. *n.* 320. & tamen Ecclesia non reconciliatur, ut decidunt Sacri Canones, licèt Sacrificium, & consecratio sit post violationem. Tertio, quia in Ecclesia violata potest de licentia Episcopi in casu necessitatis celebrari; & tamen praxis est, ut postea reconcilietur.

595 Non obstat fundamentum opinionis oppositæ, quòd per sacrificium nedum benedicuntur vestes non benedictæ, sed consecrantur patena, & calix non consecrata, in quibus sacra unctio requiritur, quatenus sacrificium æquivalenter, imò eminenter unctionem continet; nam ex sacrificio non habetur sacer ille contactus cum Ecclesia, qualis in vestibus, patena, & calice.

596 Qui celebrat in Ecclesia polluta, antequam reconcilietur, nullam censuram, aut irregularitatem incurrit; quia nulla est pœna in jure.

597 Peccat tamen mortaliter, nisi excusset necessitas; in casu enim necessitatis, puta si die festo non suppeteret populo alia Ecclesia, in qua posset Missam audire; vel si mane, quo in aliqua Ecclesia celebratur festum solemne, homicidium contingeret, tunc posset de licentia Episcopi ibi celebrari. Imò licentia non esset necessaria, si opportuno tempore ad Episcopum recursus fieri non posset. Tamb. *cit. l.* 3. *c.* 6. §. 3. *n.* 1.

QUÆRES I.

598 *Ecclesia fuit violata per sepulturam excommunicati vitandi. Quid agendum?*

Dico, ejus corpus esse exhumandum, & extra Ecclesiam projiciendum, si tamen possit discerni; aliter esse tolerandum, *ex c. sacris*

sacris de sepult. & locus ipse est reconciliandus, ut suprà.

599 Ipsi verò, qui scienter, & temerè hujusmodi excommunicatos in Ecclesia, aut Cœmeterio sepeliunt, sunt ipso facto excommunicati, *in Clem. Eos, qui lib. 3. tit. 7. de sepult.* a minimè sibi faciant ignoranter, etiam ignorantia culpabili crassa; quia jus scientiam, & præsumptionem exposcit: *v. tom. 2. n. 479.*

QUÆRES II.

600 *An hujusmodi excommunicationem incurrant, nedum eum physicè sepelientes, verum etiam mandantes, consulentes, aut favorem dantes ad sepeliendum?*

Negat Cajet. apud Donatum *tom. 4. tr. 9. q. 38. n. 6.* quia jus solùm loquitur de sepelientibus, & cùm sit pœnale, non debet extendi ad casus non expressos.

Resp. affirmativè. Donatus *cit. n. 7.* Suarez *cum Glossa in Clem. 1. de sepult. 1.* quia nomine sepelientium, veniunt etiam mandantes, &c. nam cum sint causæ influentes in actum sepilitionis, dicuntur sepelire.

601 Secundò, quia aliàs lex pœnalis esset inutilis, & ludibrio exposita. Esset inutilis; quia talis lex est edita, ut pœna spirituali terreat, & coerceat ab hujusmodi excessu; qui non impediretur, si pœna solùm afficeret vilem ministrum, qui aliud non intendit, nisi mercedem sui ministerii, & non principales ipsos, qui id mandant, consulunt, &c. quique de fulmine legis non curarent; imò illud deriderent, cum non eos feriret, & ità esset ludibrio. Unde ratio in oppositum est vera, quando finis legis non ruit, nec inutilis redditur.

602 Verum tamen est, non comprehendi eos, qui tantùm comitantur funus, cantant, luminaria deferunt, & similes, atque illi, qui cadaver suis humeris ad Ecclesiam deferunt, si non deserant sepulturæ, nec operiant terra, aut mandent operire; quia non dicuntur sepelire.

De sacrilegio, pollutione, & reconciliatione, agunt Scotus *in 4. dist. 17. quæst. unm. lit. N.* Mastrius *dis. 11. nu. 35.* Bonac. *tom. 2. p. 225.* Jo. della Crux, *pag. 349. 369.* Tamb. *tom. 1. l. 2. cap. 6. §. 3. lib. 7. cap. 2. §. 1. & in Meth. celeb. Miss. lib. 1. & 3.* Busemb. *lib. 3. tract. 1. cap. 2. d. 2.* Donatus *cit.* Port. Rodr. Miranda, *sub tit. Benedictio, Ecclesia, Sacrilegium, Clericatus à cap. 26. ad 31.*

IMMUNITAS ECCLESIASTICA.

603 Est *exemptio ab oneribus sæcularibus.*

604 Est triplex, *Localis*, quæ Ecclesiis, & aliis locis Ecclesiasticis competit, *Realis*, quæ rebus, seu bonis ad Ecclesiam, aut Clericos pertinentibus, & *Personalis*, quæ ipsis personis Ecclesiasticis competit.

IMMUNITAS LOCALIS

605 Duo continet jura. Primum est: *Jus immunitatis ab actionibus prophanis, & sæcularibus, & loci sanctitati repugnantibus*, quod est de jure non solùm Canonico, & civili, sed etiam divino, ex pluribus Sac. Script. locis, maximè Marci 11. ubi Christus: *Cœpit ejicere vendentes, & ementes in templo, &c. dicens eis: Nonnè scriptum est: quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem fecistis eam speluncam latronum.*

606 Hac immunitate gaudent Ecclesiæ consecratæ, benedictæ, cœmeteria, & oratoria in ædibus privatis, aut agris, ab Episcopo ad divinum cultum deputata.

607 Actiones, quæ ibi prohibentur sunt lites, & causæ sæculares, maximè sanguinis, & pœnæ corporalis, negotiationes, fœda colloquia, publica communitatum laicorum

corum concilia, & de rebus temporalibus, ludi theatrales, prophani, Comœdiæ, *c. Cum decorem 12. de vita, & honest. Cleric.* Convivia, & similia, *cap. Non oportet 5. & cap. Nulli 6. dist. 42.* Hinc, si aliquod judicium laicale, criminale, aut civile in Ecclesia agatur, nullum est, & invalidum, ex *cap. Decret. 2. de Eccl. immunit. in 6.*

Insuper Ecclesia non debet incastellari ad offensam; potest verò ad defensam, ut boni defendantur à malis. Hinc non peccant, qui tempore hostilitatis, non valentes alia via se tutos reddere, ad Ecclesias confugiunt, & ibi fortificantur. Alarius *pag. 201. num. 15. v. num. 611.*

608 Secundum est: *Jus asyli, & refugii*, quo gaudent loca sacra, ut rei ad ea confugientes, non possint per vim extrahi.

IMMUNITAS ASYLI, ET REFUGII

609 ESt solùm de jure humano, Canonico, & civili, maximè ex toto *tit. de his, qui fugiunt ad Ecclesiam.* Est enim hic sermo de Immunitate Ecclesiastica, & Canonica, minimè de Politica, & Civili, qua gaudent Palatia Principum, & Oratorum, juxtà consuetudinem Regionum.

LOCA, QUÆ GAUDENT

610 SUnt Ecclesiæ omnes, auctoritate Episcopi constructæ, etiam si non sit ibi Eucharistia, & si non sint perfectæ, sed inceptæ, violatæ, interdictæ, dirutæ, sed cum spe reædificationis, Cœmeteria, Monasteria Religiosorum, & dictorum sacrorum locorum, Sacristiæ, tecta, campanilia, horti, viridaria, infirmariæ, portæ, scalæ, & similia loca, locis sacris contigua: *ut in nuu. 554.*

611 Gaudent infirmaria Religiosorum sejunctæ; & granciæ, seu hospitia, in quibus servatur Clausura; quia sunt loca religiosa, & veluti parvi Conventus, & Monasterii membra; Capellæ rurales Religiosorum, Minimè Villæ, quas detinent recreationis causa, & domus, in quibus ad tempus morantur, & non servatur Clausura, etiam si Ecclesiam vicinam, ubi celebrent, habeant.

Ecclesia tempore belli incastellata ad offensam non gaudet. Alarius. *pag. 200. n. 9.*

612 Gaudent Palatia Episcoporum, ex Concil. Aurel. *in cap. Id constituimus 17. q.* quæ immunitas est concessa dignitati Episcopali; nam ibi nulla fit distinctio de Palatiis intra, vel extra quadraginta passus ab Ecclesia, nec de habentibus Oratorium, nec de Episcopis tutelaribus. Quod est verum, etiam si Episcopus sit mortuus, aut absens. At de Episcopis extra diœcesim, aut Titularibus, attendenda est consuetudo. Quæ extat pro Palatio Archiepiscopi Montis Regalis Panormi sito, quod gaudet, & ritè; quia licèt Panormi situm, ex pervetusta consuetudine servat jura Montis Regalis, annexum habet Oratorium publicum, ubi sacra peragi, & Sacri Ordines conferri solent.

613 Maximè attendenda est consuetudo pro Palatio Prælati inferioris, jurisdictionem quasi Episcopalem habentis; quia dictum caput loquitur de Palatio Episcopi. Fagnanus *lib. 3. cap. Ecclesia, de immun. num. 45.* Qui refert *decis. Sac. Congr. Immun. 6. Novemb. 1634.* qua ad favorem Archimandritæ Messanensis, tria decisa fuerunt: 1. *Palatium Archimandritale, etiam conductitium, non fixum, & habens Ecclesiam conjunctam in Civitate Messanensi, gaudere immunitate Ecclesiastica, stante legitima consuetudine:* 2. *Familiares Archimandritæ gaudere privilegiofori, stante etiam consuetudine:* 3. *Archimandritam in Civitate Messanæ degentem posse Magistratus coercere censuris ob suam jurisdictionem turbatam.* Et die 27. Martii

1645. eadem

1645. eadem die S. Congr. Immun. stetit. in decisis.

614. Palatia Cardinalium extra Urbem gaudent ex similitudine cum Palatiis Episcoporum. At non gaudent in Urbe; quia hoc privilegium ab eis abstulerunt Greg. XIII. & Sixtus V. solùm pro Urbe.

615. Gaudent loca habitata per Clericos seculares, ad instar Religiosorum viventium, uti sunt Patres Oratorii Sancti Philippi Nerii, Seminaria Clericorum, Eremitoria, Domus Orphanorum, Puellarum reparatarum, Malenuptarum, &c. Et Hospitalia. Hæc sunt loca Religiosa, & ut gaudeant, requirunt, quòd sint authoritate Episcopi fundata.

616 Collegium de propaganda fide gaudet, quia erectum authoritate Pontificiâ.

617 Non gaudent Campanilia ab Ecclesia separata, nisi sint intra triginta passus. Ex Declar. S. C. 7. Decemb. 1632.

Nec domus Canonicorum, nisi sint intra Ecclesiæ sepia, videlicet in ejus atrio, & porta communi clausa, uti Panormi sunt domus Parochi in atrio Ecclesiæ S. Antonii, quæ claudunter porta communi Ecclesiæ. De domibus verò Canonicorum, & Parochorum Ecclesiæ contiguis, & intra triginta passus sitis, gaudere docet Diana *par. 6. tr. 1. res. 2.* At Tancredi *tom. 3. tr. 1. lib. 4. q. 3. nu. 19.* ait, standum esse consuetudini, quam (subdit) nullibi fortè vigere.

618 Non gaudent Oratoria privata, quæ in domibus nobilium solent extare, quamvis in eis celebretur.

619 Gaudent verò Oratoria publica, authoritate Episcopi erecta: *Oratorium publicum est*, quod januam exposita pro omnibus habet, & Campanam supra tectum, quæ publicè pulsatur, ad convocandum fideles ad divina peragenda, aut ad sacrum in ea audiendum hujusmodi sunt Oratoria Confraternitatum, & plura Oratoria in agris, quorum plura solent esse constructa parietibus vicinis, sed aliquantulùm dissitis à parietibus domorum sæcularium. At Tamb. *in meth. Mis. l. 1. c. 6. §. 2. n. 5.* tenet, Oratorium publicum esse illud: *In quo est janua exposita, affixa domui alicujus secularis, si adsit alia janua exposita pro omnibus.*

620 Parietes quoad superficiem extrinsecam gaudere docet Diana *p. 6. tr. 1. res. 3.* ità ut ad Ecclesiam confugientes, gaudeant, si parietes Ecclesiæ extrinsecus tangant. At ritè negat Tancredi *cit. à num. 8.* quia ampliatio privilegii non est extendenda ultra verborum proprietatem; jura autem requirunt, quòd sit in Ecclesia, seu in loco sacro, à quo volunt non posse extrahi; in Ecclesia verò dicitur esse, qui est supra tectum, at non qui de foris, & extrinsecùs parietes Ecclesiæ tangit.

621 Item in Ecclesia diceretur esse, ac proindè immunitate gauderet, qui in tali loco, & situ esset, ut circumdaretur muris fundamentalibus Ecclesiæ, minimè, qui pedes extra muros fundamentales haberet, quamvis sub aliqua concavitate extra muros protendentes sisteret. In Ecclesia tamen censeretur esse, & inde gauderet, quia Ecclesiæ portam, aut vectes apprehenderet.

622 Gaudet Sacerdos deferens Oleum Sanctum, aut Eucharistiam infirmis, & qui cum Cotta, & Stola post Crucem ad mortuum sepeliendum incedit.

623 Gaudet, qui ad Sacerdotem confugit Eucharistiam deferentem. Qui cum aliis se immiscet, & per viam Sacramentum associat. Qui cubiculum infirmi, ubi est Sanctissimum, intrat. Quod Tancredi extendit ad intrantem domum, ubi est Sanctissimum, licèt non sit ingressus cubiculum. Nam Sanctissimum est principalis ratio, cur Ecclesiis sit concessa immunitas.

624 Imò Tancred. *t.3.lib.4.disp.8.q.4.n.5.* addit: *Andeo dicere, non absonum videri, quod etiam in casibus exceptis à Greg. debeat gaudere immunitate reus, qui ad Sacram Eucharistiam immediatus confugeret, ver. gr. illam gestando, si esset Sacerdos, vel Sacerdotem gestantem tenendo; quia non debet Christiana pietas gentilium superstitioni cedere; cum hi putarint gravissimum Lucii Syllæ scelus extrahentis Aristonem reum Læsæ Majestatis à Minervæ statua, quò confugerat, & ob id de felicissimo infelicem vitam semper duxisse, ut refert Pausanias in Atticis. Ratio est, quia tantùm jura, & Greg. loquuntur de immunitate Ecclesiarum, non autem hunc casum exprimunt; sed reverentia tanto debita Sacramento dictat, cùm rarissimè contingat casus.* Et quidem leges disponere solent super iis, quæ regulariter contingunt: *v.n.643.*

625 Denique Palatium Dominorum Inquisitorum, ubi causæ fidei peraguntur, immunitate gaudet, non minùs, imò potiori ratione, quàm Palatia Episcoporum, & reliqua loca: *à n.611. ad 615. relata.*

626 Non obstat, quòd non sit expressum in Bulla Greg. XIV. Quia Bulla Greg. XIV. *Cum alias* 23. *Maii* 1591. reverà hæc exprimit loca: *Ecclesias, Monasteria, Sacella, domus regulares, & sæculares, locave sacra, aut religiosa.*

Loca sacra dicuntur ea, quæ sunt destinata ad Sacrificium, & usus sacros, aut ad sepulturam fidelium: hujusmodi sunt Ecclesiæ, & Cœmeteria, quæq; ad usus prophanos redire non possunt. Loca Religiosa dicuntur ea, quæ sunt destinata ad actus pietatis, & Religionis: ut *in n.611. & 615.*

627 Greg. autem dicta exprimens, nil disponit de locis, sed ea supponit juxtà jus commune, & solùm disponit de casibus, assignando numerum exceptorum, & de modo extrahendi reos, & judicandi in casibus exceptis; loca verò, personas, & alias circumstantias reliquit conformiter ad jus commune. Tancr. *tom.3. tr.1. lib.4. disp. 8. q.4.*

628 Causa enim motiva, & finis emanationis Bullæ, [ut eam perlegenti constabit] fuit extirpare absurda, & scandala, quæ in præjudicium locorum Sacrorum, ac Religiosorum, & personarum Ecclesiasticarum, sequebantur, ex pluribus indultis à Sixto V. & Pio V. concessis quibusdam Principibus, extrahendi reos ab Ecclesiis, super aliquibus casibus, etiá à jure non permissis, ex quibus indultis sæpè ortum fuit, (sunt verba Bullæ)

629 *Ut infimæ interdum conditionis Laici, nò modò juris, sed etiam litterarum peritissimi, & imperiti, dum quasi potestates, aut Ministri Curiæ sæcularis in aliquo Castro, aut Oppidulo jurisdictionem exercebant sæculi: atum, & indultorum hujusmodi limites longè excesserint, eaq; suo arbitratu in sensus minùs rectos, & ab intentione concedentis omninò alienos detorserint, & illorum pratextu, quidquid sibi in mentem venit, attentare præsumpserint, in grave jurisdictionis, & immunitatis Ecclesiastice præjudicium, locorum, & personarum divino cultui dedicatarum contemptum, ipsius divinæ Majestatis offensam, & scandalum plurimorũ.*

630 Quare numerum casuum exceptorum præscribit, insuper modum tradit extrahendi reos, & judicandi in casibus exceptis.

631 Quantùm verò ad loca, & personas Ecclesiasticas, nil novi disponit, & nil loquitur limitando, sed favendo, ac eorum immunitatem imprajudicatam volens perseverare, in suo robore jus commune relinquendo. Quod ulteriùs constat. Primò, quia non exprimit in specie loca sacra, & Religiosa, sed utitur particula generali: *loca sacra aut Religiosa, Personæ divino cultui dedicatæ.* Secundò, liquet ex verbis Bullæ, ut sequitur: *Sicuti etiam prohibemus, ne contra Ecclesiasticas per-*

personas, seculares, aut cujusvis Ordinis, vel Militiæ, etiam S. Ioannis Hierosolymitani Regulares, quoquomodò, etiam vigore prædictorum privilegiorum, indultorum, aut concessionum, quæ omnia ad terminos juris communis per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittant.

632 Quibus præmissis, sic solidum [meo videri] efformo discursum: Palatium Episcopi, Collegium de propaganda fide, [dicam plus] Seminarium Clericorum, domus orphanorum, Puellarum reparatarum, item & malèemptarum, non sunt expressa in Bulla Greg. & tamen ex *n.* 611. *ad* 615. gaudent immunitate, ut docet communis cum citandis Doctoribus, non alia ratione, nisi quia sunt authoritate Pontificis, aut Episcopi erecta, & loca sacra, aut Religiosa, ad opera pietatis, ac Religionis destinata. Ita Palatium Dominorum Inquisitorum, ubi causæ fidei peraguntur, quamvis non sint expressum in Bulla Gregor. immunitate gaudet; quia est erectum authoritate Pontificis.

633 Et potiori jure, quia loca recensita sunt loca Religiosa, in quantum sunt destinata, ut in eis conserventur à lapsu puellæ, ut in eis in sacris, & humanis literis, ac bonis moribus, ad alios instruendos exerceantur studentes: Ità à fortiori locus Religiosus quoad effectus refugii erit Dominorum Inquisitorum Palatium, in quo majora Pietatis, & Religionis opera exercentur: in quo causæ fidei, causæ Dei adjudicantur, in bonum commune totius christianæ Reipublicæ: In quo errores contra fidem, & bonos mores extirpantur; & Christiana Religio immunis ab omni hæresis labe servatur. Adeóque potiori jure, quàm recensita loca, immunitate gaudet.

634 Insuper Greg. loca sacra, aut Religiosa non expressit in specie, sed per particulam generalem, *loca sacra, aut Religiosa*; adeóque voluit omnes comprehendere species, & nullam excludere, & consequenter comprehendere voluit non solùm recensita loca, verùm etiam Dominorum Inquisitorum Palatium, ubi causæ fidei peraguntur, uti locum sacrum, & Religiosum, quoniam *sub genere continentur species.*

635 Adde, quòd sicut hoc privilegium Palatiis Episcoporum competit ratione dignitatis, etiam si Oratoria non habeant: ut *in nu. 612.* Ità competere debet Dominorum Inquisitorum Palatio, ratione dignitatis quasi Episcopalis, imò quantum ad causas fidei majoris, cum sint delegati Sedis Apostolicæ, ordinariam potestatem habentes, eam namque habent ad universitatem causarum. Eò maximè quia eorum Palatium Oratorium publicum habet, in quantum in eo præcepto auditionis sacri satisfaciunt, nedum Sancti Officii Ministri, verùm etiam cæteri fideles.

636 His accedit Panormi pervetusta consuetudo, qua Rei ab initio fundationis Palatii, ad illud confugientes, refugio lætati sunt; quia tamen eorum mora non solet esse opportuna in Palatio, Dominorum Inquisitorum mos fuit, eos in Palatio refugiatos, in aliquam Ecclesiam, & in manibus Ordinarii remittere, in quantum ad illum spectat immunitatis custodia, & judicium, juxta dispositionem Greg. XIV. ex *n.* 690.

637 Et quamvis hæc consuetudo, septuaginta ab hinc annis videri possit aliquando interrupta, interruptio favet; nam licèt Rei, qui ad Palatium confugerunt, fuerint aliquando vi extracti, Domini tamen Inquisitores reclamaverunt, etiam per monitoria, ac censuras, atque etiam Rei fuerunt ad eundem locum, ut ad locum refugii, restituti, & sic restitutos idem Domini Inquisitores (*uti suprà num. 636.*) in aliquam Ecclesiam in manibus Ordinarii remisêre.

CASUS

CASUS EXCEPTI,

638 IN quibus non suffragatur immunitas Ecclesiastica Reis, à Greg. XIV. præscripti, sunt septem.

639 Primò, *Publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores insidiis aggrediuntur.*

Publici latrones sunt, *qui palam, & publicè furantur, ut sunt piratæ, qui publicè stant in stratis, vel qui arcem habent, aut Castrum, & dirobant homines transeuntes.* Abbas. Tales publicos latrones, & viarum grassatores, occidere licet sinè peccato, & pœna, non tamen sinè irregularitate, nisi pro necessaria vitæ defensione. Ex *cap. Cum homo 23. quæst. 5.* Fagnanus *in lib. 3. cap. Inter alia, de immunitate: vid. tom. 2. pag. 12. num. 63.*

Hic continentur, qui sæpè, aut pluries furati sunt, minimè, qui semel, aut bis, vel pluries effectu non secuto. Comprehenduntur captivantes homines ad eos componendos, si id publicè faciant, non secretò. Tancredi *cit. quæst. 5. num. 11.* vult eos non gaudere, si in aliquo loco, etiam in Ecclesia, secretò, sed studiosè morantes, illuc transeuntes, vel dolo adductos componerent; quia æquivalent publicis latronibus, & grassatoribus, qui publicas stratas obsident.

640 Secundò. *Depopulatores agrorum*, Videlicet: Incendiarii segetum, aut frugum agrorum, Sufficit, quòd delictum sit occultum, dummodò constet. Unde excluduntur alii incendiarii etiam immaniores, ver. gr. domorum, portarum Ecclesiæ, &c. ex *num. 661.*

641. Tertiò, *Homicidiarii, & Mutilatores in Ecclesia, aut ejus Cœmeterio.* Requiritur effectus secutus, putà mors, & abscissio membri. Vide *dicta de irregular. ex mutilatione.* Non suffragatur, si sit ex subitanea; quia in Bulla non sit hæc exceptio. Tancred. *cit. num. 15.* contra Dianam *par. 1. res. 11. & par. 6. res. 7. de immun. v. num. 579.*

642 Non comprehenduntur in casu excepto. 1. Qui in Ecclesia vulnerant, sed non occidunt, nec mutilant. 2. Qui occidit eum, qui extra Ecclesiam peccata sua confitetur. 3. Qui occidit in porticu, scala, tecto, aut simili loco Ecclesiæ; quia cum simus in odiosis, dicta loca non veniunt nomine Ecclesiæ: ex *num. 554.* Et Bulla per illam particulam, *in Ecclesiis, earumve Cœmeteriis, et.* poscit pro exclusione, quòd delictum sit commissum intùs Ecclesiam. 4. Qui ab Ecclesia ictum emisit, sed hominem extra existentem occidit. Comprehenditur autem, qui è contra extra existens ictum intra Ecclesiam emittit, & ibi occidit. 5. Non comprehenditur, qui inimicum ab Ecclesia, vi, aut dolo extrahit, & foris occidit. 6. Mandans, aut consulens homicidium in Ecclesia. Tanc. *cit. n. 19.* Castrop. Bonac. & Diana, apud ipsum, contra alios; quia cum simus in odiosis, videlicet contra privilegium immunitatis Ecclesiæ, verba Bullæ excipientis accipienda sunt in propria significatione; mandans autem, aut consulens homicidium, non dicitur occidere, nisi ex juris interpetratione: *v. nn. 650.*

643 Eadem ratione, in casu excepto non comprehendi eum, qui se ipsum in Ecclesia mutilat. tenet Tanc. *cit.* quia hic casus non videtur in Bulla comprehendi; nam lex non attendit ad ea, quæ rarò contingunt: ut *in nn. 624.* Et qui se ipsum mutilat, non punitur pœna ordinaria: *v. num. 661.*

644 Quartò. *Qui proditorie proximum occiderint.* Proditor propriè est, qui alium occidit

cidit simulata amicitia; per insidias, nullo præcedente rancore, aut inimicitia, quam occisus præcavere poterat.

Nomine *proximi*, venit etiam infidelis: ex n. 290. quem ex præcepto divino tenemur diligere: n. 289. & 405.

645 Qui inimicum incautum, aut à tergo, vel dormientem occidit, non est proditor, sed potiùs traditor; unde non excipitur: v. n. 665.

646 Proditor est, & inde excipitur, qui sub facie amicitiæ potum, aut cibum offerens, aut ministrans, venenum præbet, & occidit. Ex Decl. S. C. 3. Dec. 1632. apud Diana p. 6. tr. 1. *de immunit. res.* 12.

647 Proditor est, & inde excipitur, qui inimicum per insidias occidit, post fidejussionem datam de illo non occidendo, aut post reconciliationem factam per osculum, tactus manuum, per comestionem simul datâ operâ, per munera, aut litteras familiares sibi mutuò missas, aut per familiaritatem inter se habitam; quia ille post reconciliationem erat tutus, & præcavere non poterat. Tancr. *cit. n.* 11. contra Dianam *par.* 4. *tr.* 1. *res.* 34. dicentem, quòd inimicus reconciliatus semper sit inimicus; cujus opinio suâ probabilitate non caret, maximè cum pro ea stet illud Eccles. 12. *Non credas inimico tuo in æternum, &c. In labiis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, ut subvertat te in foveam.*

Hi tamen, qui volunt ad proditorium requiri, quòd non præcesserit rancor, & inimicitia, exposcunt, quòd rancor talis esse debeat, quo quis possit prudenter dubitare, quòd alius sit paratus mortem inferre. Unde docent, à proditorio non excusare, si rancor sit levis, qualis inter amicissimos sæpe solet contingere.

648 Proditor est, & inde excipitur, qui puerum munusculis allicit, & posteà occidit, & absolutè, qui aliorum pueros occidit; quia verè occidit hominem omnino incautum, qui præcavere non poterat, quique est inimicitiæ incapax.

649 Eadem ratione idem docet Tancr. *cit. n.* 23. de procurante ab ortum fœtûs animati, effectu secuto. Contra Dianam *p.* 3. *res.* 72.

650 Non excipitur à Greg. mandans, aut consulens; quia tantùm moraliter, ex juris interpretatione, seu hominum existimatione dicitur occidere, minimè physicè, & ex natura rei: *v. n.* 642.

651 Non excipiuntur associantes, etiam si verbis occidere volentem animosiorem reddant, dummodo nil physicè præstent, nec impediant, quòd occidendus se defendat; quia occisor est potens, & ipsi non faciunt unum cum occisore.

652 Si verò omnes ex compacto proditoriè aggrediantur, quamvis unus ab aliis se elongans occidat, omnes sunt proditores. Similiter, si plures conveniant, & sub colore amicitiæ occidant, quamvis unus solus ictum infligat, & alii excubias faciant, aut defensorum accessum impediant, omnes sunt proditoriè occisores, & à Gregor. excipiuntur; quia stante compacto omnes aggrediuntur, physicè adjuvant, faciunt unum cum occisore, atque inde verè, & physicè, non sola juris fictione, occisores dicũtur. Ad differentiam eorum, qui non ex compacto, sed ex rixa digladiant; tunc namque solus, qui ictum dedit, dicitur occisor, & pœnâ ordinariâ punitur.

Hinc à Gregor. excipitur, qui adjuvat, tenendo occidendum, ei timorem stricto gladio incutiendo, aut ne se defendat impediendo.

653 Non excipitur autem, sed gaudet, qui arma præbet volenti proditoriè occidere; quia valde remotè concurrit. Tancr. *cit. num.* 25.

654 Quintò, *Assassini.* Assassinus est, qui aliquem pecuniâ, aut alio pretio æstimabili conducit ad alium occidendum, & qui sic conductus alium incautum occidit. Unde assassinus est non solùm mandans, sed etiam mandatarius. Com. contra aliquos. Sufficit, quòd pretium sit acceptatum, licèt non datum. Requiritur autem, quòd sit datum pro occisione; secus, si pro expensis itineris, armorum, &c. Et quòd mors sit secuta.

Assassinium est, si mandans promittat mandatario officium aliquod intercedere, si adsit moralis certitudo consecutionis. Tancr. *cit. num.* 36. contra Dianam; quia parum refert, quòd pendeat ab alterius voluntate, dum est res pretio æstimabilis.

655 Assassini sunt adjuvantes principalem assassinum, etiam si mercedem non acceperint; quia faciunt unum cum illo: *ut in num.* 652.

656 Assassinus non erit, qui alium incautum occidit, ex precibus, aut solo alterius mandato, nullo intercedente pretio: Vel ut ei gratum faciat, aut spe lucri.

Mediator non est assassinus.

657 Sextò, *Hæresis rei*, sunt hæretici formales, aut vehementer suspecti de hæresi, Hi tamen, si ob alia delicta non excepta ad Ecclesiam confugiant, immunitate gaudent quantùm ad illa: ex *num.* 661.

Qui furatur pixidem cum particulis consecratis, non gaudet immunitate; quia hoc delictum sapit speciem hæresis: *v. n.* 672.

658 Septimò, *Læsæ Majestatis in personam Principis rei.* Nomine Principis veniunt Principes Supremi, putà Reges, & alii, qui in temporalibus alium superiorem non agnoscunt, ut plures Italiæ Principes; minimè purè titulati.

659 Peregrinus apud Dianam vult venire Cardinales; quia computantur inter Reges contra Farinacium.

660 Non veniunt Proreges, fratres, & uxores Regum, nisi sint Reginæ in capite, puta ex morte Regis, seu successione.

661 Hi sunt casus excepti. Quamvis autem per jus civile alii sint excepti, puta homicidæ, adulteri, raptores virginum, &c. de illis non est curandum; quia jus civile est correctum per Jus Canonicum; unde solum standum est casibus per sacros Canones exceptis, qui sunt taxati septem, quos Greg. XIV. in sua Bulla exprimere voluit, ad exclusionem casuum à jure civili, vel consuetudine, & quovis usu in contrarium exceptorum expressè prohibens, ut non possit fieri extensio ad alios excipiendos casus, *ex identitate, aut majoritate rationis.* Exceptio autem firmat regulam in contrarium. Unde Bulla Gregor. tollit omnem consuetudinem etiam immemorabilem contra formam ab ipso præscriptam.

662 Hinc immunitate gaudent Exules, Proscripti, seu banniti, etiam capitaliter, nisi sint banniti ob delictum exceptum. Monetarii. Negantes tributa Regi. Ejus oratores occidentes. Ejusdem statuas evertentes. Qui se Regem facit. Appellantes ad futurum Concilium contra Papam. Qui Rebellionem putat contra statum, seu Provinciam sui Regis. Hi námque, quamvis sint rebelles, & committant enorme crimen Læsæ Majestatis, adéoque puniantur morte, non committunt casum exceptum quoad immunitatem.

Quia enim crimen Læsæ Majestatis antè non erat à Jure Canonico exceptum, ac proinde juxta illud omnes gaudebant, Gregor. XIV. illud moderati volens, immunitate privat eos, qui immediatè, & directè Principem offendunt, & injuriâ afficiunt, ut esset ejus personam occidendo, & verberando, aut aliâ actione

actione positiva lædendo; minimè eos, qui mediatè, & indirectè, quatenus scilicet offendunt, & injuriâ afficiunt ea, quæ ad Principem spectant. Hinc studiosè Gregor. casum rebellionis expressit non sub his verbis: *Læsa Majestatis in Principem rei*, sed sub aliis: *Læsæ Majestatis in personam Princeps rei.* Ità Diana *par. 6. tr. 1. res. 18.* Tancr. *tom. 3. tr. 1. lib. 4. disp. 8. n. 42.*

663 Qui *num. 42.* ait, probabile esse, tractantem de eligendo Rege, & expellendo præsentem legitimum, non gaudere immunitate; quia potest propriè dici committere crimen Læsæ Majestatis directè in personam ipsius Principis; licèt enim personam non offendat, illum occidendo, mutilando; offendit tamen immediatè in se ipsa, è solio dejiciendo; & sic tutum est, hunc posse immunitate privari. Denique Tancredi *cit. n. 43.* Diana *par. 1. tr. 1. res. 7. & com.* volunt, Reum Læsæ Majestatis debere esse subditum ratione originis, vel domicilii.

664 Gaudet, qui è carcere, triremibus, aut manibus satellitum, etiam post sententiam, & dum ad mortem ducitur, vi, arte, dolo, aut quovis modo fugit, & ad Ecclesiam, aut Cœmeterium confugit, si non sit damnatus ob aliquod delictum exceptum; quia talis casus fugæ non est de exceptis. Nec ità hodie dicitur servus pœnæ: *Ex auth. sed hodie, C. de donat.*

Quod est verum, etiam si justè detentus in carcere licentiam exeundi obtinuerit, sub juramento de redeundo; quia fides data privilegium immunitatis non tollit. Diana *par. 6. tract. 1. resol. 26.* Tancr. *cit. nu. 58.* contra Silvestrum, *ver. Carcer.* Fenech. *de immunit. num. 32.* Alarium, *pag. 200. num. 10. & alios.*

665 Gaudet, qui alium occidit per insidias, & appostatè, nisi concurrant circumstantiæ proditionis, aut assassinii: *de n. 644. ad 647. & à n. 654. ad 656.*

666 Dices illud Exodi 21. 14. *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab Altari meo evelles eum, ut moriatur.* Idem habetur Deut. 19. 11. igitur.

667 Pro responsione doctissimè præmittit Tancredi *cit. à n. 32.* Jus Divinum, seu legem veterem continere præcepta triplicis generis, Moralia, Cœremonialia, & Judicialia, ex Deut. 6. *Hæc sunt præcepta, & cæremoniæ, atque judicia.*

668 Moralia, sunt præcepta Decalogi, quæ spectant ad legem naturalem, quæ proinde remanserunt in lege Evangelica.

669 Cœremonialia, continent ea, quæ proximè ad Dei cultum spectant, ut præcepta sacrificiorum, & modi sacrificandi. Judicialia, quæ ad regimen Reipublicæ, & justitiam inter proximos servandam edita fuerant.

670 De fide autem est, legem veterem per mortem Christi mortuam esse, & cessâsse non solùm quoad Cœremonialia (secundum quæ ulterius est mortifera, cum mortale sit illis uti) verùm etiam quoad Judicialia, ex illo Pauli ad Hæbr. 7. *Translato Sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat.*

671 Relatum verò præceptum Exodi, non est morale; quia non est per se malum, & jure naturæ prohibitum, in tali casu extrahere Reum ab Altari; alioquin esset immutabile, & Jus Canonicum non posset non habere pro excepto: Nec posset Pontifex ad petitionem Regum concedere gratiam immunitatis appostatè occidenti.

Constat ex ipso textu; nam Exodi 20. dedit primo loco Deus Moysi præcepta moralia; ibidem, sed secundo loco, cœremonialia; denique tertio loco, *cap. 21. cit.* præcepta judicialia, unde initium, *cap. 21.* est: *Hæc sunt judicia, quæ proponet eis*; quorum

unum est relatum de insidiosè, seu appostatè occidente.

Concluditur, dictum præceptum nunc non obligare, ut divinum, & legis veteris, quod est de fide. Nec ex Evangelio; quia in Evangelio Christus solùm dedit præcepta positiva fidei, & Sacramentorum, non alia. Nec ex Jure Canoncio, quia jus Canonicum potiùs illud excludit: ex *n.* 661. Adeóq; nullo modo obligare.

672 Vulnerantes, & offendentes Ministros S. Officii, gaudent immunitate, si id faciant non in odium fidei, seu ut faveant hæresi, cujus sunt Rei, sed ob aliam causam, puta ad evadendam pœnam, ratione inimicitiæ cùm ministro, ratione consanguinitatis, aut amicitiæ cum persona hæretica, vel alterius privati finis; quia talis casus non est hæresis, ac proindè non est à Greg. exceptus, juxta dicta *n.* 661.

Quòd si comprehendantur, id fecisse in odium fidei, hoc est ob hæresim, cujus sint Rei; tunc non gaudent, non quidem ob delictum vulnerationis, quia vulneratio non est hæresis, ac proinde non est de exceptis, sed ob ipsam hæresim, cujus comprehenduntur Rei, quæ est de exceptis.

673 Gaudent negotiantes falliti; quia tales Decoctores, licèt à B. Pio. V. publicis latronibus æquiparentur, quatenùs ex pecuniis, & rebus alienis negotiantes, & opipare viventes, tandem decocti ad Ecclesiam confugientes, creditores omnes fallunt cùm maximo Reipublicæ damno: non sunt tamen propriè publici latrones; ac proindè non sunt immunitate privandi; quia pœnæ non sunt extendendæ ad delicta similia, maximè in casu, ob dicta *n.* 661.

674 Et universaliter gaudent, qui ad Ecclesiam confugiunt pro debito civili; quia hi non sunt excepti. Diana *p.* 6. *tr.* 1. *res.* 17. Tancred. *cit. q.* 1. qui tamen addunt, quòd debitores fraudulenti, non debent diù intra Ecclesiam tollerari, sed ab ea sunt ejiciendi: in S. Congr. in una Barensi, 12. Martii 1600. insuper S. Congr. Episc. decrevit, quòd bona ab eis ad Ecclesias in præjudicium creditorum transportata, sint consignanda Judici sæculari, ut ea creditoribus tradant.

675 Eadem ratione gaudent personæ, quæ tributa, aut gabellas Principis defraudarunt, quantùm ad delictum defraudationis; sed non gaudent ipsa bona defraudata, seu Principi, fisco, aut gabellario debita.

676 Deniq; non erit abs re referre, quod advertit Tancr. *cit. n.* 81.

Adverto, non esse negandum, posse casum evenire, in quo videtur jure defensionis naturalis, esse licitum, Reum, aliàs per Greg. gaudentem immunitate, capere in Ecclesia, & punire, si ita bono communi expediret; nec esset alia via evadendi, & non esset recursus ad Pontificem: sed talis casus magnâ indiget discussione, an talis revera sit: subditi tamen, quando videns Principes timoratæ conscientiæ, & pusillanimes procedere, debent existimare magnâ discussione id facere, nec temerè eos judicare: v. num. 789.

677 Insuper, Reos, si dum in Ecclesia morantur, ibi stantes aliquod delictum, etiam non exceptum, ver. gr. furtum, aut stuprum, committerent, ab Episcopo carcerari posse, & puniri, docet *Clericatus cap.* 32. *n.* 41.

PERSONÆ, QUÆ GAUDENT IMMUNITATE REFUGII.

678 SUnt omnes fideles, etiam excommunicati, suspensi, aut ab ingressu Ecclesiæ interdicti. Diana *p.* 6. *tr.* 1. *res.* 26. contra Felinum; quia (ut ritè ait Diana) *Censura interdicti non inducit privationem hujus privilegii,*

beri, nec privat ab ingressu materialis Ecclesiæ, sed formalis: videlicet ab ingressu in ordine ad audienda divina Officia.

679 Item, gaudent Infideles omnes, hæretici (licèt non ob hæresim: ut *in n.* 657.) Judæi, Pagani, &c. quia privilegium immunitatis non est concessum intuitu personarum, sed locorum sacrorum, ob reverentiam, & honorem, qui divino cultui debetur, ex quo fit, ut non possit Reus privilegio immunitatis renunciare.

680 Servus, si fugiat à domino ad Ecclesiam, non defenditur ab Ecclesia, cum ejus possessio, dominium sit penes dominum; sed est reddendus domino, præstito ab eo juramento, seu cautione de impunitate, *C. Id Constituimus 17. quæst. 4. & c. Inter alia de Iure.* Si verò fugiat à Judice ob aliquod patratum delictum non exceptum, gaudet, uti extem liberi.

681 Clerici gaudent, ita ut non possint per Judicem proprium vi ab Ecclesia extrahi, nisi in casibus exceptis, *ex Decl. S. Congr. Epsc. in una Tropiensi* 29. Jan. 1617. qua declaratum fuit, gauderet immunitate Clericos, qui post delicta patrata ad Ecclesias confugiunt.

Item S. Congr. 17. Augusti 1618, decrevit non posse Clericos ab Ecclesia extrahi, præterquam in casibus degradatione dignis; si secus fiat, restituantur. Unde non est amplius tenenda opinio contraria Abbatis: ita Diana *p. 6. tr. 1. res. 26. q.* 10.

Denique Pignatelli *tom. 1. Consult. 176. n. 5.* refutatur sic fuisse à S. Congr. decisum, in una Maceratensi Immunitatis, die 25. Maji 1655.

Ratio est; quia privilegium immunitatis quoad refugium, ex *num.* 678. est concessum arcendi locis sacris, aut religiosis, adeóque suffragatur cuilibet in loco sacro, aut religioso existenti, sive Clericus sit, sive laicus. Et aliàs Clerici pejores essent conditionis, quàm pagani, & Judæi. Insuper locus sacer injuriâ afficitur, sive Ecclesiasticus, sive sæcularis ab illo extrahatur.

682 Religiosi pariter, si delinquant extrà, aut in proprio Monasterio, gaudent, si confugiant ad Ecclesias, tam aliorum, quàm proprias, & ad Monasteria aliorum Regularium; non gaudent autem intra propria Monasteria. Diana *p.* 10. *tr.* 14. *res.* 30. Bord. *res.* 1. *n.* 18. Pelliz. *de Monial. c.* 8. *n.* 11. qui idem docent de Monialibus, & puellis educandis, nimirùm, quòd gaudeant immunitate in propria Ecclesia, non sic intra suum Monasterium. Hinc gaudet Religiosus, si è carcere fugiens, ad propriam Ecclesiam, aut ad exterorum Monasteria confugiat. Idem docet Bord. *de Religiosis* Apostatis. Item Diana *p.* 1. *tr.* 1. *res.* 24.

683 Ratio primi est eadem, quæ de Clericis. Ratio secundi est, ne Religiosorum delicta impunita remaneant; si enim suorum Monasteriorum immunitate gauderent, numquam possent capi, carceribus mancipari, & puniri, cùm Monasterium sit eorum perpetuum domicilium; quod est fundamentum opinionis Abbatis negantis Clericis, & Religiosis immunitatem; quod absurdum vitatur immunitatem concedendo intra proprias, & aliorum Ecclesias, atq; etiam intra exterorum Monasteria.

Sic namq; ex una parte servatur immunitas loci sacri quoad Clericos, & Religiosos, & ex alia datur locus Prælatis Regularibus sine violatione immunitatis puniendi subditos delinquentes in proprio Monasterio, insuper de uno ad aliud arctius ad pœnam luendam transferendi. Eò maximè quia hoc permittit Canon *Cap. qui peccat. 23. q. 4.*

684 Pariter absque violatne immunitatis potest Episcopus Clericos sibi sub di-

tos, in eodem suo Palatio, ad quod adducti, aut sponte accesserunt, atq; etiam in eodem loco, qui est eorum domicilium, carcerare, punire, &c.

Quantùm autem ad Religiosos Aboſtatas attendenda est praxis, & consuetudo communis, qua videmus, Superiores eos capere in aliorum Ecclesis, non minùs ac domini servos fugitivos; nec inde ipsi capti reclamant super immunitate, nec Curia Romana Superiores punit. Tancr. *tom. 3. tr. 1. lib. 4. q. 2. n. 5.* Diana *in summa ver. Immunitas n. 16.*

Hoc autem pro certo tenendum dico de Religioso fugiente à Superiore, non ut à Judice ob delictum, sed ut à Patre ob salutarem mortificationem; hic námque, si ad Ecclesiam exterorum confugerit, est suo Superiori pariter tamquam Patri reddendus, non minùs quàm miles, qui à suo Duce ad Ecclesiam, non ob delictum, confugit, est reddendus suo Duci. Et servus suo domino, juxta dicta *n. 689.*

EFFECTUS IMMUNITATIS REFUGII

685 SUnt quinque. Primus. Ut qui ad Ecclesiam confugit, non possit ex ea vi dolo, aut malâ arte extrahi; & sic extractus restitui debeat Ecclesiæ, eidem, vel alteri. Insuper sic extrahentes teneantur ad omne interesse, & damnum inde allatum.

686 Secundus. Ut Reus, dum est in Ecclesia, non possit vinculis constringi, aut aliâ violentia affligi. *Ex Cap. Definivit 33. q. 4.*

687 Tertius. Ut dum est in Ecclesia, non possit contra eum ferri sententia mortis, aut alterius pœnæ corporalis, triremium, exilii, &c. *C. Inter alia 6. de Immun.*

688 Quartus. Ut Reo existenti in Ecclesia negari non possit necessarius victus, & vestitus, aut impediri, ne ad illum deferatur, *l. præsenti 6. C. de his, qui ad Eccl. Confug.* quia sic videretur cogi ad exeundum. Potest tamen, dum in Ecclesia moratur, à laica potestate custodiri, ne fugiat, aut tradatur Ecclesiasticæ personæ, donec declaretur, anguère debeat.

689 Quintus. Ut dum est in Ecclesia, non possit spoliari rebus, & bonis suis, quæ secum ad Ecclesiam attulit. *ex cit. C. definivit.* Nisi talia bona, & res sint alteri obligata, ex. 674. & 975. Potest Minister sæcularis abeo arma, & alia à lege prohibita, in Ecclesia auferre, Alarius *n. 14.* Pirhing. *in comp. lib. 5. tit. 31. sect. 2. §. 3.*

MODUS EXTRAHENDI IN CASIBUS EXCEPTIS

690 ESt, ut sequitur. Non potest extrahi Reus ab Ecclesia in casibus exceptis à Curia sæculari auctoritate propriâ, sed omninò requiritur licentia expressa Episcopi loci (aut vicinioris, si locus sit nullius Diœcesis), quam solus Episcopus, aut ejus Vicarius Generalis dare potest. Insuper pro executione requiritur interventus personæ Ecclesiasticæ ab Episcopo deputatæ. Et ad solùm Episcopum, aut ejus Vicarium Generalem spectat cognoscere, an Reus, sive laicus sit, sive Regularis, gaudeant immunitate Ecclesiæ, ad quam confugit. Liquet ex verbis Bullæ: *In nullo ex casibus prædictis* (suppletur, exceptis) *sine expressa licentia Episcopi, vel ejus officialis, ab eo auctoritatem habentis, & cum interventu personæ Ecclesiastica, ob eo auctoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopi inferiores, &c. prædictam licentiam dandi facultas pertineat.*

691 Quam licentiam Episcopus dare non potest, nisi priùs probato, & constito, quod delictum sit de exceptis, & inde Reus non gaudeat; quia Episcopus nedum est Judex, verùm

verùm etiam custos Immunitatis, adeóq; tenetur illam defendere.

692 Quo constito, Reus est consignandus *ut supra n.* 690. Curiæ sæculari, ita ut non detur appellatio, nec ex parte Rei, nec ex parte fisci, ut liquet ex verbis Bullæ Greg. XIV. *Tum quo demum de mandato Episcopi per Judicem Ecclesiasticum curiæ sæculari, quacumq; appellatione postposita, consignentur.*

693 Quòd si Episcopus requisitus tunc consignare, aut assistere, culpabiliter, seu injuste recusaverit, in hoc solùm casu poterit Curia sæcularis curare per suos ministros *extrahere minori, quo ad fieri poterit, cum tumultu & scandalo.*

694 Dum causa, an gaudeat, agitatur, potest Reus in Ecclesia existens à Curia sæculari per suos ministros extra Ecclesiam vigiles custoliri, aut ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ loco custodiæ reponi. Hæc omnia per suam Bullam Greg. XIV. disponit.

POENA MALE EXTRAHENTIUM

695 NEmpe vi, aut dolo in casibus non exceptis, vel sine licentia Episcopi, & contra formam Greg. in casibus exceptis, ultra culpam sacrilegii, est pœna restitutionis, *ut in num.* 685.

696 Insuper est pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, quæ ipso facto incurritur, etiam effectu non secuto, sed scienter attentato; liquet ex verbis Bullæ Greg. *Attentare præsumpserit.* Quam incurrunt tam Judex mandans, quàm satellites, aut alii extrahentes. Quæ censura licèt non fuerit reservata à Greg. fuit reservata à Clem. VIII. extra Urbem, & intra Italiam, ut infra de Reservatis.

697 Deniq; actus omnes, & judiciales, & sententia post talem violentam extractionem contra Reum lata, sunt irrita, & nulla, ut expressè declarat Greg;

698 Hinc homicida vi extractûs ab Ecclesia à parentibus occisi, si à superveniente Curia sæculari capiatur, gaudet, & est restituendus Ecclesiæ. Dian. *tr.* 7. *p.* 9. *res.* 6. contra Sanfelicium; quia talis extractio est violenta, adeóq; nulla *ex n.* 685. & inde præjudicare non potest.

699 Pariter, si subdolis verbis, & arte ministrorum extrahatur, & ex hac injusta extractione committat delictum, adhuc restitui debet Ecclesiæ. Privitera *num.* 5. cum Bonac.

700 Immunitas non solùm violatur per violentam extractionem personarum verùm etiam rerum, & bonorum. Ea tamen extrahentes non incurrunt censuras à Greg. latas; quia Bulla loquitur de extrahentibus personas: sunt tamen excommunicandi, nisi restituant *C. sicut antiquitus* 17. *q.* 4.

701 Rectè autem Fagnanus *in lib.* 3. *C. Ecclesiæ de Immun. n.* 103. advertit, quòd, si bonorum abstractio fieret auctoritativè per Ministros Curiæ, vel de mandato Judicis, seu Magistratûs sæcularis, tunc tam extrahentes, quàm mandantes, licèt non inciderent in censuras Greg. inciderent in rigidiorem censuram, nempe in excommunicationem Bullæ cœnæ, §. 17. latam contra *Usurpantes jurisdictiones ad Sedem Apostolicam, vel quascunque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum pertinentes.*

702 Hinc fit, ut extractio bonorum in Ecclesia refugiatorum, in casibus, in quibus alteri debentur, non potest fieri de mandato, & auctoritate Judicis sæcularis, sed Judicis Ecclesiastici, & cum interventu personæ Ecclesiasticæ ad id deputatæ, juxta dicta *num.* 690.

703 Eâdem ratione, si extractio personarum fieret auctoritativè per Ministros sæculares, *ut in num.* 701. tunc. tam extrahentes, quàm

quàm mandantes, ultra Censuras Greg. & excommunicationem Clem. VIII. incurrerent excommunicationem Cœnæ relatam; quòd apertè innuit Greg. XIV. in sua Bulla per illa verba: *Declaramus, eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis Juris, & Immunitatis Ecclesiarum Violatores, per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium, Nostrorumque prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ.* Requirit autem præsumptionem juxta *num. 696.*

IMMUNITAS REALIS

704 COmpetit ipsis bonis, *ut in nu. 604.* Onera sunt triplicis generis. 1. *Merè Realia*, quæ ipsis rebus, seu bonis imponuntur sinè respectu ad qualitatem personæ. Et hæc durant, quandiu bona durant. 2. *Merè Personalia*, quæ personis subditis imponuntur sinè respectu ad bona patrimonialia, quæ fortè nulla habent, ut est exactio capitationis. 3. *Mixta*, quæ personis subditis imponuntur cum respectu ad eorum bona, ità ut immediatè sint tributa imposita personis, mediatè bonis. Ita Pirhing *in Com. lib. 3. tit. 31. §. 1. v. num. 721.*

705 Bona Ecclesiastica sunt etiam triplicis generis. Primi generis sunt bona consecrata, benedicta, aut ad divinum cultum tanquam ejus instrumenta legitimè deputata. Hujusmodi sunt Ecclesiæ, Cœmeteria, vasa sacra, vestes, &c. Hæc esse immunia ab omnibus sæcularibus oneribus, & tributis est certum, *ex cap. Non minus 4. de Immun. Eccles.*

706 Secundi generis sunt bona, quæ licèt consecrata, aut benedicta non sint, &c. ad Ecclesiam tamen spectant. Talia sunt prædia, & alia similia bona Ecclesiæ mobilia, aut immobilia. Et hæc pariter sunt ab omni reali onere laicali immunia, *ex c. Sancitum 1. de Censibus.*

707 Hæc tamen pacto: Si bona sint data Ecclesiæ in fundationem, aut dotem de consensu dominorum, cui erant tributalia, sunt prorsus immunia ab omnibus oneribus, & tributis laicalibus, tam publicis, & regiis, quàm privatis, & antea impositis, ex pluribus juribus apud Fagnanum *lib. 3. cap. Non minus de Immun. num. 8.* ob specialem Ecclesiæ favorem, & sanctitatem editis, ità ut in hoc casu ob speciales rationes non habeat locum regula illa: *quòd res cum suo onere transeat.*

Et solùm præfata bona sunt subjecta oneribus, quæ ratione naturali ipsis rebus incumbunt. Et sic ad Ecclesiam spectat suam reparare domum, & pro rata parietem medium domui Ecclesiæ, & laici. Item pro rata solvere expensas pro purgatione putei Ecclesiæ, & toti vicinæ necessarium. Non tenentur autem ipsæ personæ Ecclesiasticæ ad sordida munera, nempè ad terram fodiendam, ad fossata construenda, ad calces coquendas, &c. et pluribus juribus apud Fagnanum *lib. 3. cap. Non minus, de Imm. num. 13. v. nu. 721.*

708 Si bona Ecclesiæ provenerint, non titulo fundationis, aut dotis, sed aliis causis, vel titulis; tunc ad eam transeunt cum oneribus realibus, veris tamen, & certis, quibus antea erant gravata, & ex vi dominii propriè dicti bonis imposita propter bona. Unde si Ecclesiæ proveniat titulo hæreditatis, legati, donationis, &c. prædium subjectum subjugationibus, censibus, legatis solvendis, & aliis perpetuis realibus oneribus, ea solvere tenetur Ecclesia; quia res cum suo onere transit. Et in favorem causæ piæ non debet ordo justitiæ inverti, nec alter suo jure privari, *ex Cap. Tributum 22. 23. quæst. 8.* & Sacra Rota in Brundusina Gabellæ 13. Februarii 1604.

709 Postquam autem recensita bona sunt sub dominio Ecclesiæ, aut Ecclesiasticorum, non

non possunt à Magistratu sæculari aliis novis oneribus realibus gravari.

Imò addit Pirhing *Com. lib. 3. tit. 31. §. 1.* esse etiam exempta ab oneribus priùs à Principe impositis, non vi dominii proprie dicti, sed ex potestate jurisdictionis supremæ; quia talia onera non sunt merè realia, sed mixta, nempe imposita cum respectu ad personas subjectas; & quia persona Ecclesiastica non est Magistratui sæculari subjecta, ita nec ejus bona, quòiam per mutationem personæ, mutatur etiam qualitas, & conditio rei adhærentis personæ: *v.n. 755.*

710 Nec Princeps statuere potest, ut bona laicalia suorum vassallorum sint ita ipsi tributaria, ut postquam ad Ecclesiam pervenerint, sint subjecta oneribus realibus, seu collectis novis posteà imponendis. Fagnanus *cit. n. 10.*

711 Tertii generis sunt bona, quæ spectant adipsas particulares personas Ecclesiasticas, sive sint bona ex titulo spirituali acquisita, ut redditus beneficiorum, distributiones pro horis, &c. sive sint titulo temporali acquisita, puta ex successione, testamento, donatione, &c. quæ bona patrimonialia dicuntur.

712 Præmissa omnia bona sunt immunia ab omnibus sæcularibus exactionibus, & oneribus, modo dicto, *ex cit. C. Non minus. Ex C. Quamquam 4. de censibus in 6.* Trid. *sess. 25. de ref. c. 20.* & novissimè ex Bulla Urb. VIII. Romanus Pontifex, 5. Junii 1641. ubi molestias omnes damnat, & reprobat Pontifex, inter quas damnat *Collectas, militum hospitationes, & alia onera super Ecclesiis, & locis piis, ac personis Ecclesiasticis, earumq; bonis, sine facultatibus per laicos, vel alios quoscumque sine Apostolica auctoritate imposita, & exacta etiam à personis contrahentibus. v.n. 805.*

713 Immunitas namq; Ecclesiastica, tam personarum, quàm eorum bonorum, etiam tertii generis, nedum est de jure civile, & Canonico ex citatis, & aliis juribus; verùm etiam de jure divino. Constat *Genesis 47. Accipite semina, & serite agros, ut fruges habere possitis: quintam partem Regi dabitis, &c. ex eo tempore usq; in præsentem diem in universa terra Ægypti Regibus quinta pars solvitur. & factum est quasi in legem, absq; terra Sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.*

Primo Esdræ 7. Artaxerxes Rex gentilis ad favorem Sacerdotum, & Ministrorum Templi Dei Israel, Decretum immunitatis edidit: *Vobis quoque* (supple tu, Custodibus, & gubernatoribus) *notum facimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, & Cantoribus, & Janitoribus, Nathineis, & Ministris domus Dei hujus, ut vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.*

Deniq; ex verbis Christi, Matth. 17. *Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum: à filiis suis, an ab aliens? & ille dixit: Ab alienis. Dixit ille Jesus: Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore ejus invenies staterem: illum sumens, da eis pro me, & te.*

714 Demum, Violantes immunitatem Ecclesiasticam realem contra bona secundi, aut primi generis, incidunt in Excommunicationem Bullæ Cœnæ, §. 17. latam: contra verò bona secundi, aut tertii generis, in excommunicationem Cœnæ, §. 18. & 15. latam, *v. n. 705. ad 711.*

IMMUNITATE REALI

715 GAudent Clerici in Sacris, licèt excommunicati, suspensi, interdicti irregulares, aut verbaliter degradati; quia sicut per has censuras Clericatum non amittunt,

tunt, ita nec privilegium immunitatis annexum.

716 Clerici in Minoribus, aut in prima tonsura constituti, certum est, quòd gaudeant, si habeant conditiones, Trid. *de num.* 732. De aliis verò, qui eas non habent, quamvis plures negent, probabilius est, quòd gaudeant; quia (ut ritè advertit Pirhing *lib.* 3. *tit.* 49. §. 6.) Trid. eas conditiones requirit pro privilegio fori.

717 Conjugati verò in nostra Ecclesia latina non gaudent, *C. unico de Cler. Conjug. in* 9. *ut in n.* 734.

718 De Colonis, & Emphyteutis, sic rectè discurrit Pirhing *cit.*

„ Ad colonos quod attinet, & emphyteu-„tas Laicos, qui Ecclesiarum agros elocatos „colunt, utrum immunes sint à tributis, & „gabellis per Principes sæculares impositis; „de emphyteutis quidem dicendum est, qui „Ecclesiæ fundos, & prædia in emphyteusim „ab Ecclesia obtinent, quòd ad solvenda one-„ra, quæ ratione talium fructuum impo-„nuntur, obligentur; cùm enim dominium „utile talium fundorum, ratione cujus one-„ra talia imponuntur, totum ad illos per-„tineat, ac persona emphyteutæ subjecta „sit jurisdictioni imponentis tributa, conse-„quenter ad hæc obligabuntur. Inter co-„lonos verò distinguendum est, utrùm sint „hi scilicet coloni adscriptitii, quia terræ „tali colendæ in perpetuum sunt adscripti, „ita ut recedere non possint; vel utrùm sint „coloni partiarii, ita ut certa pars fructuum „ad illos, & certa alia ad Ecclesiam perti-„neat: prioris casus coloni immunes sunt à „solvendis talibus oneribus ex fundis Eccle-„siæ, quos colunt, cùm omne dominium „utile ad Ecclesiam, vel Clericos, pertineat, „certâ tantùm pensione colonis talibus in la-„boris mercedem solutâ: posterioris casus „coloni, quoad partem quidem, quæ tota „Ecclesiæ est, immunes sunt ab oneribus ta-„libus, ne Ecclesia onerari videatur; tra-„tamen immunes sunt quoad eam partem, „quæ ipsorum propria est; cùm enim pers-„næ tales sint Laicæ, Laicæ juridictioni sub-„jectæ, & totum dominium partis talis „illas pertineat, nec Ecclesia hujusmodi ti-„butis gravetur, non videtur, ex quo capite, „aut jure ab oneribus Laicalibus videantur „immunes.

IMMUNITAS PERSONALIS,

719 Est, qua Clerici sunt exempti à potestate laicali, ex pluribus juribus, maximè *ex c. Ecclesia Sanctæ Mariæ* 10. *de Constitut.* & Trid. *sess.* 25. *de Reform. c.* 20. *v. n.* 604. & 714.

720 Hæc immunitas tres parit effectus.

721 Primus est, quòd Clerici sunt exempti à tributo Capitationis, videlicet à tributo reali, quod imponitur super capite; & sic obligari non possunt ad solvendas exactiones, quæ à Principe sæculari imponuntur suis subditis. Habetur ex juribus *n.* 716. *relatis.*

722 Secundus, quòd Clerici sint exempti ab onere munerum personalium, *ex cap. Ecclesiarum* 68. 12. *q.* 2. Munera personalia, alia sunt sordida, ut mundare cloacas, &c. Ad hæc non possunt obligari, nec acceptare debent, cùm sint indecentia statui. Alia sunt honorifica, ut regere Urbem, aut indifferentia, ut munus tutoris, &c. & hæc acceptare possunt, si velint; at non possunt cogi, ut acceptent.

723 Et sic obligari non possunt ad fodiendam terram, &c. Ad pugnandum personaliter contra hostes. Ad murorum custodiam (nisi magna necessitas defendendi Urbem contra hostes infideles urgeret, *ex cap Pervenit*

nit 1. *de Immun.* Nec obligari possunt ad hospitandos milites in suis domibus, etiam patrimonialibus. Pirhing. *in Comp. lib.* 3. *tit.* 49. §. 5 *n.* 712.

724 Possunt tamen in se suscipere munera civilia, honesta, & pia, puta tutelas, aut curatelas Consanguineorum, vel miserabilium personarum. Et tunc sicut laicus ratione administrationis Ecclesiasticæ debet rationes sui officii reddere coram Judice Ecclesiastico; ita Clericus ratione sui officii temporalis, quod nomine laici gerit, potest nomine illius conveniri, puta curator nomine minoris, &c. & coram Judice sæculari respondere. Pirhing. *in Comp. lib.* 2. *tit.* 2. *de foro compet.*

725 Violantes immunitatem personalem quoad duos priores effectus incidunt in excommunicationem Cœnæ, §. 18. & 15. *latam.*

726 Tertius effectus est, quòd Clerici sint exempti à jurisdictione Judicis, sæcularis, in causis tam civilibus, quàm criminalibus. Et Immunitas sub hoc respectu appellatur privilegium fori, quod est concessum in favorem totius ordinis Ecclesiastici, *ex cap. Si diligenti* 12. *de foro Compet.* adeóque à persona privata renunciari non potest, ex eodem *c. v. n.* 737.

727 Violantes immunitatem personalem quoad hunc tertium effectum incidunt in excommunicationem Cœnæ, §. 15. *latam.*

728 Hoc tamen est intelligendum, quando Clericus est Reus, tunc, inquam, non nisi Coram Judice Ecclesiastico potest suam causam dicere.

729 Si autem sit Actor contra laicum in causa potè temporali, tunc adire debet sæculare tribunal, ex regula illa: *Actor sequi debet forum Rei. C. Si Clericus* 5. & *c. cum sit generale* 8. *de foro Compt.*

730 Quod si tam Clericus, quàm laicus sint simul Rei, tunc, si causa est separabilis, quilibet est in suo foro conveniendus, Clericus in Ecclesiastico, laicus in sæculari; quia in causa separabili socius delicti non gaudet privilegio sui socii, *l. Si quis,* 53. §. 1. *ff. de furtis.* Si verò causa sit inseparabilis, tunc uterq; est coram Judice Ecclesiastico conveniendus; quia minùs dignus potiùs trahi debet à magis digno, quàm è converso. Ita Phœbeus *lib.* 2. *tit.* 11. *de Immun. n.* 18.

PRIVILEGIO FORI GAUDENT

731 CLerici Sacris ordinibus insigniti.

732 Non gaudet Clericus prima tonsura initiatus, aut etiam in Minoribus Constitutus: *Nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut Clericalem habitum, tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versetur.* Ita Conc. Trid. *sess.* 23. *de ref. c.* 6

733 Super quo Concilii Decreto duo sunt advertenda. Primum, quòd Clericus in minoribus carens habitu Clericali, & tonsura tempore delicti, aut capturæ gaudet privilegio fori, si aliàs solitus erat deferre. Diana *part.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 18. & *par* 1. *tract.* 2. *ref.* 33. *Ex Decl. S. Congr.* apud Bonac. *de legibus disp.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1. §. 4. *num.* 14. Quia non præsumitur dimisisse habitum animo deferendi, sed commodiùs delictum patrandi.

Secundùm, Privilegio fori gaudere Clericum in minoribus, incedentem in habitu, & tonsura, qui in Synodo diœcesana obedientiam præstitit Ordinario, & per paucas vices in Choro interfuit, & Processionibus, attentis circumstantiis, quamvis alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non inserviat, vel beneficium Ecclesiasti-

siasticum non habeat. Ita Diana *part. 4. tr. 1. res. 18. ex Decl. S. Congr. Conc. 28. Martii 1628.*

734 Clericis inminoribus conjugatis est plus restricta immunitas. Solùm námque sunt exempti à judice sæculari quoad causas criminales, sive criminaliter, sive civiliter agitatas; idque non nisi cum unicis, & virginibus contraxerint, *cap. Cler. 1. de Cler. Conjugatis*, & insuper, *modo hi Clerici alicujus Ecclesiæ servitio, vel ministerio ab Episcopo deputati, eidem Ecclesiæ serviant, vel ministrent, & clericalis habitu, & tonsura utantur.* Trid. *cit.* Quantum autem ad reliqua, etiam præmissis servatis conditionibus, immunitate personali, & reali non gaudent; Unde nõ sunt exempti à potestate sæculari quoad causas civiles, nec ab onere solvendi tributa, sed quoad hos effectus tanquam laici reputantur.

735 Sunt etiam plures casus, in quibus Clericus constitutus in Sacris, ex jure Canonico non gaudet immunitate exemptionis à potestate fori sæcularis, & ab onere solvendi tributa.

Et primò. Clericus negotiator, si tertio monitus non resipiscat, sed prætermissis divinis officiis, ad negotiationes incumbat, privatus manet exemptione à tributis, & tanquam laicus in hac parte relatè ad res per negotiationes acquisitas, est reputandus, *cap. fin. de vita, & honest. Cleric.* Vide *de contract. ver. Negotiatio.*

736 Secundò. Clericus Feudatarius in causa feudali, sive de proprietate agatur, sive de ejus possessione, conveniri debet coram domino feudi, etiam si iste sit laicus, *c. Verum 7. & cap. Ex transmissa 6. de foro Compet.*

737 Tertiò. Si Clericus aliquod ex iis delictis committat, quibus à jure Canonico est statuta privatio immunitatis à foro sæculari. Tale est (ait Phæbeus) *si Clericus, nec in habito tonsura, nec in vestimentorum forma, nec in qualitate negotiorum de Clericatu quid quam ostendat, & tertiò monitus ab Episcopo emendationem contemnat, ex cap Contingit 45. de sentent. excom. Item. Si Clericus fuerit latoriam artem per annum exercuerit, ipso jure: Si autem tempore breviori, & tertiò monitus non resipiscit, privatur omni privilegio Clericali ex cap. unic. de vita, & honest. Cler. in 6. & Clement. 1. de vita, & honest. Cler. Cum non ab homine 10. de Judiciis.*

738 Clericus quamvis nunquam propria auctoritate capi, aut incarcerari possit à laico ministro laico: potest tamen authoritate, & nomine Ecclesiæ, semper ex commissione expressa, & aliquando ex præsumpta, & tacita sui Superioris Ecclesiastici; tales namque possunt contingere casus, ut prudenter Minister laicus, & rationabiliter præsumat de commissione Superioris Ecclesiastici; & tunc talis captio, & carceratio, seu custodia, est licita, quia non est sæcularis, sed Ecclesiastica, cum sit facta authoritate, & nomine Ecclesiæ.

739 Hoc pacto Minister laicus Clericum capere potest. Primò; post delictum commissum ad effectum eum præsentandi suo Superiori. Quatuor autem requiruntur conditiones, 1. Quòd delictum sit notorium. 2. Quòd Clericus sit suspectus de fuga. 3. Quòd Superior Ecclesiasticus consuli non possit, ut ab eo accipitur capiendi mandatum; quibus seclusis conditionibus, captura erit illicita, utpotè nomine laici facta, quia tunc Superior non censetur consentire. 4. Ut statim ad suum Superiorem ducatur, si fieri potest; aut quamprimùm fieri potest. Non potest laicus in suis carceribus ultra viginti quatuor horas, imò nec breviori tempore Clericum detinere, si possit statim, aut priùs illum ad suum Superiorem remittere.

740 Secundò.

740 Secundò. Si Clericus fuerit à Judice laico, imò à privato repertus in flaganti crimine. Quia tunc censetur cuilibet data potestas *cl. Raptores*, C. de Episcop. & Cleric. Debent tamen allatæ conditiones concurrere.

741 Tertiò. Si Clericus sit debitor, & solvere potens, non velit, Semper tamen debent præmissæ conditiones concurrere. Quia tunc nulla captura, aut detentio, non est actus jurisdictionis, sed justæ defensionis, quæ etiam à quilibet privato potest præstari.

742 Quartò. Si delictum sit in fieri contra tertiam personam, & prædictæ conditiones concurrant; quia cuilibet, nedum Judici, sed etiam privato, competit jus, & onus justitiæ, aut charitatis innocentem defendendi, & injuriam propulsandi.

743 Quintò. Quoties Clericus potest impunè occidi, aut verberari; quia tunc capturæ est minus malum. Castropal. *p.* 2. *tr.* 11. *disc. un. punct.* 6. *ex cap.* 3. *de sent. excom.*

744 Sextò. Clericus, si die, aut noctu reperiatur à ministris sæcularibus sinè tonsura, & habitu, cum armis prohibitis, aut delictum patrantes; quamvis cognoscatur à Ministris, quòd sit Clericus, potest capi, aut detineri, præmissis concurrentibus conditionibus. Semper tamen attendendo *dicta num.* 732. & 733.

Quòd si Ministri laici non dignoscant personam sic deprehensam esse Clericum, & dictum ejus de statu Clericali, sic ipsis suspectum de falsitate, & fine declinandi forum, ad fugiendum; tunc quamvis ab eisdem detineatur captus, & custoditus; debent tamen statim ad Superiorem, seu Judicem Ecclesiasticum, pro recognitione recurrere; quia ad ipsum spectat cognitio, *ut nu.* 766. an captus sit Clericus, necne. Et etiam, an sit fraudulenta in allumendo, aut reallumendo statu Clericali. Et veritate de statu Clericali comperta, est statim suo Superiori Ecclesiastico remittendus.

745 Insuper privilegio fori gaudent Monachi, & Regulares utriusque sexus, laici Conversi, & Oblati, seu Tertiarii sub Religiosorum tecto viventes.

746 Religiosi Equitum Militarium S. Joannis gaudent; quia sunt veri Religiosi, ut dicimus de voto.

Pro Religiosis Ordinum Militarium S. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, Montesæ, S. Stephani, & S. Lazari, attendenda est consuetudo; quia dubium est, an sint veræ Religiones, ut infra de Voto, ver. *De praxi commutationis.* De Equitibus aurei velleris, S. Michaelis, Annunciationis, Delabanda, & aliorum Ordinum Militarium, certum est, quòd non gaudeant: quia nec sunt Ordines approbati à Pontifice, nec veræ Religiones.

747 Item gaudent Eremitæ, qui tria substantialia vota emiserunt, vel si hæc non emiserunt, vivunt in communitate in Congregatione aliqua auctoritate Episcopi approbata. Vel si solitarii vivant, deferunt habitum, & tonsuram, & ab Episcopo ad servitium alicujus Ecclesiæ sunt deputati.

748 Item Tertiariæ D. Francisci in suis domibus viventes, etiam si sint viduæ, quæ tamen Tertiariarum Regulam servant, & vitam cælibem ducunt ex voto Castitatis de Ordinarii licentia emisso. *Ex const.* 22. *Dum intra*, *Edita in Conc. Later. sess.* 11. à Leone X. 1. Martii 1518. §. 21.

749 Item Uxor Clerici. Diana *p.* 3. *tract.* 1. *res.* 45. & *p.* 4. *tr.* 1. *res.* 41. contra Bonac. quia uxor sequitur forum mariti, *l. fin. C. de Incol.* etiam post mortem mariti, viduitate durante. Filii legitimi Clericorum, etiam ante Clericatum susceptí, Sac. Congregat. 18.

Martii 1631. Servi, & Mancipia Clericorum, *v. num.* 733.

750 Item laici familiares Episcoporum; qui habere possunt familiam armatam ad capiendum, carcerandum, ad terminandum judicium sinè recursu ad brachium sæculare, & ad pœnas corporis inflictivas citra sanguinem infligendum. Insuper Officiales, & Ministri Curiæ Episcopi.

751 Laici familiares, & pariter Officiales, & Ministri Curiæ Inquisitorum, qui pariter habere possunt familiam armatam, imò punire impedientes delationem armorum, tanquam perturbatores Officii S. Inquisitionis. *v. num.* 613.

752 Diana *p.* 4. *tract.* 8. *res.* 55. & in Summa ver. Inquisitorum Jurisdictio *nu.* 26. habet, ut sequitur:

„ In causis criminalibus suorum familia-„rium Inquisitores Hispaniæ habent jurisdi-„dictionem, exceptis certis criminibus, de „quibus Joannes de Hevia, Curia Philippi, „*p.* 3. §. 1. *nu.* 19. *& alii.* In causis civilibus „Ferdinandus de Castro *tomo* 1. *tr.* 4. *dis.* 8. „*punct.* 12. §. 2. *num.* 9. tenet, habere juris-„dictionem solùm respectu officialium, qui „sunt à secretis, non autem respectu aliorum „externorum. Sed hæc opinio non placet „quoad Regnum Valentiæ, & Siciliæ, ubi „(ait Rojas *p.* 2. *n.* 422.) ex concordia inter „Regiam Majestatem, & Inquisitionem, In-„quisitores cognoscunt in causis civilibus o-„mnium familiarium. Quòd etiam, ait Para-„mus *de orig. Inquis. l.* 3. *q.* 6. *nu.* 27. ex jure „municipali Regni Siciliæ, ex juris Pontificii „decisionibus, privilegiis, & consuetudine „immemorabili. Narbona *recompil. lib.* 4. *tit.* „1. *leg.* 20. *glos.* 14. *& glos.* 6. *num.* 2. te-„statur, id servari etiam in Catalonia, & in-„Regno Aragoniæ, & Majoricatu. Et ex „Paramo observat, quòd in hoc Regno Si-„ciliæ non solùm familiares, sed etiam ea-„rum uxores, adhuc viduæ, quamdiu vidæ „fuerint, gaudent privilegio fori, *p.* 4. *tract.* „8. *res.* 55.

753 Insuper gaudent Hospitalarii, dummodò inserviant hospitali auctoritate Episcopi erecto. Diana *p.* 3. *tr.* 2. *res.* 66. *contra Abbatem.*

* Verum tamen est, circa plura hactenus *n.* 746. dicta, attendendam esse consuetudinem ut advertit Pirhing. *in Comp. tit.* 2. *de for. comp.* §. 3. *in fine.*

Denique dicta omnia de Immunitate Ecclesiastica, tam reali, quàm personali, sunt servata proportione intelligenda etiam de Religiosis utriusque sexûs, de Novitiis, & laicis Religionum, quia omnes eâ gaudent.

QUÆRES I.

754 *An laicus factus Clericus judicari, & puniri possit pro obligationibus contractus, aut delictis commissis ante Clericatum?*

PLura adducit Fagnanus 1. *lib. Decr. C. Magnus, De Obligat. ad ratiocin.* Sed breviter resolutionem desumo ex mente S. Cong. Conc. apud ipsum *à num.* 64.

Dictus ergo laicus, si Clericatum, videlicet primam tonsuram, assumpsit absq; ulla fraude, in quantum non fuit apud Judicem laicum accusatus, nec ab eo citatus, & prævenitus, pro certo gaudet privilegio fori, ita ut non possit factus Clericus à Judice sæculari judicari, aut puniri; quia privilegium superveniens eximit à jurisdictione primi Judicis. Et privilegium est à jure Canonico concessum statui Clericali absolutè, absque ulla restrictione ad delicta postea, aut ante illum commissa, *v. num.* 709.

Si Clericatum assumpsit cum fraude, fraude consistente in hoc, quòd assumpserit non animo

animo retinendi, sed forum sæculare declinandi, & postea statum deserendi; non gaudet foro, & tic potest à Judice sæculari judicari, & puniri, juxta dicta *à num. 758. & num. 733. Quia fraudem committentes beneficio legis sunt indigni, Cap. penult. de Collus. tegen. Et in omni dispositione fraus semper intelligitur exceptâ l. Imperialem*, §. 1. *de Prohibit. feud. alien. v. num. 758.*

755 Si Clericatum assumpsit cum fraude, fraude consistente in hoc, quòd suppositâ præventione apud Judicem sæcularem, in quantum fuit accusatus, citatus, &c. statum Clericalem assumpsit, animo forum sæculare declinandi, sed in statu perseverandi; tunc gaudet privilegio fori quoad personam, ità ut non possit à Judice sæculari corporaliter puniri, personaliter adstringi, aut carcerari; quia hæc non est fraus propriè dicta, ut constet *n.* 760. Et hoc maximè, si post dictam præventionem, antequam finiretur causa, fuerit ordinatus Sacerdos, aut in sacris, *ex cit. num.* 760. Non gaudet autem privilegio fori quoad bona, sed quoad bona subest jurisdictioni Judicis sæcularis, à quo potest pœnam pecuniariâ, & confiscatione bonorum, suppositâ causæ præventione, uti supra; secus ea non suppositâ. Ex mente S. C. Conc. *cit. num.* 754.

Non potest autem Judex sæcularis, qui prævenit, contra recensiti Clerici bona procedere, nisi prius per Judicem Ecclesiasticum fuerit cognita præventio, & declaratum, ac pronunciatum fuerit, eum Clericatum assumpsisse in fraudem Curiæ sæcularis, *ut in hoc n. 755. juxta dicta n.* 766.

Pagnanus *cit. n.* 77. docet, eodem modo esse discurrendum de laico post delicta, aut habita facto professo, cum hoc solo discrimine, quòd defensio causæ spectet ad Monasterium.

QUÆRES II.

756 *Clericus in Minoribus constitutus habitum dimisit, amplius non reassumpturus; inde delicta commisit. An possit habitum reassumere, ut privilegio fori gaudeat?*

Resp. posse, & gaudere. Castropal. *p. 2. dis. unic. tr. 12. punct. 3.* Quia privilegium fori absolutè, & absque exceptione à Trid. conceditur constitutis in minoribus, beneficium habentibus, vel tonsuram, & habitum gestantibus, alicui Ecclesiæ inserviant de mandato Episcopi, *ut in num.* 732. Et quamvis delicta tempore dimissionis habitus uti supra commissa fuerint, tunc jurisdictionis laicalis nunc sunt Ecclesiasticæ, sicut est persona. Tum quia in tantum tunc delicta commissa erant jurisdictionis laicalis, quia deficiebat conditio à Trid. requisita pro gaudio fori; unde per locum ab oppositio, ea apposita, privilegium reviviscit.

757 Dices; dimissionem illam habitus esse quamdam privilegii renunciationem.

Resp. Castropal. *cit.* quòd privilegium statui Clericali competens, nemini licet renunciare, *ex cap. si diligens de foro comp.* Et refert ex Barbosa casum de Clerico, qui volens nubere, beneficium, & Clericatum renunciavit; at quia postea voluntate mutatâ habitum reassumpsit, & aliud beneficium obtinuit, dubitatum fuit, an gauderet privilegio fori? Et Sac. Congr. 11. Junii 1587. *censuit, gaudere; quia privilegio Clericali renunciari non potest.* Hinc Clericus privilegio fori gaudet, si servet conditiones à jure Canonico pro gaudio requisitas: *v. n.* 722.

QUÆ-

QUÆRES III.

758 *Quid dicendum si recensitus Clericus Minoribus initiatus, fuit captus, aut citatus à Judice sæculari tempore dimissionis habitus, & habitum non ante, sed post capturam, aut citationem reassumat?*

REspondet Castropal. *citat. n.* 3. ut sequitur:

Respondeo, privilegio carere debere: quia illa habitus reassumptio videtur facta in fraudem jurisdictionis sæcularis, ac proinde non debet prodesse: sic tenet Farinac. *d. q.* 8. *n.* 66. & 110. Barbosa 2. *p. alleg.* 12. *n.* 29. & in remiss. Concilii, decreto 6. *sess.* 23. *de reformat. circa finem. Quia generaliter, quotiescumque assumptio clericatus, beneficii, habitus, & tonsuræ fit in fraudem jurisdictionis sæcularis, cessat clericale privilegium, quia fraus, & dolus nemini debet patrocinari. Alias immunitas Ecclesiastica fomentum esset delictorum:* sic Gutier. *pract. quæst. lib.* 1. *quæst.* 5. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *quæst.* 76. *n.* 35. Julius Clarus *lib.* 5. *§. fin. quæst.* 36. *n.* 43. Farinaci *q.* 8. *n.* 66. & 104. Barbosa in remission. Concilii circa finem, decreto 6. *sess.* 23. Zenedo *ad decr. collect.* 23. *n.* 1. & *alii.*

759 Qui addit, fraudem præsumi, *& consistere in eo, quòd clericalem habitum, vel ordinem assumas, ut medium tantùm ad vitandam jurisdictionem sæcularem, non ex animo perseverandi in illa. Quod potest contingere in assumptione minorum ordinum post delictum, vel in assumptione habitus clericalis dimissi: præsumitur enim te velle illis ordinibus, & habitu clericali uti, non in perpetuum, sed ad tempus, & quatenus necessarium medium fuerit ad vitandam laicalem jurisdictionem; quæ intentio mala est, & fraudulenta, ac proinde digna privatione clericalis privilegii: v. n.* 733.

760 Ritè autem subdit, quòd si talis Clericus ad declinandum forum sæculare ordinem sacrum suscipiat, gaudet. Quia non est fraus, licèt sit susceptum intentione eum declinandi, nam utitur jure suo, assumendo medium ab Ecclesia institutum, cui competit privilegium fori; qua ratione fraus non est, si potius delictum ad Ecclesiam confugias, esto ea intentione confugias: fraus autem, & dolus esset, si assumeretur ordo, non animo perseverandi in illo, sed relinquendi; quod non potest præsumi in ordine sacro, cùm hic liget votum *v. n.* 754.

761 Item Clericus, qui tempore Clericatus, aut Novitius, qui tempore Novitiatus delictum commisit, gaudet privilegio fori, ita ut pro eo non possit à Judice sæculari puniri. Gamm. *decis.* 10. *n.* 3. Bonac. 8. *Prac. Dec. d.* 10. *p.* 1. *§.* 2. *n.* 5.

QUÆRES IV.

762 *Quid agendum in dubio, An gaudeat debeat?*

DUbium potest esse duplex; Juris, aut facti. *Juris* est, si supposita veritate facti, dubitetur. An personæ suffragetur jus privilegii. *Facti*, si dubitetur de facto, videlicet, An persona sit Clericus. Et si Clericus, An habeat conditiones requisitas pro gaudio. Hoc præmisso.

763 Respondeo cùm distinctione. Vel delinquens fuit captus in habitu, & tonsura Clericali. Et tunc remittendus est Judici Ecclesiastico, *ex cap. Si judex laicus, de sent. excom. in* 6. Quia delatio habitus, & tonsuræ longo tempore, licèt non probet Clericatum, est tamen grave indicium, & efficax conjectura, dum contrarium non probetur; unde facit stare pro quasi possessione Clericatus, & transfert onus probandi in adversarium; quia possessio stat pro Ecclesia. Ita Castropal. At Covar. & Salzedo apud ipsum referunt, receptam

ceptam consuetudinem Hispaniæ esse, non remittit Reum Judici Ecclesiastico, donec sententia definitiva de Clericatu pronuncietur.

764 Vel delinquens fuit captus absq; tonsura, & habitu. Et tunc non tenetur Judex laicus illum remittere Judici Ecclesiastico, nisi donec pro certo constet, & fuerit plenè probatum, eum esse Clericum, & qualitates à jure Canonico pro gaudio requisitas habere; quia Judex laicus tunc è converso per capturam quasi possessionem delinquentis acquisivit, ideoq; possessio stat pro Judice laico, & transfert onus probandi in ipsum delinquentem, qua possessione spoliari non potest, nisi dubium vincatur.

765 Clericatus probatur, 1. Per scripturam, nempe per litteras testimoniales Ordinationis, aut per litteras commendatitias Ordinarii testantes de Clericatu. 2. Per duos testes omni exceptione majores. Non sufficit unus, nisi sit adminiculatus; quia hic agitur de præjudicio tertii, nempè fori sæcularis; idq; colligitur *ex c. Tuæ de Cler. peregrin.* ubi habetur, *Clericum probari per scripturam, vel per testes*: & non dicitur *per testem*. Unus autem testis (ut notat Castropal.) solū sufficit quando de nullius præjudicio agitur; ut cùm petitur licentia ad celebrandum, ad prædicandum, &c. 3. Per probationem tituli, v. gr. si probetur possidere beneficium, Abbatiam, &c. 4. Per famam publicam.

766 Cognitio autem hujus causæ, An delinquens gaudeat privilegio Clericatûs, certū est quod spectet ad Judicem Ecclesiasticum, si dubium sit juris; quia decidere controversias juris Canonici, est quid spirituale, & ad Judicem Ecclesiasticum spectat decidere causas spirituales, *ex c. Quanto, C. Decernimus de judicis. C. Tuam de ordine cognit.*

767 Idem dico, si dubium sit facti, quia est facto spirituali. Castropal. *cit punct. 4. n. 7.* contra Clarum, & alios, quibus non videtur cognitio rei spiritualis, sed temporalis. Illis adhærent Scaccia, & Farin. apud Castropal. *cit. dicentes: Judicem sæcularem cognoscere posse de Clericatu delinquentis, non ad effectum declarandi illum gaudere, vel non gaudere privilegio fori, sed ad effectum remittendi illum Judici Ecclesiastico, si facta summariâ informatione cognoverit Clericum esse.*

CASUS FIGURATUR.

768 VIr perditus è Regione longinqua accessit seditionem allaturus: hinc delictum rebellionis patravit, attentando variis artibus, & fraudibus seducere cives, ut legitimo excluso Principe, alium proclamarent. Fuit à Curia sæculari captus, & carceribus mancipatus rebellis, qui dixit Ministris se esse Clericum; ipse tamen sine tonsura, & sine habitu Clericali incedebat, & sic fuit inventus, & captus. Non sunt ab eo allatæ, nec illius domi repertæ litteræ testimoniales Ordinationis, nec commendatitiæ testantes de Clericatu. Non sunt testes, qui eum cognoscant; nec fama publica, quæ talem dicat. Solùm sint reperta domi vestis parva, & collare, quod solent gestare Clerici, & insuper litteræ sub altero nomine ab eo, quo dicit se vocari, quæ tamen videntur ad ipsum directæ, quibus datur ei spes beneficium obtinendi. Delictum est certum, & supponitur tale, ut sit morte dignum. Diligentia de Clericatu ob loci distantiam est difficilis, non tuta, exposita fraudibus, & periculosa. Punitio quibusdam circumstantiis existentibus imminet ad aliorum exemplum, ut qui malè sentiunt, se coerceant, & zizania non crescat. His (ut figuratur) suppositis.

QUÆRES V.

769 An Curia sæcularis possit præmissum Reum in suis carceribus detinere. Juridicè contra eum procedere. Et deinde punire.

770 CErtum est, 1. quòd si Reus diceret, aut constaret, non possidere beneficium, vel alicui Ecclesiæ non deservire cum habitu de mandato Episcopi, immunitate non gauderet, ut constat ex Conc. Trid. *n.* 732. relato, *& n.* 733.

771 Certum, 2. posse licitè Curiam sæcularem Reum in suis carceribus detinere, juxt. *dicta n.* 764.

772 Certum est, 3. quòd (seclusis circumstantiis suppositis, & figuratis, maximè de diligentia, & probatione difficili, ac moraliter impossibili) teneretur Curia Sæcularis assignare Reo tempus competens ad probandum. Vel Curia ipsa (opportunis interrogationibus præmissis de Patria, & Ordinario proprio domicilii, & Ordinationis) diligentias adhibere in partibus ad litteras testimoniales authenticas à suo Ordinario obtinendas, super ordinatione, titulo beneficii, &c. & super qualitatibus à Trid. requisitis pro gaudio fori, *ut in n.* 732. *&* 733.

773 Quòd si prædictæ litteræ, & probationes accederent, eorum cognitio facienda esset ab Ordinario loci, ubi carceratus existit; juxta *dicta n.* 766. Quia Reus est ei factus subditus ratione delicti, *ut in to.* 2. *n.* 207. *Vide nn.* 788.

774 Suppositis circumstantiis expositis, & diligentia ad probandum difficili, ac moraliter impossibili,

Dico, Judicem sæcularem licitè posse contra Reum juridicè procedere, informationes capiendo, interrogando, & alia de jure præstanda peragendo; ac tandem pœna, qua dignus est, puniendo.

775 Ratio est; quia Judex sæcularis percipturam, ac detentionem dicti delinquentis, per defectum probationum in contrarium, habet jus certum in delinquentem, estenin in ejus possessione; & jus certum habet supe delicto certo enormi, imò enormissimo, ju smodi est, post hæresim, delictü rebellion in Principem, aut perduellionis in Patriam delictum quippè viscosum, & quod serpen solet ut cancer.

776 Dubium de Clericatu, & gaudio fori, est leve, imò levissimum aut nullum; qui solùm pendet ex dicto Rei, qui illud non probat. Collare, & vestis parva insufficienter, aut non nisi levem conjecturam præbent, qui sunt indifferentia, & æquivoca; solent enim etiam vestes longæ deferri à laicis, maximè medicis, præsertim in pluribus Italiæ Provinciis, quiq; vulgò *Abbates* vocari solent, non quia verè tales sint, sed ob meram vestem longam.

777 Adde, indicia efficacia, & præsumptiones vehementes stare contra Reum, ejusq; dictum. Et Primò. Ex repertis litteris compertus est fraudulentus, & mendax in fictione nominis; *qui autem in uno falsus deprehenditur, in omnibus ut falsus habendus est.* Melphi *in pract. crim. ver. Testes ex can.* 12. *q.* 3. Can. Parvuli, 14. & pluribus juribus. Adeòq; cùm fuerit repertus sine tonsura, & habitu, immixtus enormibus, præsumendum est, collare, & vestem parvam domi detinuisse ad qualitatem personæ pro delictorum, circumstantiarum opportunitate fingendam, aut variandam: cujusq; dictum esse dolosum, & fraudulentum, ad forum sæculare, in cujus repertorum manibus, declinandum; nam ex Regula 8. juris in 6. *Semel malus, semper præsumitur malus.*

778 Secundò. Cùm in litteris, quæ præmuntur ad ipsum directis, detur ei spes beneficium obtinendi, ritè præsumitur eum beneficium

ficium non possidere, adeòque habetur præsumptio contra titulum à Trid. *sess. 21. de refor. c. 2.* pro Clericatu requisitum, *ut in tom. 3. n. 48.* Insuper, cum constet, eum minimè per paucos dies, sed plus temporis, quo in loco delicti commoratus est, nulli Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruisse, ac sine tonsura, & habita incessisse, delictum molientem rebellionis, atq; seditionis, quod ex sui natura longum tempus exposcit, vehementer præsumitur non habere qualitates in Clerico à Concilio Tridentino requisitas pro gaudio fori, *ut ibi n. 731.*

779 Hinc breviter sic rationem restringo. Nemo spoliari potest jure, quod certò possidet, per superveniens dubium, maximè per dubium leve, quod moraliter vinci non potest, ex dictis *a num. 40.* Judex sæcularis certò possidet jus contra expositum delinquentem, & super delicto enormissimo certo; Jus verò delinquentis de gaudio fori est dubium, dubio levi, imò levissimo, quod [ut supponitur] moraliter vinci non potest. Igitur non potest Judex sæcularis jure, quod certò possidet in delinquentem, spoliari, per superveniens dubium jam recensitum. Et consequenter potest contra eum juridicè procedere, & de jure punire, *ut in nu. 774. Recole dicta in qu. sequ.*

780 Denique pro hujusmodi casibus irreparabilibus, & extraordinariis recurrit proportione servatâ, doctrina Patris Tancredi *relata num. 663. & 676.* & Castrop. *num. 789.*

QUÆRES VI.

781 *Quando, & quomodo Clericus tradi possit pensendus Curiæ sæculari?*

Respondeo, tunc tradi posse, quando se immiscet enormibus, *c. Contingit, & c. Perpendemus de sent Excom.* Castrop. *part. 2. dis. un. tr. 12. punct. 6.*

782 Enorme dicitur delictum illud, quod in malitia, & fœditate supra modum exuberat, ac excedit. Quod prudentiæ probi viri dignoscendum remittitur. Enormia, seu immania, sunt primo loco Hæresis, quæ est Rebellio contra Majestatem supremi Regum Regis. Inde Rebellio, & crimen Læsæ Majestatis in Principem, Perduellio, falsificatio Monetæ, Latrocinium, Homicidium, Adulterium, Raptus, & similia, quæ numerantur, & explicantur *in tom. 2. n. 62. ad 65.*

783 Spectato autem jure communi, ob nullum crimen quantumvis enorme Clericus est Curiæ sæculari tradendus, nisi fuerit incorrigibilis. Castropal. *cit. nu. 4. ex c. Cum non ab homine. c. Clerici de Excessibus Prælatorum in 6. c.* Fælicis de Pœnis *in 6. c. tuæ de pœnis*, ubi Pontifex injungit Prælatis Ecclesiasticis, Clericos in enormissimis sceleribus 1. Sodomiæ, 2. Occisionis Cardinalis, 3. Latrocinii, & similibus deprehensos, punire, 1. depositione, & detrusione in Monasterium, 2. ita ut vita sit illi mors, puta immuratione, perpetua recluſione in ergastulo; 3. Degradatione à suis ordinibus, & detrusione in arcta Monasteria. Non injungit autem, ut Curiæ sæculari tradantur, adeòq; apertè colligitur, ad tradendum Clericum Curiæ sæculari ex jure communi requiri repetitionem delictorum, & incorrigibilitatem.

784 Incorrigibilis dicitur Clericus ex jure communi, si ter monitus, 1. Sub depositione, 2. Sub Excommunicatione, 3. Sub Anathemate. *Ex cap. cum non ab homine, de Judiciis*; ex consuetudine verò, si ter monitus sub excommunicatione, adhuc contumax perseverat.

785 Ab hoc autem requisito incorrigibilitatis, & trinæ monitionis, excipitur primo

Assassinium, *ex cap. 1. de homicidio in 6.* Debet verò priùs constare de delicto, & talis à Judice Ecclesiastico declarari. Et tunc eo ipso, quo Clericus per declarationem authenticam fuerit à Judice Ecclesiastico declaratus assassinius, statum jurisdictionis est sæcularis, & ab ea juridicè puniendus.

786 Secundò. Excipitur Hæresis, hoc pacto, quòd ad hoc ut pro crimine hæresis Clericus Curiæ sæculari tradatur, non requiratur incorrigibilitas modo recensito, quæ triplicem monitionem supponat, *ut in num.* 784. & qualis pro aliis delictis exposcitur; sed requiratur, & sufficiat Relapsia, nempe hæresis repetita post sententiam, *ex cap. Ad abolendam, de Hæreticis, cap. Super eo, & cap. Accusatus de Hæreticis in 6.* Tunc námque à jure incorrigibilis judicatur. Et sic ut quis pro hæresi Curiæ sæculari tradatur, adhuc requiritur incorrigibilitas, quæ unicam monitionem authenticam per sententiam supponat.

787 Tertiò. Excipitur casus, quo Clericus sine habitu, & tonsúra enormibus se immiscat; Canones enim, qui incorrigibilitatem, & trinam monitionem exposcunt, loquuntur de Clerico, qui cum habitu, & tonsura enormibus se immiscet, qui privilegium Clericale non amittit, *ex c. 1. de Apostatis, C. ex parte 2. de Privilegiis, & C. Contingit de sent. excomm.* Unde qui sinè habitu, & tonsura enormibus se immiscet, potest Curiæ sæculari tradi, absque eo, quòd præcedat trina monitio; quia eo ipso privilegium Clericale amittit, maximè ex jure novo Conc. Trid. Castrop. *est. n. 5.* Diana *p. 1. tr. 2. res. 33. v. nn. 733.*

788 Qui ritè subdit: *Requiritur tamen, ut per sententiam Judicis Ecclesiastici notum sit, Clericum enormibus se immiscere, & sinè habitu, & tonsura incedere; aut cum habitu, & tonsura incedentem monitum ter esse, ne enormia committat; alias Judex sæcularis judicare, & punire illum non poterit. Quia qualem tribuens jurisdictionem, prius probanda est. Si quis aliena. ff. de Judiciis. Quæ probata non à Judice sæculari, sed ab Ecclesiastico, ut Clericus subjicitur, facienda est.* Eò maximè quia Clericus regulariter Curiæ sæculari non traditur, nisi prævia degradatione à Ordinibus; Degradatio autem fieri non potest nisi à Judice Ecclesiastico, & ex prævia probatione, & sententia declaratoria delicti; *ver. Degradatio.*

789 Denique Castropal. *cit. nn. 6.* addit: *Dixi*: spectato jure communi: *ob nullum crimen Clericum tradendum esse sæculari Judici puniendum, nisi incorrigibilis fuerit; ut tacitè indicarem, ex recepta consuetudine, sæpe tradi nulla incorrigibilitate expectatâ, si delictum nimis atrox sit, & scandalosum, ac à viris pijs, & prudentibus judicatur, Reipublicæ convenire tale committentem è gremio Ecclesiasticarum personarum pelli, & ultimo supplicio affici, ut de facto sæpe ità judicatum est. Ergo alienum esset à ratione hanc pœnam executioni non mandari. Neque enim privilegium Ecclesiasticæ immunitatis, in favorem, & honorem status Clericalis introductum, in illius indecorem convertendum est: sic Covarr. & c. Farinac.* &c. Et quidem practicatum videmus, Clericos Rebelles Curiæ sæculari tradi, & ultimo supplicio affici, nullâ monitione prævia, nullâque incorrigibilitate expectatâ: *v. n. 676.*

790 Denique Urb. III. per Bullam *Insuprema* editam 1627. nullam mentionem faciens de incorrigibilitate, absolutè statuit, personas Ecclesiasticas, sive sæculares, sive Regulares in locis duntaxat Italiæ existentes, quæ aureas, vel argenteas monetas tondere, fabricare, colorare, vel aliàs adulterare præsumpserint, prævia degradatione esse Curiæ sæculari tradendas, ultimo supplicio puniendas. Præfata autem Bulla non comprehendit Siciliam,

lium, quia non exprimit insulas coadjacentes, quæ in odiosis non veniunt nomine Italiæ, nisi exprimantur.

De Immunitate agunt Diana *p.* 1. *tr.* 1. & 2. *p.* 3. 4. 5. & 6. *tr.* 1. Castropal. *part.* 2. *disp.* unic. Bordonus *ref.* 2. Tancredi *tom.* 3. *tr.* 1. *lib.* 4. Alarius *lib.* 2. *ver. Imm.* Fagnanus *lib.* 3. *tit. de Immun. lib.* 1. *C. Consuetudines de consuetudine, ibid. cap. Magnus de Obligat. ad rat. oc.*

GABELLA

791 *Est actio publica, à Principe imposita subditis ad sua domus sustentationem & Regni conservationem*, putà ad præsidia retinenda, ad bella gerenda, ad Pontium, Mœnium, ac Navium conservationem, & ad alia pro Regni custodia necessaria providenda. v. num. 800.

Ut gabella sit justa, requiritur justitia ex parte quatuor Causarum, efficientis, materialis, formalis, & finalis. Ità ut si gabellæ sint injustæ, seu sint impositæ, aut auctæ, præterquam in casibus à jure, seu speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis, tam imponentes, aut urgentes, quàm imponi, aut augere exigentes, incidant in Excommunicationem Bullæ Cœnæ, §. 5. *latam.*

792 Ex parte *efficientis*, pro justitia requiritur, ut, qui imponit, sit Princeps supremus illum Superiorem in temporalibus non agnoscens, vel inferior de mandato supremi. Unde gabellas imponere non potest Provincia, Civitas, &c. nisi ex consuetudine legitima, aut privilegio; quo gaudet Urbs Barcinonensis. Mendo *ver. Gabella.*

793 Potest Princeps aliquem sibi, & communicati benemeritum, etiam cum suis descendentibus à solutione alicujus gabellæ eximere, ut infra dicemus de Monte Pietatis.

794 Ex parte *Causæ materialis, Jus civile totius Universi, Cod. de vectigal. in leg. omnium ibid.* decernit, ut gabellæ imponantur solùm in rebus mercimonii, & negotiationis causa de una in aliam Provinciam, aut Urbem asportatis, tam ingrediendo, quàm exeundo. Unde ex præfato Jure non sunt licitæ gabellæ impositæ super victualibus frumento, pane, vino, oleo, carnibus, &c. Toletus *lib.* 5. *c.* 74. Cajet. *ver. Vectigal.* quia proportionem non servant, cum æquè gravent pauperes, ac divites.

795 Suarez tamen *de leg. lib.* 5. *c.* 16. & Dian. *p.* 2. *tract.* 17. *res.* 28. tenent, gabellas super victualibus impositas non esse injustas, si consuetudo adsit; quia lex civilis potest per consuetudinem abrogari. Et illa oppressio pauperum, in quantum æquè gravantur, ac divites, compensatur per hoc, quòd cum tales gabellæ minutim, & quasi insensibiliter solvantur, minora patiuntur incommoda pauperes, quàm si censu capitis, aut patrimonii gravarentur.

Certum tamen est, eas esse justas, si consuetudo legitimè præscripta vigeat, & publica necessitas adsit, ac gabellæ super mercibus non sufficiant.

796 Sub nomine gabellæ comprehenditur, Primò *Tallia*, quæ imponitur subditis solvenda proportione habita ad eorum bona, quæ etiam vocatur *Impositio, & Collecta*, quæ solet imponi aliqua communi, & publicâ necessitate urgente; ut titulo matrimonii à Principe contracti, veluti ad ornatum uxoris, & ad sponsalitii splendorem, juxta Regionis consuetudinem.

797 Secundò venit tributum, & pensio de solvenda annata, aut media annata super officiis, & muneribus concessis à Principe.

798 Angaria autem, & Perangaria non sunt reputanda inter gabellas, quia sunt injusta; sunt enim *Coactio injusta ad onus merè personale, aut mixtum ex labore personali, & mune-*

munere aliquo persolvendum. Angaria est onus merè personale, Perangaria onus mixtum,

799 Ex parte *Causæ formalis* pro justitia requiritur, ut servetur proportio tam vassallorum inter se, *ut inn.* 794. quàm ad vires Regni; nam si vires Regni non sufficiunt, injusta est gabella; & si vassalli sint plus æquo gravati, tenetur in conscientia Princeps gabellas minuere.

800 *Ex parte causæ finalis* requiritur justa causa, nimirum publica necessitas, & communis utilitas, *ut inn.* 790. Sinè justa causa non potest Princeps gabellas imponere, aliàs peccat, & ad restitutionem tenetur.

801 Si gabella sit imposita ob determinatum finem, eo cessante continuari non potest, nisi instet alia æqualis necessitas; quia tunc commutatur materia. Mendo *cit. num.* 7. *v. n.* 822.

802 Pro quantitate gabellæ non potest certa regula tradi, sed est remittenda arbitrio boni, & periti viri, qui attendere debet necessitatem, & proportionem, juxta superiùs dicta; adeóque Principes non debent gabellas imponere sinè maturo timoratorum, & peritorum Theologorum, ac Jurisperitorum consilio.

803 Diana *p.* 1. *tr.* 2. *res.* 132. tenet non esse injustam gabellam, si excedat octavam partem valoris rei, dummodo cæteræ conditiones concurrant.

Ritè autem de justitia gabellæ dubitat Corsettus cum aliis apud Dianam *cit.* si excedat octavam partem valoris rei, est námque excedens. Cui favet *lex de Præstatione, C. de vectigalibus,* talem excessum prohibens.

Et quamvis dicta lex valeat pro Regnis Imperio subjectis [ut ait Diana] potest aliis inservire pro exemplo.

Et quidem in nostra Urbe Panormi praxis est, & præfixio, ut pro gabella solvatur decima pars, & aliquantò minus valoris currentis rei, putà mercium; pro qualibet namque centia valoris currentis rei solvuntur pro gabella tareni duo, grana decem, & novem, & tres partes grani, videlicet, tarenus unus, & quatuor partes grani pro ratione Regiæ Curiæ grana decem, & octo, & quatuor partes grani, pro ratione Regiæ Doganæ; & tarenus unus pro gabella novi impositi.

Hoc pacto ut plurium locorum cives sint immunes à portione gabellæ granorum decem, & octo, & quatuor partium grani spectantis ad Regiam Doganam, tales sunt Cives Urbis Panormi, & quamplurium locorum, qui solùm alias duas portiones tarenorum duorum, & quatuor partium grani solvere tenentur pro qualibet uncia valoris macis. Aliorum verò locorum cives solvere tenentur omnes tres portiones ad summam tarenorum duorum, granorum decem, & novem cum duabus partibus grani; unde illi vocari solent vulgo *Franchi*, isti *Rendabili.*

804 Si justitia gabellæ non sit certa, sed sub opinione; Princeps non potest sequi opinionem probabilem, relictâ probabiliori sequitur ex dictis *nu.* 74. *& à n.* 108. quia agitur de justitia commutativa, & despolianda subditos bonis, quæ possident. Mendo *ver. Gabellæ n.* 2.

GABELLAS SOLVERE NON TENENTUR

805 Ecclesiæ, loca pia, & Ecclesiastici sive Clerici, sive Religiosi utriusque sexûs, *ut n.* 755. *& à num.* 704. *ad* 715. Qui non possunt directè, aut indirectè gravari gabellis, tributis, & aliis oneribus, neque super bonis patrimonialibus, sive illis, ad quorum titulum sunt ordinati, sive aliis quomodolibet eis provenientibus, v.gr. titulo hæreditatis,

detenti, donationis, &c. quia jura *n.* 712. relata indistinctè loquuntur.

Inàrectè gravarentur Clerici, si gabella super re imponeretur, non principaliter in gravamen Clericorum, sed generaliter in gravamen omnium, ità ut Clerici illam emerent sub eo gravamine.

806 Non eximuntur à gabellis Clerici, 1. Si habitum Clericalem assumant in fraudem gabellarum absque intentione in eo statu permanendi: sequitur *ex num.* 758. & 759. *quia fraus nemini patrocinatur.* 2. In bonis eis donatis, v. gr. à parentibus donatione apparenti, in fraudem gabellarum, ut nimirum Clericorum scuto non sint subjecta gabellis, *v. n.* 715. 734. 735. 736. Denique ex rebus, & fructibus, quos Ecclesiastici venditant, solvi debet gabella. Mendo *ver. Gabella n.* 13.

QUÆRES

807 *An possit Princeps ob publicam necessitatem gabellam imponere solvendam nedum à laicis, verùm etiam ab Ecclesiasticis?*

Resp. posse, quinque concurrentibus conditionibus.

Prima est. *Ut Necessitas, vel utilitas sit magna, & evidens, ex cap. Non minus, 4 de Immunit.*

808 Secunda. *Ut facultates laicorum non sufficiant, ex cit. cap.*

Tunc autem non sufficere dicuntur, quando ex una parte facultates communitatum deficiunt, & ex alia cives (si Ecclesiastici excluderentur) cogerentur se privare illis, quæ sunt necessaria ad vivendum secundùm convententiam sui statûs. Si verò facultates communitatis ad necessitatem sublevandam sufficerent, neque laici particulares possent gravari, *ut ex n.* 800. Diana *p. 1. tr. 2. res.* 133.

809 Tertia. *Ut necessitas, vel utilitas sit spectans communis laicis, & Clericis, ex cit. cap.*

810 Quarta. *Ut Episcopus, & Clerus deliberent, & consentiant; ex cit. cap.* Nomine Cleri non venit solùm Capitulum Cathedralis, ut tenent plures, sed omnia Capitula Urbis, & Vicarii foranei Diœcesis; quia omnes gravantur, & sic omnes cognoscere debent qualitatem necessitatis, ut deliberent, an, & quantum debeant concurrere. Item veniunt etiam Capitula Religionum, si Religiosi sint comprehendi. Diana *p. 5. tr. 1. res.* 11.

811 Quinta. *Ut prius de tali contributione consulatur Summus Pontifex, & ejus habeatur licentia, & cap. Adversus de Immunit.* ità ut solus consensus Episcopi, & Cleri non sufficiat, nisi periculum esset in mora: quo casu, si duratio gabellæ non esset modica, facta impositione de solo consensu Episcopi, & Cleri, consulendus statim esset Summus Pontifex pro approbatione. Cùm autem hujusmodi licentiæ impetrantur, sunt prius ab Episcopo audienda capitula Clericorum, & eorum, de quorum interesse agitur.

812 Gabella denique his concurrentibus conditionibus jam imposita, exactio non potest fieri à Judice laico, sed per personas Ecclesiasticas ab Episcopo deputatas. Constat ex Bulla Urb. VIII. pro Ducatu Mediolanensi.

813 Publica necessitas, vel utilitas est: Reparatio pontium, fontium, murorum Civitatis, viarum publicarum, alluvionum ex fluminibus cum damno agrorum, aut Urbium. Annona. Famis. Bellum. Pestis, &c. At super nulla ex his, aut aliis necessitatibus possunt ab Ecclesiasticis contributiones exposci, nisi recensitis quinque concurrentibus conditionibus; sed omnino communibus contributionibus sunt exempti.

814 Nec dicas, Ecclesiasticos obligari ex beneficio à laicis accepto, quod est commune. Quia (ut optimè discurrit Castropal. *p. 2. disp. unica tr. 12. punct. 9. n. 4.*) *Esto beneficium commune*

commune sit Clericis, & laicis, sumptus non debent esse communes: dignitas enim clericalis petit, ut aliquo privilegio speciali fruantur; sicut enim privilegium militiæ, & regiminis eximere solet militem, & magistratum ab iis contributionibus communibus, tametsi de beneficio communi æquanimiter participent: sic dignitas clericatus eximere poterit Clericum ab his oneribus. Adde Clericos hoc beneficium à laicis acceptum aliis beneficiis compensare: ipsi enim Clerici specialiter concurrunt ad subventiones pauperum, reparationem templorum, & illorum ornatum, & cultum: quæ omnia in utilitatem cedunt laicorum. Ergo hoc sumptu sufficienter compensant sumptus laicorum.

815 Insuper publicâ necessitate suppositâ, quinque conditionibus concurrentibus, & licentiâ Summi Pontificis obtentâ, quæ Ecclesiasticos omnes, etiam Regulares, comprehendat; adhuc ab omni onere, & contributione excipiuntur, & eximuntur Fratres Ordinis Minorum de Observantia S. P. Francisci, Reformati ejusdem, & Capucini; quia nil proprii possident, sed vivunt de puris eleemosynis manualibus, aut à pietate fidelium legatis, quarum nullum dominium habent, aut proprietatem; ut meminit Conc. Trid. *sess. 25. de refor. c. 3.* & liquet infrà *ver. Legata Minorum.*

Hinc, Cum Alex. VII. pro urgentissima necessitate contra Turcas Germaniam, & Insulam Cretæ invadentes, per Bullam *Cum Divina* 1660. editam indixisset sex Decimas per decennium in subsidium solvendas superfructibus omnium Ecclesiasticorum, etiam Regularibus comprehensis, per totam Italiam, & insulas coadjacentes: fuit declaratum per Epistolam Thesaurarii Gen. sub die 20. Maii 1662. Subcollectoribus missam, Fratres Minores Observantes S. Francisci non teneri ad dictam contributionem, & injunctum, ne iisdem super hoc molestiam inferrent. Lantusca *ver. Gabellanu. 3. v. n.* 824.

Qui *nu.* 6. refert etiam aliam Decis. Trib. Gen. & Congr. Prælatorum Cameræ, quibus injungitur conductoribus publicis lanariorum, ut non possint adstringere Fratres Minores Observantes ad carnem in suis lanariis sumendam, sed quòd possint in aliis locis propinquis sumere, ubi valet minus pretio habere.

816 Ab excommunicatione non excusantur, qui exigunt, aut exigi mandant gabellas ab Ecclesiasticis, cum animo eas restituendi fine anni, quamvis dicant, id facere ad vitandas fraudes officialium gabellas exigentium. Duardus, & alii apud Dianam *p. 1. tr. 2. res.* 44. quia cogunt antea ad solvendum, quod est onus, & incommodum Clericis.

Subdit tamen Diana *cit.* in nostra Urbe Panormi sinè Scrupulo observari consuetudinem hanc solvendi Clericis in fine anni (ut vulgo dicitur) lo scasciato, pro gabellis per eos antea solutis; quia hoc fit, ipsis Clericis [non quidem privilegium renuncianti bus] sed consentientibus, & de licentia Summi Pontificis.

MONITUM

817 Si aliquando vides onera imponi, & aliter fieri. Si tuam vis servare Conscientiam, Deum, ejusque Judicium reformidas; non ad facta, sed ad ea, quæ de jure fieri debent, attendas. Et interim Sacrum Canonem Concilii Lateranensis *cap. 4.* præ oculis habeas, qui est, ut sequitur.

„ 818 Non minus, &c. In diversis mundi partibus Consules Civitatum, & Rectores, necnon & alii, qui potestatem habere videntur, tor onera frequenter imponunt Ecclesiis, ut deterioris conditionis sectum

„ Eum sub eis Sacerdotium videatur, „ quin sub Pharaone fuerit, qui legis divi„ næ notitiam non habebat. Ille quidem „ omnibus aliis servituti subactis, Sacerdo„ tes & possessiones eorum, in pristina liber„ tate dimisit, & eis alimoniam de publico „ administravit: Isti verò onera sua ferè uni„ versa imponunt Ecclesiis, & tot angariis eas „ affligunt, ut eis, quod Jeremias deplorat, „ evenire videatur: Princeps Provincia„ rum facta est sub tributo. Sive quidem fos„ sas, sive expeditiones, seu alia quælibet „ sibi arbitrentur agenda, de bonis Ecclesia„ rum, & Clericorum, & pauperum Christi „ usibus deputatis volunt ferè cuncta com„ plere. Jurisdictionem etiam, & auctoritatem „ Prælatorum ità evacuant, ut nihil potesta„ tis eis in suis videatur hominibus remansis„ se. Quo circa sub anathematis distructione „ fieri de cætero talia prohibemus: nisi Epi„ scopus, & Clerus tantam necessitatem, vel „ utilitatem aspexerint, ut absque ulla exa„ ctione ad relevandas communes utilitates, „ vel necessitates, ubi laicorum non suppe„ tunt facultates, subdia per Ecclesias exi sti„ pendia conferenda. Si autem Consules, aut „ alii de cætero ista commiserint, &c. vide n. 714. & 791: *Erudimini, qui judicatis terram*, Psal.

Videinfra de Jure patronatûs, *ver. Quæ*ritur, casum de onere super pensione, & de satisfactione gabellæ, *ver. Quid restituendum.*

De Gabellis agunt Diana *p. 1. tr. 2. à res. 35.* ad 49. res. 132. & 133. Castropal. *p. 2. dis.* unic. tr. 12. punct. 9. Fagnanus *lib. 3. c. Epi*scopus de Prabendis à n. 30. & c. *Non minus de* Decim. Pirhing. *lib. 3. tit. 31. sect.* Mendo *num. 9. ver. Gabella*, Ant. à Spir. Sanct. *de Censur. tr. 12. dis. 3. sect. 5.* Alarius *lib. 4. tit. Gabella, Clericatus c. 32.*

PARLAMENTUM REGNI SICILIÆ, ET NEAPOLIS

819 EST Conventus Procerum Regni pro causa publica congregatorum.

In Sicilia ad illud concurrunt tria Regni brachia, Ecclesiasticum, Demaniale, & Militare. *Ecclesiasticum* componitur ex Archiepiscopis, quibusdam Abbatibus & Prioribus, *Demaniale* ex Procuratoribus Civitatum, & Castrorum immediatè Regi subjectorum. *Militare* ex Baronibus obligatis ratione feudi ad servitium militare.

820 Et quia ut plurimum congregatur pro donativo Regi præbendo, pro justitia requiritur justa causa, puta necessitas ex parte Regis petentis, & sufficientia vitium ex parte Vassallorum. Super qua Regis necessitate credendum est à Parlamentariis ipsi Regi, quia est necessitas in facto proprio Regis. in quo semper præsumi debet justitia causæ, nisi constet de injustitia. Maximè attendenda est causa formalis, & finalis, ut in gabellis, *n.* 799. & 800.

821 Hinc monentur Proreges piissimi, & timorati Parlamentarii, ut solerter justitiam donativi, atque vassalorum, & universitatum vires considerent, ne in extraordinariis donativis, quæ præscribunt, Regno onus imponant, quod sustinere non valet. Adeóq; consulere debent peritos simul, & timoratos Theologos illos, quos à pernicioso adulationis vitio, & à rerum temporalium desideriis maximè alienos esse cognoverint, eósq; etiam contradicentes, gratanter, ac benignè recipere.

822 Notat Diana *cit qu. 22. in fine: Ecclesiasticos, qui intrant in Parlamento, non teneri ad donativum, nisi sponte offerant. & in Brevi Apostolico ità in spe determinatum est.*

823 Et etiam tunc Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, atque etiam Reformatorum, & Capucinorum, ad donativum non tenentur, nec obligari possunt: constat ex dictis *n.* 815. Et ita servatur in praxi.

QUANTUM AD NUMERUM SUFFRAGIORUM.

824 Si Parlamentum sit pro donativo Regis, sufficit major pars. In Regno autem Siciliæ requiritur, ut concurrat brachium Ecclesiasticum, ita ut non sufficiat, si major pars brachii Demanialis, & Militaris concurrant, nisi etiam brachium Ecclesiasticum concurrat, in quantùm supponitur Ecclesiasticos loqui liberiùs, & sine metu.

825 Si Parlamentum sit pro dando donativo Pro-Regi, omninò priùs ad valorem requiritur licentia Regis, & non sufficit major pars, sed suffragia omnia concurrere debent; quia hoc donativum est omninò liberum, & perfectè voluntarium, adeóque omnes consentire debent, Ad differentiam de donativo Regis, quo quidem (ut ritè notat Diana) nomine est donativum, & revera est servitium, quod Regi præstatur, ad eum à necessitatibus sublevandum; & maximè, si necessitas sit pro eodem Regno.

Item omnia suffragia requiruntur, si in Parlamento (uti etiam solent) agatur de admittendo aliquem exterum in Regnicolam. In qua re attendi debet, an sit spes, quòd talis acceptatio sit futura utilis Regno, minimè obnoxia, qualis sortiretur, si exter admissus, officiis, aut beneficiis obtentis, occasione [quæ istis est facilis] capta, recederet officiis, aut beneficiis commutatis, & pensionibus impositis pro se retentis; quod utiq; cederet in Ecclesiæ, ac officiorum perniciem, & in præjudicium Nationalium.

826 In Parlamento, in quo omnia suffragia sunt necessaria, si agatur de re injusta, non potest Parlamentarius se absentare; quia per suum votum negativum potest injustam conclusionem impedire, adeòque permittendo peccat. Nec potest majori parti se subscribere, si ei certò constet injustitia conclusionis. In dubio autem; si major pars, aut sanior certò, aut probabiliùs judicet de justitia, potest dubium deponere, & majori, aut saniori parti se conformare. Donatus *tom.* 1 p. 2. *qu.* 16. Eadem ratione Procurator universitatis, licèt sit constitutus cùm facultate substituendi, non potest substituere alium, quem prævidet facilitèr in conclusionem injustam condescensurum.

827 In Parlamento, ubi sufficit major pars, ut de donativo Regis; si conclusio est injusta, tunc intrat peccatum, & onus restitutionis.

828 Quantum ad peccatum, omnes peccant mortaliter, etiamsi major pars jam suffragata sit; quia omnes positivè ad rem peccaminosam positivè concurrunt. Hinc Exod. 23. scriptum reperitur: *Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in judicio plurimorum acquiesces sententiæ, ut à vero devies.*

829 Quantum verò ad restitutionem, solùm priores, qui majorem partem constituunt, ad restitutionem tenentur; minimè posteriores, quia solùm priores sunt causa efficax substantiæ damni, seu conclusionis injustæ; posteriores autem solùm concurrunt (ut ita dicam) ad modum actûs, nempe ad majorem plenitudinem suffragiorum. Qua ratione peccat, at non tenetur ad restitutionem, qui concurrit efficaciter non ad substantiam actûs furti, sed solum ad circumstantiam, aut ad modum actûs *ut infra ver. Qui restituere teneantur.*

830 Unde dictum illud, *quod minor pars posse,*

possit, imò teneatur se subscribere majori parti, & approbare, quod est à majori parte conclusum, à sumptum ex l. Quod major pars, & l. Illud, §. refertur, de Regulis juris, est verum de eo, quod præsumitur justum, & melius; aut in dubio; si enim minor pars de justitia dubitet, & major pars, maximè sit sanior, pro certo, aut probabiliùs stat pro justitia, tunc quidem potest, aut tenetur minor pars dubium deponere, & majori, maximè saniori, parti se subscribere, & approbare concluſum.

831 *Hi ergo* [ait Diana in Summa] *merito faciunt, si a Parlamento pro ea die se absentent, dum absq; magna singularitatis, & proteruia nota pro justitia loqui, & suam conscientiam exonerare non possunt; nam id in tali casu fieri posse concedit Valerius ver. Suffragium, diff. 2. in fine*, & Ledesma *tom. 2. tr. 7. c. 2. Concl. 24. quia nimis grave videtur aliquem, ut cum tanto incommodo, & periculo rebus sui Parlamentariorum torrenti.*

832 Recentiti, qui restituere tenentur, tenentur singuli in solidum, quia singuli sunt causa totalis, minimè totalitate causæ, sed totalitate effectus: ità Com. *ut infra ver. Possessor male fidei.*

833 Stroverstorff. apud Dianam *par. 4. tr. 4. res. 79.* tenet, singulos esse causas partiales, quia singulorum concursus non est sufficiens sed ex omnibus simul fit unus concursus sufficiens, & efficax. Adducit exemplum de pluribus navim trahentibus, qui ob dictam rationem sunt causæ partiales, ac proinde non debetur singulis tota merces; adeóque, sicut quando prosunt, non debetur singulis tota merces, sed debent illam inter se dividere; ita quando obsunt, non debent singuli suam reputare partem. Item tenet de pluribus ad eadem injustitiam concurrentibus, quoties singulorum concursus sine aliorum concursu non fuisset efficax.

834 At non est à communi recedendum; quia ex hoc, quòd singuli non sufficiant, solùm sequitur, quòd sint causæ partiales partialitate causæ, & influxûs; minimè quòd non sint singuli causa totalis totalitate effectûs, nã ex quo sine singulis injustitia non fieret, tota injustitia singulis attribuitur.

835 Id verum est, quod in dubio, an tuum suffragium fuerit de primis, & efficacibus, an verò de sequentibus, peccâsti quidem, sed non teneris ad restitutionem; quia in dubio melior est conditio possidentis.

PRAXIS PARLAMENTI.

836 PArlamenta Generalia, singulis tribus annis in hoc Siciliæ Regno congregari solita, differri solent ad sex, aut plures annos.

837 In his Excell. Pro-Rex ex parte, & nomine Suæ Majestatis cunctis parlamentariis proponit Primò Regis necessitatem, de confirmatione, & continuationem septem veterum annualium donativorum, videlicet: Pro Regia Curia, pro Triremibus, pro Palatiis, pro Munitionibus, pro Ædificiis, pro Regni Deputatione, pro Pontibus, Turribus, & Regentibus. Hoc dicitur Donativum Ordinarium, quod continuari solet per tres annos: ut *in num.* 841. Cujus Donativi Brachium Ecclesiasticum solvere solet annuatim sextam partem.

838 Insuper Sua Excellentia proponere solet ex parte Suæ Majestatis peculiarem aliam Regis necessitatem, sive in ministerium proprium ipsius Regis, sive ob bella sustinenda, sive ob ejusdem Regni necessitatem, & utilitatem, ut contigit in elapso Parlamento, de anno 1698. ad reficiendum defectum monetæ veteris jam adulteratæ, ac mutilatæ, cùm moneta nova ejusdem

valoris, ad Regis rationem cum antiqua commutanda, ad Monetariorum fraudes Regno pernicioſas eliminandas. Ob quam peculiarem neceſſitatem aliud donativum à priori diſtinctum expoſcit, & hoc vocatur donativum extraordinarium, quod ſolùm primo anno, & pro unica tantùm vice ſolvitur, quodque ſolet eſſe duocentum millia ſcuta, cujus donativi Brachium Eccleſiaſticum pariter ſextam partem ſolvere ſolet.

839 His uti ſupra propoſitis, Caput totius Parlamenti, qui ſolet eſſe Archiepiſcopus Panormitanus, ut pote Brachii Eccleſiaſtici Caput, pro cunctis reſpondet: *Quod, quando conſilia inter tria Parlamenti Generalis brachia habebuntur, attendentur, quæ attendenda erunt, & reſponſum dabitur.* Inde.

840 In prima ſeſſione Brachium Eccleſiaſticum, ante omnia, Actum proteſtatorium emittit, quòd cuncta Eccleſiaſticorum Parlamentariorum ſuffragia intelligantur ſub hac conditione lata, nimirum, quòd ſi donativa, quæ concludentur, non venirent confirmata à Summo Pontifice, tunc emiſſa ſuffragia intelligantur irrita, ac nulla, ac ſi non fuiſſent emiſſa.

841 In ſeſſionibus ſequentibus attentè conſideratis, atque perpenſis dictis: *à n.* 819. *ad* 835. ſi juſtitia reperiatur, fit Primò Concluſio, & Oblatio Regi ſuper ſeptem Donativis antiquis annualibus per tres continuos annos: ut *in n.* 837.

842 Et quia tribus elapſis annis, ſolet recenſiti donativi ordinarii exactio continuari titulo commodati, uſque ad novum Parlamentum futurum; omnino attendendum eſt ad talem exactionem, & ſolutionem, elapſis jam tribus annis donativi, non poſſe ſub recenſito, aut aſſo titulo adſtringi Eccleſiaſticos; quia jam pro iis finem habuit licentiam Summi Pontificis. Et ſicut concluſione donativi facta, non poteſt exactio, & ſolutio re incipi, & executioni mandari quantum Eccleſiaſticos, niſi prius accedat licentia, aſſenſus Summi Pontificis, qui proinde non poſſunt adſtringi; ità ea licentia terminata non poteſt exactio ex jure quantum ad illos continuari, ità ut non poſſint adſtringi, conſtat ex dictis de immunitate reali, & gabellis: *v. n.* 811. & 866.

843 Verum tamen eſt, quòd in novo Parlamento proponitur, non ſolùm continuatio ſeptem donativorum ordinariorum ad alios tres annos, ſed etiam confirmatio eorumdem ſeptem donativorum ordinariorum titulo commodati exactorum per annos intermedios ab elapſo triennio Parlamenti præteriti, uſque ad præſens novum; & utraque, videlicet tam confirmatio, quàm innovatio, concluditur, & quantum ad Eccleſiaſticos, pro utraque petitur aſſenſus Summi Pontificis.

844 Poſtea fit concluſio, & oblatio Regi de donativo extraordinario: ut *in n.* 858.

845 Inde in præmiſſorum donativorum oblationem, ſolet Parlamentùm concludere petitionem trium gratiarum apud Regem faciendam in beneficium Regni.

Denique Parlamento concluſo, accedunt ad Excell. Proregem, tria bracchiorum capita; cui concluſa referunt, & tres gratias petunt.

De Parlamento, agit Diana *par.* 1. *tr.* 3.

ALIENATIO RERUM, ET BONORUM ECCLESIASTICORUM

846 ESt prohibita ad favorem Eccleſiæ. Et quidem quoad bona ſtabilia Eccleſiæ, ex utroque Jure Divino, & Canonico; nam bonorum Eccleſiæ Clerici, & Monachi non ſunt domini, ſed uſuarii; & Prælati ſunt miniſtri, & coloni. Unde Le-

Levit. 25. dicitur: *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos advenæ, & coloni mei estis.* Et *in cap. cum ex parte, de rest. in 6.* dicuntur patrimonia Christi; adeóque ad Christum, seu ejus Vicarium spectat de illis disponere.

847 Alienatio igitur, cum sit favorabilis Ecclesiæ, hic non accipitur propriè, & strictè, prout est translatio dominii directi; sed impropriè, & largè, prout *est translatio cujuslibet dominii tam directi, quàm utilis, aut juris rei.* De quibus infrà: *verb. Dominium.*

848 Hinc prohibetur venditio, donatio, permutatio, &c. in quibus dominium directum transfertur. Item infeudatio, hypotheca, emphyteusis, locatio, & conductio ultra triennium: Et oppignoratio, in quibus transfertur dominium utile, seu jus in re.

849 Nomine Ecclesiæ, veniunt ipsæ Ecclesiæ propriè dictæ, Monasteria Regularium utriusque sexûs. Insuper Confraternitates, Hospitales, Eremitoria, & Pia loca, authoritate tamen Episcopi fundata, de quibus n. 615. nam censentur loca Religiosa, & Ecclesiastica: minimè Collegia, Confraternitates, & sæcularium communitates, authoritate Episcopi non fundatæ. Illis igitur, non his alienatio interdicitur.

850 Res, quæ alienari prohibentur, sunt bona immobilia, & mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt.

Mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt, sunt vasa aurea, argentea, vestes, ornamenta, gemmæ, & generaliter omnia illa, quæ fructificant, & triennio durant.

Vota argentea, quæ seorsim, aut simul sumpta valorem excedunt, non cadere sub prohibitione, probabilius putat Donat. *to. 1. pa. 1. q. 45. cum Peregrino*; quia hæc vota tuta à vovente redduntur, ut suo voto satisfiant, & non ordinantur in aliquem usum Ecclesiæ, sed otiosa manent in testimonium gratiæ acceptæ: subdit tamen, quòd tutius sit assensum Apost. petere. Certum tamen est reliquas oblationes, & vota, putà ceræ, eleemosynam, &c. posse alienari sinè assensu Apost. uti cætera mobilia non pretiosa, quæ servando servari non possunt. Donat. *cit. v. n. 934.*

851 Mobilia, ut pretiosa dicantur, debere esse valoris centum aureorum, tenet Castropal. *par. 2. disp. un. pun. 15. §. 1. n. 2.* Sed rectiùs cum com. dico, sufficere, & requiri, quòd excedant valorem viginti quinque aureorum; & ità declarasse S. Congr. dicunt Naldus, & alii apud Donatum *to. 1. p. 2. tr. 14. q. 48.*

852 Scutum aureum, licèt crescere soleat, aut decrescere, regulariter constituitur ex Juliis tredecim cum dimidio. Donatus *cit. q. 37.* Unde secundùm hanc computationem constituunt Scuta trigintaquatuor argentea monetæ Romanæ, & ferè trigintasex monetæ Siculæ.

853 Mobilia igitur, quæ non excedunt valorem vigintiquinque aureorum, aut quæ non durant triennio, sed usu consumuntur, ut sunt vinum, triticum, oleum, lana, & similia, non cadunt sub prohibitione, de qua loquimur; adeóque alienari possunt.

ALIENATIO RERUM PRÆDICTARUM PROHIBITA EST

854 JUre Canonico, ex pluribus juribus, maximè à Paulo 2. *in Extrav. Ambitiosæ cupiditati*, communiter dicta Paulina Concil. Trid. *sess. 22. de reform. cap. 11.* Urb VIII. *Per Const. de bonis Regularium non alienandis*, & à Decr. Sac. Congr. Conc. ejusdem Urb. VIII. jussu edito; apud Donatum *cit. q. 2.* In quibus prohibetur alienatio supra explicata, sub pluribus pœnis, nisi in certis casibus, & sub quibusdam solemnitatibus.

855 Casus, in quibus alienatio permittitur, sunt illi, in quibus adest Ecclesiæ necessitas, evidens utilitas, incommoditas, aut pietas. Mendo *ver. Alienatio num.* 1.

856 Insuper, ut in prædictis casibus, & causis: *de n.* 447. alienatio fiat, ex recensitis juribus requiruntur solemnitates quædam, videlicet. 1. Licentia, & auctoritas Prælati. 2. Tractatus, & consensus Capituli, seu communitatis, & subscriptio singulorum, saltem per Notarium. 3. Approbatio, & licentia Summi Pontificis, seu Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium. Prædicti namq; casus, puta evidens utilitas, &c. solùm sunt motiva ad licentiam impetrandam; & consensus Apostolicus se habet, ut forma actûs.

857 Patres Theatini habent privilegium alienandi bona immobilia de licentia sui Generalis, sinè S. Congr. consensu. Mendo *cit. num.* 10.

858 Pœnæ contra alienantes extra casus prædictos: *n.* 847. aut sinè recensitis solemnitatibus, sunt quatuor. 1. Nullitas contractus. 2. Excommunicatio latæ sententiæ, tam contra alienantes, quàm contra recipientes, quæ non est reservata. 3. Interdictum ab ingressu Ecclesiæ quoad Episcopos, & Abbates, & post sex menses addita est suspensio, à regimine, & administratione. 4. Privatio ipso facto Prælaturæ illius Ecclesiæ, cujus bona alienârunt; quæ pœna est pro Prælatis inferioribus, puta Commendatariis, Rectoribus, &c.

859 Dictæ pœnæ non incurruntur à subditis; quia *Extravagans* loquitur de Prælatis, beneficiariis, & aliis administrationem habentibus. Insuper constat ex verbis Decreti Urb. VIII. jussu editi: *At proinde operæ pretium putans illorum facilitatem aliquatenus compescere: Specialis S.D.N. jussu, Generalibus, & Provincialibus, Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, & quibuscumque aliis Superioribus Regularibus, cujusvis Ordinis, &c.*

860 Nec incurruntur ab ignorante, qui Bulla præsumptionem exposcit: *v. n.* 695. *tom.* 2. *num.* 379. exceptâ nullitate contractûs: *ex num.* 155.

861 Cajet. *in summ. ver. Excomm. cap.* in fine ait: *Quod hæc Decretalis non est ubique recepta, & alicubi videtur recepta non totaliter, sed quoad aliquid*; ità alii apud Donat. n. 1. *p.* 2. *tr.* 14. *q.* 3. Item Barb. Bonac. & alii apud eumdem dicunt: *Extravagantem hanc receptam esse quoad nullitatem contractûs, non verò quoad excommunicationem, & alias pœnas.*

Et innuunt, *quòd sicut lex in nihilo recepta ad nihilum obligat, ità lex in una sola parte recepta, quoad illam solam obligat.* Unde volunt praxim esse consulendam.

862 Insuper Mendo *in epit. cit. n.* 1. ait, pœnas in Extravaganti contentas in Hyspania non esse receptas.

863 Quaranta, & alii apud Donatum cit. dicunt, Extravagantem ubique, & quoad omnes sui partes esse receptam; solùm volunt privationem beneficii non incurri ante sententiam declaratoriam delicti.

864 Id certum est, recensitam Paulinam fuisse pluries confirmatam; maximè per Sac. Congr. Conc. Decreta: *ut in n.* 845. Ex præsertim in Italia observatam video.

865 Addit Donatus *cit. n* 12 *Bene verum est, quòd si Princeps scit, legem à se latam, & sufficienter publicatam, ab initio non fuisse ab omnibus receptam, nec observatam, & per decennium tacet, sibi præjudicat, & censetur, suam legem abrogare, quia ista taciturnitas, & dissimulatio est revocatio saltem virtualis* Covarr. &c. Quaranta *ubi sup. v. n.* 197. 244. 245. & 251.

866 Consensus Apostolicus potest subsi-

qui

qui conclusionem, seu contractum alienationis, dummodo tamen non tradatur antea possessio; quæ si antea tradatur, pœnæ incurruntur. Ex Declar. Clem. VIII. de anno 1599. Donatus *cit. q.* 26. Qui ritè advertit, non obstante conditionem in contractu appositam, *dummodo consensus Apostolicus impetretur, seu obtineatur*; quia protestatio erit illusoria, & contraria facto: *vid. num.* 842.

867 Tres possunt contingere casus, in quibus possit alienatio fieri absque consensu Apostolico. Primò. Si res sit exigui valoris. Ex *cap. Terrulas* 12. *q.* 2. Idem dicitur, si res stabiles sint minùs utiles, steriles, onerosæ, & plus incommoditatis afferant, quàm utilitatis & si utilitatem afferunt, est modica, hoc est, non excedit summam vigintiquinque aureorum, uti suprà.

868 Secunda. Si bona sint incognita, incerta, aut difficillimæ recreationis. Clericatus *cap.* 33. *num.* 16. ex Rota *par.* 2. *recent. dec.* 611. *v. num.* 852.

Quòd si talis res inculta, aut sterilis, post alienationem, ver. gr. post emphyteusim, sit facta fructifera, & reducta ad culturam, tunc, si redeat ad Ecclesiam, non potest de novo ultra triennium locari.

869 Tertia. Si urgeat summa necessitas, Papa consuli, & aditi non possit, & periculum sit in mora; vel si transiret occasio utilitatis, si expectaretur Papæ consensus. Delbene *tom.* 2. *cap.* 17. *dub.* 23. *num.* 2. Ant. à Spir. S. *de priv. regul. tract.* 2. *disp.* 1. *nn.* 162. Quia necessitas non habet legem, *in l.* 1. *ff. de off. Proconsul.* Hinc Donatus *cit. q.* 21. *n.* 5. ait, Regulares, indigentes victu, si non reperiant, qui credito illis tribuat, nec possint expectare Papæ consensum, posse alienare, pignorare, aut pecuniam ad cambium recipere: *v. n.* 894.

870 Eâdem ratione, si grex pecudum, bovum, &c. sit in aliquo periculo vitæ, aut destructionis, potest sinè consensu Pontificis, de consensu tamen Capituli, alienari, ità tamen, ut gregis pretium conservetur ad alium emendum, transacto periculo; aliàs alienatio erit nulla: *v. num.* 884.

Pariter posse Prælatum ex justa causa, & utiliùs unam rem in aliam ejusdem Ecclesiæ transmutare, puta ex calice vetusto, & Ecclesiæ non necessario, facere Crucem necessariam; vel ex Oliveto, aut sylva ferè inutili facere vineam fructiferam, & è converso; docet Ant. à Spir. S. *de priv. regul. tract.* 2. *disp.* 1. *num.* 165. Delbene *tom.* 2. *c.* 17. *dub.* 23. *n.* 11. *cum aliis*: *v. num.* 932.

871 Alienatio sinè solemnitatibus facta rescindi potest tam ab Ecclesia, quàm ab emptore.

872 Qua rescissione facta sunt ab emptore restituendi fructus, utpotè nulliter percepti, & omnia reduci debent in pristinum.

873 Prælati, aut alii, qui assumptione officii juramentum emittunt de non alienandis rebus Ecclesiæ, seu Monasterii, illud non violant, si cum debita causa, & solemnitatibus alienent; quia ad alienationes indebitas, & illicitas extendi intelligitur. Mendo *cit. num.* 7.

LOCATIO, ET CONDUCTIO ULTRA TRIENNIUM

874 Est prohibita. Hoc autem intelligi debet de terris, seu prædictis, quæ quotannis fructificant, seu suum justum ferunt fructum. Ita Donatus *cit. q.* 39.

Qui proindè ait, in Lusitania, ubi Oliveta non quolibet anno, sed uno biennio justum ferunt fructum, locari ad sex annos, ut sic conductores, tres possint percipere fructus. Et ità poterit ad novem annos locari prædium, si singulis trienniis fructificet; quia tunc unum triennium unico æquivalet anno, &

& *Extravagans*, respicit fructus triennales, minimè temporis spatium sine fructu. Ita Donatus.

875 Locatio rei fructificantis singulis annis, si fiat eidem per novem annos, est valida, & inde sustinetur per primum triennium; est autem invalida, & inde sustineri non potest per sequentes annos; quia lex irritativa solùm quoad posteriores sex annos tali contractui resistit, minimè quoad tres priores.

876 Quòd si locatio fiat eodem tempore tribus personis, singulis per distinctum triennium, putà cùm clausula, ut unius triennio finito, habeat locum locatio alterius: illicita, & nulla, uti suprà; quia est in fraudem legis, & reverà est per novennium.

877 Locatio facta per triennium, non potest prorogari durante primo triennio, nisi conductor augeat mercedem; quia tunc ratione mercedis auctæ de novo, est nova, & diversa locatio. Elapso verò triennio, renovari potest; quia tunc est relocatio, seu distincta, & diversa locatio ad triennium.

878 Quod dicitur de re stabili, dicendum etiam venit de redditibus, & fructibus ad beneficia, aut ad Ecclesias spectantes; quia lex prohibet omnem actum, per quem transfertur jus in re. Hinc non potest Beneficiarius concedere in emphyteusim fructus beneficii vitæ durante: Et si ultrà triennium locet, non tenetur successor stare locationi.

879 *Bene verum est* (subdit Donatus *cit. q.44.n.2.*) *quòd Clericus beneficiarius potest usumfructum rei Ecclesiasticæ concedere, cum sola obligatione dandi scilicet commoditatem, & utilitatem capiendi fructus, vita sua durante; per hanc enim concessionẽ non transfertur aliquod jus in re, sed beneficiatus tenetur solũ exhibere usufructuario commodiatè percipiendi fructus.* Quaranta *ver. Alienatio, &c.*

880 Illud certum est, concessionem rerum ultra triennium, & in emphyteusim, non prohiberi, sed fieri posse absque assensu Apostolico, tribus concurrentibus conditionibus, a constat per exclusionem, quæ in ipsa prohibitione ab *Extravagante* sit his verbis: *Præterquam in casibus à jure permissis, ac rebus & bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis, & cum Ecclesiarum evidenti utilitate.*

881 Unde ritè colligitur, licitam esse locationem ultrà triennium, ubi adsit consensus do præscripta. Mendo *cit. n.2.*

882 PLURA DE ALIENATIONE RESOLVUNTUR,

883 CErtum est, quòd loquendo de bonis patrimonialibus, etiam de illis, a quorum titulum Clericus est ordinatus, potest Beneficiarius, aut Clericus, nedum ea ultrà triennium locare, verùm etiam alienare, vendendo, donando, &c. si aliundè habeat, unde vivat; quia prohibitio cadit suprà bona communia Ecclesiæ. Et constat ex Trid. relato *in tom. 3. n.48. & 62.* Diana *p.8. tr.8. res. 23.* Mendo *n. 2.*

884 Greges ovium, caprarum, &c. alienari non possunt sine causis, & solemnitatibus præscriptis; quia computantur inter mobilia pretiosa, quæque immobilibus comparantur; quoniam servando servari possunt, & ex eorum fructibus, quos quidem licitè vendit, Ecclesia, seu Monasterium conservatur: *v.n.870.*

885 Libri, qui in Monasteriis conservantur, si excedant summam 25. aureorum, alienari non possunt sine licentia S. Congr.

886 *Quæ tamen conclusio* (ait Donatus *ext. q.50.*) limitatur: *Primò, ut non procedat, quando libri paulatim venduntur, & in meliores, & utiliores commutantur,* &c. sine exceptione

cessione 12. q. 2. *Secundò, quando libri successivè venduntur, & inter unam, & aliam venditionem interponitur magna temporis mora: sunt enim furta minima in tali casu non censenda continuari, ità nec hujusmodi venditiones.* Vide verò, *Plura minuta furta.* Item *n.* 895. & 934.

887 Annui census alienari non possunt absque assensu Pontificis; quia inter immobilia computantur; nam sunt constituti super rebus immobilibus, qui singulis annis fructificant.

888 Hinc annui census, & redditus diminui non possunt, si contractus in suo robore maneat, & non fuit rescissus; quia diminutio est species alienationis.

889 Si verò contractus fuit rescissus, & capitale fuit depositatum, & restitutum; tunc, si Monasterium pro investitione non inveniat fundum, tot reddens redditus, quot primum, sed minores, puta septem, aut quinque pro centum, quando primum reddebat decem; tunc licitè potest investitio fieri pro minori; quia res tanti valet, quanti vendi potest, *leg. pretia rerum. ff. ad legem falcidiam.* Idem dic, si tunc duo reperiantur fundi, unus reddens totidem, nempe decem, sed periculosa, alius reddens septem, aut quinque, sed secura, & tu investias super minori; quia gens uilius rem Ecclesiæ, & legantis; nam plus valent quinque, aut septem certa, quàm decem periculosa, uti experientia comprobat.

890 Prælatus, si repudiet legatum, aut hæreditatem Monasterio relictam, non jam tamen adeptam, & acquisitam, non dicitur alienare, nec inde incurrit pœnas *Extravagantis*, licèt possit ex alio titulo peccare, si sine justa causa Monasterium iis bonis acquirendis privet.

891 Ratio est, quia illa bona prohibentur alienari, quæ sunt Ecclesiæ, seu Monasterio incorporata, & actu ab eo possidentur; nam à recensitis juribus prohibentur alienari bona Ecclesiæ: at antequam sint incorporata non dicuntur bona Ecclesiæ, sed dicuntur bona acquirenda, seu proximè acquisibilia, non acquisita: *v. n.* 1018.

892 Quare colenda sunt dicta infrà, *de jure, & dominio.* Jus námque est duplex: *Ad rem, & in re.* Jus ad rem est dispositio ad rem acquirendam, unde est jus imperfectum, quod non tribuit dominium rei. Jus autem in re est jus quæsitum, ratione cujus illud habens dicitur acquisiviſse dominium rei; & hoc dicitur adeptum, & incorporatum. Tunc autem quis dicitur habere jus in re, quando quis per aliquem actum ad dominium requisitum rem fecit suam, puta per instrumentum adeptionis, per rei traditionem, per hæreditatis aditionem, aut per acceptationem donationis, & legati, ut distinctiùs, *ut in ver. Dominii proprietatis acquisitio.*

Cùm igitur ante acceptationem bona donata, aut legata non sint incorporata, sequitur, quòd Prælatus illa repudians, non dicitur alienare bona Monasterii, aut Ecclesiæ.

893 Pariter, si quis Calicem pretiosum legasset, non posset Prælatus, aut Rector Ecclesiæ pro eo pecuniam accipere post Calicis acceptationem, bene verò antea. Idem dic de transactionibus, cessione litis, concordiis, &c.

894 Regulares (casu consuetudinis legitimè præscriptæ, aut extremæ necessitatis excepto: de quo in *num.* 869.) nec possunt super bonis ad eorum Monasteria spectantibus census imponere, nec pecunias ad cambium, vel mutuo accipere cum solutione lucri cessantis, aut damni emergentis. Ex Decr. S. Congr. Justu Urb. VIII. die 21. Maji 1629. apud Donatum *cit. q.* 68. quia sunt spe-

cies alienationis, & modi eludendi mentem S. Congr. Unde vult, transgressores incurrere pœnas alienantium.

In quare, Pelliz. *de Monialib. c. 6. nn. 29.* inquit.

„ Addo, quòd si Monialis ex mutuo reci-
„ piat mille aureos cum pacto solvendi quin-
„ quaginta mutuanti, quotannis ex annuis
„ redditibus ipsi Moniali ad vitam concessis,
„ & hoc, usque dum restituantur dicti mille,
„ & ex titulo lucri cessantis; verè non dicitur
„ alienare, nec incurrit pœnas latas contra
„ alienantes bona Ecclesiastica; & ratio est,
„ quòd quando Sacra Congr. prohibuit, ne
„ Regulares recipiant mutuo pecunias cum
„ solutione lucri cessantis, vel damni emer-
„ gentis, loquitur solùm in casu, quo fundus,
„ unde colligi debent annui redditus, obliga-
„ tur, & ipse fundus sit Monasterii. Unde fit,
„ ut quamvis in casu proposito de licentia do-
„ mini obligaretur fundus à consanguineo
„ Monialis ei assignatus ad solutionem præ-
„ fatorum reddituum; non ideo interveniret
„ propria alienatio, nec incurrerentur pœnæ
„ latæ contra alienantes bona ecclesiastica.
Ita Baldellus, Naldus, Bordonus, & alii docti
„ viri à me consulti.

895 Religiosus autem, qui de licentia sui Superioris summam pecuniæ mutuam accepit ad imprimendum suum librum cum onere solvendi postea Capitale, & lucrum cessans ex pretio librorum post impressionem vendendorum (idem dic de Superiore, id faciente de licentia, & assensu Monasterii) non dicitur alienans, nec inde incurrit pœnas. 1. Quia nec tales libri, nec eorum pretium sunt incorporata Monasterio; non jam enim sunt in re, sed in spe remota.

2. Quia hi libri, postquam erunt impressi, non sunt conservandi, sed vendendi; sunt enim ex natura sua merces venales, sicut alii similes libri; adeóque non sunt de genere rerum immobilium, aut mobilium pretiosarum, quæ servando servari possunt, ex quibus loquitur Extravagans. 3. Quia eorum pretium ebrogunia, quæ non est prohibita distrahi, ut dicta *in n. 906. v. num. 885.*

896 Si testator bona stabilia Monasterii reliquit cum onere ea in totum, aut pars alienandi, vendendi, &c. ad satisfaciendum suis creditoribus, ad legata exteris solvenda, &c. non incurrit pœnas Prælatus alienans, nec peccat; imò alienare tenetur maximè ad satisfaciendum debito justitiæ quod testatorem ligabat; Quia ex una parte ultima voluntas testatoris est omnibus modis servanda, *cap. ult. 4. 13. q. 2.* Nec jura permissa sunt edita contra testatorem; Et quilibet in traditione rei, etiam Ecclesiæ facta, potest adjicere pacta, quæ vult, *cap. Verùm, decim. dist. appos.* Ex alia parte res ad legatarium, aut hæredem transit cum suo onere, quod super illa testator habebat. Unde recensitæ alienationes non sunt voluntariæ, sed necessariæ; præfata autem jura solùm alienationes voluntarias comprehendunt, minimè necessarias.

Hac ratione non prohibetur alienatio, quæ est debita, si res injustè detineatur. Item, si res sit simul, indivisim tamen, sub dominio Monasterii, & alicujus sæcularis, qui illam vendere vult; quia tunc alienatio est necessaria Monasterio, non voluntaria.

897 Res Monasterio relicta sub conditione, quòd non possit alienari, & in casu alienationis, pertineat ad aliud Monasterium, aut ad tertiam personam, non potest alienari, quin ad aliud Monasterium designatum pertineat: sequitur ex dictis; ità Donatus *cap. 9. 82.*

898 Qui tamen addit, quòd mobile pretiosum relictum Monasterio ad certum finem, cum

cum sola obligatione non alienandi, alienari potest (causa existente, & solemnitate) ut ejus pretium applicetur in emptionem rei utilioris, aut saltem finis, pro quo fuit relictum; quo cessante fine, cessat lex, *cap. cum cessante, de appell.* Ità Donatus *q.* 82.

899 Moniales non possunt sinè causa, & solemnitate, alienare bona Monasterii, nec ipsarum dotes; quia dotes inter immobilia numerantur; & debent in emptionem stabilium applicari. Ex dec. S. Congr. Donatus *tom.* 1. *par.* 3. *q.* 51. *n.* 9. *Verùm videò* (ait Mendo *nu.* 8.) *consuetudine inductum in pluribus Monasteriis, quod insumantur in solvendis debitis, & in sustentationem illorum.*

900 Item nec possunt alienare etiam de licentia Superioris annuum usum privatæ Monialiconcessum de bonis Monasterii; quia jus percipiendi singulis annis certam summam pecuniæ, est usus juris, qui inter immobilia computatur. Si autem Monialis non concedat alicui annuum usum talis boni, sed pro se retineat, singulis tamen annis præcisè remittat illi fructus, non erit alienatio, sed potius eleemosyna, si ille erit consanguineus pauper; quia hoc pacto non transfert usum juris, sed usum facti, qui ab usu juris distinguitur. Ex *Clem. Exivi, de verb. signific.* & inter mobilia computatur: In priori autem casu (ut docte ponderat Bord. *resp.* 126. *n.* 40.) fit unica remissio pro futuris annis, quæ est cessio sui juris, & ideo alienatio.

901 Bona immobilia relicta Monasterio inopaci, cujusmodi sunt Monasteria Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci, Discalceatorum, Capucinorum, & Clericorum Regularium, qui quidem neque in communi possident, non comprehenduntur sub Extravagante, & Decretis; sed possunt, imò debent ea vendere, aut cum hæredibus se componere, eorum pretium semel solvendum accipiendo, & in necessitatem, ac utilitatem Monasterii expendendo.

902 Constat ex Bulla Clem. VII. nuper 23. Novembris 1526. quæ id concedit nostro Ordini de Observantia.

903 Et ex Decr. Sac. Congr. Conc. Pro Clericis Regularibus apud Donatum *cit. q.* 67. Hi námque exposuerunt, qualiter Panormi quoddam Prædium stabile, vulgò dictum *La Ficarazzi*, ipsis relictum, non jam alienatum fuerit, ac inde petierunt declarari, illud non comprehendi sub prohibitione de non alienandis rebus Monasterii, protestantes se velle proprium observare institutum, quod prohibet bona immobilia possidere animo ea retinendi. Quâ expositâ supplicatione.

Sacra Congregatio Cardinalium Conc. Triden. Interpretum censuit, Religionem Clericorum Regularium Theatinorum, quamdiu institutum superiùs propositum retineat, quoad bona immobilia, non comprehendi in prohibitione nuper edita de rebus Ecclesiæ non alienandis. Cosmas Card. de Torres. Prosper Fagnanus. Sac. Congr. Secr.

904 Ratio est (ut doctè ait Donatus *cit.*) quia hæc bona non sunt Monasterio incorporata ob incapacitatem ejusdem. Ex *Clem. Exivi, de verb. signif. v. num.* 891.

905 Eorum autem mobilia pretiosa, ut Calices, Vasa sacra, &c. sub dictis prohibitionibus cadunt; quia hæc censentur incorporata, & Divino Cultui applicata.

PECUNIA

906 Est mobilis, sed non mobile pretiosum; unde in quavis quantitate sit quantum est ex se, non est prohibita alienari.

Mobile námque, ut pretiosum dicatur tria debet habere. 1. Ut valeat ultra viginti quinque aureos. 2. Ut servando servari possit,

sit, 3. Ut sit fructifera. Pretiosum namque dicitur, quod servando servari potest cum fructu; & quidem pretiosum magis dicitur ex fructu, & utilitate, quam affert, quàm ex sola persistentia.

907 Pecunia verò, licèt possit habere primum, non habet reliqua duo; nam non potest commodè conservari; imò ex sui natura non habet conservari, sed distrahi; (rectè ait Donat *cit. q.* 51.) Non enim datur, & accipitur, ut conservetur, sed ut in aliud commutetur; etenim fuit inventa ad commutationes rerum faciendas. Unde usus nō distinguitur à pecunia, sed est constitutivum formale pecuniæ; argentum verò, aut aurum est purum materiale. Hinc D. Thom. 2. 2. *q.* 78. *art.* 1. ait: *Quod sicut usus vini est bibi, ita & usus pecuniæ est alienatio, seu distractio; & sicut vinum consumitur per ejusdem usus, nempè per ly bibi, ita & pecunia per ly alienari.*

908 Deniq; non est fructifera, ut constat ex dicendis de usurâ; nam *nummus non parit nummum, c. Ejiciens, dist.* 83. *in fine.* Et hæc est ratio, cur, si ex pecunia mutuo data aliquid accipiatur, usura committitur.

909 Ex dictis concluditur cùm Donato *cit.* Primò, quod si fructus beneficii consistant in pecunia numerata, potest illam Beneficiarius expendere absque eo, quòd incurrat pœnas extravagantis.

910 Secundò, quòd pecuniæ ex bonis Monasterii exactæ possunt expendi, aut investiri, & alienari per emptionem alicujus stabilis fructiferi sine licentia Papæ. Imò possunt mutuò tradi, aut eleemosynaliter elargiri, expendi, & consumi; quia sunt fructus; & sic Ecclesia potest de illis disponere, sicut de aliis fructibus. Tertiò, quòd legatum omnium bonorum mobilium domus comprehendit pecunias existentes in capsa domûs ipsius legantis Ita Donat. *cit.*

QUÆRES I.

911 *An assensus Apostolicus ex lapsu longissimi temporis præsumatur interfuisse alienationi?*

LApsus decem annorum dicitur longitemporis, lapsus verò triginta, aut quadraginta annorum, dicitur longissimi temporis *in* 16. *q.* 3. *Cod. jubemus, l. fin. Cod. de præscriptione longi temporis.* Donatus *tom.* 1. *p.* 14. *n.* 2. Hoc præmisso.

912 Resp. cùm distinctione: Vel enim in instrumento alienationis nulla fit mentio de assensu Apostolico. Et tunc ex lapsu longissimi temporis, putà triginta, aut quadraginta annorum, præsumitur. Donatus *tom.* 1. *part.* *q.* 28. *ex c. pervenit* 4. *de empt. & vend.* Ubi habetur: *Quòd triginta annis constante alterum matrimonio, domum ipsam bona fide, justoq: justo possedit.* Et ita in similibus semper Rot. Rom. judicasse, ait Quaranta apud Donatum *cit.* Idem dicendum est de similibus solemnitatibus intrinsecis, aut extrinsecis.

913 Semper autem requiritur bona fides *Quoniam nulla antiqua dierum possessio juvat aliquem malæ fidei possessorem.* Ita *in c. cogitanti, de præscript.*

914 Vel in instrumento alienationis apparet facta mentio de assensu Apostolico impetrando, putà si dicatur: *Salvo assensu Apostolico impetrando.*

Et tunc Novar. Capyc. Gramm. & alii Doctores apud Donatum *cit. q.* 29. docent præsumi, *ex c. cum sicut* 16. *de sent. & re judicata*, ubi dicitur: *Præsumi debent omnia legitimè præcessisse.*

915 At Matthæus de Afflictis apud eumdem tenet, solemnitates extrinsecas præsumi, si earum defectus nunquam fuit allegatus; si autem fuit allegatus, non præsumi, sed debere plenè probari.

916 Hoc

916 Hoc autem docet expressè in casu, quo agitur de præjudicio tertii. Cum igitur ex recensita clausula constet, non intervenisse in confectione contractus assensum Apostolicum, simus in causa de præjudicio Ecclesiæ, & pars altera neget assensum intervenisse, sequitur, quòd debeat plenè probari.

917 Donatus *cit. n.* 3. refert ex Vilagut; ita fuisse decisum in Sacro Conc. Neapol. in omnibus causis, in quibus ex recensita clausula: *Salvo assensu impetrando*, constabat, in contractu non interveniisse assensum, non obstante quòd in una elapsum erat à die contractûs tempus 48. annorum, & in alia annorum 52. cum adducta præsumptione, quòd deperdita fuerit scriptura de assensu, ob improvisam emptoris mortem, & ex eo, quod fuissent furto ablatæ, quamplures scripturæ, hoc, inquam non obstante fuerunt rescissi contractus alienationis, & restituta bona.

Recole dicta de Præscriptione.

QUÆRES II.

918 *An pecunia Monasterii possit alienari sine assensu Apostolico?*

Pecunia potest pluribus modis figurari. Ita varia erit resolutio.

919 Primò. Si pecunia magna summa [ut supponitur] est relicta cùm potestate distrahendi, potest alienari, & consumi sine assensu Apostolico, ut constat ex dictis *n.* 906. & 896.

920 Secundò. Si est relicta cum obligatione emendi rem stabilem, aut eam investiendi super re stabili ad censum annuum percipiendum, seu ad fructificandum, alienari seu consumi non potest; quia quamvis pecunia ex se, nec immobilis sit, nec mobile pretiosum: ex dictis *à num.* 906. ut destinata tamen ad emptionem rei immobilis, immobilis censetur; & pariter destinata ad emptionem mobilis pretiosi, mobile pretiosum reputatur; ac proinde non potest alienari, & consumi sinè assensu Apostolico.

921 Tertiò. Si pecunia sit recepta ex venditione alicujus stabilis Monasterii, debet in emptionem alterius rei stabilis applicari.

922 Quartò. Si pecunia sit collocata in Montibus, data ad censum, ad cambia, &c. non potest alienari, & consumi; quia est fructifera, & inter immobilia computatur; nam pecunia sic applicata parit jus exigendi quotannis certam pecuniæ summam, quod jus rei immobili comparatur. Donatus *cit. q.* 52 *n.* 5. Bonac. & alii apud ipsum.

923 Ex quo fit, quòd pecunia destinata ad emendum annuum censum super re stabili, si debitis diligentiis adhibitis, non appareat spes de proximo eam sic investiendi, possit dari ad cambia, aut alium contractum licitum, usquequò opportunitas sic investiendi reperiatur; ita tamen, ut quotannis fructificet, pecunia capitali semper assecurata. Huic meæ sententiæ potiori jure adhæret Bordonus, qui ad plus se extendit, ut modò: *in nu.* 925.

1 Quia hæc non est alienatio, nec consumptio, sed applicatio pecuniæ ad fructificandum in bonum Monasterii, quo aliàs privaretur.

2 Ex rationabiliter præsumpta, imò ex moraliter certa voluntate testatoris; certum namque est, quòd testator pecuniam reliquit ad fructificandum, non ut otiosa conservetur, qualis maneret, si diù, & sine spe eam super re stabili investiendi, retineretur in capsa; tunc autem non esset fructuosa, sed otiosa maneret, si uno ex præfatis modis non appli-

catur; adeóque tali applicationi accedit rationabiliter præsumpta, imò moraliter certa testatoris, seu donantis voluntas

3 Quia pecunia diù retenta in capsa sine spe applicationis, nec esset immobilis, nec mobilis pretiosa: ex dictis *à num. 906.* Præfato autem modo applicata, esset immobilis, & fructifera; sequitur ex dictis *n.* 922. quia pareret jus exigendi quotannis certam pecuniæ summam, videlicet prioribus annis per applicationem, v. gr. ad cambia, sequentibus verò annis, investitione super re stabili facta, per talem investitionem. Insuper prioribus annis satisfaceretur dispositioni testatoris per æquivalentiam, & ex ejusdem voluntate præsumpta.

924 Quintò. Si pecunia non sit de deputatis ad fructum, sed retineatur conservata pro futura necessitate Monasterii, reputatur inter immobilia; & cùm sit in proprietate Monasterii, non potest sine solemnitatibus alienari. Donat. *cit. q.* 52. *n.* 4.

Pecunia igitur ista, conservata pro futura necessitate Monasterii, aut destinata ad emptionem stabilium, uti suprà *in n.* 920. & 921. quæ potest de proximo ad id applicari, non potest distrahi, dari ad mutuum, ad cambia, aut alio modo alienari, ut probatum est. Donatus *cit. q.* 53.

925 Contra Bordonum *ref.* 27. *n.* 11. qui affirmat, posse, ob rationem conceptûs pecuniæ: *de n.* 906. *ad* 908. Primò. videlicet, quia talis pecunia, nec est de immobilibus, nec de mobilibus pretiosis, ut in cit. locis, & sic non cadit sub prohibitione. Secundò, quia in tantùm dicta pecunia dicitur prohibita alienari, in quantùm refertur ad emptionem stabilium, ad quæ est destinata, itaut, si non esset ad ea destinata, non prohiberetur alienari; hæc autem destinatio, & ordinatio non obstat; quia jura prohibent alienationem acquisitorum ab Ecclesia, minimè acquirendorum, ut constat ex *n.* 890. *ad* 893. Ita discurrit Bord. qui subdit pecuniam, consignatam in Bancho S. Ambrosio Mediolani, posse extrahi, & distrahi, non obstante Extrav. de Decreto, cujus ratio est.

„ Quia pecunia exposita negotiationi per „ contractum societatis, & finito negotio „ seu tempore præfixo restituta, potest distra„ hi, cùm hujusmodi pecunia sic exposita „ non habeat perpetuitatem in fructificando; una ex conditionibus est, ut non „ possit fieri pactum, salvo capitali, ex Sa„ to V. Constit. 45. *Detestabilis*, quamtendit Nald. *ver. Societas.* Sed Banchum „ dictum sic negotiatur per contractum So„ cietatis, ergo hujusmodi pecunia distrahi „ potest, sicut si daretur particulari perſonæ, & eò magis, cùm possit repeti ad „ arbitrium reponentis; & sic patet, multùm „ discreparo à censu, cujus pecunia repeti „ non potest, sed tantùm accipi, quando „ offertur ab eo, qui censum vendidit, & in „ censu adest perpetuitas, quæ non in Ban„ cho. Tum quia, sicut voluntariè exposita „ fuit lucro ità illo expoliari potest per re„ petitionem, quod Banchum negare non po„ test; ac proindè tunc amittit rationem rei „ pretiosæ, cùm non ampliùs dicatur frugi„ fera ex conditione ipsius contractus; & sic „ nulla est secunda ratio in contrarium addu„ cta.

926 Sextò. Pecunia restituta Monasterio ex extinctione alicujus census, non necessariò debet applicari ad alium censum, sed potest applicari ad emptionem alicujus stabilis fructiferi, putà domus, prædii, &c. quia talis applicatio est utilior Ecclesiæ; nam per eam acquirit dominium proprietatis rei, & sit tutior; per emptionem autem censûs, solùm fit domina juris ad exigendum annuum cen-

censum, qui non est tam tutus, sicut res stabilis.

927 Item potest investiri in redemptionem aliorum censuum ejusdem Ecclesiæ; quia hæc redemptio non est alienatio, sed resolutio prioris alienationis; quæque est utilior Ecclesiæ, cujus patrimonium anteà diminutum, per eam augetur. Donatus *cit. quæst.* 74.

Qui subdit: *Nec objicias, quod sicut non licet sine beneplacito Sedis accipere pecunias ad census pro extinctione priorum censuum, quantus fructus, qui ex re percipiunt, inferiores sint, quàm census, qui solvuntur*, Novar. 1. *par. sum. de alienat. nu.* 10. & 2. *par. add. tit. n.* 4. *ita non licet, pecuniam restituere, pro redemptionem prædictam implicare; nam aliud est pecunias accipere, & pro illis censu annuos vendere super bonis Ecclesiæ, ut conjungantur alios census redimat, & aliud, restituat pecunias, quæ Ecclesiæ sunt in redemptionem censuum investire: illud námq; est vendere, & alienari voluntariè, hoc verò est redimere, & reemere, quod est acquirere, & meliorare, & adversis non sit illatio.*

QUÆRES III.

928 *Repentinus casus imminet reparandi domum Ecclesiæ, quæ ruinam minatur, Prælatus autem nullas alias habet pecunias, nisi quandam summam super bonis stabilibus inscriptendam. An possit eam pro reparatione talis domus insumere?*

RESP. posse. Bord. *res.* 126. *n.* 22. Dominus *cit. q.* 75. quia hæc applicatio est æquivalens investitioni ejusdem pecuniæ super stabili, nempe domo; nam ex ejus ruina cessaret Monasterio annuus fructus ex illa, qui tamen reparatur, & perseverat per applicationem dictæ summæ ad reparandam ejus ruinam. Tum quia hæc non est alienatio; nam non est translatio pecuniæ in tertiam personam, sed est applicatio ejus in fabricam ad idem Monasterium spectantem. Item ex dictis *n.* 896. Jura prohibent voluntarias, minimè necessarias alienationes.

929 Et ut doctè innuit. Bord. *cit. Cum leges, & Decreta fundentur in ratione, & justitia, non obligant, nec locum habent, quando ex earum observantia sequeretur aliquod damnum, quod intendunt præcavere.* Et quidē in re nostra finis Extravagantis; prohibendi omnem alienationem bonorum Ecclesiæ, & Monasteriorum (ut constabit eam legenti) fuit servare indemnia Ecclesiam, & Monasteria, pro Divini cultûs conservatione, & pro Clericorum, ac Religiosorum inservientium congrua, & honesta sustentatione: *v. n.* 957.

QUÆRES IV.

930 *An mobilia pretiosa, putà lampades, vasa argentea, &c. possint sine assensu Apostolico alienari, ut eorum pretium in fabricam Monasterii convertatur?*

NEGAT [consuetudine seclusa] Bonac. *de alienat. dis. 2. q. un. punct. 2. n.* 30. quia mobilia pretiosa expressè comprehenduntur in Extrav.

931 Affirmat Riccius apud Donatum *to. 1. par. 2. q.* 15. quia hæc non est propriè alinatio, cùm non transferatur dominium ad extraneam personam, sed converso de uno in alium usum ejusdem Monasterii, apud quod dominium remanet.

932 At rectè Donatus *n.* 2. subdit:

„ Verùm tamen illic Riccius loquitur de „ lampadibus superfluis, quæ ab una Eccle„ sia alteri venduntur, vel commutantur, ob „ superfluitatem; quas alienationes, vel com„ mutationes, inter Ecclesias factas, voluit, non

„non comprehendi sub dispositione *dict. Extravag.* de qua re dico infrà, & additur, „quòd *d. Paulina*, loquitur de necessariis, & „de usui Ecclesiastico dicatis, non autem „de superfluis, quæ otiosa manent: *vide nu.* „850.

933 Hic facit, quod ex Port. innuit Pellizar. *de monialib. cap. 7. num. 29.*

„ Concedit tamen Portell. *p. 1. resp. mor. ca-*„*su 7. n. 5.* quòd si alicui Conventui Monia-„lium ex legato relinquatur bibliotheca li-„brorum latinorum, ei absque licentia Sedis „Apostolicæ posset ab illis alienari, ejus pre-„tio implicato in bonis fructiferis emendis; „sicque in Regno Portugalliæ in facti con-„tingentia decisum fuisse à Collectore „Apostolico; & quidem non per mo-„dum dispensationis, sed per modum „rationabilis declarationis in eo fun-„datæ, quòd bibliotheca librorum lati-„norum est omnino inutilis Monialibus, „ideóque cesset finis legis vetantis alienatio-„nem bonorum ecclesiasticorum. Ità Portell. „addens, eodem modo sinè licentia Sedis „Apostolicæ potuisse vendi quosdam pannos „pretiosos Monasterio cuidam Monialium „relictos pro ornatu parietum, qui erant „Conventui omnino inutiles, & ex vetustate „jam corrumpi incipiebant.

934 Denique Ant. à Spir. S. *de privil. regul. tract. 2. disp. 2. nn. 166.* quamvis id neget de lampadibus argenteis, quæ sunt immediatè ad usum Ecclesiæ, id concedit de arboribus, nimirum, quòd possint incidi ad reparationem Ecclesiæ materialis, si urgeat necessitas, & aliunde non adsit pecunia.

QUÆRES V.

935 *An si Monasterium gravetur debi-*
posset Pralatus sinè assensu Apostolico bona Mo-
nasterii alienare ad satisfaciendum creditori-
bus?

REspondet perdoctè Quaranta apud Do-
natum *q. 71.* cum distinctione. Vel Supe-
rior vult rem Monasterii alienare, seu vende-
re ex se ad satisfaciendum creditoribus. Vel
id vult ad creditorum instantiam; Si primum,
non potest sinè assensu Apostolico; quia est
alienatio voluntaria.

936 Si secundùm, potest ex dictis num.
896. quia est alienatio necessaria. Sed tunc an-
tequam deveniatur ad venditionem rei, ad
alicujus censûs extinctionem, debent semper
conditiones concurrere, & observari. 1. Quòd
debitum fuerit legitimè à Monasterio contra-
ctum. 2. Quòd creditorum instantia sit ur-
gens. 3. Quòd Monasterium non habeat fru-
ctus, quibus satisfacere possit. 4. Quòd credi-
tor non sit contentus pignore, ut det tempus;
tunc námque licita est oppignoratio, 5. Quòd
satisfactio non possit fieri per bona mobilia.
6. Quòd illa res vendatur, quæ est minùs dam-
nosa: *vide num.* 925. 7. Quòd fiat cum au-
thoritate Judicis Ecclesiastici.

QUÆRES VI.

937 *An hypotheca generalis, seu obligatio*
generalis omnium bonorum Monasterii talium
sub prohibitione alienationis?

HYpotheca à pignore differt per hoc, quòd
hypotheca est obligatio rei immobilis,
pignus verò rei mobilis.

Cadere sub prohibitione, & fieri non
possi-

posse fieri assensu Apostolico, tenet Donat. *cit. q. 67. n. 1.* Quia in Extravaganti, & Decreto prohibetur hypotheca, seu oppignoratio absolutè, nullâ factâ restrictione, adeóq; prohibetur non solùm specialis, verùm etiam generalis.

938 Respondeo, non cadere sub prohibitione, sed licitè fieri posse sinè assensu Apostolico hypothecam, seu obligationem generalem omnium bonorum Monasterii; sed solùm prohiberi hypothecam specialem. Bord. *res. 27. n. 13. & res. 116. n. 47.* Mendo *in opt. ver. Alienatio n. 3.* Pirhing. *in comp. lib. 3. tit. 13. sect. §. 1.* Fagnan. *in lib. 3. Decr. c. Nulli tenet 5. de rebus Eccl. non alien. nu. 30.* Probatur 1. *Ex c. Nulli 5. de rebus Eccl. non alien.* ubi prohibetur hypotheca specialis, unde non debet fieri extensio ad generalem; eò maximè, quia Extrav. & Decr. non opponuntur juri communi; & ità est dicendum, ne videantur jura discrepare; nam *expedit jura juribus concordare, c. 29 de elect. in 6.* 2. Quia aliàs Regulares cùm nullo contrahere possent, quia in omni contractu apponitur clausula obligatoria bonorum, & sic contractus claudicarent. 3. Quia aliàs Monasteriis pauperibus secluderetur modus vivendi; nam creditores non inveuirent.

939 Demiq; Fagnanus *cit. n. 32.* resolutionem firmat, ut sequitur: *Demùm hanc sententiam probavit meo tempore Sac. Congreg. Conc. in contractibus Regularium: Nam proposito dubio. An in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis, comprehendatur quævis alia hypotheca, nec ne? S. Congr. censuit non comprehendi.*

QUÆRES VII.

940 *An Monasterium possit emere aliquod stabile cum onere solvendi aliquem annuum censum?*

RESp. posse. Donatus *cit. q. 76.* quia hæc non est alienatio, sed acquisitio stabilis. Pro eo autem onere nulla debet hypotheca, seu obligatio fieri super bonis Monasterii, sed solùm res illa obligari debet, quæ est subjecta censui.

QUÆRES VIII.

941 *An arborum incisio, & excisorum venditio sit alienatio, quæ fieri non possit sinè assensu Apostolico;*

PRo claritate sunt certa dividenda ab incertis.

Et quidem certum est, eam, quæ radices non emisit, arborem dici non posse.

Arbores autem sunt diversi generis. Aliæ námq; sunt frugiferæ, & feraces, quæ reddunt fructus; vel naturales, quales sunt, quæ ex natura sua absq; hominis industria fructus producunt, ut poma, fiel, &c. vel industriales, quales sunt, quæ sine hominis industria non reddunt fructus, utì vites, & olivæ in ordine ad vinum, & oleum.

942 Et quidem has sinè justa causa cædens, peccat mortaliter, & tanquam latro punitur. Insuper earum incisionem esse alienationem, & sine assensu Apostolico fieri non posse, est certum; quia hæ arbores cedunt solo, sunt destinatæ ad fructum annuum, & substantia fundi fit notabiliter deterior, si incisio sit in magna quantitate. Tum quia incisio arborum æquiparatur demolitioni domorum.

943 Unde non incurreret pœnas, 1. qui

cederet in parva materia, putà duas, vel tres arbores.

944 2. Si incisio fieret, in quantum arbores sunt vetustæ, ac inutiles, atque inde indigent renovari, ut sunt vites vetustæ, malus arantia vetus, &c. & loco earum aliæ plantentur. Vel si arbores essent nimis densæ, & opacæ; quia densitas, & opacitas, seu umbra impedit, & nocet fructibus; unde tunc cæsio esset licita, quia ex ea fundus fieret fructuosior.

945 3. Si arbores sint fructiferæ, sed cæduæ: tales solent esse arbores Nucum, Castanearum, Glandium, &c. hæ namque sunt duplicis generis, aliæ sunt primariò destinatæ ad fructus Nucum, Castanearum, Glandium, &c. & harum alienatio cadit sub prohibitione, juxta dicta *n. 941.*

Aliæ sunt primariò destinatæ ad cæsionem, ut fructificent in ratione ligni; & harum alienatio non cadit sub prohibitione; quia hæ arbores per incisionem sunt in fructu, & fructus non prohibentur alienari.

946 Firmatur ex decis. Rotæ Rom. quam refert Donatus *q.* 69. qua determinatur: *Quòd ad incurrendas pœnas extravagantis requiritur, non solùm, quòd incisio arborum sit in magna quantitate, & quòd arbores sint destinatæ ad afferendum fructum annuum, & quòd non sint cæduæ, sed etiam requiritur, quòd deterioratio fundi sit notabilis.*

947 Aliæ arbores non sunt fructiferæ, nec feraces: ut Ulmus, Fraxinus, Platanus, Populus, Salix, &c.

948 Ex his, quamplures sunt cæduæ, quæ scilicet inserviunt, ut cædantur, quæque per incisionem sunt in fructu, & renascuntur; adeóque per earum incisionem fundus non deterioratur, sed melioratur, & est in pretio: hujusmodi sunt arundinetum, arbores sylvæ cæduæ, nemoris, &c.

949 Harum arborum infructiferarum aut cæduarum incisio, & excisarum venditio non est prohibita. Donat. *cit. q.* 69. Bonac. *27 n.* 14. *& 18. decis.* 52.

Non quidem incisio; quia jura incisionem, & alienationem arborum utilium prohibent, minimè inutilium, aut damnificantium; recensitæ autem arbores, secluså incisione, sunt inutiles, & infructiferæ; & per incisionem sunt in fructu, & lucrum affert Monasterio in ratione ligni. Unde non conservatio, sed earum incisio est utilis; quia destinatur, & est necessaria ad fructum.

Nec est prohibita earumdem arborum excisarum venditio; quia arbores excisæ non sunt arbores, sed ligna, & fructus sylvæ, & nemoris; fructus autem non prohibentur alienari: *v. n.* 934.

QUÆRES IX.

950 *An possit Prælatus Regularis bona Monasterii divitis in aliud transferre?*

Resp. non posse, quamvis ambo Monasteria sint illi subjecta. Donatus *q.* 84. quia talis translatio est alienatio, per quam transfertur dominium directum, aut utile, seu ususfructus.

951 Probabile autem est id, quod docet Ant. à Spir. S. *tom. 3. de priv. regul. tr. 2. disp. 1. n.* 133. Quòd possit Provincialis de consensu Capituli, seu communitatis Conventûs dare libros aliquos superfluos unius Conventûs alteri Conventui ejusdem Provinciæ, cujus Bibliotheca de novo incipit: Nam sic dicitur Epicheja.

952 Certum tamen est, quòd possit mobilia pretiosa Monasterii accommodare ad breve tempus; quia per accommodationem non transfertur dominium.

QUÆ-

QUÆRES X.

953 Quid dicendum de subditis?

CErtum est, quod si unus Religiosus donet mobile pretiosum alteri Religioso ejusdem Monasterii, non incurrat pœnas alienationis, licèt peccare possit contra paupertatem, juta dicenda *de paup. Relig.* Quia dominium non transfertur de Monasterio, sed retinet penes idem Monasterium, & solùm transfertur usus de fratre in fratrem.

954 Difficultas est, si donet Religioso alterius Monasterii ejusdem Provinciæ, aut Religionis.

Non incurrere pœnas alienationis, teneo cum Ant. à Spir. S. *de privil. regul. tr. 2. disp. 1. n. 169.* Riccio, Tamb. & Delbene *tom. 2. cap. 17. dub. 13. num. 15.*

955 Ratio eorum est, quia Extravagans, & Decretum prohibent alienationem, ne bona Ecclesiæ auferantur, ab Ecclesia; materialiter autem se habet, & parùm refert, quòd bona sint unius, vel alterius Ecclesiæ, dummodò sint Ecclesiæ. Ità contingit in casu; quia licèt Religiosus det Religioso alterius Monasterii, aut Provinciæ, sed ejusdem Religionis, bona donata verè sunt sub dominio Ecclesiæ, dum non donat sæcularibus.

956 Hac ratione Bord. *resp. 27. n. 3.* docet bona unius Ecclesiæ posse commutari cum bonis alterius Ecclesiæ.

957 At hæc ratio nimis probat, probat enim Prælatum posse sinè assensu Apostolico bona unius Monasterii divitiis in aliud transferre, absque eo, quòd incurrat pœnas alienantium; quod negatum est suprà in *num.* 930. Item quòd Religiosus donare posset Religioso alterius Religionis, absque eo, quod incurrat pœnas Extrav. quod negant relati Doctores; quia adhuc bona donata non essent donata sæcularibus, sed essent verè sub dominio Ecclesiæ, & ad usus pauperum, nempe Religiosorum.

958 Finis igitur Extravagantis, & Decreti non fuit indemnitas Ecclesiæ in communi acceptæ, sed indemnitas singularum Ecclesiarum, & Monasteriorum in particulari; fuit enim finis conservatio Divini cultus in singulis Ecclesiis, & congruæ sustentationis Religiosorum, & pauperum Christi in singulis Monasteriis; & hac de causa in singulis bonorum alienationem prohibuit, ut constat ex *num.* 930. qui finis non servaretur, si bona unius Monasterii possent in aliud etiam ejusdem Provinciæ, & Ordinis alienari, sed potiùs esset unum Altare spoliare, ad aliud vestiendum.

959 Hac ratione prohibitam dico permutationem: *de num.* 956. quia est species alienationis, cum per eam transferatur dominium. Quaranta apud Donatum *quæst. 85. num. 4.*

960 Ratio ergo, cur Religiosus donans mobile pretiosum Religioso alterius Monasterii, non incurrat pœnas Extravag. & Decret. contra alienantes, est; quia dictæ pœnæ non incurruntur à subditis, sed à Superioribus, ut *in num.* 839. An autem peccet contra paupertatem, & incurrat pœnas munera largientium, constabit infrà: *v. num.* 1051.

QUÆRES XI.

961 An Capellæ, & sepulturæ possint alienari sinè assensu Apostolico?

PRæmittendum omnino est, Capellam, & sepulturam esse locum sacrum: *ex num.* 626. adeóque ratione spiritualitatis annexæ vendi non possent sinè labe simoniæ. Eadem

dem ratione *in cap. Abolendæ* 12. *de sepult.* prohibetur vendi laico jus funeris in sepulchro, videlicet sepeliendi in eo se, suosque successores, & impediendi, ne alii sepeliantur in illo.

962 Et licèt vasa sacra ratione materiæ, possint vendi absque simoniæ labe, non sic sepultura; quia licèt ratione materiæ, nempe terræ, sit quid temporale, prohibetur vendi jure positivo, ex *cit. cap. Abolendæ*, ubi, qui sic vendunt, reprehenduntur: *Quid terra terram vendis? memento quòd terra es, & in terram ibis.*

963 Quia tamen usus communis est, ut Capellæ, & sepulturæ vendantur cum jure funerandi, uti suprà; est omnino quærendum caput talem venditionem, & emptionem justificandi à simoniæ labe.

964 Portellius *par. 2. casu 20. num. 2.* ait: *Dico, sepulturam vendi posse, quatenus terra est, seu materia sepulturæ, non verò id, quod illi inest sacrum, seu benedictum.* Tenet expresè Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia cap. 14. à num. 6. ad 17.* Qui adducunt paritatem de Calice, & Oleo Chrismatis, quæ majorem habent Consecrationem, & tamen vendi possunt ratione materiæ argenti, & olei. Ità illi.

Item Donatus *quæst. 79. num. 9.* refert auctoritatem D. Th. *in 4. sent. dist. 25. quæst. 3. art. 3. in resp. ad secundum*, quæ est: *Venditio sepulturæ potest intelligi dupliciter, uno modo, quòd vendatur terra sacra pro sepultura, & de hoc est similis ratio, ac de venditione sacrorum vasorum: quia cœmeterium consecratum potest vendi ratione terræ in necessitate Ecclesiæ, sicut & calix ratione materiæ; non autem potest vendi ratione consecrationis.*

Quibus favet Peyr. apud Donatum *cit. n.* 16. dicens, rigorem Canonis, *cap. Abolendæ*, fuisse fortè contraria consuetudine abrogatum. Ità illi.

965 Non est autem despiciendus Sot apud Donatum *quæst. 79.* qui tenet, eas vendi, & pretium accipi non ratione spiritualitatis, sed ratione loci honoratioris, non ob spectum ad quid spirituale, quatenus ver. gr. ibi Evangelium canitur, sed respectum ad situm, quatenus, ver. gr. ob parte dextera, propinquior Altari Majori &c. honor námque, & pompa sunt quid temporale, & pretio æstimabile.

966 Attamen tutius, & rectiùs est dicere pretium dari, & accipi pro repatione, & conservatione Ecclesiæ, aut pro sustentatione ministrorum Ecclesiæ, qui suam occupationem impendunt, ministrando spiritualia, quod est vendere spiritualia (ritè ait Donatus,) sed velle habere necessaria ad vitam corporalem, sinè qua spiritualia exercere non possumus. Quod est ità verum, ut pretium sustentationis possit in pactum deduci, ut probat Cajet. apud Donatum.

967 Quod fundatur in illo, Matth. 10. ubi Christus Apostolos ad prædicandum Evangelium misit, eisque dixit: *Dignus enim est operarius cibo suo.* Et Pauli 1. ad Thim. 5. *Qui bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur; maximè qui laborant in verbo, & doctrina. Dicit enim scriptura: Non obligabis os bovi trituranti. Et enim dignus est operarius mercede sua: v. tom. 3. num. 252.*

His quantum ad labem simoniæ præmissis

968 Respondeo ad quæsitum, capellas, & sepulturas alienari, & vendi non posse absque assensu Apostolico, quia sunt res, & jura Ecclesiæ, ac proinde comprehenduntur in Extrav. & Decreto. Donatus *q. 79. num. 11.*

969 Potest autem Prælatus sinè titulo venditionis, aut alio, quo transferatur dominium,

nium, alicui devoto, aut Monasterii benemerito capellam concedere; ità tamen, ut solùm istum facti concedat, videlicet ad se ibi, & suos sepeliendos, ad eam suis sumptibus ampliandam, paramentis ornandam, & decorandam, ità ut non deducatur in pactum aliqua solutio in pretium faciendæ pro capella, aut sepultura. Et hoc pacto etiam à Fratribus Minoribus concedi possunt capellæ, & sepulturæ. Lantusca *in Theatro Reg. ver. Alienatio* num. 3. & 4.

QUÆRES XII.

970 *An Capella legitimè alteri vendita, possit, eo mortuo, à Prælato alteri donari, aut vendi?*

Respondeo, posse alteri donari, aut vendi, extinctis tamen cunctis hæredibus suæ domus, pro quibus concella supponitur, si primus donatarius, aut emptor, ultrà pretium, quod semel pro venditione solvit, nullum reditum annualem reliquit pro ornatu, & conservatione Capellæ. Portellus *par. 2. casu* 20. num. 1. Donatus *cit. q.* 80. Quia mortuis hæredibus, jus sepulturæ redit ad proprietatem, & dominium Ecclesiæ. Quod est verum; etiam si in Capella sit inscriptum nomen donatarii, aut emptoris.

971 Tum quia, si hæredibus primi donatarii aut emptoris defunctis, non posset Capella alteri donari, aut vendi, posset breviter detineri ad tempus, quo non esset locus aliis, qui vellent sepulturam eligere; quòd insuper cederet in detrimentum Ecclesiæ, Capellarum, & Ministrorum; nam Capellæ non reperirent fideles devotos, qui eas vellent ornare, & Ministri privarentur plurimis eleemosynis, quæ ex electionibus sepulturæ provenire solent, & quibus vivunt, atque illis prorsus adesset onus Capellas ornandi.

972 Si verò donatarius, seu emptor Capellæ reliquerit dotem, videlicet aliquem redditum annuum perpetuum pro ejus ornatu, & conservatione, quamvis Rodæ apud Donat. *cit.* etiam affirmet:

973 Dicendum tamen est, quòd non possit alteri donari, aut vendi. Port. & Donat. *cit.* Quia per illum redditum annualem [ait Donatus] videtur defunctus cum Ecclesia pactum fecisse, ut nunquam alius ibidem sepeliatur; pacta autem legitimè inita, etiam post mortem sunt servanda, *cap. Antigonus 1. de pactis.* Tum quia ità est communis praxis, ut Capella ritè ab Ecclesia alienata, in posterum nullatenus ab eadem revendatur; secùs, si foret concessa ad nudum usum, aut sinè debito pretio. Ità ille.

QUÆRES XIII.

974 *An alienantes Reliquias Sanctorum sinè assensu Apostolico, incurrant pœnas Extravagantis.*

Difficultas procedit de Reliquiis existentibus sub dominio, & potestate Ecclesiæ, minimè de iis, quæ extant apud personas particulares, aut quæ à mercatoribus, è partibus infidelium afferuntur; hæ quidem considerantur, ut res propriæ, adeoque libere absque ullo assensu alienari possunt.

975 Insuper certum est, quòd Superior Ecclesiæ possit aliquod Reliquiæ frustulum, pietatis causa, personæ exteræ, & benemeritæ elargiri, si partes Reliquiæ ejusdem Sancti in ea remaneant; quia (ut ait Donatus *q.* 56.) *Ecclesiæ decor non deficit, & pietas dilatatur.* His præmissis.

976 Reliquias alienantes incurrere pœnas Extrav. tenent Genuensis, Riccius, & Donatus *cit.* quia Reliquiæ sunt mobilia pretiosiora, quàm vasa sacra; nam adorandæ exponuntur; non sic vasa.

977 Respondeo, nõ incurrere pœnas Extravagantis. Bord. *res.* 27. *n.* 62. Diana *par.* 4. *tr.* 4. *res.* 223. *ver. Notandum.* Fagnan. *lib.* 3. *Decr. c. Cum ex eo* 2. *de Reliquiis num.* 35. Quia Extravagans, & Decretum expressè loquuntur de mobilibus pretiosis temporalibus, & in ratione valoris, seu pretio existimabilibus, minimè de pretiosis spiritualibus, & in ratione honoris.

978 Verum tamen est, quòd translatio Corporum Sanctorum de uno in alium locum sit prolubita, *ex c. Corpora, de consec. dist.* 1. *Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transferre præsumat, sine Concilio Principis*, hoc est Papæ, *vel Episcopi, & Sanctæ Synodi*, videlicet Canonicorum.

979 Qui autem sine debita licentia Corpus Sancti de uno in alium locum transferret, non incurreret pœnas extravagantis, sed esset puniendus arbitrio Judicis; quia nulla est in jure apposita pœna.

980 Idem esset dicendum de Superiore Regulari, aut alio, qui Reliquiam insignem extraheret; quia Ecclesiam ejus Sancti decore privaret.

QUÆRES XIV.

981 *An pecunia Regularibus relicta ad finem celebrandi perpetuam Missam pro aliquo defuncto, possit investiri in imponendo censu supra bona propria Monasterii, aut in fabricanda parte Conventus?*

AFfirmant quoad fabricandam partem Conventus: Pyr. *in form. lit. A, c.* 11. *n.* 2. & Donat. *to.* 4. *tr.* 7. *q.* 881. *& to.* 1. *p.* 2. *tr.* 14. *q.* 75. Quia possunt Religiosi Ecclesiam seu Monasterium recipere sub obligatione Missæ quotidianæ; igitur & illa reparare sub onere Missæ.

2 Quia pars Conventus fabricata est fructifera æquivalenter; nam Religiosi deficientes in Conventu, possent domum pro habitatione conducere, à qua conductione solvendâ fabricatio liberat.

3 Quia in Ecclesia diruta non possunt celebrificia, & officia celebrari, nec cadavera sepeliri; adeóq; non possunt ex ea recipi emolumenta, quæ ex Ecclesiis aptis percipi solent; igitur Ecclesia reparata est actu fructifera, & proinde capax, ut sustineat onus Missæ perpetuæ, juxta mentem S. Cong. de Celebr. Missarum.

982 Resp. tamen, omninò non posse. Diana *par.* 10. *tract.* 16. *res.* 72. Pellizz. *tr.* 6. *c.* 3. *n.* 53. Tamb. *cit. n.* 13. & Bord. *res.* 15. qui solùm affirmat cùm hac limitatione, videlicet; si posteà ex accretione provenuum Monasterii ematur nova proprietas, quæ ab ea fructificet. Ratio est, quia S. C. in Decr. de Celebr. Missar. expressè vult, pecuniam relictam esse investiendam in bonis immobilibus fructiferis; in allatis autem duobus casibus, ut novi acquirit Monasterium, unde fructus habeat ad onus Missæ sustentandum.

983 Ad rationes in oppositum: ad 1. patet disparitas, quia in concessione Ecclesiæ, seu Monasterii, datur proprietas simul cùm onere; in nostro verò casu datur pecunia eo fine; ut transferatur in stabile fructiferum.

Tum quia acceptationem Ecclesiæ, seu Monasterii sub onere Missæ perpetuæ, solùm puto concedendam Religiosis divitibus, qui alios habent redditus liberos, unde vivant; minimè universaliter etiam Mendicantibus, qui ex puris eleemosynis sustentantur; de quibus infrà.

Secunda, & tertia ratio non probant universaliter, sed solùm quando fabricaretur Ecclesia omninò inepta ad solita emolumenta, aut pars Conventus, ex cujus defectu Religiosi

gios pro habitatione locabant domum. Ad 2. autem dico, non sufficere æquivalentiam, quia hæc non sublevat Sacerdotis indigentiam, qui est finis S. C. cum enim Sacerdos actu indigeat, actu debet res immobilis fructificare.

984 Ad 3. dico, talem fructificationem non sufficere, quia non est realiter nova fructificatio. Vel enim consideratur in ordine ad Ecclesiam, & Monasterium ex diruto reparatum, & sic cedit in commodum ipsius Ecclesiæ, & Monasterii, ac ipsorum Religiosorum, ut ibi habitent, & sua ministeria exerceant; minimè in animæ defuncti fructum, & utilitatem, sed potius in ejus damnum. Vel consideratur in ordine ad emolumenta, quæ ex Ecclesia reparata de novo percipiunt: Et sub hac consideratione fructus apparet novus; at non est realiter novus, uti requiritur ad onus Missæ sustentandum; æquivalet enim fructui, quem ante destructionem ex Ecclesia apta Religiosi percipiebant; unde sicut tunc; quando Ecclesia erat apta, non poterant Religiosi eorum pro Missa perpetua relicta invenire in ipsa Ecclesia, assignando pro fructu sustentativo oneris Missæ emolumenta, quæ forte in majori summam tunc temporis percipiebant; ita nec poterunt modò per reparationem, in eadem Ecclesia reparata invenire, assignando pro fructu sustentativo oneris Missæ, emolumenta, quæ ex ea in minori summa ob temporum sterilitatem modò percipiunt; & sicut tunc pecunia non diceretur applicata in bonis stabilibus fructiferis, uti S. C. requirit; ita nec nunc.

985 Hujus ratio est, quia S. C. in hoc Decreto intendit dare Sacerdoti pro novo onere novum stipendium cùm effectu pro ejus sustentatione, ne ex defectu stipendii, voluntas testatoris non adimpleatur, & ejus anima suffragiis privetur; unde per S. Congr. res illa fructifera dicitur, quæ novum realiter, & cum effectu affert fructum, itaut aliquid reverà addat Monasterio pro Sacerdotis sustentatione.

986 Ex hac ratione fateor, quòd si ex pecunia relicta pro Missa, fabricaretur pars Conventus, itaut subtus fabricarentur domus locandæ sæcularibus, vel repararetur prædium, quod ex tali reparatione daret fructum proportionatum oneri Missæ; utique esset bene investita, quia ex ea proveniret fructus sustentativus oneris Missæ, uti S. C. requirit.

987 Denique si opinio Pey. & Donati aliquam potest probabilitatem habere pro Monasteriis divitibus, quæ alios habent redditus liberos, unde honestè vivant, itaut valeant satisfacere oneri sine periculo damni animarum; nullo pacto potest habere locum in Monasteriis mendicantium pauperum, qui de eleemosynis vivunt.

Hi quidem mendicantes, nullo pacto possunt sine peccato mortali, atque injustitia, pecunias sic relictas, aut capitalia extinguere, sive ad debita solvenda, sive ad Monasterium fabricandum, aut reparandum, cùm evidens sit animarum damnum ex certa suffragiorum amissione; quoniam si exinde indigentiam Monasterii ex una parte sublevant; illud reparando, aut debita solvendo; ex alia augent in perpetuum posteris annuum censum extinguendo; & Sacerdotes vix sufficientes ad satisfaciendum oneribus ex quotidianis eleemosynis, ad quas pro necessaria Monasterii sustentatione, cum sudore, ob Monasteriorum, ac pauperum multitudine, atque ob temporis penuriam, recurrunt erunt omninò impotentes ad satisfaciendum Missarum oneribus, præfatis pecuniis, aut capitalibus extinctis correspondentibus.

Ani-

Animadvertant igitur Superiores, & divinum judicium reformident; quoniam justorum Defunctorum animæ, quò diùs Purgatorii igne cremantur, eò acriùs contra hujusmodi impios apud severum judicem clamant.

988 Hi tamen Superiores, qui sic pecuniam illam insumerent, non incurrerent pœnas Extrav. contra alienantes; quia revera non alienarent, cum in utilitatem ejusdem Monasterii remaneret impensa: ut *inn.* 928. incurrerent autem pœnas Decreti Sac. Congreg. de Celebrat. Missarum relati *in to.* 3. *num.* 5.

989 Certum tamen est, onus Missæ non incipere post depositionem pecuniæ, nec post acceptationem Ecclesiæ, sed post investitionem; quia sicut tunc incipit stipendium, ità & onus.

De alienatione, agunt Donat. *tom.* 1. *par.* 2. *tr.* 14. Castropal. *par.* 2. *tract.* 12. *disp. un. punct.* 15. Bord. *resp.* 27. 62. & 126. Ant. à Spir. S. *de privil. regul. tr.* 2. *disp.* 1. *sect.* 4. §. 1. Fagnanus *in l.* 3. *Decr. c. Nulli* 5. *de reb. Eccl. non alien.* Pirhing. *in Comp. lib.* 3. *tit.* 13. Phœbus *lib.* 2. *tit.* 12.

LARGITIO MUNERUM

990 Est prohibita Regularibus utriusque sexûs [Religiosis militaribus exceptis] tam inter se ipsos, quàm in ordine ad exteros, & sæculares, *à Clem. VIII.* per Bullam incip. *Religiosæ Congregationes*, 18. Junii 1594. Quæ Bulla non condidit novum jus, sed renovavit antiquum, *cap. Non dicatis* 12. *q.* 1. *cap. Monachi, de statu Monachorum*, & *cap. Cum ad Monasterium, sub eodem tit.* sed apposuit pœnas. Unde id, quod antea erat illicitum, aut licitum, ità modò.

Prohibetur tamen per hanc Bullam largitio actuum, seu pecuniarum, & rerum mobilium non pretiosarum; quia largitio bonorum immobilium, aut mobilium pretiosorum, & alienatio aliunde prohibita, ut suprà.

Partus intellectus non comprehenditur in Bulla, tales sunt conciones, lectiones, & similia scripta; imò expressè ibi excipiuntur unde possunt absque peccato aliis donari; imò Religiosus ad aliam Religionem transiens, potest ea secum absque licentia transferre: *v. n.* 1114.

991 Causæ finales dictæ Bullæ sunt quatuor, in eadem expressæ. 1. Ut Regularium disciplina conservetur, & labefactata restituatur. 2. Ut bona Monasteriorum, aut Religiosis acquisita, etiam reddituum, & eleemosynæ, non dilapidentur, & dissipentur; Ut votum paupertatis integrè observetur, & Ut prava Regularium ambitio evitetur.

992 Pœnæ sunt perpetua infamia, privatio vocis activæ, & passivæ, privatio ipso facto dignitatum, graduum, munerum, & officiorum, quæ habent, & inhabilitas ad illa, & similia in futurum. Nomine dignitatum, graduum, munerum, & officiorum, veniunt ea, quæ sunt cum superioritate, & jurisdictione ordinaria, vel delegata conjuncta: Unde non veniunt Vicarii, subpriores, Lectores, Confessarii, &c. ità Donat. *to.* 1. *p.* 2. *tr.* 1. *q.* 26.

993 Quæ pœnæ sunt impositæ contra ipsos Religiosos, sive Superiores, sive subditos munera dantes. Privatio vocis activæ, & passivæ, & inhabilitas ad officia in futurum quæ ad forum internum incurruntur ante Judicis sententiam declaratoriam, quia sunt pœnæ privativæ, quæ actionem hominis ad sui executionem non requirunt. Priores pœnæ non incurruntur ante sententiam declaratoriam Judicis, quia sunt pœnæ privativæ, quæ actionem hominis ad sui executionem requirunt: ut *in num.* 179.

995 Satis autem probabile est, nullam pœnam (exceptâ censurâ) incurri in foro conscientiæ ante sententiam condemnatoriam, aut declaratoriâ delicti, si pœna sit latæ sententiæ. Donat. *cit. q.* 25. cùm Suar. Sanchez, Avila, & aliis. Quia nemo debet esse executor pœnæ contra se ipsum. Ut innui n. 180. Quoad forum autem fori, certum nihil est cùm com. nullam prorsùs pœnam, nec censuram (exceptâ censurâ ob notoriam percussionem Clerici, de qua suo loco) incurrante sententiam, uti suprà: *v. n.* 1011.

995 In recensita Bulla Clem. nulla imponitur censura contra largientes, sed relatæ privationes, & inhabilitates.

996 Donatarii verò, seu recipientes à Religiosis munera, non incurrunt dictas pœnas, sed solùm tenentur ad restitutionem in foro conscientiæ ante omnem sententiam. Donat. *tr. q.* 28. quia restitutio non est pœna, sed debitum. Habetur ex verbis ipsius Bullæ, ut sequitur:

„ Quòd si vel ab aliquo particulari Religioso, vel à Superiore quopiam, Generali, Provinciali, aut alio quocumque fungente, aut à Conventu, Capitulo, vel Congregatione, sive ab Universo Ordine, & Religione, quidquam receperint, id quod acceperint, suum non faciant. Verùm ipso facto absque aliqua monitione Judicis, Decreto, sententia, aut declaratione, ad illius restitutionem omninò in utroque foro teneantur; adeo ut restitutione ipsa realiter non facta, neq; etiam in foro conscientiæ absolvi possint.

„ Hinc autem restitutionem fieri volumus, non privatim ei Religioso, qui donavit, sed ei Monasterio, Domui, vel alteri Loco, de cujus bonis facta est largitio, vel non de ejus bonis donatum est, in quo idem Religiosus donans professionem emi-

„ sit; vel si nomine totius Capituli, Conventûs, aut Congregationis, vel universi Ordinis, seu Religionis donatio facta extiterit, pariter communi mensæ, aut massæ cujus nomine donatum fuerit, accepta munera restituantur; ità ut nec qui donavit, nec Conventus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterùm condonare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel ut in paupere eroget concedere, quoquo modo possit.

997 Plures apud Donatum, & novissimè Mendo *in epit. ver. Paupertatis votum n.* 7. dicunt Bullam Clem. VIII. de largitione munerum in Hispania, & pluribus aliis Provinciis non fuisse usu receptam, maximè quoad pœnas; quod etiam tenet Diana *p.* 1 *tr.* 6. *res.* 1. Quod negat Donat. Ex maximè in Italia; nam quotannis mense Januarii legitur cùm moderatione, & declaratione Urb. VIII.

998 Urb. nàmq; VIII. per Bullam *Nuper*, editam 16. Octobris 1640. innovavit dictam Bullam Clem. VIII. damnando omnem prætensum non usum; illam tamen moderavit, & declaravit, ut sequitur:

„ 999 Declaravit, & declarat, munera à „ Religiosis utriusque sexûs tribui posse ex „ cautis gratitudinis, conciliationis, benevolentiæ, ejúsque conservationis erga ipsam „ Religionem, vel Conventum, aliisve causis ex sui natura actum virtutis, & meriti „ continentibus; modestè tamen, ac discrètè, & dummodò id non fiat, nisi de Superiorum localium licentia, ac etiam cùm „ consensu majoris partis Conventûs, si talis consensus de jure, vel ex constitutionibus, seu consuetudinibus cujusque Religionis respectivè in hujusmodi casibus requiratur.

» 1000 Consensum verò Conventûs in §. » 3. ejusdem Constitutionis, ad leviora escu- » lenta, aut poculenta, seu ad devotionem, & » religiositatem pertinentia munuscula lar- »gienda, &c, requisitum, intelligi debere de » consensu aliàs de jure requisito, & ubi con- » currit ambitionis suspicio; qua cessante, nec » in his requiri licentiam Superiorum in scri- » ptis *in* §. 4. ejusdem Bullæ requisitam, sed » sufficere licentiam etiam oretenus eisdem » concessam, declarat.

» 1001 Commessationes autem, compo- » tationes, & convivia in excipiendis præser- » tim Benefactoribus, Protectoribus, vel » Ordinariis, honorificè, & lautè, de quibus » *in* §. 5. & 6. ejusdem Constitutionis, cense- » ri tantummoda prohibita, ú decentiæ status » regularis adversentur.

» 1002 Restitutionem verò receptorum » Conventibus faciendam, de qua *in* §. 7. ibi- » dem cautum est, intelligi debere de Con- » ventibus, ad quos data, donata, seu missa de » jure pertinent si id commodè fieri potest; » aliàs Conventui ejusdem Religionis vici- » niori loco, ubi petita fuit absolutio, resti- » tuantur.

» 1003 Insuper eadem facultate sibi tri- » buta, omnes, qui huc usque adversus supra- » dictæ Constitutionis Capitula hic modera- » ta largiti fuerunt, vel receperunt à pœnis » quibuscunque in eadem Constitutione in- » flictis, & incursis, posse, & debere à pro » priis confessariis absolvi in foro conscien- » tiæ, etiam non factâ priùs hujusmodi » rerum donatarum, seu datarum restitutio- » ne.

» 1004 Quo ad eos verò qui præter mo- » dum prædictum graviori Religionis detri- » mento largiendo, vel recipiendo transgressi » sunt, sed ob inopiam restituere nequeunt: » Eadem sanctitas concedit Majori pœniten- » tiario, ut de præteritis usque ad diem de- » præsentium in foro conscientiæ absolvat, » dispenset, & condonet, seu absolvi, dispen- » sari, & condonari mandet, prout in Dno » no magis expedire judicaverit.

1005 *Mendo in Epit. cit. n.* 5. docet, qui donans sinè licentia extraneo aliquid ex peculio, non teneatur restituere Monasterio, nec extraneus ad restitutionem tenetur; quia præsumitur Religionem consentire, ne minor illorum periclitetur. Insuper ratio potest esse; quia peculium, quod in aliquibus Religionibus ex redditibus Monasterii assignatur solet particulari Religioso assignatur, ut illo impendat in suos usus; unde Religiosus, qui partem alteri donans, dat illi usum rei, quo ipse se privat, in quo Superior non præsumitur invitus, cùm nullum damnum Monasterio cedat.

1006 Valde roborat ex *ref.* 19. quæ tradit Diana *p.* 1. *tr.* 6. ubi inquirens, *An Religiosus de annuis redditibus, ex Superiorum licentia ad suum usum concessis, sine aliqua restrictione, possit libere, parciùs vivendo, aliquid donare?* Respondet cùm pluribus:

» Affirmativam sententiam probabilem » esse judico, cùm licentia saltem tacita sit » Superioris. Et ratio est, quia hæc Bulla pro- » hibet tantùm largitiones munerum, et » quibus gravia incommoda, & mala Mo- » nasteriis inferuntur. Sed donatio eorum, » quæ Religiosi parciùs vivendo largiuntur, » non affert multum damni Monasterio, » ut patet: ergo &c. Probatur minor. Nam » in tali donatione, Religiosus nullum da- » mnum infert Monasterio, sed genio suo, & » ventri, & condecentiæ suæ personæ, cui » hæc detrahit, & parcè vivendo auferet. » Ideo ex hac opinione datur occasio Re- » ligiosis, ut libentiùs frugalitati, & mode- » rata sumptui assuescant, dum sciunt ea, » quæ

„ quæ de sibi necessariis detrahunt, posse li„ citè parentibus, & aliis de se benemeritis „ donare, & in aliis licitis operibus expende„ re.

1007 Dicta potiori jure procedunt de Monialibus, quoad redditus particulares vitalitios à suis cognatis illis assignatos, quorum Monasterium solùm est usufructuarium, eorum tamen usus est ipsis Monialibus concessus.

QUANTITAS DONANDI,

1008 PRo qua Superior possit sibi, & suis licentiam concedere, non est à jure præscripta. Plures apud Donatum *qu. 5.* volunt, quòd possit Religioso de bonis mobilibus, seu fructibus sibi applicatis concedere licentiam donandi usq; ad decem aureos, ex pia, & rationabili causa, putà pro Cognatorum nuptiis, pro gratitudine, aut alia causa virtutis. Alii tenent, quòd possit usque ad duodecim, aut quindecim aureos singulis annis. Alii duos, vel tres aureos singulis mensibus, *n.* 852. & 1021.

1009 At quidem certa regula tradi non potest, unde quantitatis præscripti o remittenda est arbitrio prudentiæ, circumstantiis consideratis, quantitatis reddituum, qualitati personarum causæ, spe, loco, & tempore.

1010 Pro ea autem quantitate, pro qua Superior Regularis potest dare licentiam domibus suis Religiosis, potest etiam Superioritas suis Monialibus, nisi in aliquo præceptivam limitationem habeat à suo Superiore major, nempe ab Ordinario. Diana *p. 1. tr. 6. res. 21.*

1011 Certum tamen est, quòd donans sine Superioris licentia in quantitate sufficienti mortale, mortaliter peccet. Pro qua re vide *ver. quantitas furti inter domesticos.* Ubi de furto Religiosorum.

Quantitas autem duorum aureorum, licèt, sit notabilis, & sufficiens ad peccatum mortale contra votum paupertatis, non est notabilis, & sufficiens ad incurrendas pœnas Bullæ, sed est in jure modica; unde non erit sufficiens ad pœnas, si non excedat decem aureorum summam, ut in simili dictum est in *tom. 2. à n. 7. ad 9.*

CAUSA VIRTUTIS

1012 NOn est prohibitum donare, Bulla enim solùm prohibet donationes ex mera liberalitate, & ob fines *n.* 991. expressos. Cæterùm non intendit tollere jus naturæ, ut constat ex moderatione, & Declatatione Urb. VIII. *de n. 999.*

1013 Hinc licitum est. Primo, Superiores & personas Monasterio benemeritas hospitari, & eorum adventus honorare, dummodò id discretè fiat: *v. n. 1001.* Secundò. Aliquid donare ad captandam benevolentiam personæ, à qua Monasterium sperat bona obtinere, aut ejus favore difficilia exigere: *v. num. 999.* Tertiò, ratione gratitudinis in beneficiorum acceptorum memoriam; quia gratitudo est virtus jure naturæ debita, *ut infra de Simonia, v. n. 999.* Quartò, causa remunerationis, ob laborem impensum, & servitia præstita; remuneratio námq; de gratitudine sapit simul, & de justitia.

1014 Imò gratitudo, & remuneratio exposcit, ut plus reddatur, quam sit acceptum. Donatus *q. 8.* Imò Diana *p. 1. tr. 6. res. 16.* tenet donationem posse excedere in quarta parte valorem meritorum, & beneficiorum.

1015 Hinc ultra justum salarium possunt Religiosi, & respectivè Moniales, aliquid donare Advocatis, Procuratoribus, Medicis, Cõfessariis, Ministris, &c. tunc enim gratificatur, seu remuneratur affectus, patientia, assistenua, charitas, felix exitus litis, &c. hæ nam-

námque solo nomine dicuntur donationes ; revera tamen sunt satisfactiones , & naturæ debita: Nec cedunt in præjudicium Monasterii, sed in ejus utilitatem , & decorem ; nam benefactores fovent ad magis in posterum benefaciendum.

1016 Pariter possunt aliquid donare Moniales Ordinario loci ob assistentiam in susceptione habitús, Professione , &c. Diana *p.* 1. *tr.* 6. *res.* 24.

1017 Denique aliquid dare possunt Religiosi nautis , &c. ne ab illis malè tractentur.

RATIONE ELEEMOSYNÆ

1018 POssunt Religiosi de suorum Superiorum expressa, aut tacita , seu rationabiliter præsumpta licentia, licitè, & absque læsione paupertatis, aliquid dare pauperibus, & indigentibus , maximè si sint parentes , & consanguinei ; quod possunt facere , dando id , quod eis supereſt de concessis ad usum, aliquid subtrahendo de victu. Donatus *quæst.* 9. cum Riccio, Bonac. & Diana.

1019 Eleemosyna enim est actus excellentioris virtutis, Charitatis scilicet, aut Pietatis, si fiat erga consanguineos pauperes: Unde non est prohibita in Bulla Clem. VIII. sed expressè in prohibitione exceptuata , his verbis: *Nisi re ipsa pro divino cultu , & veris Christi pauperum indigentiis, & servato in hoc charitatis ordine, & habita necessitatis ratione, de consilio , & consensu Superiorum sublevandis. Aut aliàs in rebus licitis, &c.*

1020 Hinc Mendo *in Epit. cit. num.* 11. cum Portellio , & Diana docet , quòd si Religiosus parentes summè indigentes habeat , possit de Superioris licentia illis succurrere per ea, quæ suo labore , aut industria acquisierit, putà per eleemosinam suæ prædicationis, aut alterius sui honesti laboris. Et si hoc non sufficiat , possit extra Monasterium ad tempus degere, ad illis subveniendum. Vi *to.* 2. *num.* 267. & *num.* 271.

1021 Et Donatus *tom.* 3. *tr.* 15. *qu.* 5. docet cum multis, Monialem licitè posse ditus sibi ad usus concessos de licentia Abb tissæ, religiosè, & discretè dare propinquis digentibus, & maximè nobilibus, si causa & rationabilis adsit, qualis est , si sint pau res. Idem docet Verricelli *tom.* 1. *tr.* 3. *q. n.* 1. & 10.

Dicitur *discretè*, videlicet moderatè, eorum indigentiam sublevandam, & ut hon stè vivant, minimè ad eos ditandos. Rationem est ; quia donare propinquis egentibus est opus honestum, neque paupertati oppositum.

Imò Faber cum Nav. & aliis apud Mastrium *disp.* 14. *n.* 45. docet, licere Religiosi benemerito, ut aliqua elargiatur cognatis pauperibus ad conservationem sui status. Idque probat ex eo, quod refert Nav. *Com.* 2. *de Regul. num.* 25. *Quod Dominicani S. Stephani Salmanticæ solent Magistris ejusdem Ordinis Cathedras magnorum stipendiorum ibi Regentibus permittere, ut ex illis cognatis pauperibus subveniant.* In quantum natura patitur, ut Religiosus benemeritus permitta suos propinquos in gravi necessitate, maxim ad extremam proxima constituí ; aut sic constitutos sinè rubore cernat.

Idem confirmat Mendo in Epit. *cit. n.* 5. dicens: *Potest Prælatus, cui à majori Superiori non est restricta potestas, concedere licentiam ad quamvis quantitatem moderatam insumendam , maximè si Religiosus tam habeat ex stipendio Cathedræ, aut simili. Moderata autem est , dum non accedat ad aliqua milliaria aureorum.*

Tanta tamen quantitas non est prædicanda nec permittenda. Nec id, quod tenet, & probat Verticelli *tr.* 8. *qu.* 52. quòd Monialis

possit

possit frequenter suo confessario munera de licentia Abbatissæ frequenter dare, quæ in anno ad valorem triginta aureorum accedant; quia hoc est latam aperire viam ad immoderata peculia, & redditus retinenda; nam si tantam summam potest soli Confessario dare, in Monasterio centum Monialium possent tria aureorum millia illi donari. Imò singulæ Monales [aliis dispositionibus, & usibus ex quamplurimis titulis computatis] possent valde notabile peculium sibi licitum reddere. Quod obstat fini Bullæ Clem. VIII. & Urb. VIII. *denum.* 991. Debent igitur hujusmodi donationes esse discretæ, ut non excedant limen honesti, & hoc pacto permittendæ; tunc namque habet locum motivum prudentiale Verticelli *cit. q.* 51. *num.* 3. quòd Religiosi scientes posse hos redditus propinquis donare, tunc abstinent à luxu, cæterisque superfluis, quæ paupertatem destruunt.

1022 Potiori jure Religiosus potest de Superioris licentia suam elargiri piantiam, & solùm potest Superiore invito; quia Religiosus est solùm usuarius. Per hoc autem differunt Dominus, Usufructuarius, & Usuarius; quòd Dominus potest de ipsa re quoad substantiam disponere ad omnes usus, destruendo, vendendo, donando, &c. Usufructuarius potest de fructibus ipsius rei ad omnes usus disponere, tam in sui, quàm aliorum utilitatem, integra remanente substantia rei. Usuarius verò solùm disponere potest de fructibus in propriam tantùm, minimè in alterius utilitatem; unde vulgò dicitur habere usum finarium: sunt usuarii uti volucres cœli, hujusmodi sunt Religiosi ratione voti paupertatis, adeóque nil disponere possunt ad aliorum usum, & utilitatem, sinè licentia expressa, aut tacita sui Superioris, de qua infra. Unde D. Benedictus erat solitus dicere: *Monachus habens obulum, non valet obulum* (supple tu) *sinè licentia.*

1023 Denique de hujusmodi eleemosynis discretis loquens noster Emm. Rodr. *in summa part. 2. cap. 33 anum.* 5. ait: *Nec ego vellem, quod Prælati, ac Procuratores, & alii regulares privati in hoc essent scrupulosi: quia ubi est charitas, & amor Dei, non est, quod adsit scrupulus.*

1024 Et ritè; quia à discretis eleemosynis, & operibus misericordiæ, non eximuntur Regulares, qui ad ea alios erudiunt, quoniam Christus Matth. 15. die Judicii erga cunctos haud alterius plus meminerit, quàm operum misericordiæ, sive ad vitam: *Venite benedicti, &c. Esurivi enim, & dedisti mihi manducare, &c.* sive ad interitum; *Discedite à me maledicti, &c. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, &c.*

CAUSA MORTIS

1025 NOn potest Religiosus, aut Monialis, aliquid elargiri; quia hoc sapit testari, quod est illis prohibitum, & contra votum paupertatis.

1026 Monialis verò, quæ fructus redditumum ad suum usum concessorum, aut alio modo perceptorum, apud se, aut apud depositariam se habere reperit, & vult ex illis Missas pro anima sua dicendas, & aliquid titulo gratitudinis, remunerationis, &c. alicui moniali post mortem elargiri, suum desiderium Superiorissæ exponat, eámque pro executione roget, ità ut liberum sit Superiorissæ de illis disponere. Superiorissam tamen enixè moneo, ut fideliter suæ Religiosæ justa, & honesta desideria adimpleat, ut sic Moniales alacriùs in Monasteriis degant, hilariùs perpetuam patiantur cluasuram, & fervidius Deo inserviant. Eò maximè, quia aliter se habendo, gravissima sequerentur mala, in gravissimum, nedum voti paupertatis, verùm totius

disciplinæ regularis dispendium: *v. nu.* 1043.

BULLA NON DISPONIT DE NONDUM ACQUISITIS,

1027 SEd de jam acquisitis; quia loquitur de bonis, seu fructibus Monasterii, cujusmodi non sunt acquisibilia, sed acquisita, *ut in num.* 891.

1028 Hinc Religiosus de sui Superioris licentia potest pro consanguineo, aut amico picturam magni valoris [etiam ex sumptibus Monasterii, modicis tamen] aut alia opera gratis efficere, eique donare. Diana cum Valero *p.* 1. *tr.* 16. *res.* 6. & *p.* 7. *tr.* 11. *res.* 17. Quia Monasterium non habuit jus in opus illud, nam nondum erat; nec in pretium, quia non est acquisitum, imò est remissum, priusquam debeatur.

1029 Pariter potest gratis celebrare aliquot Missas ad intentionem sui amici, quem scit pro eis stipendium accipere. Non potest tamen sinè læsione paupertatis dare stipendia à se acquisita pro Missis sibi intra annum à suo Superiore concessis. Diana *part.* 1. *tract.* 16. *res.* 9.

1030 Religiosus, qui non acceptat donum aliquod, sed rogat, ut illud det consanguineo, aut amico, non peccat contra paupertatem, nec contra Bullam. Diana *cit. res.* 8. *cum multis contra Sorbo.* Quia non acceptavit, sed solùm se habet ut intercessor; adeóque non Religiosus, sed amicus donat, licèt precibus, aut amore Religiosi; nec illi de bonis Religiosi, seu Monasterii, sed de suis donat. Si verò acceptavit, non potest facere, quòd nomine suo donetur alteri; quia jam Monasterio acquisivit, juxta illud: *Quidquid Monachus acquirit, Monasterio acquirit.*

1031 Souta apud Dianam *cit. res.* 10. tenet non peccare Religiosum, si absque Superioris licentia dispenset pecuniam ab amico, aut consanguineo sibi traditam, ut pro sui libito, quibus vult, dispenset, dominio tamen apud ipsum amicum reservato; quia ejus solum est dispensator, non dominus, unde non dat nomine proprio.

1032 Hæc autem opinio, loquendo de absoluto pecuniæ, esto sit speculativè probabilis, practicè tamen est nimis laxa. Dian. *cit.* ac proinde non practicanda; quia talis Religiosus posset eam pecuniam ad omnes usus, imò & aliis etiam extra casus vitæ elargiri; quod est contra perfectionem paupertatis Religiosæ.

1033 Loquendo autem de usu determinato ad actus virtutis, putà si pecunia esset Religioso tradita dispensanda in eleemosynas, in cultum Divinum, &c. optima est sententia Dian. *cit.* Pelliz. de Monialibus, *c.* 4. *nu.* 55.

PAUPERTAS RELIGIOSA,

1034 EXD. Bonav. *Est virtus temporalium abdicativa bonorum, quâ quis nil proprium gerens, sustentatur de non suis.* Dicitur *temporalium bonorum*: hoc est pecuniæ æstimabilium, ut detur intelligi quod per votum paupertatis Religiosus non renunciat jus ad famam, nec honores, & gradus meritis debitos; quia honores sunt præmia virtutum.

1035 Unde Religiosus ex vi voti paupertatis excludit à se tres actus; videlicet omnium temporalium rerum dominium, usumfructum, & usum juris, seu usum judicium, quo scilicet quis habet jus utendi re, & quæ est sub dominio alterius, vel ejus usum alteri concedendi; & solùm pro se retinet usum facti, ut *in num.* 1022.

1036 Potest autem Religiosus absque paupertatis læsione res tenere, de illis disponere, eisque uti dependenter tamen à voluntate sui Superioris, eo modo, quo dictum est supra de larg. munerum, & dicetur modò; sic nam-

gus non erit proprietarius; quia dominium est facultas disponendi de re, libere, & independenter: Religiosus verò disponendo de rebus dependenter à voluntate Superioris, seu de ejus licentia, expressa, aut tacita, semper erit usuarius, & nullum jus exercebit.

LICENTIAM

1037 AD debitum usum paupertatis requisitam in recipiendo, retinendo, donando, &c. concedere possunt Superiores immediati, videlicet Superiores locales, Priores, Rectores, &c. quia ipsi sunt dispensatores, & administratores bonorum Monasterii. Nisi in aliquo limitentur à Superioribus majoribus. Item Provinciales; quia sunt verè Superiores Prælati. Pro Monialibus, Ordinarius, vel Abbatissa.

1038 Non est necesse, ut detur toties, quoties casus occurrerit, sed sufficit absoluta sublimitatione; quia cum sit semper revocabilis, semper salvatur, quòd Religiosus det, & disponat ex nutu Superioris. Et sic ab uno Superiore data, durat etiam sub alio Superiore, nisi ab ipso successore expressè, vel tacitè fuerit revocata. Donatus *tom. 3. tr. 15. q. 17. &* 18. quia gratia non expirat mortuo, vel amoto ab officio concedente.

1039 Sufficit, quòd sit tacita, & rationabiliter præsumpta, etiam si expressa postulari posset, & ob pudorem, aut aliam justam causam omittatur; quia ex jure: *Taciti, & expressi eadem est virtus. Ita Donatus cit. q. 14.* & apud ipsum S. Anton. Rodr. cum D. Thom. 2. 2. q. 3. *art.* 8. *ad* 1. qui ait: *Tunc non potest facere eleemosynam sine licentia Abbatis, nec expresse habita, vel probabiliter præsumpta, nisi forte in articulo extremæ necessitatis.*

1040 Licentia tacita, & præsumpta est illa, quæ non petitur expressè, sed si peteretur, concederetur; quod relinquitur Judicio prudenti, circumstantiis consideratis personarum, causarum petitionis, & usus rei, qui petitur.

1041 Universaliter Religiosus peccat contra paupertatem graviter, vel leviter, juxta gravitatem, vel levitatem materiæ, recipiendo, retinendo, donando, si Superior sit invitus quoad substantiam recipiendi, retinendi, dandi, &c. Minimè, si sit invitus solùm quo ad modum.

1042 Non sufficit licentia tacita, si in aliqua Religione valdè reformata adsit præceptum, ut licentia expressè petatur, & obtineatur.

1043 In tali tamen Religione, Superior cum suis Religiosis gerere se debet ut pater, non ut dominus, & ità paternâ charitate curare, ut eos sibi bene affectos conservet, sicque habeat promptiores rigori disciplinæ regulari, & suis præceptis; quod (experientia magistra) mirabiliter obtinet, si in hujusmodi licentiis concedendis se ostendat blandum, ac liberalem, minimè tenacem, & asperum. Sicque etiam tollitur nimia facilitas recurrendi ad licentias præsumptas, in quibus ob proprii amoris passionem, potest aliqua imperfectio contingere. Quod maximè attendendum est pro Monialibus, sub eo principio: *Aliquid est indulgendum sexui: v. num.* 1026. 1080.

1044 His de causis Superior Religiosorum petitionem, & licentiæ concessionem, non injustam, sed rationabilem, utilem, imò necessariam censere debet, nisi ei positivè constet oppositum.

1045 Monialis ad aliquod officium, seu exercitiū destinata, puta Sacristiæ, Celleraria, &c. ad quod requiruntur expensæ, quæ non satis à Monasterio subministrantur: per hoc ipsum, quòd ad tale officium deputatur, implicitam habet licentiam recipiendi à propinquis,

pinquis, quidquid est opus, & convenit ad ejus executionem. Superior autem (si proficuè potest) debet nimiam moderari ostentationem.

1046 In Religionibus, ubi est recepta, & viget consuetudo aliqua recipiendi, retinendi, expendendi, donandi, &c. sinè expressa Superioris licentia, excusatur Religiosus à peccato proprietatis ratione licentiæ tacitæ. Mastrius *d.s.* 14. *qu.* 1. *num.* 44. Pelliz. *de Monialibus cap.* 4. *num.* 71. *& Com.*

Ad hæc licentia tacita non habet locum in distractionibus rerum Monasterii, in quibus Monasterium grave pateretur damnum; ut si calicem è sacristia, notabilem pecuniam immediatè, & directè Monasterio datam distrahas. Donatus *tom.* 3. *tr.* 15. *q.* 14. quia hæc sunt furta, & Prælatus omnino invitus præsumitur.

Secus est dicendum de rebus propriâ industriâ, aut proprio labore à Religioso acquisitis, ut de eleemosyna propria prædicationis, lectionis, &c. Hinc posse Abbatissam Monialibus, & Superiorem Religiosis licentiam concedere eas convertendi in proprios usus, docet Diana *par.* 1. *tr.* 6. *res.* 22.

1047 Contra paupertatis votum peccat Religiosus res occultans, ne à Superiore reperiantur, animo non parato ad eas tradendas, si petantur. Secus verò, si occultentur solùm ob vitandam confusionem, aut verecundiam, animus tamen sit paratus ad eas tradendas, si petantur. Mendo *in Epit. ver. Paupertatis votum.* Qui addit.

„ Quòd licentiam habens à Majori Prælato, possit eas occultare minori, quia sufficit „ ea dependentia, ne sit proprietarius.

„ Habens licentiam ad insumendam pecuniam in re determinata, aut ad donandum „ eam uni, nequit donare alteri, nec in alia „ re insumere, nisi tacitam licentiam rationabiliter præsumat.

„ Accipiens aliquid non sibi, sed communitati, & ei tradens, non indiget licentia, „ quia præsumitur.

„ Accipiens à communitate ea, quæ „ essent præstanda, non violat paupertatem, „ nam in acceptione absque proprietate, „ inde se habet ea tenere, ac usum communi deputare. Quinimo, si à Superiore „ justè negentur necessaria ex bonis communibus, potest quis ea accipere, nam Superior abutitur suâ potestate, & ea bona „ volvuntur ad subditos.

Eadem docet Pelliz. *de Monialibus, cap.* 4. *à num.* 37. *ad* 39.

1048 Religiosus, qui habet licentiam dandi, & accipiendi, potest emere, & vendere; quia in ea comprehenditur licentia acquirendi, & transferendi dominium. Dummodo talis emptio, & venditio non sit negotiativa, quia hæc est prohibita Clericis. Qui autem habet solam licentiam dandi, aut solam accipiendi, non potest emere, & vendere; quia in emptione, & venditione datur acquisitio, & translatio dominii.

1049 Habens licentiam dandi, potest ex Monasterio dare, etiamsi ille non petat licentiam accipiendi, quia licentia dandi in se connotat præsuo correlativo licentiam accipiendi in alio, nisi ille excludatur.

Qui autem habet licentiam dandi, peccat contra charitatem, non contra paupertatem, si donet alteri Religioso, qui accipiendo peccat. Mendo *cit. num.* 5. Pelliz. *de Monial. cap.* 4. *n.* 60.

PLURA DE PAUPERTATE RESOLVUNTUR.

1050 Religiosus, qui à suis devotis pecuniam accipit, & ex ea, Prælato inscio necessarios libros emit, non peccat contra paupertatem, si eos non occultet, sed in cella

in cella pallam teneat. Diana *par. 1. tr. 6. res.* 16. ratio est; quia quidquid hoc pacto Religiosus possidet, Prælatorum suorum voluntati, ac potestati subjicitur.

1051 Dans mutuo rem suo usui concessam alteri ejusdem Monasterii sinè licentia, non peccat graviter contra paupertatem. Dans autem extero, potest peccare graviter, quia tunc Superior est magis invitus, cum transferatur dominium extra Monasterium; sed major quantitas ad mortale requiritur, quam si donatet; quia in mutuo res est iterum ad Monasterium reditura, maximè si brevi tempore sit reditura; non sic in donatione. Idem respectivè est dicendum in permutationibus, ubi quidem etiam longè major quantitas requiritur, nam in permutationibus, etiam cum exteris, Monasterium amittit unum, sed acquirit aliud: peccat autem, si res Monasterii, quæ permutatur, sit utilior Monasterio. Omnino vide dicta de alienatione, *à num.* 953.

1052 Religiosus recusans rem sibi donatam, si non habeat justam causam recusandi, peccat contra charitatem, minimè contra paupertatem, aut justitiam. Mendo *cit. nu.* 3. Non contra justitiam; quia Monasterium antè acceptationem à se, aut privato Religioso factam, non acquirit jus ad rem. Non contra paupertatem; quia votum paupertatis non obligat ad acceptanda dona. Sed contra charitatem, quia sinè justa causa impedit Monasterii bonum: *v. num.* 890.

1053 Religiosus, qui sinè Superioris licentia accipit in depositum exterorum pecunias, tum peccat contra paupertatem, quia nullum dominium, jus, imò usum acquirit, sed solùm onus custodiæ, quæ est potiùs servitus. Subdùm peccat contra obedientiam, si accipiam depositum propriè dictum, ob contractum, & obligationem gravem, quam virtualiter suscipit propriâ auctoritate de re servanda.

Quòd si depositum pereat, aut deterioretur, non tenetur Monasterium ad restitutionem; quia non tenetur ex culpa Religiosi. Quod est verum, etiam si depositum fuisset susceptum de Superioris licentia; Pelliz. *de Monial. cap. 4. num.* 56. Donatus *tom. 3. tr.* 15. *q.* 41. quia licentia Superioris solùm excusat Religiosum à peccato inobedientiæ, & facit, ut licitè recipiat; sed Monasterium non obligat. Imò nec teneretur Monasterium, si Superior ipse depositum accepisset sinè consensu Monasterii, seu proprii Capituli. Donatus *cit. num.* 2. cum pluribus; quia Monasterium se habet ut pupillus, & minor, qui non tenetur ex contractu, & culpa sui tutoris, aut curatoris: *v. num.* 1074.

Tunc autem teneretur Monasterium, quando depositum fuisset in ejus utilitatem conversum. Et quidem teneretur solùm ad id, in quo factum esset ditius; idque non ratione contractûs, sed quia, qui sentit commodum, debet sentire & incommodum, ex Regula 55. Jutis *in* 6. *Qui sentit onus, sentire etiam debet commodum, & è contra.*

Licèt autem Monasterium non teneatur, tenetur tamen Religiosus ipse resarcire depositum, si peculium habeat suæ dispositioni relictum, in quantum sinè suo gravi incommodo potest.

1054 In Monasteriis, ubi juxta dicenda peculium conceditur, & non servatur Vita communis à Trid. præscripta; Monialis, cui est res v.gr. salma tritici donata, potest eam vendere, si habeat licentiam dandi, & recipiendi, ut supponitur, juxta *num.* 1048. Pelliz. *de Monial. c. 4. num.* 57. *v. num.* 1046.

Item potest eam eidem Monasterio vendere; quia si potest extero, à fortiori Monasterio; nam respectu Monasterii, aut alterius

Monialis, non est propriè, sed valde impropriè venditio, quia non fit translatio dominii, sed solius usus rei de una in aliam personam, dominio ejus apud Monasterium permanente.

QUÆRES I.

1055 *An Religiosi, & Monales possint habere peculium, seu annuos redditus, in usus honestos, & licitos, & ex justa causa de licentia Superiorum, atq; ad eorum nutum revocabilia?*

IN hac ardua re, ut solidè simul, & clarè procedam, primo loco ante oculos appono Decretum S. Conc. Trid. *sess. 25. de Regularibus c. 2.* quod est totius resolutionis regula, & norma, ut sequitur, *v. n. 123.*

„ Nemini igitur Regularium, tam virorum, quàm mulierum, liceat bona immobilia vel mobilia, cujuscumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquisita, tanquam propria, aut etiam nomine Conventûs possidere, vel tenere; sed statim ea Superiori tradantur, Conventuique incorporentur; nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usumfructum, vel usum, administrationem, aut commendam; administratio autem bonorum Monasteriorum, seu Conventuum, ad solos officiales eorumdem, ad nutum Superiorum amovibiles, pertineat; mobilium verò usum ità Superiores permittant, ut eorum supellex, statui paupertatis, quam professi sunt, conveniat, nihilq; superflui in ea sit; nihil etiam, quod sit necessarium, eis denegetur; quod si quis aliter quidquam tenere deprehensus, aut convictus fuerit; is biennio activâ, & passivâ voce privatus sit, atq; etiam juxta suæ regulæ, & ordinis constitutiones puniatur.

1056 Inde expono modos, quibus peculium figurari, & practicari solet. Primus est, quo Monasterium ex bonis communibus quos redditus annuales Religioso assignat pro victu, & vestitu, ità ut, si quid deficiat suâ industriâ perquirat, & si quid excedat, in pios, & honestos usus expendat.

1057 Secundus, quo Monasterium singulis Religiosis certam annuam, aut mensalem pecuniæ portionem assignat, quæ vulgò *stiarium* appellatur; victus tamen est communis.

1058 Tertius, quo Novitius in actu renunciationis, quam ante professionem facit, sibi reservat aliquem annuum censum pro suis honestis necessitatibus, dependentem à Superioris voluntate, ità tamen ut dominium, aut usumfructum non retineat penes ipsum, sed penes Monasterium, ipse verò illum habeat usum ad nutum Superioris revocabilem. Dominium apud Monasterium manet, si Novitius bona Monasterio renunciavit; Usumfructum verò, si bona parentibus, aut aliis renunciavit.

1059 Quartus, quo Religiosus pecunias ex propria industria acquisitas, putà ex Prædicatione, lectione, &c. pro se retineat, & in proprios, ac honestos usus convertat, dependenter à Superioris voluntate.

1060 Quantùm ad primum modum, quamvis Sanchez *tom. 1. Decal. lib. 7. cap. 12.* Nav. & alii apud ipsum dicant, non esse illicitum, supposita tali Monasterii relaxatione, & communitatis jactura, quatenus omnis dispositio dependeat ex licentia revocabili Superioris; fatentur tamen, eum quamplurimum subjacere imperfectionibus.

Ego tamen omninò dico, talem modum nedum directè opponi in totum Decreto Concilii de *n. 1035.* verùm etiam esse pertus relaxativum perfectionis paupertatis, destructi-

structivum vitæ communis, eversivum disciplinæ regularis, & scandalosum, ità ut hujusmodi Monasterium deberet à Superioribus valdè reformatione curari, aut aboleri.

1061 Quantùm ad reliquos tres modos (primum namque non puto dignum controversiâ) duæ sunt opiniones.

Prima negat. Mastrius *disp.* 14.*n.*41. Dominus *tom.* 3.*tr.*15.*q.*10. Fagnanus *in lib.* 3. *C. Monachi* 2. *de statu Monach.* Quia Conc. Trid. *cit.* condidit novum jus; ejus namq; verba non sunt declarativa juris antiqui, sed præceptiva: *Nemini Regularium liceat, &c.* Item præcipit: *Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Religioso concedere, etiam ad usumfructum, usum, &c.* quod non prohibet jus antiquum. Insuper liquet per illam particulam *Deinceps.*

1062 His accedit Decr. Clem. VIII. declarativum, & confirmativum Decreti Concil. Trid. his verbis: Quò Trid. Conc. *decreta de paupertatis voto custodiendo fideliùs observentur præcipitur, &c.*

1063 Secunda opinio affirmat licere. Diana *par.* 1.*tr.* 6. *res.* 32. Verricelli *tr.* 8. *qu.* 51. Pen, Villal. Miranda, Nav. Fahundez apud ipsum, & alii.

1064 Idque ob oppositam rationem: quia Trid. non condidit novum jus, sed confirmavit antiquum c. *Monachi, &c. Cum ad Monasterium*, quod prohibebat peculia concessa ad omnes usus, etiam superfluos; vel si ad licitos, sine tamen justa causa concedendi, vel concessa irrevocabiliter à Superiore; minimè peculia, & redditus ad usus honestos, ex justa causa, & dependenter à voluntate Superioris.

Suadent ex verbis, c. *Monachi. Qui verò peculium habuerit, nisi ab Abbate fuerit ei pro injuncta administratione permissum, à monasterio removeatur Altaris, &c.*

1065 Insuper dicunt, recensitos modos componi cùm Decr. Conc. Intentum namq; Concilii est, ut nullus Regularis bona mobilia, aut immobilia retineat ut propria, aut nomine Conventûs, sed ut statim ea Superiori consignet, & Conventui incorporentur; ita ut facta bona communia, stent sub totali dispositione Superioris. Cùm quo bene stat (addunt ipsi) loquendo de mobilibus, ut Superior justa de causa concedere possit licentiam revocabilem, ut Religiosus, vel Religiosa illa retineat ad suos usus, uti aliàs res Monasterii, quando Religiosis distribuuntur. De immobilibus verò loquendo, dici posse, ut Superior constituat subditum officialem Monasterii ad nutum amovibilem, ut eos reddituus administret, & de fructibus juxtà Superioris voluntatem disponat. Ità illi.

1066 Quibus Pelliz. *de Mon. c.* 4. *n.* 4. *addit: Quando autem* in Conc. Trid. *loc. cit. dicitur*, Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui Regulari concedere, etiam ad usumfructum, usum, administrationem, vel commendam; *intendit Concilium ibi solùm prohibere, ne regulares habeant redditus, ut proprios, ac irrevocabiles per Prælatos, ac sinè horum licentia distrahendos, ut* exponit Barbosa: *Non autem, quod Regulares nullo modo habeant annuos redditus, sicut bene advertit*, & probat Sanch. *l.* 7. *mor. c.* 22. *n.* 11. ex Navar. Sà, Rodriq. Graff. & aliis.

EX HIS DUABUS SENTENTIIS

1067 Dico, primam esse veram; secundam verò solùm habere locum in Monasteriis, ubi, vel ob nimiam paupertatem, vel ob Superiorum incuriam, aut malitiam, non servatur perfecta vita communis submistrando singulis juxta statûs decentiam, Rodriq. *part.* 1. *Sum. c.* 90. *Concl.* 4.

1068 Ratio primæ partis est; quia ut, con-

stat expressè ex Decr. Clem. VIII. declarativo Decreti Conc. Trid. editi die 25. Junii 1599. intentum Conc. Trid. est, quòd omnia quomodocumq; à Religiosis acquisita, Superiori tradantur, & Conventui, cùm cæteris illius bonis, pecuniis, & proventibus, incorporentur, ut inde communis victus, & vestitus omnibus suppeditari possit; in quo consistat *Vita communis*.

1069 Insuper Decretum declarativum Clem. VIII. *sub n.* 12. subdit.

„ Nullus ex Superioribus locorum, admi-
„ nistrationem bonorum, aut aliarum rerum,
„ dispensationem quæ pecuniarum, & reddi-
„ tuum sui Conventûs, etiam nomine Con-
„ ventûs, per se ipsum habere, sive exer-
„ cere possit: sed universum id onus tribus
„ Fratribus ejusdem Conventûs à Generali
„ ità demandetur, ut unus rerum, & bo-
„ norum, reddituumque colligendorum,
„ ac exigendorum curam habeat: alter tam-
„ quàm depositarius, pecunias, ac cætera
„ ab illo collecta, & exacta, fideliter asser-
„ vet alius de pecuniis, & rebus à Depo-
„ sitario acceptis, Priori, & Fratribus, ac
„ Conventui universo de necessariis, mandan-
„ te tamen ipso Priore, non secundùm
„ proprium affectum, sed juxtà charitatis Re-
„ gulam, veluti bonus dispensator provideat,
„ officiorum hujusmodi confusione penitùs
„ interdictâ.

1070 Ratio secundæ partis est; quia in contractu, quem Religiosus cùm Religione, seu Monasterio init, ex parte Religionis virtualiter includitur, ut Monasterium teneatur illi providere de necessariis juxtà decentiam status.

Quod in ipsis Decretis, in quibus vita communis injungitur, expressè præcipitur. Et quidem in ipso Decr. Trid. per hæc verba: *Nihil etiam, quod sit necessarium, denegetur: ut in n.* 1055. Idem habetur in Decr. Clem. VIII. *num.* 7. 11. *& 12.* Et corrobatur ex dicendi modò, exponendo *usum necessarium*.

1071 His accedit Fagnanus *cit. n.* 15. verbis.

„ Quærebatur enim, an cùm necessaria
„ Superiore etiam requisito ideo denegentur,
„ quia Monasterii facultates non suppetunt,
„ liceat Regularibus clam, vel eo invito sibi
„ sibi comparare seu retinere: Sacra Congre-
„ gatio respondit, licere, si præcisa necessitas
„ sit ad individui sustentationem: Cæterùm
„ communem penuriam ab omnibus perpe-
„ tiendam, usq; adeò ut si quid privatim ab
„ cui delatum, vel ab ipso partum fuerit, id
„ tunc ad Superiorem recta deferri oporteat,
„ qui ex eo, primò succurrat ejus necessitati,
„ cujus intuitu illud obvenerit, si peculiaris
„ qua necessitate ultra communem præmi-
„ tur; reliquum Conventui incorporetur, &
„ in communem cedat utilitatem. Quippe
„ præcisa hæc, seu extrema necessitas, cum ea
„ de jure naturæ, nullis subest legibus; & ideo
„ excusat à regulæ transgressione etiam FF.
„ Minores S. Francisci, qui arctissimam pro-
„ fitentur paupertatem, ut est text. *in c. Ex-*
„ *it*, §. *Porrò de verb. signif. lib.* 6. ibi *Nec q-*
„ *sit Fratribus jure poli in extrema necessita-*
„ *articulo ad providendum sustentationi natu-*
„ *ræ via omnibus extrema necessitate detenti*
„ *concessa præcluditur, cum ab omni lege ex-*
„ *trema necessitas sit exempta.*

1072 Hinc Pelliz. *de Monial. c.* 4. *n.* 3. & Verricelli *tr.* 8. *qu.* 51. cùm Beja, Barbosa, & aliis dicunt, licitam esse praxim, & consuetudinem, qua Propinqui Monialibus in professione ultra dotem annuum censum, seu redditum assignant, ad earumdem honestos usus convertendum, dependenter à Superioris voluntate; in quantum Monasterium necessaria juxtà decentiam status ad victum, &ve-

de velitum, sanitatis, aut infirmitatis tempore non subministrat, maximè pro exercitiis spiritualibus Monasterii, quibus à Superioribus designantur.

PECULIUM NON SUPERFLUUM

1073 SEd moderatum esse debet, conformiter ad statum Religiosi illud habentis necessarium. Dixi *Conformiter ad statum, &c.* quia peculium aliquod potest esse superfluum uni, non alteri; unde ad hanc status decentiam, moderationem peculii, est considerandæ qualitas personarum, conditionis, loci, temporis, & aliarum circumstantiarum. Et quidem ratione personæ pluribus egregiè præluxit Magister Ordinis. Item in considerationem venit, si pars peculii applicanda in bonum ipsius Monasterii, & Religiosorum. Si Religiosus sua industria multa Monasterio comparavit.

Et in Monialibus sunt considerandæ expensæ, quas solent in exercitiis Monasterii impendere. Sanchez apud Pelliz. de Monial. c. 4. n. 17. loquens de Religiosis superflua retinentibus, ait, *Quòd si dicti Religiosi sint in bona fide, nec de hoc rogent confessarium, nec speretur fore, ut admonitio prosit, potest Confessarius tacere, ac ipsos absolvere, dummodo dicta bona non expendant sinè licentia, aut in malos usus.*

NEC AD USUS SUPERFLUOS

1074 Et applicandum, sed necessarios. Usus necessarius non est sumendus strictissimè pro pura vitæ sustentatione; quia Religiosi sunt filii, & non esset discrimen à mancipiis, & ancillis. Imò esset totum impelere scrupulis, & reddere Religionis statum valdè durum, plus æquo onerosum, & potiùs adversivum, quàm attractivum, Christo docente: *Jugum meum suave est, & onus leve.*

1075 Firmatur ex Bulla Urban. VIII. 20. Novemb. 1677. *Cum sæpè contingat*, ubi habetur:

Computatis hujusmodi redditibus, & eleemosynis, &c. sedulò examinare, quot Religiosi homines, connumeratis etiam laicis, aliisq; necessariis servientibus, in unoquoq; Monasterio, &c. juxta Religionis, & proprii instituti morem: victum, & vestitum, & medicinalia in communi habentes, competenter sustentari valeant.

Ex Decretis Clem. VIII. pro Refor. Regul. *Nullus omninò, &c. In unoquoq; Conventu fratrum is tantium deinceps constituatur numerus qui ex redditibus, &c. commodè possit sustentari.*

Deniq; ex Bulla Innoc. XII. *Nuper* edita 22. Decemb. 1697. idem confirmatur sub eadem particula *commodè.*

1076 Illud certum est: *Superfluum* esse id, quod non est necessarium, vel utile, vel honestum. *Necessarium* dicitur omne illud, quod est conveniens Monasterio, aut Religioso juxtà sui statûs decentiam. *Utile* omne illud, quod licèt non sit præfato modo necessarium, inservit ad aliquod ejus emolumentum, statui Religioso haud indecens; aliter erit superfluum. *Honestum* deniq; dicitur omne id, quod aliquem actum virtutis includit, putà Eleemosynæ, Pietatis, Religionis, &c. Hinc honestum est facere Missas celebrare.

Superfluum est indui interiùs vestibus contra præscriptum Regulæ, aut exteriùs habitu nimis delicato; nec ad hujusmodi potest dari, aut præsumi licentia. Mendo *in Epit. nu. 9.*

Joan. de Lugo, & alii apud Pelliz. *de Monial. c. 4. num. 18.* dicunt, quòd Religiosus, qui habens licentiam aliquid expendendi pro suo arbitrio, illud expèdet ad usus superfluos,

autillicito, non peccet contra paupertatem, ideóque recipiens non teneatur ad restitutionem ; quia defectus licentiæ facit usum esse contra paupertatem. fatentur tamen , quòd peccet ex alio titulo , nempe ratione superfluitatis, aut alterius turpitudinis , quæ sit in actu. Sic pariter peccat Superior dans scienter licentiam ad usus superfluos.

Donatus autem *in tom. 3. tr. 15. qu. 16.* quamvis plures Doctores addat pro recensita opinione, ipse tamen tenet, talem Religiosum peccare contra votum paupertatis ; idque ex Decr. S. Congr. ad quatuor quæsita, nam *Ad secundum, An per talem dispensationem, seu licentiam* [supple tu, ad tenenda superflua] *excusentur à culpa, & pœna ? Censuit negativè*

Fatetur autem , quòd in dubio standum sit pro justitia licentiæ. Ex resp. ejusdem S. Congr. *Ad quartum, An Superioris arbitrio & præfinitioni stare debeant Regulares, quoad mobilium superfluitatem, vel convenientiam Censuit, nisi de excessu arbitrii constiterit, utique standum, habitâ ratione personæ, officii , & regulæ, statúsque paupertatis , quam professi sunt, & cæterarum itidem qualitatum: v. num.* 1052.

PECULIUM APUD COMMUNEM DEPOSITARIUM

1077 TEnere, est majoris perfectionis , & ità servari debet. *Depositum* námque est inventum, ad hoc ut administratio bonorum tollatur ab ipso Religioso, & stet penes Monasterium ; quoad usum verò facti sunt designata ipsi Religioso, ac proinde non confunduntur , nec incorporantur cum bonis, & fructibus Monasterii ; ad differentiam Monasterii , in quo servatur perfectior vita communis , ubi non conceditur peculium, sed bona à Religioso acquisita confunduntur , & incorporantur cum bonis Monasterii; ac proinde Trid. vult ea statim trad[ita] periori.

1078 Joannes la Cruz de statu Religio[sorum] *lib. 1. c. 3. dub. 1.* cum Lopez, & Valentia, [et] Pelliz. *de Monial. c. 4.* tenent , non pec[care] Religiosum peculium, seu pecunias retine[re] non in communi depositо, sed in cella, [vel] in cella retineat, non animo occultandi [a] periori , sed de ejus licentia expendendi ; [si] non adsit speciale præceptum, de retinen[do] in communi depositо [quale extat pro Ho[no]ribus Conventualibus, ex constitutione Urbani *in cap. 4. Regulæ tit. 1.*) Ratio est, quia adhuc verum est, quòd dominium, & [ad] omne sit penes Monasterium, minimè pen[es] Religiosum , apud quem solùm est usus fa[ctus] à voluntate Superioris dependens. Ex communis depositarius est inventus non pro substantia, sed pro majori perfectione paupertatis servanda, & maximè ut in Religioso, amore pecuniæ præsentis, non frigescat charitas erga Deum, & minuatur perfectio, aceresc[ente] virtutum, crescentibus mundi curis, ad quas pecuniæ movent.

1079 In Monasteriis, maximè Monialium, si cui Religiosæ sit durum communi depositariæ se accommodare , non videtur ab re, si Superiorissa aliam depositariam ei familiarem assignet, ut sic dulciter , quantum fieri potest , ab amore pecuniæ , & proprietatis periculo amoveatur , & [ne] fervidiùs studeat ; quia hoc modo [non] satis verificatur , quòd non ipsa Monialis, sed Monasterium pecuniam, seu rem retineat in manu depositariæ à Superiorissa assignatæ. In hujusmodi enim circumstantiis potest locum habere Epicheja , quæ est moderatrix legum.

1080 Et quia hujus duritiei, solet esse causa suspicio, quòd Superiorissa de manu depositariæ communis pecunias illas accipiat , & pro

pro communibus Monasterii necessitatibus applicet; monitum volo, quòd ex una parte Religiosæ apud communem depositariam pecunias tenentes, tenentur habere animum voluntati Superioritatis relignatum, ut de illis, sicuti placuerit, disponat: ex alia autem parte, quod Superioritas à talis potestatis usu se abstinat: dicente *Apost. ad Cor. 6. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. & ibid. cap. 10. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.* Quis ignorat, sexum muliebre arundini communiter assimilari? Et Matth. 12. dicitur: *Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet.* Insuper Isa. 42. *Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: v. num.* 1043.

QUÆRES II.

1081 *An Religiosi, & Moniales in Monasteriis, ubi vita communis non servatur, possint jure morali eam recusare, si Superiores velint illam erigere:*

VITA COMMUNIS

1082 Consistit in hoc (quòd Religiosus de manibus tui Superioris accipiat, quidquid sibi ad decentem suæ vitæ sustentationem, & alios honestos usus est opus, ac proinde quidquid quomodocunque acquirit, Superiori tradat, & cum cæteris bonis, pecuniis, & proventibus Monasterii incorporetur, ut inde ex communi massa communis victus, vestitus, & omnis alius honestus usus omnibus impenditari possit) Hæc est forma vitæ communis, à S. Conc. Trident. præscripta, *num.* 1055.

1083 Vita communis non est de jure divino, ut constat; nec de substantia paupertatis. Anton. *in sum. 3. part.* Diana *p. 1. tr. 6. res. 19.* Suarez *de Relig. tr. 9 lib. 1. c. 12.* Pelliz. *de Monial. c. 4. num. 3.* Illustr. Ramirez *in sua quæst. moral. §. 8. & com.* unde potest votum paupertatis adimpleri absque vita communi. Constat ex definitione paupertatis, *à num.* 1034. *ad* 1036. *&* 1022.

1084 Item ex jure Canonico antiquo, *cap. Monachi num.* 1064. relato, ubi permittitur peculium à voluntate Superioris dependens.

1085 Unde vita communis est de jure Ecclesiastico Tridentini, præcepta pro custodia paupertatis, & ut paupertas cum majori perfectione observetur. Ut constat ex verbis Decr. Clem. VIII. *num.* 1068. relati: Quo Trid. Concilii *decreta de voto paupertatis fidelius observentur, præcipitur, &c.* Hinc ut rectè ponderat Illustr. Ramirez *cit.* Religiosi non observantes vitam communem, non puniuntur à Conc. Trid. nec à Bulla Clem. VIII. pœnis proprietariorum, inter quas præcipua est privatio sepulturæ Eccles. sed pœna leviori, nempè privatione vocis activæ, & passivæ ad biennium, ut constat ex Decr. Trid. *num.* 1055.

1086 Observantia igitur voti paupertatis quoad substantiam stat cum peculio, & sinè vita communi à Trid. præscripta, si retineatur dependenter à voluntate Superioris, si sit moderatum, & expendatur ad usus honestos, non superfluos. His præmissis.

1087 Respondeo Regulares, & Moniales non posse sinè mortali recusare vitam communem, si Superiores velint illam erigere. Mastrius *disp. 14. n. 46.* Donatus *tom. 3. tr. 15. q. 5. cum Com.* Et novissimè Illustr. Ramirez Archiep. Episcopus Agrigentinus *in sua quæst. Moralis*, qui dignè, solidè, & fusè probat.

Ratio mihi evidens, & insolubilis est; quia Religiosus, aut Monialis recusans vitam communem, peccat mortaliter contra Votū paupertatis. Probatur: Religiosus, aut monialis

lis recipiens, & retinens (suppletu, notabile) independenter à voluntate Superioris, peccat mortaliter contra Votum paupertatis; sed Religiosus, aut Monialis recusans vitam communem juxta formam Tridentini, Superiore volente illam erigere, recipit, & retinet independenter à voluntate Superioris, imò contra ejus voluntatem; igitur peccat mortaliter contra Votum paupertatis. Major est certa ex definitione Paupertatis ex *num.* 1034. *ad* 1036. Minor est clara; quia Vita communis à Trid. præscripta, est, ut quidquid Religiosus, aut Monialis acquirit, non retineat, neque nomine Monasterii, sed statim Superiori tradat, & cum aliis Monasterii bonis, pecuniis, & proventibus incorporetur, ut inde ex communi massa singulis Superior providere possit. Totum hoc vult Superior volens communitatem juxta formam à Trid. præscriptam erigere; & consequenter Religiosus, aut Monialis, qui Superiore illam erigere volente, illam recusat, retinet à se acquisita independenter à voluntate Superioris, imò contra ejus voluntatem; Superior námque vult, ut Religiosus non retineat, sed statim acquisita tradat incorporanda; & Religiosus non vult, sed recusat ea Superiori tradere incorporanda. Quid clarius contra Votum paupertatis?

1088 Hinc habes primò. Aliud esse, quòd Religiosus non servet vitam communem à Trid. præscriptam, & aliud, quòd Religiosus recuset vitam communem à Trid. præscriptam, Superiore illam erigere volente; nam secundùm importat violationem voti paupertatis, non sic primum, ut dictum est *num.* 1085. & 1086.

Hinc secundus Religiosus committit mortale sacrilegium contra votum paupertatis. Primus transgreditur præceptum Tridentini, & incurrit pœnam privationis vocis activæ, & passivæ ad biennium, *ut in num.* 1054. non peccat contra votùm paupertatis. Quod est verum, si hic primus moretur in Monasterio, ubi non servetur vita communis Trid. præscripta. Si verò degat in Monasterio, ubi illa servatur, peccat contra votum paupertatis, nisi justam causam habeat, excusetur; quia tunc redit ratio de recusatione; nam tunc retinet contra voluntatem Superioris. Donatus *tom. 3. tr. 15. n. 6.*

1089 Secundò, quòd in Monasterio, ob nimiam paupertatem, vel ob Superiorum malitiam, aut incuriam, vel ob resistentiam majoris partis, quæ sinè periculo gravis mali cogi non potest, non servatur vita communis à Trid. præscripta; tunc Religiosus, ut sit bonus in conscientia, & paupertatis votum non violet, habere debet animum paratum ad eam recipiendam, si quando erigatur ità ut per ipsum non desit.

1090 Tertiò, quòd in Monasterio, ubi non servatur vita communis à Trid. præscripta, si Superiores Monasteriorum velint illam erigere, Religiosi excusari non possunt per contrariam consuetudinem, & per hoc, quòd sub tali consuetudine professionem emiserint. Quia per votum paupertatis, quod in professione emiserunt, virtualiter voverunt *vitam communem à Trid. præscriptam, Superiore illam conservare, aut erigere volente*, voverunt námque, nil retinere invito Superiore, sed dependenter ab ejus voluntate, adeóque virtualiter voverunt ei statim tradere omnia ab ipsis acquisita, Superiore præcipiente; aliàs retinerent Superiore renuente, & sic peccarent contra votum paupertatis. Quamtamen Pelliz. de *Mon. c. 4. n. 8* Sanchez, & alii apud ipsum limitant: *dummodo aliunde Religioso satis provideatur: v. n.* 1070.) Nulla autem consuetudo valet contra Regulam, prout dicit tria substantialia vota.

1091 Ne

1091 Nec rectè dicunt alii, Decreta Conc. Trid. Clem. VIII. & Urb. VIII. quoad vitam communem, vel non fuisse accepta, vel certè postea abrogata. Quia hoc dictum facis repellitur ex traditis *à n.* 193. Noa enim video obligare cessant, cùm Summi Pontifices quotidie instent pro observantia vitæ communis à Trid. præscriptæ. Sic post Urb. VIII. Alex. VII. Innoc. X. per speciales Bullas, & novissimè Innoc. XII. anno 1695. per alias, quibus innovavere Decreta Concil. Trid. & Clem. VIII. Et sic firmiter promovent vitam communem à Trid. præscriptam, ut plures Religiones sæpè caruerint, & etiam ad præsens careant licentiis induendi Novitios.

1092 Et quamvis Monasteriorum inopia videatur excusatio valida, solidè tamen eam rejicit Illustr. Ramirez *cit.* §. ratione practicâ quæ unicam sit practicata.

Singuli námq; hujusmodi Monasteriorum Religiosi (ait ferè ipse (de facto habent sibi necessaria juxtà decentiam statûs, & non aliundè, nisi ex iis, quæ partim habent à Monasterio, & quæ partim suo labore, ac industriâ, aut à propinquis, aut amicis acquirunt; si igitur hæc sunt sufficientia, ut singuli vivant, & necessaria habeant juxta decentiam statûs, pariter, si eadem statim Superiori traderent incorporanda cùm cæteris Monasterii proventibus, sufficientia essent, ut Superior de communi massâ singulis provideret necessaria juxta decentiam statûs.

1093 Nec tunc deberent Religiosi esse segnes, sed potiùs accuratiores in adhibendo honesto labore, & industriâ ad eadem acquirenda, & uti suprà Superiori tradenda; nisi velint reprehendi ab Apost. 1. *ad Cor.* 10. *Nemo quod suum est, quærat, sed quod alterius.* Quod si in sæculo domi tuæ id pro tuis fratribus carnalibus ageres, cur non in Religione in domo Dei idẽ pro tuis fratribus spiritualibus ages? Ait enim S. P. Fr̃ancíscus *in 6. c. Regulæ: Quia si mater nutrit, & diligit filium suum carnalem, quantò diligentiùs debet quis diligere, & nutrire fratrem suum spiritualem?*

1094 Monasteria tamen non desunt, in quibus quilibet Observantiam profitetur, & eam labentem deplorat; at nemo digitum ad sublevandum admovet. Quilibet ad fructus sibi necessarios dexteram porrigit, at nemo manum ad aratrum extendit. Quilibet est ad panem solicitus, ad laborem tardus. Plures video Contemplativæ studere, paucos Activæ. Perfectior est Contemplativa, sed longè perfectior, si jungatur Activæ. Hinc de S. P. Francisco canit Minorum familia.

S. Franciscus præviis orationum studiis, quid faciat instructus: non sibi soli vivere, sed & aliis proficere vult Dei zelo ductus. Et teste Apost. excellens est *Fides*, præclara *Spes*, *major autem horum est Charitas.* Æmulamini ergo Fratres [ut cùm eodem Apost. 1. ad Cor. 12. loquar] charismata meliora.

1095 Hinc, qui resistunt vitæ communi videntur potiùs id agere, ut superfluis abundent; & liberiùs disponant, quod est contra paupertatem, quàm quia eis inde necessaria desint juxtà decentiam statûs.

1096 Deniq; duo volo monita pro praxi præ oculis habenda, ex parte subditorum unum, ex parte superiorum alterum.

1097 Ex parte subditorum sit *firma fiducia* in Dei providentiam, innixa verbis Christi Matth. 6. *Nolite soliciti esse, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.*

Fiducia omnem diffidentiam expellens firmabitur, si Religiosi perlegãt, quod in Chronicis Minorum, & in Speculo eorumdem *tr. 3. fol.* 144, refertur super Regula, & Paupertate Minorum, ut sequitur:

„ Unde cum ad suggestionem fratris He-
„ liæ, multi ministri ad Beatum Franciscum
„ accessissent protestantes, quòd nolebant ad
„ eam obligari, timentes, ne esset nimis a-
„ spera: quod audiens Beatus Franciscus vertit
„ faciem suam ad Cœlum, & loquebatur sic
„ Christo: Domine, nónne bene tibi dixi,
„ quòd non crederent mihi: tunc omnes au-
„ dierunt vocem Christi in aëre dicentis:
„ Francisce, nihil est in Regula de tuo, sed to-
„ tum est meum, quidquid ibi est. Et volo,
„ quòd Regula servetur ad litteram, ad litte-
„ ram, sinè glosa, sinè glosa. Et addidit Chri-
„ stus. Ego scio, quantùm potest humana
„ fragilitas, & quantùm volo eos juvare; qui
„ nolunt ergo eam servare, exeant Ordinem.

Et statim ibidem.

„ Cùm fratres de eleemosynis sufficienter
„ possint vivere, nec sic se exponere Divinæ
„ Providentiæ, est Deum tentare, ut aliqui
„ malè sentientes de Evangelica paupertate
„ dixerunt. Contra quos Nicolaus Papa in
„ dicta Decretali *Exiit*, ait: Nec quisquam
„ his insurgat erroneè, quòd taliter propter
„ Deum proprietatem omnino abdicantes,
„ tanquam homicidæ sui, vel tentatores Dei,
„ vivendi discrimini se committant. Sic enim
„ se ipsos committunt Divinæ Providentiæ
„ in vivendo, quòd viam non contemnunt
„ provisionis humanæ, quin vel de iis, quæ
„ offeruntur liberaliter, vel de iis, quæ men-
„ dicantur humiliter, vel de iis, quæ conquæ-
„ runtur per laboritium sustententur; qui tri-
„ plex vivendi modus in Regula continetur
„ expressè. Profectò, si juxta promissum Sal-
„ vatoris, numquam deficiet fides Ecclesiæ:
„ per consequens nec opera misericordiæ
„ subtrahentur. Ex quo Christi pauperibus
„ omnis ratio diffidentiæ cujuslibet videtur
„ esse sublata.

His accedat illud Salvatoris Matth. 24. *Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Et concludat Apost. 2. ad Cor. 6. *Nihil habentes, & omnia possidentes.*

1098 Ex parte Superiorum sit Zelus, sed *Eximia Prudentia. Zelus*; quia ipsi tenentur ad Reformationem, & inde ad vitam communem omni conatu promovendam; cui niam Apost. ad Hæbr. 13. subditos ad obedientiam extimulans Prælatorum, exemplum proponit, dicens: *Obedite præpositis vestris, & subjacete eis; ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.*

1099 Eximia Prudentia, qua attentis Superior consideret suorum subditorum, loci, & temporis conditiones, aliásque circumstantias, ut fructuosus sit zelus; quòd si non ipse se profuturum, sed potiùs prævideat prima mala, & scandala oritura, se cohibeat, & apud Deum excusabitur; quia zelus ordinati debet ad lucrandas, non perdendas animas; tum námque Superiore instante, Religiosi resistantes, in expressa sacrilegia contra votum paupertatis inciderent, *ut in num.* 1088.

1100 Quæ prudentia est magis necessaria quoad Moniales, pro quibus specialiores aliæ circumstantiæ sunt attendendæ, maximè si ex devotione, & perfecto voluntario Monasterium, & clausuram elegerint, maximè ex propriæ domus, & personæ conventientia; quæque minùs (ratione sexus) rebelles solent jurium capaces, & solent esse causæ majorum malorum. Ipsi sacri Præsules experiantur. Vide infra dicta de prudentia confessarii, *& num.* 1080.

QUÆ-

QUÆRES III.

1101 *An Religiosus possit succedere suis parentibus ab intestato, aut aliquod legatum recipere?*

REspondeo, quod si Religio non sit capax successionis, non potest Religiosus succedere ab intestato. Potest tamen nomine Monasterii acceptare legatum per modum eleemosynæ, juxta dicenda de paupertate, & legato Minorum.

1102 Si Religio sit capax successionis, tunc sive hæreditas Religioso professo provenit ab intestato, sive ex testamento, in illam succedit Monasterium; ex communi principio, *Quidquid Monachus acquirit, pro Monasterio acquirit.* Non tamen titulo hæreditario; cùm tunc Religio non sit hæres; sed titulo, & jure acquisitionis naturalis; in quantum bona, utpotè accessoria, sequuntur personam; persona autem est Monasterio, & Deo dicata.

1103 Item, si Novitius professionem emittat absque prævia renunciatione, seu dispositione suorum bonorum; tunc se habet ut mortuus ab intestato; nam per professionem Religiosus moritur mundo, & per actum facti, imò per votum paupertatis spontanei dominio omnium bonorum; unde Monasterium in omnia ejus bona succedit (si Religio sit capax successionis, seu possidendi bona in Communi) excepta legitima, quæ sit filiis, aut aliis descendentibus, vel ascendentibus debita; de qua quidem etiam pro professionem Religiosus disponere potest, eam distribuendo inter eos, quibus debetur. *Can. si quæ mulier 9. § Sed si persona Caus.* 19. q. 3. non quidem ut dominus, sed ut administrator à jure constitutus ad hunc effectum. Quòd si Religio non sit capax successionis, tunc non succedit Monasterium, sed succedunt hæredes illi, qui succedere debuissent, si mortuus esset ab intestato extra Religionem, seu in sæculo.

1104 Pariter, si Novitius moriatur intestatus ante professionem, succedunt in ejus bona iidem, qui succederent, si mortuus esset in sæculo; quia cùm persona non esset Monasterio dicata, ità nec accessorium, nempe ejus bona. Pirhing. *in Com. lib. 3. tit. 27. §. 3. & 4.*

1105 Quantum ad legatum recipiendum nulla est difficultas in Religione capaci, dummodo nullum jus in privato Religioso resideat. sed solus usus facti.

1106 Denique si Religiosus non professus instituatur hæres, Monasterium nomine Religiosi hæreditatem acquirit. Mendo *in Epit. ver. Paup. Votum, num. 10.*

QUÆRES IV.

1107 *An si Monialis transeat de uno in aliud Monasterium, debeat etiam transferri dos?*

REspondeo, quòd si posterius Monasterium Monialem admittat volens, dos non est transferenda, sed remanet apud prius Monasterium. Est autem transferenda, si cogatur ad eam admittendam. Pelliz. *de Monial. c. 3. n. 69.* cum Rodr. Bonac. & aliis, contra aliquos ibi, qui etiam quoad primam partem affirmant.

1108 Ratio primæ partis est; quia (ut ait Pelliz. *cit.*) Dos non datur Monasterio sub conditione, *si Monialis*, in Monasterio maneat; sed sub conditione, *si professio sequatur.* Unde professione secutâ, Monasterium dotem perpetuò acquirit. Et posterius Monasterium spontaneè talem Monialem admittens, sibi debet hoc incommodum imputare.

1109 Nec tenet paritas de matrimonio carnali;

nali; quia in eo dos ad virum pertinet solùm pro matrimonii tempore, hinc si vir, aut mulier moriatur, dos restitui debet. At solutâ professione per mortem Monialis, dos non restituitur parentibus, quia per professionem dos transiit perpetuò in dominium Monasterii, nam (ut doctè innuit Pelliz.) Monasterium stat loco filii, adeóque sicut filius est hæres matris, eique succedit in dotem, ità Morium succedit in dotem Monialis defunnastoctæ: *v. num.* 1113.

1110 Ex quo etiam fit, quòd licèt vir possit uxorem ejicere, donec ei solvatur dos, non sic potest Monasterium Monialem professam ejicere, sed solùm potest parentes in Judicio cogere, ut dotem solvant.

1111 Ratio secundæ partis est; quia justum non est, ut posterius Monasterium, quod patitur involuntariè recipiendo talem Monialem, insuper patiatur alimentorum gravamen, Ità Pelliz.

QUÆRES V.

1112 *An Religiosus transiens de una in aliam Religionem, possit licitè bona, quæ ibi retinebat, ex propria industria acquisita, secum transferre.*

REspondeo, non posse, etiamsi Religio, ad quam transit, sit bonorum capax, & etiam si transeat de licentia Papæ, nisi in licentia sit expresè concessa facultas ea transferendi. Donatus *tom.* 1. *p.* 2. *tr.* 5. *q.* 57. Port. ver. Bona transeunt, *num.* 1. & *Com. Exeap. unico, sen statutum* 18. *quæst.* 1. Ubi deciditur: *Sed quidquid acquisierit, vel habere visus fuerat, Monasterio relinquat. Et ex cap. Non dicatis* 12. *q.* 1.

1113 Nec dicas: Bona sunt accessoria personæ, & illius intuitu à Monasterio obtenta adeóque quòd eamdem sequi debeant.

Quia (ut doctè ponderat Donatus) *Ratio est, acquiri intuitu personæ professi, & aliunde quòd penes Monasterium perseverent. Ergo bona acquiruntur Monasterio intuitu professionis, sed non perseverant ratione illius; sed ratione professionis validæ, qua subsequuta professus respectu bonorum acquisitorum se habet ut extraneus.* Megal. *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 3. *num.* 46. contra Menoch.

Et ideo subdit, quòd *licèt bona illa pervenerint Monasterio obvenerint intuitu personæ, nihilominus illius effecta sunt omnino, absolutè & simpliciter, per professionem ibi validè factam: v. num.* 1109.

Religiosus igitur de una in aliam Religionem transiens, non potest secum deferre bona, quæ in priori tenebat, sive immobilia, sive mobilia, & utensilia, libros, &c. quocumque modo acquisita: *v. num.* 1118.

1114 Excipienda tamen sunt manuscripta Religiosi, ut Conciones, lectiones, & similia, quia sunt partus intellectus: de illis enim potest disponere ad libitum, sive donando, sive secumferendo. Diana *p.* 1. *tr.* 6. *cum alii*, quod est verum, etiam pro Fratribus Mendicantibus, ex Decl. Clem. VIII. quam refert Coriolanus *p.* 2. *de Cas. res. casu* 8. *n.* 19.

QUÆRES VI.

1115 *An Religiosus obligetur ad restitutionem?*

REspondeo, quòd licèt non possit dici obligatus obligatione propriè dictâ, in quantum revera nil habet proprium, cum omni dominio, & jure per professionem sit spoliatus, & restitutio sit facienda de proprio; potest tamen esse obligatus obligatione impropriè dictâ. Pelliz. *de Monial. c.* 4. *n.* 74. & *Com.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nam onus restitutionis, in casibus, quibus læsa est justitia Commutativa, & jus alterius, est de jure naturali, ex illo principio naturæ *reddendi unicuique, quod suum est.* Unde Religiosus, qui jus alterius læsit, tenetur omni modo, quo potest, illud resarcire: *v.* num. 1116.

1116 Si habeat igitur redditus, seu pecuniam ad proprios usus, tenetur ex illis aliquid detrahere, & restituere. Quòd si ea non habeat, volunt aliqui eum teneri magis laborare, aut aliqua ex sibi concessis minùs necessaria detrahere, vel ab amicis procurare, & restituere. At hæc (ait Pelliz.) sunt magis consulenda, quam præcipienda; quia sunt dura.

1117 Religiosus, si rem sinè licentia, seu Superiore nolente, rem sibi donatam acceperit, tenetur illam Monasterio restituere, non danti; ex illo vulgato principio, *Quidquid Monachus acquirit, Monasterio acquirit.* Cap. Statuimus 18. *q.* 1. Eo maximè quia Superior in tali casu illam acceptare cènsetur; solum enim est renuens pro Religioso, minimè potest præsumi renuens pro Monasterio, cui regulariter nunquam necessitas deest, cuique res illa potest prodesse, & non obesse.

1118 Quòd si dans non dedisset absolutè, sed sub expressa, aut tacita conditione, quòd res illa cederet in usum ipsius Religiosi, tenetur apud se dominio, tunc res est restituenda danti, quia à se dominium non abdicavit. Pellizz. *cit.*

QUÆRES VII.

1119 *An Monasterium teneatur solvere debita à suo Religioso contracta?*

Respondeo, quòd vel hæc debita fuerunt contracta ante professionem, vel post.

SI ANTE PROFESSIONEM

1120 TUnc, si Monasterium habet bona ab illo pariter ante professionem delata, tenetur ejus debita solvere, juxta vires bonorum ab illo delatorum; quia bona delatata non erant libera, sed creditoribus obligata; & successor bonorum adstringitur debitis ejus, cui succedit.

1121 Quòd si isti Religioso post professionem proveniat legatum, donatio, aut hæreditas; non teneri Monasterium ex illis satisfacere Religiosi creditoribus, tenent Castrop. *tom. 3. tract. 16. d. 3.* Tamb. *in Dec. lib. 8. tr. 4. c. 1. §. 1. num. 12.* Hoc probant ex communi, & certo principio, quòd bona, quæ post professionem à Religioso acquiruntur, non acquiruntur immediatè Religioso, & mediatè Monasterio, sed immediatè Monasterio acquiruntur; quoniam Religiosus per Votum paupertatis est spoliatus omni dominio, ejúsque est incapax; & quia creditores nullum habent jus in Monasterium, sequitur, quòd Monasterium nullo pacto teneatur recensita debita solvere ex dictis bonis post professionem Religiosi acquisitis.

1122 Id tamen Castropal. & Tamb. tenent cum hæsitatione; quia sententia Sanchez, quòd teneatur ex dictis bonis solvere, est communis; in quantum per professionem non fuit derogatum jus creditorum in bona omnia, quæ Religioni obvenire possunt ratione personæ obligatæ.

1123 An autem talis Religiosus sit obligatus laborare, concionari, &c. & Monasterium teneatur solvere ex pecuniis à Religioso proprio labore, concione, & acquisitis? Castropal. *tom. 3. tr. 16. d. 5. p. 7. §. n. 8.* negat; quia per professionem cessit bonis, & debita extinxit.

SI POST PROFESSIONEM

1124 DEbita contracta fuerunt ex delicto, v. gr. furto, damnificatione, aut aliâ injustitiâ; tunc tenetur Religiosus, aut Monasterium rem restituere, si extet, aut id, in quo factus est ditior, si non extet.

1125 Monasterium, si nihil extet nec sit inde in aliquo factum ditius, ad nihil tenetur; quia Religiosus se habet ut filius familias, cujus delicto non tenetur pater.

1126 Ipse verò Religiosus tenetur restituere aliquid detrahendo ex peculio, & aliis ad suos usus concessis, *ut in n.* 1115. ad differentiam ejus, qui debita ante professionem contraxit; quia ille per professionem cessit debitis, sicq; debita extinxit, & purgavit; non sic iste.

1127 Sed Superior potest talem restitutionem impedire, si sit facienda extero, minimè si sit facienda ipsi Monasterio, cui sit facta læsio. Ratio prim; quia id, quod Religiosus pro restitutione facienda de peculio subtrahit, est sub dominio Monasterii, adeóq; potest illud à se nolle abdicare, & ità justè restitutionem impedire. Ratio secundi; quia Superior tenetur sui Monasterii indemnitatem curare, nisi rationabilis causa obstet.

1128 Si debita fuerunt contracta ex contractu. Tunc si contractus fuit initus legitimè nomine Monasterii, videlicet de assensu, & licentia Superioris, & Capituli, tenetur quidem Monasterium solvere.

1129 Si autem Religiosus contractum non nomine Monasterii, licèt de licentia Superioris, ad nil tenetur Monasteriorum quia pater non tenetur stare contractibus filii, *ex l.* 1. §. *Cum impubere, ff. de peculio.* Et licentia non fuit data ad contrahendum nomine Monasterii, sed fuit pura permissio, ne Religiosus illicitè contraheret. Eâdem ratione non tenetur Monasterium solvere, si Prælatus iniit contractum, sed non nomine Monasterii, & de consensu Capituli; quatenus se habet ut privatus, & contrahit nomine proprio: *v.n.* 1052.

1130 Quòd si contractus cessit in utilitatem Monasterii, tenetur Monasterium solvere, *ut in n.* 1124. Sed creditor probare debet contractum in utilitatem Monasterii cessisse. Habetur *ex c. Quod quibusdam 4. de fide instrumentorum*: his verbis:

Ne quis Religiosus absq; majoris partis Capituli, & Abbatis sui licentia pro aliquo fidejubeat: vel ab aliquo pecuniam mutuam accipiat ultra summam à Capitulo constitutam, alioquin non teneatur Conventus pro his de quatenus respondere: nisi fortè in utilitatem domus ipsius manifestè constiterit redundasse.

1131 Ipse Religiosus delinquens, licet restituere non possit, potest tamen, & debet puniri, juxtà illud: *Qui potest in bonis, non luit in corpore.*

1132 Denique dicta in toto hoc quæstione non militant pro Religiosis Militaribus S. Joan. &c. isti enim, [ut rectè ait Tamb. jam plam retinent bonorum administrationem, adeóq; per professionem non censentur cedere bonis: nec pro debitis post professionem proprio nomine contractis, deobligari possunt à solutione.

De largitione munerum, & paupertate egunt Diana *part. 1. tr. 6.* Donatus *tom. 1. par. 2. tr. 15. tom. 3 tr. 15.* Verricelli *tom. 1. tr. 3. Tract. 8. quæst 52.* Rodr. in sum. Fagnanus *in lib. 3. c. Monachi, & c. Cum ad Monasterium.*

PAU-

PAUPERTAS MINORUM

1133 Altissima dicitur, quia bonorum dominio privat tam in particulari, quàm in communi. Eam profitentur Fratres Minores Observantes, Reformati, & Capucini, ex Conc. Trid. *sess. 25. de ref. c. 3.*

1134 Sub hac paupertate fuit instituta Regula S. Claræ; at B. Pius V. per suum Motum proprium *Circa Pastoralis*, omninò voluit, Regulam S. Claræ sine dicta paupertate in communi observari, ut sic Sacrarum Virginum honestas, & Clausura perfectiùs serveturputa possi-lendo in communi, habent undesistententur, Quam dispositionem pro conclis Monialibus edidit Greg. XIII. *Const. 13. Deo Sacrũ.* Hinc Pelliz. *de Mon c. 4. n. 1.* addit, etiam Moniales Capucinas dicta concessione gaudere possidendi bona in communi, imò ei renunciare non posse sinè Papæ licentia, cùm sit edita pro Monialium bono regimine, conservatione, & decore.

1135 Fratres igitur Minores non sunt capaces ædituum, nec legatorum, quorum dominium directum resideat apud ipsos. Sunt tamen capaces legatorum per modum eleemosynæ, ut infra de legatis, & aliarum eleemosynarum, quarum dominium, sicut & earumdem fratrum Ecclesiarum, ac Monasteriorum residet penes Sedem Apostolicam, ac proinde instituuntur Syndici, & Procuratores Apostolici, qui eas nomine S. Sedis recipiant, retineant, & in eorum usus, & necessitates subministrent, de eorumdem Superiorum prævio assensu, & consilio; ut innuunt Summi Pontifices in Bullis, pro Sindicis Apostolicis editis, apud *Confectio.*

1136 Unde ad Superiorem spectat, licentiam Religiosis concedere pro suis usibus.

1137 Quia *in c. 4.* Regulæ hoc habetur præceptum: *Præcipio firmiter fratribus universis, ut nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant, per se, vel per interpositam personã.* Plura alia ultra dominium bonorum in communi sunt prohibita, & inde explicanda.

1138 Et Primò, quamvis circa aliàs res sit nobis prohibitum dominium, non usus; circa denarios est etiam prohibitus usus. Nicolaus 3. Clem. V. & Innoc. XI. in Bulla *Solicitudo* de anno 1679. Adeóq; non possunt ad pecuniam recurrere, si res, quibus indigent, valeant in propria specie reperire. Si tamen eas non valeant in propria specie, putà frumenti, vestis, libri, &c. reperire, tunc poterunt pro necessitatibus infirmorum, victus, vestitus, & aliorum usuum, ad pecuniam recurrere; quoniam *necessitas non habet legem*: hinc stante necessitate equitare possumus, non obstante præcepto de non equitando. Imo sic etiam discurritur de præceptis Ecclesiæ: *v. n.* 1070. Quod est verùm etiam de Religiosis particularibus, si Monasterium illis necessaria decenter non subministret. Et ità practicatur, maximè in Civitatibus, ubi devoti denarios pro eleemosyna promptos habent, minimè panem, librum, cãttam, & similia, quibus Religiosus eget.

1139 Nomine pecuniæ denarius intelligitur, sunt enim synonima, & unus terminus est alterius explicativus. Cyprianus Capuc. & Melphi; nam apud Calepinum *Pecunia* idem est ac *Numus, & denarius.* Unde in Clement. *Exivi*, pluries per pecuniam denarius intelligitur.

1140 Secundò, prohibetur receptio denariorum, & licèt non prohibeatur expressè, & propriis verbis contrectatio, prohibetur virtualiter, quia licèt possit dari receptio, quæ non sit contrectatio, non potest dari contrectatio, quæ non sit receptio; unde contrectatio, est quasi species requisitionis.

1141 Non prohibetur autem contrectatio, & re-

& receptio materialis denariorum, sed solùm politica, & civilis, scilicet ad eos pro usibus expendendos, & permutandos; nam pecunia propriè dicta hujusmodi usum politicum, & civilem formaliter importat, *ut in num.* 907.

Hinc non est prohibitum, monetam curiositatis gratiâ tangere, è terra elevare, eam ad discernendam qualitatem auri pertractare, denarios amici pro custodia ratione alicujus periculi retinere aut secum in itinere pro latronum periculo ducere, absq; ullo usu, aut affectu: *v.n.* 1168. & 1051.

1142 Tertiò, prohibetur receptio denariorum per se, vel per interpositam personam.

Per se recipere, dicitur frater, quando per se absq; alterius personæ interventu denarios recipiat in proprios usus convertendos, expendendo, donando, &c. Pariter, si per se aliquem ex recensitis actibus exerceat.

1143 *Per interpositam personam*, recipere dicitur frater, quando suâ auctoritate aliam personam substituit, quæ nomine suo denarios recipiat, aut aliquem ex dictis actibus exerceat.

1144 Utroq; modo denariorum receptio prohibetur; minimè si fiat per Syndicũ Apostolicum, aut per amicos spirituales, *v.n.* 1138.

1145 *Syndicus Apostolicus*, est Procurator, qui nomine S. Sedis recipit dominium omnium tam immobilium, putà Ecclesiarum, Monasteriorum, hortorum, quàm mobilium, & eleemosynarum, quibus ipsi fratres utuntur, & nomine S. Sedis, ad fratrum requisitionem, & assensum, ut disponit expresè Paulus 4. in Bulla ex Clementi anno 1555. emit, vendit, & alios actus civiles exercet, qui ad fratrum necessitates, & utilitates spectant; ità ut earum rerum dominium immediatè apud Sanctam Sedem resideat, concesso fratribus solo usu facti.

1146 Ubi nota, quòd Summus Pontifex dominium in se suscipit eleemosynarum quæ à fidelibus fratribus elargiuntur. Istarum rerum immobilium, & mobilium, quæ usibus inserviunt, nempe Ecclesiarum, Monasteriorum, Hortorum, vestium, vasorum Sacrorum, &c. minimè suscipit in se dominium reddituũ. Ità Summi Pontifices *v.n.* 1138. maximè Nic. III. in Decretali. Ubi Syndicus Apostolicus pro redditibus non est Procurrator S. Sedis, quia facultas procuratoris non se extendit ultra facultatem à fundatore concessam; sed esset interposita persona, quia reciperet, & ministraret auctoritate, & nomine fratrum: *v.n.* 1189.

1147 *Amicus spiritualis*, est persona religiosa, quæ denarios ab aliquo fratrum devoto sibi datas recipit, seu retinet expendendos in usus fratrum nomine dantis. Quod ità contingit. Volens devotus, aut propinquus fratres juvare, consignat quamdam summam pecuniæ Petro, ut eas nomine suo retineat, expendendas pariter nomine suo pro fratrum necessitatibus, & ad eorumdem requisitionem. Et tunc Petrus dicitur amicus spiritualis, & hoc pacto pro suis decentibus necessitatibus licitum est fratribus denarios recipere: quia dominium usque ad illius summæ consumptionem semper residet penes dantem. Petrus, qui recipit, retinet, expendit, &c. non agit nomine, & auctoritate dantis; Religiosus verò præcisè habet usum facti, qui est illi licitus.

Amicus spiritualis nominari, & designari debet ab ipso dante, ob rationem *de n.* 1151. minimè à fratre; nisi dans fratri injungeret, ut nominet personam, quæ illi videtur aptior. Imo frater posset danti personam aptam bene militer proponere, illi liberam designationem relinquendo; quia hæc est pura ostensio, non designatio, nec nominatio.

1148 Li

1148 Licitè igitur fratres possunt pro decentibus necessitatibus denarios recipere recipere, expendere, &c. per Syndicum Apostolicum, aut amicum spiritualem; quia tunc non dicuntur recipere per se, vel per interpositam personam; quod à Regula prohibetur.

Syndicus facultatem habet plures Procuratores substituendi, uti opus fuerit.

Religiosus, & valde laudandus est usus illorum fratrum quæstorum, qui per Civitates quærendo puerum secum ducunt, ut fidelibus pro eleemosyna denarios elargiri volentibus, puer ipse recipiat, & Procuratori consignet, qua hic dicitur bajulus Procuratoris, & ejus nomine, & auctoritate recipit: *v. n.* 1168. & 1179.

QUÆRES I.

1149 *An Frater Minor subditus possit pro suis necessitatibus ad denarios recurrere?*

Respondeo, in Monasteriis, ubi servatur vita communis à Trid. præscripta, & insuper Monasterium singulorum fratrum necessitatibus provident, non Potest ad denarios recurrere: constat ex ipso *c.* 4. Regulæ, ubi in talibus necessitatis recurrendi ad denarios, talem facultatem S. Pater dat Ministris, & Custodibus, alios excludendo, his verbis: *Verumpro necessitatibus infirmorum, & aliis fratribus induendis, per amicos spirituales, Ministrorum, & Custodes solicitam curam gerant.*

At non ideo, si possint, debent fratres esse segnes, & pigri; sed debent nomine, & auctoritate Ministrorum, omnem diligentiam adhibere ad eleemosynas repetiendas eas cum ceteris Monasterii eleemosynis apud Procuratorem existentibus incorporando, ut nullus Minister ejusdem necessitatibus provi-

dere possit; nam hoc concedit Nicol. III. in sua Decretali his verbis: *Concedimus, quòd ipsi Ministri, & Custodes, possint per alios hujus curæ solicitudinem exercere. vid. num.* 1055. & 1093.

1150 In Monasteriis verò, ubi non servatur vita communis à Trid. præscripta, & Monasterium non provident singulorum fratrum necessitatibus, recurrunt respectivè dicta de Monasteriis aliarum Religionum.

Dixi, *respective*, quia sunt observandæ septem Modificationes sequentes.

1151 Prima est, ut recursus fiat pro suis necessitatibus juxtà decentiam, minimè pro superfluis usibus. Potest etiam frater pro alterius fratris necessitatibus talem aptitudinem habentis recurrere: Et hic erit charitatis, & meritorius actus.

1152 Secunda, ut necessitas sit præsens, aut imminens. Præsens dicitur, quando est actualis. Imminens dicitur, quando non est actualis, sed proximè futura. Unde non sufficit necessitas remotè futura, aut possibilis, putà ob iter, aut infirmitatem, quæ ei potest contingere.

1153 Tertia, ut necessitati non possit commodè provideri quærendo rem in propria specie.

1154 Quarta, ut apud Procuratorem, aut amicum spiritualem non sint alii denarii, quibus possit necessitatibus providere.

1155 Quinta, ut talium eleemosynarum pecuniarum obtentarum receptio, retentio, expensio, &c. fiat per Procuratorem nomine S. Sedis, aut per amicum spiritualem nomine Dantis, vel per ipsum Dantem: Aliàs diceretur recipere per se, vel per interpositam personam.

Amicus spiritualis pro hujusmodi usibus potest uti bajulo, sicut & Procurator: *vide n.* 1148.

Necessitas autem præsens, aut futura (ait Nic.III. *in sua Decretali, Exiit qui seminat in 6.*) potest esse duplicis generis, una, quæ brevi tempore expediri valet: Et pro hac potest frater uti Dante, aut persona ab eo substituta, imò & alia persona ab ipso primo substituto subrogata.

Alia, quæ tractum temporis postulat, ità ut pecunia depositata sit ad plura loca perventura, & transitura per manus multorum, quorum impossibile est ipsum dantem, aut primum substitutum habere notitiam: Ut in emptione lanæ, librorum, &c. in loco distanti. Tunc nic.III. cit. ultra prædictum modum, pro omnimoda Regulæ, & Professorum puritate, alium facillimum modum assignat: Videlicet, ut frater ab ipso Dante, aut ejus Nuncio, seu primo depositario subrogare valente, licentiam petat novos depositarios suo nomine substituendi, seu subrogandi, prout opus requiret: *Ut per quorumcumque manus* [sunt verba Decretalis] *pecunia, seu eleemosyna ipsa tractetur. sive personas ab eodem, vel à fratribus nominatas; totum consensu, voluntate, ac auctoritate procedat: Quo assensum suum præbente prædictis, securè fratres re emptâ, vel acquisita de illa pecunia, per quemcumque, juxta modum annotatum superius, uti possint.* Hoc pacto, quoties erunt novi depositarii assignandi, semper fieri debet nomine, & auctoritate Dantis, aut primi depositarii.

Quòd si per oblivionem frater hanc licentiam non postulaverit, posset novos depositarios instituere ex præsumpta licentia Dantis, si expressa haberi non possit; quæ quidem satis rationabiliter præsumitur, tam ex voluntate dantis, qui juvare fratres intendit, ac pro modis omnibus, quibus licitè possunt juvamen percipere, quàm ex voluntate ejusdem Summi Pontificis, qui volens fratribus providere, tam super necessitatibus, quàm super puritate observantiæ Regulæ, tam benignos tradidit modos.

Idem est respectivè dicendum de Vicario Apostolico in ordine ad novos Procuratores substitutos.

1156 Sexta, ut totum fiat de licentia expressa, aut tacita sui Superioris loci, cui incumbit onus providendi, aut Superioris majoris; quæ quidem rationabiliter præsumitur, si Superior providere non possit.

1157 Septima, ut frater nullam omnino rationem ostendat supra pecuniam apud Procuratorem, aut amicum spiritualem depositam; nec in usibus auctoritativè se gerat, nec ostendat se dominum, sed supplicet. Unde non potest exposcere ab illis computum omnes expensarum; potest tamen illos videre, & memoriam scriptam apud se retinere, ideò ad sciendum, quanta pecunia apud ipsum maneat, ut suos usus discretione temperet. Quòd si reperiat infidelem, non potest eum judicio convenire; hoc tamen potest facere ipse dans, quia est dominus. Item si illi eleemosynam in capsa retineant, non potest frater, etiam Superior, clavem tenere.

1158 Recensitæ septem modificationes sunt præscriptæ in Decretalibus Nicol. III. & Clem. V. ac in Declarationibus Martini IV. & V. & non obligant in conscientia, nisi transgressio sit contra quartum præceptum Regulæ, nisi illæ, ex quarum defectu legitur, quòd frater aliquod habeat dominium, aut usum pecuniæ per se, vel per interpositam personam. Cordub. 4. 21. Ratio est, quia mens dictorum Pontificum non fuit frates novis præceptis gravare, sed modos congruos dare ad fratrum necessitates sublevandas absque Regulæ transgressione.

1159 Ex quo duo sequuntur. 1. Quòd hæ modificationes non solùm sint datæ pro fratribus

tribus particularibus ad peculiares suas necessitates, sed etiam pro Superioribus ad communem necessitatibus providendum. 2. Quòd si fieret posset alium modum magis congruum reperire, qui præceptum Regulæ salvaret, non tenetur recensitis uti. Verùm quia id non est ita facile, non est à recensitis modificationibus recedendum: *v. n.* 116.

COROLLARIUM PERUTILE,

1160 *Et valdè notandum ad providendum necessitatibus, cum observantia Regulæ.*

Quia ex secunda modificatione: *de num.* 1151. necessitas pro recursu ad pecuniam debet esse præsens, aut imminens, seu proximè futura; darè sequitur, quòd non possit frater apud Procuratorem Apostolicum diu, & pro necessitatibus remotis, aut possibilibus, aquidipsum pecunias à fidelibus, aut pro suis labore, ac industria obtentas retinere pro suis usibus.

Adeoque, ut paupertas à S. Francisco præcepta, dura pluribus non videatur, sed dulcis reddatur, duos hic trado modos, quibus uti possunt fratres, desumptos ex Decretalibus Nicol. III. & Clem. V. ac ex aliis Martini IV. & V. & Pauli, IV. Declarationibus à Religione acceptatis & novissimè ab Innoc. XI. confirmatis: *de eo num.* 1188.

1161. Primus modus, purior, & perfectior est, quòd frater eleemosynam modo licito acquisitam consignet Procuratori Apostolico ut incorporetur cum cæteris Monasterii eleemosynis, ità ut Superior ex communi massa possit faciliter ejus honestis usibus providere; quod licitè, imò religiosissimè agit. 1. Quia se conformat Decr. Tridentino relato *num.* 1055. 2. Quia Monasterio non deficiunt necessitates imminentes, imò actuales. 3. Quia quando à Superiore pro suis honestis necessitatibus etiam post diuturnum tempus providetur, non providetur de eleemosynis illis, quas tradidit, sed de eleemosynis actualibus Monasterii; & hoc, non quia suæ eleemosynæ supponuntur consumptæ, (ut quidem pro certo supponitur,) sed quia per incorporationem cum eleemosynis Monasterii, factæ sunt eleemosynæ Monasterii, de quibus Superior tenetur ipsi, utpotè suo subdito, providere, quando contingit necessitas.

1162 Et quia in præsenti loquimur de Monasterio, quod ob nimiam paupertatem non potest singulis subditis necessaria ad honestos usus subministrare; Superior monetur, ut utatur discretione, & prudentia, ut quoties Religiosus ille, qui suo labore, & industria eleemosynas acquisivit, & cum cæteris Monasterii eleemosynis in manu Procuratoris incorporavit, ad eum pro suis honestis usibus recursum habuerit, non deficiat ei providere: *v. num.* 1043. 1080. & 1097.

1163 Secundus modus dulcior datur in Decretalibus Nicol. III. & Clem. V. & est: Si dans summam pecuniæ deponat in manibus alicujus tertii, ut eas nomine suo retineat expendendas ad usus alicujus fratris sibi chari, aut propinqui, dominio apud se semper retento; tunc licitè poterit frater ad ipsum depositarium, seu amicum spiritualem recurrere, quoties ei continget necessitas; sequitur ex dictis *n.* 1147.

At id est omnino attendendum, quòd ipse frater non potest ad dantem pro pecunia recurrere, nec curare, ut dans illam in manibus alicujus tertii deponat pro necessitate remota, aut possibili; ut dictum est *n.* 1152.

1164 Hi duo modi in hoc differunt, quòd in primo, si moriatur Religiosus, pecunia Procuratori tradita si extet, pro Monasterio

remanet, tam si fuit incorporata, quàm si secus, quia residet penes dominium Summi Pontificis, pro Religiosorum necessitatibus. In secundo, si moriatur Religiosus, pecunia depositario tradita, non spectat ad Monasterium, sed redit ad ipsum dantem; quia sic ejus dominium à se non abdicavit, sed semper retinuit, ità ut etiam Religioso vivente, eóque inconsulto, semper poterat summam illam pecuniæ de manibus depositarii sibi reassumere.

Quòd si ipse dans moriatur ante consumptionem pecuniæ, Nicol. III. in Decretali *cit. n.* 1155. disponit his verbis.

„ In eo verò casu, quando antequam „ ipsa pecunia in licitum rei habendæ, vel „ utendæ commercium sit conversa, concedentem pecuniam mori contigerit; si concedens in concedendo dixerit, vel expresserit, quòd persona deputata pecuniam ipsam „ in necessarium usum fratrum expenderet, „ quicquid de ipso concedente vivendo, vel „ moriendo contingeret: sive concedens hujusmodi hæredem reliquerit, sive non: „ possint fratres ad personam deputatam, non „ obstante concedentis morte, vel hæredis „ contractione, pro illa pecunia expendenda „ recurrere: sicut poterant ad ipsum dominum concedentem.

Cujus justæ dispositionis ratio potest esse; quia dum dans pecuniam expressè non revocavit, præsumitur velle continuare eleemosynam fratri, juxta illud: *Qui potest facere eleemosynam vivus, potest facere eleemosynam mortuus.* Et quia deposuit, ut illum juvaret.

1165 Hoc tamen est notandum; quòd si dans volens necessitatibus fratris, aut etiam monasterii succurrere, pecuniam ad hunc effectum det Procuratori Apostolico, tunc ejus dominium suscipit Papa, & pro Monasterio remanet. Nisi exprimat, velle dominium pecuniæ usque ad ejusdem consumptionem apud se retinere; in quo casu persona illa, quæ est Procurator Apostolicus, respectu ad eam pecuniam, non se habet, ut Procurator Apostolicus, sed ut amicus spiritualis; quæ non eam retinet nomine Papæ, sed nomine dantis.

COROLLARIA ALIA.

1166 PRimum. Non possunt fratres se ipsos recipere, custodire, retinere, aut expendere eleemosynas pecuniarias, quæ in ipsis Conventibus, & Sacristiis ad illa loca veniunt pro Missis, funeralibus, aliisve causis honestis; quia esset per se recipere in ad hos effectus tenere debent personam secularem, quæ sit substitutus, aut hujus loci curatoris; & ità video practicari. Qui substitutus potest esse Tertiarius aliquis, quia in Regula non prohibetur, nec illâ ligatur. Sic tamen non est practicandum ob facultatum scandalum, & ob periculum, ne evadat imposita persona; nam faciliter posset Superior cum eo auctoritativè tractare: *v. num.* 1167. Quòd si uterentur Tertiario induto more Hyspano, nempe habitu brevi usque ad genua, tibiali, & calceamentis, nullum esset periculum scandali: *v. n.* 1168. & 1178.

1167 Secundum Possunt fratres eleemosynas à benefactoribus pro Missis, suffragiis, &c. relictas ab hæredibus, petere per modum eleemosynæ, minimè, via civilis Judicii. Illis autem recusantibus, possunt id manifestare Syndicis, qui nomine Papæ possunt contra hæredes in judicio agere: ut disponunt Sectmi Pontifices in Bullis Syndicatûs, maxime Paulus IV. Bulla ex Clementi, anno 1591. Imò ex jure, id potest quilibet de populo agere nomine testatorum, ut eorum voluntates quoad Legata pia pro suis animabus rel-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dum impleantur. Id tamen debet sinè strepitu fieri, ne ratione scandali plus sit amissio, quàm lucrum: *v. num.* 1192.

1168 Quòd si hæredes eleemosynaliter à fratribus requisiti voluntariè solvant eleemosynas à testatoribus relictas, debet illas recipere substitutus, aut persona sæcularis, vel Tertiarius, ut ad Procuratorem deferat.

1169 Tertium. Tenere in Sacristiis, aut Ecclesiis capsulas, loculos, & similia exposita pro eleemosynis pecuniariis auctoritate propria, est denarios per interpositam personam extipere.

Non sic, si teneantur auctoritate Syndici; hoc tamen fieri non potest; quia prohibitum est à Sixto Urb. VIII. per nostras Constitutiones de anno 1628. etiam si clavem Syndicus teneat, his verbis:

„ Capsæ, vel trunci ad recipiendas eleemosynas pecuniarias, etiam pro Missis oblatas, non solùm ab Ecclesia, sed etiam à Sacristia, à quacumque parte, quæ sit intra clausuram Conventûs, omnino prohibentur, sub pœna inobedientiæ, & excommunicationis majoris. Guardianus, qui contrarium permiserit, privetur officio suo: *v. num.* 1166.

1170 Quartum. Fratres itinerantes, maximè per longum iter ad comitia generalia, aut alio ob justam, & honestam causam, quia regulariter religiosa, & decenti commoditate indigent in conservationem propriæ personæ, quam habere non valent sinè recursu ad denarios, uti possunt sæculari, aut Tertiario, quem secum ducant substitutum à Syndico, auctoritate cujus recipiat, retineat, & expendat: *v. num.* 1155.

1171 Quintum. Est Statutum antiquum, quod refertur in Speculo Minorum, *tr. 13. fol.* 200. ut sequitur:

„ Et contingat, aliquem fratrem transferri „ de una Provincia ad aliam ad morandum = „ libros sibi concessos ad usum possit habere = „ post mortem verò suum omnes libri, quos „ tempore suæ translationis habuit, vel post„ modum commutati, ad Provinciam illam, „ à qua translatus fuit, integre revertantur. „ Idem judicium de translata eleemosyna ha„ beatur; & ad hoc fideliter faciendum, mi„ nistri firmiter, in quorum Provinciis decef„ serunt, teneantur. Et ut hoc meliùs obser„ vetur: fratres, qui transferuntur, relinquant „ in scripto nomina librorum valentium ul„ tra quartam partem marchiæ argenti, „ & eleemosynæ quantitatem ministris il„ lis, de quorum administrationibus transfe„ runtur.

QUÆRES II.

1172 *An Frater Minor possit licitè pecuniam expendendam tangere lino, aut chartæ involutam?*

VIdetur licerè; quia id est mediatè tangere, & cum simus in odiosis, præceptum est restringendum ad contactum immediatum. Hinc quamvis prohibitum sit laico vasa sacra tangere, potes medio velo, aut alio.

1173 Respondeo, non licere. Longius *cap. 4. contr. 13. sect. 1. num.* 8. quia talis contactus pecuniæ charta involutæ, licèt sit mediatus, est verus contactus physicus, & civilis; & Physicus, ut dicimus de contactu paternæ velo coopertæ ab eo, qui ordinem assumit, facto, *in tom. 3. num.* 136. Est civilis, quia ad expendendum; adeóque est receptio à S. P. prohibita: ut *in n.* 1141.

Tum quia aliàs liceret pecuniam in bursa aut in cella recipere, imò retinere.

1174 Ad paritatem disparitas est; quia, contactus vasis sacri laico prohibetur ob reverentiam, quæ salvatur per contactum me-

diatum. Finis autem receptionis pecuniæ est ad vitandum omnem usum civilem pecuniæ, ut constat ex *n.* 1138. qui finis non salvatur in recensito contactu mediato.

1175 Talis autem contactus mediatus, solùm potest à peccato excusari in casu necessitatis. Donat *tom. 3. tr. 15. q. 49.* quando scilicet utgeret necessitas fratris, eique non suppetere alius modus recipiendi, videlicet per substitutum, Dantem, Depositarium, aut Nuncium; lex nimirum; ex sæpe dictis non comprehendit casus necessitatis, juxtà illud: *Necessitas non habet legem: v. n.* 1138.

1176 In tali quidem casu necessitatis, utique consultum esset fratri, pecuniam charta involutam recipere; nam simplices hac cautela adhibita, ferè scandalizari non solent. Insuper poterit tunc frater, maximè apud viros doctos, & notitiam nostræ professionis habentes, necessitatem actionis humiliter aperire.

1177 Si aliquando casus contingat, quòd vir prudens ad Monasterium, aut Ecclesiam nostram accedens summam eleemosynæ elargiretur: Si Monasterium necessitatibus premeretur, nulla reperiretur persona apta, nec Tertiarius, qui reciperet; vir ille non posset commode eam ad Procuratoratorem mittere, aut prudenter non judicaretur capax talis consilii, sed quòd potiùs illum tædio afficerent, & ab eleemosynis impedirent; tunc si fratres curarent, ut ille eleemosynam in aliquo loco opportuno reponeret, usq; ad adventum Nuncii, aut Baluli, qui illam ad Procuratorem transferret, dictum virum de hoc monendo, peccati non condemnarem; quia sumus in recensito casu necessitatis.

Pro qua re, Melphi *in comment. ad Const. c. 4. stat. 2.* in fine ait.

„ Respondeo quintò, in necessitatis arti„culo possumus denarios petere, & accipere, „ ac expendere, puta si Missionarius in„ infideles reperiatur, nec aliâ viâ suppe„ pro victu, &c. jus enim naturale præva„ positivo. Cujusmodi Sanctissimus D. „ Urbanus VIII. declaravit pro locis Ter„ Sanctæ, ubi fideles administri, & Syri„ non reperiuntur, & necesse est, ob ma„ bonum, & ad majorem Dei gloriam, „ Ecclesiæ utilitatem, loca illa in Religio„ Catholica conservare. Ità etiam si suum„ Pontifex institueret Fratrem suum eleemo„ synarium, non peccaret, pecunias erogan„ do, &c.

1178 Dixi: *Si aliquando*; namque ea debent esse rari, & non per habitum præcari, ut dictum est *in n.* 1166.

1179 Hinc omninò quæstores abstinere debent à recipiendis eleemosynis pecuniis intra peram; quia quamvis talis receptio videatur posse à peccato contra paupertatem, & præceptum de non recipiendis pecuniis, excusari, in quantum non videatur quæstore receptio civilis ad expendendum, sed translatio pecuniæ de uno in alium locum, nempè ad Procuratorem; non potest à peccato scandali, & damni, quòd Monasterio affert, excusari; per hujusmodi namque pecuniarum contractationes, sic scandalizati, & admirari, & solet sæculum, ut ab eleemosynis se abstineat, in gravissimam commoditatis, & Regularis Observantiæ perniciem: *v. n.* 1148. Adde, in hujusmodi casibus, in quibus pecunia transfertur ad Procuratorem, adest contactus, & receptio civilis mediata ad expendendum mediatè pro fratrum usibus. Melphi *cit. ver. Resp.* 4.

QUÆRES III.

1180 *Quomodo Frater expropriari debeat.*

Respondeo, hunc esse modum. Pecunia, quàm frater habere supponitur, pluribus modis potest se habere.

Pri-

Primò. Si fuit ei data absolutè, seu uti Religioso, est deponenda in manus Syndi ci nomine Ecclesiæ pro necessitatibus Provinciæ, aut Monasterii. Si verò dans apud se voluit ejus dominium retinere, est danti restituenda, vel de ejus licentia est Syndico tradenda pro Monasterio, aut Provincia.

1181 Secundò. Si talis pecunia sit de eleemosynis alicujus Conventûs, est Syndico illius Conventûs, aut Provinciæ tradenda, pro dicto Conventu, ejus Superiori locali monito.

1181 Tertiò. Si pecunia fuit accepta sub aliquo onere, v. gr. Missarum, &c. tunc debet pecuniam consignare, & onus manifestare Superiori, Melius autem est, si ipse curet immediatè oneri satisfacere, & non committatur aliorum spei; nam onus satisfaciendi justitiæ obligat ex jure naturæ.

Quòd si pecunia reperiatur conversa in emptionem alicujus rei, quæ extat, putà librorum; tunc tenetur satisfacere eam, v. gr. libros creditori tradendo, si fieri possit; vel eam vendere curando, & satisfaciendo in quantùm potest per pretium. Idem tenetur facere Superior, si post fratris mortem, tale onus ei constet, & res extet.

Qui expropriatione peractâ, Religiosus haud amplius retinere debet affectum, aut curam circa pecuniam illam.

1183 Et si expropriatio fiat in articulo mortis, omninò Confessarius, vel Superior curet, ut pecuniæ, & res superfluæ, super quibus facta est expropriatio, removeantur à cella Religiosi ante mortem; quòd curabit charitative, solando fratrem, ut in Dei misericordiam speret. Quòd si superviat, expropriationis factæ eum minimè pœniteat, nec ad eorum redeat,

Congregatio Generalis de anno 1679. præcipit, ut distributio supellectilium, & rerum à fratribus relictarum, fiat à Provinciali, modo sequenti:

„ Si frater defunctus fuerit in Infirma-
„ria, eidem applicentur omnes panni li-
„nei, seu ex tela confecti: si autem extrà
„ Infirmariam mortuus sit, applicentur
„ communitati Conventûs, ubi defunctus
„ de familia morabatur. Cui etiam com-
„ munitati consignabuntur omnia lanea ve-
„ stimenta. Libri in ejusdem Conventûs Bi-
„ bliotheca reponentur, & si fortè aliquid
„ pecuniæ reperiatur, Provincialis faciat
„ eam deponi apud Syndicum Apostolicum
„ Provinciæ, pro necessariis sumptibus,
„ communibúsque provinciæ indigentiis,
„ sumpto à Guardiano, & discretis Conven-
„ tûs testimonio de quantitate, suo tempo-
„ re rationem de illa tribuere possit. Et idem
„ observetur, si aliquid aliud considera-
„ bilis pretii inveniatur. Picturæ, si fortè
„ sint, in Sacristia collocentur. Res autem
„ minoris momenti inter Fratres ejusdem
„ Conventûs de consilio Guardiani dividan-
„ tur.

1184 Frater autem proprietarius, seu pecuniam retinens, absolvi non potest, nisi priùs exproprietur, aut firmiter, & cùm morali certitudine id Confessario proponat; unde Confessarius se debet cùm eo gerere, sicut cùm concubinario.

Caveant ergo fratres, & in mente habeant verba S.P. Francisci, quòd si *Magna promisimus, majora promissa sunt nobis: vide num.* 1097.

LEGATA FRATRUM MINORUM

1185 SUnt justa, & licita à testatore relicta sub hac forma: *Instituo mihi haredem animam meam, ita quòd executores testamentarii teneantur bona relicta vendere, &* pe-

pecuniam in emendo panem, & vinum, & alia necessaria in eleemosynam Fratribus Minoribus hujus Civitatis insumere. Et tunc testamentarii ad talem eleemosynam solvendam cogi possunt ad instantiam cujuslibet de populo. Ità Villalobos *tom. 2. tract. 30. dis. 12. n. 8.* & Diana *par. 3. tract. 2. resol. 33.*

Imò si non est addita conditio licita: *Ut bona vendantur, & in fratrum necessitates pretium convertatur*, legata valent; quia tunc censetur legans voluisse modo debito fratribus subvenire. Rodr. *in comp. verb. legatum*, Diana *par. 10. tr. 14. resol. 63. v. num. 901.*

1186 Item potest testator relinquere Fratribus Minoribus legata perpetua, tam libera, quàm onerosa, quia qui potest facere eleemosynam vivus, potest facere eleemosynam mortuus; quoniam mortuus habet animam, quæ valeat ejus fructum à fidelium remuneratore animarum percipere.

1187 Quantùm ad legata perpetua, sciendum est, quòd Syndicos, & Procuratores concesserunt Ordini quamplures Summi Pontifices, ut ex una parte fratrum necessitatibus providerent, & ex alia, ut eorum paupertas tam in particulari, quàm in communi illæsa servetur: hac de causa omnium rerum modo licito fratribus à fidelibus oblatarum Sancta Sedes apud se dominium recipit, ut *in n. 1146. v. nam. 1200.*

Pontifices autem non conveniunt omnes quoad omnia, sed diverso modo, & quoad actus diversos concedunt Syndicos.

Nam Sixtus IV. in Bulla incip. *Dum fructibus uberes*, anno 1471. apud Bullar. Rodr. concessit, ut possit nomine S. Sedis recipere bona immobilia, & redditus perpetuos fratribus, & eorum Monasteriis relicta, & relinquenda, & in illis succedere ab intestato, ipsa Romana Ecclesia eorum dominium in se suscipiente. At idem Pontifex per aliam Bullam, quæ incip. *Licèt vos ad importunam non nullorum instantiam recesserimus, &c.* prædictam concessionem observantibus irritat, utpote expressè professioni, & paupertati contrariam. De causa, etiam ante irritationem eorum observantium prædicto privilegio renunciavit.

1188 Unde standum est institutionibus & concessionibus aliorum Pontificum, videlicet Decretalibus Nicol. III. *Exiit, quo minat, & Clem. V. Exivi de Paradiso, de verbor. signific. in 6.* Et declarationibus, & concessionibus Martini IV. *Exultantes* Martini V. relati à Sixto IV. cit. & Pauli IV. & Clementi, de anno 1555. novissimè confirmatis ab Innoc. XI. per Bullam, quæ incip. *Sollicitudo edita 20. Novembris 1679.* in verbis:

„ Declarantes tamen pariter, quòd ut
„ præmissa non prohibentur in dicto Ordine
„ Syndici Apostolici, cùm eorum usus non
„ sit dispensatio in Regula, sed modus à Ro-
„ manis Pontificibus prædecessoribus nostris
„ provisus pro puriori illius observatione, de-
„ ve ejusmodi Syndici assumantur ad præfa-
„ ptum Constitutionum Nicolai III. & Clem.
„ V. prædeceff. prædict. sive sec. disp. Conc.
„ rec. me. Mart. IV. & Martini V. ac Pauli
„ IV prædecessorum pariter nostrorum, per
„ ut illorum usus, in singulis familiis, Con-
„ gregationibus, Reformationibus, aut Pro-
„ vinciis Ordinis prædicti respectivè fuerit
„ receptus.

1189 His præmissis. Dico, Fratres Minores non esse capaces legatorum perpetuorum, ità tamen ut dominium directum ipsorum capitalium, seu rerum immobilium residet penes nos, aut penes Syndicum Apostolicum, ut Syndicum; quia ut Syndicus hoc nomine Papæ, qui (videlicet Nicolaus III.

in relict. Decretali) talium legatorum directorum receptionem expresè prohibet; undè nunc Syndicus esset interposita persona, & nostra, & sic dominium resideret penes nos.

Esse verò capaces legatorum perpetuorum, saltem ut dominium directum ipsorum capitalium, seu rerum immobilium, resideat penes tertiam personam, quæ repræsentat personam legantis, & dicitur amicus spiritualis, jura ficta *n.* 1147. & 1165.

1190 Potest igitur testator uti formâ relatâ *n.* 1185. vel potest gravare hæredem ad elargiendam Fratribus annuam summam eleemosynæ. Vel relinquere ipsum bonum immobile, aut capitale super re immobili inresidendum alicui Universitati, Communitati, Hospitali, aut tertiæ personæ, cùm obligatione, & onere solvendi annuatim certam summam eleemosynæ Fratribus pro eorum necessitatibus ministrandum gratis, aut cùm onere Officii, Missæ, &c.

1191 Et tunc (ut cùm Divo Bonaventura loquar) nullo pacto nos Fratres dicimur reliquum habere per nos, aut per interpositam personam nostram. Nec annuam pensionem non petimus, & recipimus ex jure, & tanquam debitam; sed ex gratia, & tanquam eleemosynam.

1192 Ad quàm annuam eleemosynam annuatim solvendam ipsi executores sunt omninò obligati, minimè obligatione directâ nobiscum contractâ, sed cùm legante. Et hac ratione, si negligant, possunt civiliter à quolibet de populo cogi; quoniam animæ defunctorum sunt pupillæ. Unde pecunia annuatim pro nostri semper habet rationem pœnæ eleemosynæ, & verè per modum eleemosynæ recipitur: *v. n.* 1167. Et infrà de præscriptione contra onus Missarum.

1193 Nec obstat, quòd annuam summam immediatè non à legante, sed ab ejus executore recipiamus; quia sicut legans potuit nobis annuam eleemosynam promittere, & tertiæ personæ eam solvendam committere, ipso vivente; ità & ipso mortuo; executor namque solvit nomine legantis.

1194 Quæ haud sunt formalitates, sed reales, & veri tituli, à Divo Bonaventura longè priùs excogitati in sua quæstione Apologetica relata in Statutis nostris Barchinonensibus, & Segobiensibus, ab Urbano VIII. die 20. Novembris 1625. confirmatis per Bullam; *Injunctis nobis, in tom.* 5. Bullarii Lantuscæ, quibus rerum immobilium dominium directum residet penes tertiam personam nomine legantis, & solùm indirectè nos respicit, tanquam pauperes, & ut terminum eleemosynæ à legante præscriptæ, & executori commissæ. Adeóq; nullo pacto inde lædit Franciscana paupertas.

1195 Non est autem contra Regulam, & nostram paupertatem, quòd talis executor, & tertia persona sit ipse Syndicus Apostolicus; quia Syndicatus officium, nec illi nocere debet, nec facit, quin possit alteri se obligare ad aliquod onus gratis subeundum, nempe ad suscipienda bona immobilia legantis cum onere distribuendi annuatim fructus pauperibus pro anima ipsius legantis.

Sicut enim potest, nedum nomine Papæ, sed ut tertia persona, & ut unus de populo executores negligentes ad annuam eleemosynam solvendam cogere; cur non poterit, ut tertia persona, & ut unus de populo, onus à legante ad annuam eleemosynam in Fratrum necessitatibus distribuendam suscipere; tunc namque se habet, non ut interposita persona nostra, sed ut tertia persona, & persona legantis, & est amicus spiritualis, & quidem aptior, & promptior tam ad Fratrum necessitatibus subveniendum, quàm ad le-

gantium animas suffragandum: *v. dec. de nn.* 1198. *& n.* 1167.

1196 Id autem est prohibitum vi Statuti Congreg. Gen. Rom. die 17. Maji 1603. *Inhibemus autem, ne Syndicus in sua persona hujusmodi annuos redditus recipiat distribuendos ipsis fratribus*; non quia paupertas nostra lædatur, sed ne apud ignorantes redditus per interpositam personam nostram retinere videamur; qua ratione D. Bonavent. cit. vult, ut in legatis tertiæ personæ, aut communitati alicujus relictis cum onere certam eleemosynam annuatim nobis distribuendi, fiat per Guardianum, & discretos Conventus protestatio, nil nobis juris ex talibus donationibus velle habere, nec ex vi legati, & ut legatarii; sed per modum eleemosynæ, & ut pauperes recipere.

Audi D. Bonav. qui post doctrinas jam *à n.* 1191. *ad* 1194. ferè relatas, in fine subdit: *Quia vero Dominus docet, nos cavere ab hominibus.* Matt. 10. *& Apost. ab omni specie mali abstinere.* 1. Thess. 5. *ne putemur ab ignorantibus transgressores Regulæ nostræ, debemus apertè protestari, nihil nobis juris in talibus donationibus velle habere, sicut tenetur suspectus de fornicatione omnia illa cavere, ex quibus posset ista suspicio probabilis judicari.*

Quæ protestatio, si facta non reperiatur, fieri potest executoribus, vel universitati; solùm námque fit ad omne vitandum scandalum, seu admirationem sæculi.

1197 Solidantur prædicta per plures decisiones S. Congreg. & Sedis Apost. decreta, quæ hic libenter refero in gratiam meorum Religiosorum, atque Superiorum, ut sciant, quid consulere in novis legatis condendis, & quomodo se gerere in jam fundatis honestandis; sæpe námque ex Confessariorum imperitia provenit, ut fideles legata perpetua constituant, bona immobilia, seu sortem, & capitale nobis directè legata contra implicitam donantium, seu legantium voluntatem; fideles enim, volentes Fratribus in corporis necessitatibus subvenire, tantum tendunt, eorum, & propriæ animæ nocumento unde licitam formam advertissent, licitissimam legassent, ut dicemus de contractibus bona fide celebrato: *v. n.* 1185.

ROMANA DONATIONIS.

1198 *Syndico Apostolico Conventus, vocant, de Aracœli Fratrum Minorum de Observantia scuta mille donavit Pontifex. Mota donatione infrascriptis verbis concepta. Donavit donatione irrevocabili inter vivos D. Francisco Bespino Syndico Apostolico perpetuo Venerab. Conventus B. Mariæ de Aracœli & aliis in dicto officio Syndicatus, pro tempore successoribus, scuta mille, una cum fructibus decursis, decurrendis, sibi relictis à q. Virgine Agazario, cum conditione, quod iidem donatarii teneantur, & obligati sint, postquam consecuti fuerint dicta scuta mille pro dicto legato, ut suprà, debita illa investire ad eorum beneplacitum in aliqua re stabili, censibus perpetuis, seu locis montium non vocabilium, & fructibus dicti reinvestimenti impendere, & applicare annua scuta triginta in perpetuum in panis albi pro beneficio, & servitio Infirmariæ Venerab. Conventus Aracœli Ordinis Minorum Observantiæ Sancti Francisci, cum conditione adjecta, quòd si illo unquam tempore dicti RR. Patres Guardiani, seu Superiores pro tempore dicti Conventus Aracœli intenderint quovis modo applicare velle dicta annua scuta triginta in aliam causam, præterquam supradictam, tali casu prædicta donatio, & omne commodum dicta annua solutionis scutorum triginta sit, & intellegatur ipso facto cadu-*

quàm in favorem Venerab. Archiconfraternitatis Beatæ Mariæ Consolationis.

Procurator Rev. Fabricæ S. Petri, citatis prædictis Patribus, supplex petit per hanc Sacram Congregationem declarari: An prænarrata donatio valeat sustineri? Die 2. Junii 1663.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit, licere dictis Fratribus prænarratam annuam pens. præstationem, titulo huiusmodi eleemosynæ recipere; ad præscriptum Decreti Congregationis Fabricæ, sub die 14. Februarii 1633. editi, & Syndico Apostolico non præjudicante. Ministris dictæ Fabricæ, ratione hujusmodi donationis, molestias inferri, nisi ad formam supradicti Decreti.

Fr. Card. Chisius Prefectus.

Loc. † Sigilli.

1693 CLemens Papa X. *Ad futuram, &c.* Nuper pro parte dilecti filii Syndici Apostolici Conventûs Sancti Petri de Syrchis in Sardinia Ordinis Sancti Francisci de Observantia, &c. Congregationi Vener. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, &c. Episcoporum, & Regularium præpositæ, expositò, quòd quondam Petrus Moros de Molinos in suo ultimo testamento, quod anno 1645. condiderat, diversa annua legata, pro Missis per Fratres dicti Ordinis celebrandis, fecerat, modo sequenti: *Primò mando*, quòd meus hæres teneatur expendere pro confessione tumuli, & exequiarum, quolibet anno lib. 25. pro una Missa cantata, & aliis sexdecim Missis pro animabus meorum parentum *celebran. a Fratribus* Franciscanis S. Petri de Syrchis, & pro hoc legato volo, quòd sint perpetuò obligata bona mea: *Item* vult, quòd dictus meus hæres solvat ex dictis bonis meis quolibet anno lib. 40. quæ inter viant pro oleo lampadis meæ Capellæ Majoris in dicta Ecclesia Sancti Petri: *Item relinquo* in perpetuum missas septem qualibet hebdoma pro Animabus Pargatorii, &c. & eleemosyna sit septem solidorum pro qualibet Missa, &c. & proprietas illarum est 1400. libr. quæ sit super domo mea, in qua habito: *Item relinquo* pro eleemosyna dicto Conventui S. Petri de Syrchis lib. 500. ut illæ applicari debeant per meos Curatores in loco securo ad rationem lib. 24. annuarum, & inserviant pro emendis linteamentis pro pauperibus Fratribus infirmis: *Item*, quia D. Mater mea reliquit, ut dicantur duæ Missæ perpetuæ qualibet hebdomada à dictis Fratribus, mando, quòd super bonis meis solvantur quolibet anno 28. *Item*, quia D. Pater meus reliquit unam Missam perpetuam qualibet hebdomoda celebrand. à dictis Fratribus, & reliquit pro eleemosyna censum lib. 150. debitum à Gavino Paduano, &c. quatenus perdiderint censum supradictum, mando, ut meus hæres solvat lib. 11. annuas, &c. & factis aliis pluribus legatis profanis, &c. instituit sibi hæredem Deum, & Animam suam, mandans suis executoribus, ut adimpletis, & satisfactis Legatis, instituerent unam tertiam dignitatem Archidiaconalem in Cathedralem Turritanã, cum annuo redditu libr. 1000. & de residuo unum, vel plures Canonicatus secundùm capacitatem bonorum suorum, & aliàs, prout in dicto testamento dicitur uberiùs contineri. Et subindè in executionem dicti testamenti unus Canonicatus, & unus Archidiaconatus in Ecclesia Turritana erecti fuerant, dictúsque Archidiaconatus ex dispositione ejusdem Petri testatoris collatus fuerat quondam Didacono Moros ejus Fratri Germano, & executori testamentario, qui bona fide, dum in vivis erat, eadem legata pia adimpleri curaverat; verùm post ejus obitum, de eodem Archidiaconatu

provisus fuerat dilectus filius Carolus de Capudoro, ad cujus favorem dilectus filius Provicarius Generalis Turritanus, nesciebatur, quo jure, declaraverat Fratres Minores prædictos Legatorum capaces tantum factorum pro oleo lampadis, & liteaminibus infirmorum, & incapaces pro reliquis, quæ Archidiacono prædicto adjudicaverat, prout in ejus sententia dicitur contineri; unde dictus Syndicus tanquam unus de populo pro suffragio Animarum, pro quibus instituta fuerunt dicta legata pia, & pro sua pietate erga dictos Fratres de Observantia, qui in magna necessitate propter eleemosynarum deficientiam in prædicta Insula Sardiniæ reperiebantur, prout ex attestatione juratorum, & officialium Civitatis Turritanæ constare dicebatur; Nobis humiliter supplicaverat, ut omnimodum adimplendum Legatorum prædictorum Ven. Fratri Archiepiscopo Turritano, non obstante prædictâ Provicarii Generalis sententiâ, committere de benignitate Apostolica dignaremur. Instantia verò hujusmodi ad prædictam Cardinalium Congregationem à nobis remissâ, & de mandato ipsius Congregationis citato dilecto etiam filio Alexandro Bulla, supradicti Caroli de Capudoro Archidiaconi Procuratore, Syndicus prædictus plurimùm cupiebat declarari, prædictos Fratres Minores de Observantia posse recipere præinserta annua legata Missarum per modum puræ, & simplicis eleemosynæ, juxta doctrinam S. Bonavent. in quadam Constitutione fel. record. Urbani Papæ VIII. prædecessoris nostri, cujus initium: *Sacrosanctum Apostolatûs Ministerium, &c.* proinde debere dictum Archiepiscopum Turritanum tanquam executorem ultimarum voluntatum, & præcipuè piarum, curare omnimodum adimplendum eorumdem legatorum, & voluntatis dicti Petri Testatoris, compellendo hæredes, & dententores bonorum ad satisfactionem, ne animæ eius auctorum, & benefactorum suffragiis fraudatæ remanerent. Emanavit ab eadem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur: *S. Congreg. EE. SR. Ecclesiæ Cardin. negotiis, & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, Procuratore Archidiaconi Turritani sæpius citato referente Eminentissimo D. Cardin. Portocarrero, decrevit esse dandas declarationes sæpe aliàs factas, videlicet Fratres Minores de Observantia non posse possidere census, & bona stabilia, posse tamen recipere per viam eleemosynæ quidquid datur aut traditur ab executoribus ultimarum voluntatum pro celebratione Missarum, & Anniversariorum, & propterea censuit committendum prout præsentis Decreti tenore committit Archiepiscopo Turritano, ut ad limites prædictæ declarationis in causa, de qua supra agitur, procedat, & ad illius observantiam, quatenus opus fuerit, juris remediis, & in subsidium etiam censuris Ecclesiasticis compellat. Romæ Augusti 1674. Cardin. Brancacius.*

Loco † Sigilli, &c.

Cùm autem, sicut dictus Syndicus nobis subindè exponi fecit, ut Decretum hujusmodi firmiùs subsistat, & observetur exactiùs, Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Syndicum, &c. absolventes, &c. supplicationibus ejus inclinati, &c. *Decretum præmissum auctoritate Apostolicâ tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illiq; tuvitibus Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, &c.* Sicque in præmissis per quoscumque judicari, &c. irritum, &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 22. Augusti 1674. Pontificatûs nostri anno quarto, &c.

Observanti di Lucca. Sacra Congr. Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus

Episcoporum

Episcoporum, & Regul. præposita: *Sæpiùs declarunt, Fratres Minores de Observantia Sancti Francisci quamvis attentâ dispositione, Extr. de Paradiso, & Constitutione Nicol. III. & Clementis VIII. sint incapaces obtinendi census perpetuos, & bona stabilia, posse tamen per eam pure, & simplicis eleemosynæ recipere quidquid ab executoribus ultimarum voluntatum eis traditur pro celebratione Missarum, pro ornamento Ecclesiæ, aliisque necessariis procurandis*; juxta doctrinam D. Bonaventuræ, relatam in Constitutione S. M. Urbani VIII. incipien. Sacrosanctum Apostulatûs Ministerium, &c. *An; in præfatis casibus dictos executores ultimarum voluntatum curare debere, ut hujusmodi piæ dispositiones adimpleantur*; ne testatorum animæ debitis suffragiis defraudatæ remaneant, Quam quidem declarationem, illiusque tenorem, *in casu, de quo agitur, eadem S. Congreg. servari præcipit*, committendo Ordinario Lucensi pro tempore existenti, in quatenus alius executor non existat, præmissam pii testatoris dispositionem executioni demandet. Romæ 26. Martii 1677.

Episcopus Urbaniæ, volens Canonicatum erigere quodam legato relicto Conventui S. Angeli in Vado, sub prætextu, quod Fratres illius legati incapaces essent. Sacr. Congr. Fabricæ 28. Maii 1639. & die 30. Augusti ejusdem anni ad eumdem Episcopum scripsit, legati summam Fratribus restituendam fore, ei quæ Fratres erant capaces illius, non obstante perpetuo onere Missarum, & quasdam festivitates celebrandi.

Et die 30. Julii ejusdem anni 1639. sub eadem forma scripsit ad Episcopum Civitatis Castelli. Et quia Episcopus difficultatem movit, ne Fratres legati fructus reciperent, eadem S. Congreg. die 28. Augusti 1640. scripsit ut omnia removeret impedimenta, & testantis voluntas impleretur, &c.

Eadem S. Congregatio in una Anconitana die 31. Decembris 1639. declaravit, quòd Fratres illius Civitatis per modum eleemosynæ capaces erant legati quinque annuorum scutorum, cum onere celebrandi officium, &c.

Potentissimo, & Catholico Principi DD. Carolo ab Austria, &c. felicis prosperitatis augmentum, &c. ejúsque Regnorum, & Provinciarum, &c. Officialibus, &c. ad quos præsentes nostræ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur: *Franciscus Columna in utraque signatura SS. D. N. Papæ Referendarius, causæque, & causarum hujusmodi, &c.* Salutem, &c. Noveritis, quòd introducta aliàs in partibus coram Vicario Gener. Catacen. lite, & causa inter Syndicum, & RR. PP. S. Francisci Minor. Observant. Civitatis Tabernarum Catacen. ex una, & RR. DD. Theodorum, & Dominicum de Carcia ex adverso principalis, Partibus ex altera, de, & super solutione eleemosynæ debitæ pro Missis, pro quibus agitur, rebúsque aliis, &c. dictus D. Vicarius Catacen. in causa hujusmodi procedendo suam protulit sententiam, sive Decretum tenoris sequentis, videlicet: *Per Curiam Episcopalem Catacen. Visa particulâ ultimi testamenti quondam Feliciana Riva Civitatis Tabernarum, conditi sub die 20. Maii 1634. &c. ac insuper inspecto tenore Bullæ S. D. N. fel. record. Clementis Papæ X. sub datum Romæ die 31. Augusti 1674. pro confirmatione Decreti Sacræ Congregationis negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ lati, sub die 3. Augusti 1674. declarantis, Fratres Minores de Observantia posse recipere legata annua Missarum per modum puræ, & simplicis eleemosynæ, etiam pro executione ultimarum voluntatum testatorum, visis actis omnibus, &c. ac Partibus pluries auditis, fuit provisum, & decretum, suspensionem duarum Missarum in hebdomada*

domada per eamdem Curiam latam omnino tollendam esse, ac proinde PP. Minores de Observantia Conventus supradicta Civitatis Tabernarum reintegrentur ad legatum celebrãdi easdem duas Missas in hebdomada, & ab hodie in antea RR. DD. Theodorus, & Clericus Dominicus Carcia correspondeant eisdem Fratribus scutos decem singulis annis pro celebratione predicta, &c. & sita, &c. datum, &c. die 24 Januarii 1691. Antonius Pavoni Vic. Generalis, &c. A qua inserta sententia, sive decreto, &c. appellantibus DD. DD. Theodoro, & Dominico de Carcia, fuit hæc causa ad Curiam devoluta, *& coram Illustrissimo & Reverendissimo D. Theomato in utraq; signatura Referendario &c. Illustrissimi, & Reverendissimi D. A. C. Locum tenente introducta, qui servatis servandis, procedendo sua diffinitiva sententia prainsertam sententiam, seu Decretum D. Vicarii Generalis Catacen. confirmavit, & approbavit*; ad effectum tamen exequendi super bonis per D. Victoriam Rivam donantem, &c. A qua sententia Illustrissimi, & Reverendissimi Thomati iterùm appellãtibus DD. Theodoro, & Dominico de Carcia, *fuit causa hujusmodi Nobis commissa vigore specialis commissionis ejusdem Sanctissimi*, de qua in dictis actis, &c. *Nos in causa, & causis predictis, ritè, & rectè, & legitimè procedentes, &c.* Tandem D. Hieronymo Leto ex adverso Procuratore dd. DD. Theodori, & Dominici Carcia ex adverso principaliũ, &c. per unum ex ejusdem Sanctissimi Cursoribus more solito citato, *nostram protulimus, & promulgavimus diffinitivam sententiã prainserti Decreti, seu sententia D. Vicarii Gen. Catacen. & aliam Illustr. & Rever. Thomati confirmatoriam*, prout in dictis Actis infrascripti Archivii Romanæ Curiæ scriptoris. Sed quia à tribus appellare; ideo ex parte ejusdem Sanctissimi, & ad instantiam dicti D. Syndici dicti Vener. Conventûs, & RR. PP. Minorum Observantia, fuit nobis directa, & præsens commissio exequutorialis tenoris sequentis. *Sequitur tenor Commissionis.* Nos deniq; dicto D. Hieronymo Leto ex adverso Procuratore dict. Theodori, & Dominici Carcia adverso principalium, iterùm ut supra citr. *Prainsertam sententiam, sive Decretum Generalis Catacen. aliámq; dicti Reverendissimi Thomati, & dictam nostram resolutivam diffinitivam sententiam, exequi mandamus, & in illarum executionem, rei judicatarum mandatum exequutivum ad favorem dicti Syndici RR. PP. Sancti Francisci Minorum Observantiæ Civit. Tabernarum, Diœcesis Catacen. contra, & adversus dd. bona per dictam Victoriam donata, dictis DD. de Carcia in ducatis vigintiquinque monetæ Regni, solvi pro supradicta eleemosyna Missarum, ab anno 1691. per totum mensem Junii proxime præteriti, ad rationem ducatorum decem pro quolibet anno, sine præjudicio alicrum per annua decursorum decrevimus, & relaxavimus, exequi volumus, & mandavimus per præsentes.* Quocirca vos Pontificissimum Regem, vestrosque Regios Ministros studiosè requirimus, & perbenigne Dominino hortamur, attentoq; rogamus, Vobis verò, aliis omnibus, & singulis supradictis, &c. tenere præsentium committimus in virtute S. Obedientiæ, ac sub excommunicationis, &c. pœna, &c, mandamus, quatenus statim visis præsentibus, & quoties præsentium vigore fueritis requisiti, seu alterum strum fuerit requisitus, &c. ex parte nostra seu verius Apostolica authoritate cogatis, & compellatis, cogiq; & compelli faciatis, &c. dd. Theodorum, & Dominicum Carciam, ad dandum, solvendum, tradenda, &c. & effectualiter exbursandum dicto Reverendo Syndico dd. PP. S. Francisci Minor Observ, &c, secun-

vigo-

„ eightoquinque monetæ Regni, ut præfertur
„ desint, unà cùm aliis scutis quatuor, & jaliis
„ septem monetæ Romanæ, pro expensis præ-
„ fectis mandati, &c. In quorum, & singulorum
„ fidem, &c. Datum Romæ anno 1693. Indi-
„ ctione prima, die verò 7. mensis Augusti,
„ Pontificatus SS. D. N. Innocentii Divina
„ Providentia Papæ XII. anno ejus tertio.

1100 Deniq; ad tutò simul, & sine scru-
pulo procedendum in casibus, in quibus ob
circumstantiarum varietatem, aliqua posset
forsitan difficultas circa materiam paupertatis, valdè juvat reflectere ad finem Sanctæ
Sedis, & Summorum Pontificum; finis namque (ut dictum est *n.* 1187.) semper fuit, &
est, de paterna benignitate modos aptos tradere, ut fratribus, unà cùm purâ observantia
Regulæ, & Paupertatis, necessaria juxtà decentiam non desint. Constat ex Decretali
Nic. III. cit. His verbis.

„ Quintò omnino appareat in eis quoad
„ dominium omnimoda abdicatio, & in usu
„ necessitas. Hæc autem secundùm exigen-
„ tiam personarum, & locorum, Ministri, &
„ Custodes simul, & separatim in suis admi-
„ nistrationibus, & custodiis, cum discretio-
„ ne disponant, cùm de talibus interdum per-
„ sonarum qualitas, temporum varietas, lo-
„ corum conditio, & nonnullæ aliæ circum-
„ stantiæ, plus, minùsve, ac aliter provideri
„ requirant. Ista tamen sic faciant, quòd sem-
„ per in eis, & eorum actibus paupertas san-
„ ctæ reluceat; prout eis ex eorum Regula vi-
„ detur indicta,

Et infrà disponendo de legatis, uti suprà fecit:

„ Ad quæ legata solvenda, tam hæredes te-
„ statorum, quàm executores se liberales ex-
„ hibeant, quàm Prælati, & etiam Sæcula-
„ res, quibus de jure, vel consuetudine pro-
„ visionis competeret, cùm expedierit, se
„ ex officio suo promptus exhibeat ad pias
„ voluntates decedentium adimplendas. Nam
„ & nos etiam per modos licitos, & fratrum
„ Regulæ congruos, intendimus providere;
„ quòd nec pia defunctorum destituatur in-
„ tentio, & hæredum cupiditas legitimis
„ ictibus feriatur, ac ipsi fratres pauperes
„ opportunis auxiliis non fraudentur. *v. num.*
„ 1155.

De paupertate, & legatis Minorum, agunt *Pontifices, & Decretales relati nu.* 1188. D. Bonav. Hugo, Quatuor Magistri, Corduba, Polizius, Monza, Longus *privil. immun.* Syndici. v. apud Matthæucci: v. infra de legatis.

DE SIMONIA.

1201 Simonia nomen duxit à Simone Mago, qui donum Dei emere volebat ut venderet; unde definitur: *Studiosa voluntas emendi, aut vendendi pretio temporali aliquod spirituale, vel spirituali annexum*, melius definitur, *Deliberata voluntas contrahendi spirituale, vel spirituali annexum*; sic enim comprehenditur omnis contractus etiam innominatus, *Do ut des.*

1202 Pretium temporale est omnis res pretio æstimabilis; est triplex: *Munus à manu, munus à lingua, & munus ab obsequio*: Per munus à manu intelligitur pecunia, & quodlibet bonum temporale; per munus à lingua intelliguntur preces, laudes, &c. in favorem illius, qui beneficium, aut rem spiritualem cõfert; ut autem habeant rationem pretii, fieri debent ex pacto; v. gr. *Si intercedas pro me apud Principem, dabo tibi beneficium.* Per munus ab obsequio intelligitur omne servitium temporale, quod exhibere potest in gratiã alterius, & signa etiam honoris; quæ si fiant loco pretii, & præsertim cùm pacto, simoniam inducunt: ut, *Confero tibi hoc beneficium*,

cum

cum pacto, & onere tale obsequium mihi præstandi. Secùs simoniam non contrahunt.

1203 Nomine rei spiritualis intelligitur res supernaturalis, quæ vel talis sit formaliter, ut gratia, &c. vel causaliter, ut sacramenta, concio, sacramentalia, &c. quæ causant gratiam; vel pro effectu, ut consecratio, absolutio, dispensatio, electio ad beneficium, præsentatio, confirmatio, &c. qui sunt effectus, & usus potestatis supernaturalis. Unde pro dispensatione non potest aliquid exigi in pretium, bene verò per modum mulctæ ad piam causam applicandæ.

1204 Dicitur, *aut spirituali annexum*: talia sunt ea, quæ non sunt per se spiritualia, sed eis sunt annexa, ut jus patronatus respectu beneficii, vasa, vestes, &c. respectu sacramentorum, & redditus beneficiorum, qui dantur propter officium spirituale: *v. n.* 1369.

1205 Res sacræ, quæ per accidens habent annexam consecrationem, ut calix, planeta, &c. possunt vendi ratione materiæ ex se vendibilis, sed non possunt plus vendi consecratæ, quàm vendentur non consecrate, quia tunc esset simonia; quando autem res temporalis vendi non potest, nisi simul spiritualis vendatur, tunc non potest & ipsa vendi, ut Reliquia; potest vendi reliquiarium ratione solius materiæ: *vide à num.* 961. *ad* 966.

1206 Lectio Theologiæ, aut casuum, est vendibilis, quia est actus naturalis intellectus non connexus cùm spirituali, seu supernaturali re.

1207 Simonia est triplex, mentalis, conventionalis, & realis: mentalis non est nudum propositum committendi simoniam, sed vera traditio rei temporalis in pretium pro re spirituali, sine pacto, & conventione explicita, sed solùm mente concepta. Conventionalis est, in qua extrinsecè convenitur, & pactitatur de pecunia, & venditione; sed adhuc est secutus effectus ex utraq; parte. Realis quando pactum est ex utraq; parte executi mandatum.

1208 Simonia dividitur in eam, quæ contra jus divinum, & hæc est prohibita propter malitiam suam, ut Sacramentum, Religionem consecratam vendere; & in eam, quæ contra jus humanum, quæ solùm est mala quia prohibita; ut cùm Ecclesia prohibet simoniam pretium pro aliqua re, & functione, propter connexionem cùm re sacra, cùm tamen res illa, aut functio esset ex se vendibilis.

1209 Sic ab Ecclesia prohibetur, & simoniaca censetur: 1. *Venditio beneficiorum secundum id, quod temporale est, scilicet, quoad jus percipiendi fructus*: 2. *venditio officiorum extrinsecè tantùm ordinatorum ad res sacras, v. gr. Sacristæ, Oeconomi, Advocati Ecclesiæ, Thesaurarii*: 3. *oblatio pecuniæ alicui facta, ut suadeat alteri, ut det beneficium*: 4. *pactum de resignando beneficio, vel de solvenda pensione, si alter beneficium tibi impetret*: 5. *permutatio, & resignatio beneficiorum, item reservatio pensionis ex beneficio resignato, ab aliquo Superioris aut horitate fiant; qua si accedat, illicita erunt*: 6. *acceptio muneris etiam spontè oblati pro examine ad Parochiam, pro collatione ordinum, pro prima tonsura, & litteris dimissoriis, ex Trid. excipitur tamen decima pars aurei pro Notario, si salarium non habeat, & consuetudo permittat*: 7. *exactio pecuniæ pro admissione ad Religionem, non quidem pro habitu Religioso, qui cum sit spirituale, est jure divino invendibilis, sed pro onere sustentationis ipsius personæ professæ, nisi Monasterii tenuitas, vel consuetudo contraria excuset. Pro victu autem, & vestitu, pro sustentatione novitii pro tempore, quo in probatione est, potest aliquid accipi.* Triden. *sess.* 25. *c.* 16. *vide num.* 1241. & 1242.

1210 In

1210 In simonia non datur par vitas materiæ, quia nullum donum Dei sine gravi irreverentia vendi potest, unde non potest à mortali excusari, nisi ob inconsiderationem, aut ignorantiam.

1211 Summus Pontifex committere potest simoniam in iis, quæ sunt juris divini, quia est illi subjectus, minimè in iis, quæ sunt juris humani; quia Princeps non ligat suis legibus. *l. Princeps, ff. de legibus.*

1212 Simonia est aliquid dare, vel recipere pro informando Prælato de qualitatibus requisitis ad beneficium: *v.n. 1225.*

1213 Non est simonia dare Prælato munera ad conciliandi hominum solita ad captandam benevolentiam, & voluntatem ingenerare, licèt postea Prælatus beneaffectus, non ex muneribus, sed ex tuis meritis motus, beneficium tibi conferret. Est simonia, si des ad alliciendam ejus voluntatem in spem ad beneficium, quia tunc circumstantiis summis adesset tacitum pactum, *Do, ut des.*

1214 Si igitur tu des Prælato munera, ut illum sic moveas ad conferendum tibi beneficium, & Prælatus ex circumstantiis tuum animum cognoscens, ex muneribus motus beneficium tibi conferat; tunc habetur simonia mentalis ex parte utriusque, & pactum implicitum, quòd si Prælatus tuum animum non advertat, & jam benè affectus beneficium tibi conferat, non ex muneribus, sed ex tuis meritis motus, tu solus simoniacus mentalis eris. Ratio est, quia talis oblatio muneris in motivum pro collatione beneficii est æquivalenter emptio. Satis doctè exemplificat Cardenas; sicut in prudentum existimatione Judex ex muneribus motus ferens sententiam, dicitur vendere justitiam; ita collator beneficii ex muneribus motus conferens beneficium, dicitur vendere beneficium, & quamvis munera dans, ut ad id moveat, dicitur emere beneficium: *vidè n. 1219.*

1215 Clericus, si suum famulatum præstet Prælato, intendens inde tanquam finem principalem beneficium, est simoniacus per munus ab obsequio. Si verò habeat pro fine principali decorem, & gratiam Prælati, pro minus verò principali beneficium, tunc est distinguendum; vel enim famulatur, ut aliciat, & moveat Prælatum ad dandum beneficium & sic est simoniacus, licèt beneficium tanquam finem minus principalem intendat; constat ex dictis: vel famulatur, non ut sic aliciat, & moveat, sed solùm cùm aliqua spe obtinendi beneficium à Prælato bene affecto, gratis, & liberaliter conferendum; & non erit simoniacus, quia famulatus non fit, ut alliciat, adeoq; non habet rationem pretii.

1216 Si Prælatus famulatum Clerici, quem debet compensare mercede, velit compensare beneficio, erit simoniacus, quia est virtualis commutatio beneficii pro obsequio.

1217 Quando res temporalis, spirituali annexa, habet pro fine intrinseco aliam rem temporalem, potest licitè dari, & accipi propter illam tanquam finem minus pricipalem. Me explico. Finis est duplex, intrinsecus, ad quem res ex natura sua ordinatur, & extrinsecus, ad quem res non ex natura sua, sed ex libera hominis intentione ordinatur. Sit exemplum: beneficium, prout est quid spirituale, habet pro fine intrinseco solùm cultum, & honorem Dei; prout verò continet subsidium temporale, habet pro fine intrinseco tam cultum Dei, quàm sustentationem temporalem vitæ ipsius ministri, illum tanquam magis, istum tanquam minus principalem: hujusmodi etiam sunt Præbendæ, Capellaniæ, & similia ad sustentationem vitæ ministrorum instituta. Hoc præmisso.

1218 Potest Prælatus absque simoniæ labe beneficium Clerico pauperi conferre propter sustentationem ejus vitæ tanquam finem ipsi beneficio intrinsecum, & sic Clericus recipere, dummodò talem finem minus principaliter intendat; quia sic Prælatus dat gratis, & liberaliter; ejus, cui confert, utilitatem intendit, & nullum inde pretium reportat.

1219 Hinc, quando dicitur simonia, esse dare spirituale propter temporale, aut è converso, intelligi debet de motivo extrinseco, minimè de intrinseco ipsi beneficio. Ita Cardenas.

1220 Simonia committitur, si temporale detur ut gratuita compensatio pro re spirituali, vel è contra; quia compensatio est virtualis commutatio, & in re tollit titulum gratitudinis, quia ponit æqualitatem, quæ est actus justitiæ; dum enim per actum gratitudinis intendis compensare, in re intendis ponere æqualitatem, & solvere; ecce pretium, & justitiam. *vide proposit. 45. & 46. ab Innocent. XI. damn.*

1221 Simonia committitur in re nostra, & usura in mutuo, si aliquid detur ob gratitudinem, & gratitudo deducatur in pactum, v. gr. do tibi pecuniam, hac conditione, ut te obliges conferre mihi ex gratitudine beneficium, vel è converso; & in mutuo: Do tibi mutuum cùm pacto, ut posteà sis mihi gratus ad remutuandum, ad dandum aliquod in recognitionem, &c. quia pactum imponit obligationem justitiæ, & consequenter tollit in re titulum gratitudinis, quæ tantùm respicit donum antidotale, remuneratorium, & liberum, minimè ut debitum, quale illud constituit pactum.

1222 Non est autem illicita spes gratitudinis; & ostensio animi grati, v. gr. si collatori dicas: *Non te pœnitebit exhibiti mei beneficii, sed ero gratus: do tibi mutuum gratis, spero tamen, & te mihi fore gratum.* Si hæc verba proferantur, quia sunt verba tantùm spei, quæ spem, non obligationem gratitudinis designant; si verò circumstantiæ earum sint tales, ut videaris inde movere collatorem ad beneficium, recurrunt dicta n. 1214. & tunc erit simonia non solùm mentalis, sed etiam conventionalis, in quantum ex verbis, & signis externis significatur promissio compensationis. Similiter in mutuo, si circumstantiæ sint tales, ut per illam obligationem spei, videaris exigere aliquid ex gratitudine, usuram committis, quia nemo onus mutuo addis: *vid. proposit. 42. ab Innocent. XI. damn.*

1223 Si spondeas cum tuo Prælato, ut cùm intercessore pro centum, v. gr. aureis, quòd non tibi, sed alteri sit beneficium collaturus: Simoniam committis, & palliatam, quâ astutiâ intendis movere; unde non est sponsio, sed emptio.

1224 Eum, qui dat pecuniam alicui ut intercedat apud alterum, ut ille immediate intercedat apud collatorem beneficii; non esse simoniacum, tenent Rocaful. [illegible] apud Dian. *p. 4. tr. 4. res. 151 & p. 10. tr. 5.* quia non datur pecunia pro intercessione immediata, sed pro mediata, quæ est prorsus æstimabilis, & remota à collatore beneficii, & inde temporalis.

1225 Sed dico, esse simoniacum. Tamb. *de Rel. tr. 2. lib. 4. disp. 36. q. 5.* Rodr. & Por. quia licèt talis intercessio sit mediata, est principaliter, & determinatè ordinata ad collationem beneficii; unde est virtualiter spiritualis, utpotè ordinata ad rem spiritualem, nempè ad beneficium, & verè influit ad illud obtinendum; & sicut hac ratione immediata intercessio, persuasio, & consilium, facta pro pretio, est simonia, in quantum est virtualis

ter spiritualis, & determinatè ordinata ad beneficium; ita & mediata intercessio est simonia.

Eâdem ratione, simonia est dare pretium, ut ponatur in nominatione, seu in numero præsentandorum, aut eligendorum.

Tum quia de hujusmodi actibus verificatur regula juris, ex *Can. Si quis 7. causa 1. quæst. 3 Quisquis horum alterum vendit, sine quo alterum non provenit, neutrum invenditum dereliquit*, quæ regula est mente retinenda: *v. n.* 1369.

1216 Non est autem simonia, pretium datum similiter collatoris; ut viam aperiat, ut cum ipso collatore loquatur. Mendo *in epit. tr. Simonia n.* 2. quia aditus ille est indifferens.

1217 Facere aliquam actionem virtutis ob aliquod commodum temporale, tanquam finem principaliter intentum, est simonia, quia est vendere actionem spiritualem: minimè verò fiat, si obillud tanquàm finem secundario intentum, hoc pacto non est simonia, celebrare Missam, concionari, &c. ob stipendium: quo modo primariò cultus Dei intendatur, licèt forte stipendio actio non fieret; quia emolumentum illud tunc est finis impulsivus, non essentialiter specificativus actionis.

1218 Patiter non est simonia, si pater det, aut promittat filio munus, si Sacramenta frequentet: infideli, ut baptizetur, vitam hæretico damnato, ut fiat catholicus, alimenta juveni, ut fiat clericus, dotem puellæ, ut fiat Monialis, quia id intenditur non per modum retributionis, seu commutationis, quo pacto utique esset simonia; sed ut pura conditio, & finis impulsivus, quo scilicet intendit impellere infidelem, ut amore fidei moveatur ad suscipiendum baptismum, &c. qui finis cedit non in emolumentum donantis, sed in utilitatem ipsius recipientis, adeóq; nullus habetur contractus, sed sistitur in liberali donatione.

1219 Pro re igitur spirituali nunquam potest res temporalis dari in pretium, benè verò, 1. per modum subsidii in sustentationem ministri in gratiam alterius occupati, 2. per modum eleemosynæ, 3. per modum oblationis, quæ Deo fit in persona ministri, 4. per modum liberalis gratitudinis.

1230 Simonia juris divini, & naturalis est. Primò, vendere actus Ordinum procedentis à potestate spirituali, ut absolvere, consecrare, benedicere, &c. Quia à potestate spirituali procedunt, & insuper ad effectum spiritualem ordinantur.

1231 Secundò. Vendere actus jurisdictionis spiritualis, sive pro foro conscientiæ, ut vota commutare, &c. sive pro foro externo, ut dispensare in matrimonio. Unde id, quod à Curia Romana pro dispensationibus in matrimonio exigitur, non exigitur in pretium dispensationis, sed per modum mulctæ, per quam compensetur recessus à lege communi, & ad reddendum difficilem talem recessum, ad piam causam applicandæ, aut in vim sustentationis, & onerum ferendorum. Ita Pirhing. *in com. lib. 5. tit. 3. sect. 3. §. 1.*

1232 Deniq; simonia juris divini, & naturalis est vendere actus jurisdictionis Ecclesiasticæ, etiam si versentur circa materiam contentiosam, aut temporalem, & politicam. Horum ratio est, quia hi actus procedunt à potestate spirituali.

1233 Non est simonia dare alicui pretium temporale pro omissione actus spiritualis peccaminosi, etiam si sit actus jurisdictionis v. gr. ut se abstineat ab actu spirituali, quem cùm injustitia, sacrilegio, &c. est positurus; quia tunc pretium non datur ad actum spiritualem patrandum, sed ad peccatum

omittendum. Qua ratione non est simonia dare pecuniam Electoribus, ne indignum eligant.

1234 Non est simonia, pretium dare pro omissione actûs spiritualis, qui non sit actus jurisdictionis, etiam si ad illum quis ex officio tenetur, si talis omissio nullum effectum spiritualem moraliter post se relinquat. Ut si quis Sacerdoti pretium daret, ut horarum recitationem omittat; quia talis omissio, nec in se est spiritualis, nec effectum spiritualem relinquit, nec est actus potestatis spiritualis.

1235 In casu omissionis, hæc sit regula generalis. Dare pretium pro omissione actûs spiritualis, est simonia, si omissio sit actus Ordinis, aut jurisdictionis spiritualis, vel talis omissio post se relinquat effectum spiritualem. Minimè est simonia, si talis omissio sit purus actus exercitii libertatis.

1236 Hinc non committit simoniam, qui pecuniam dat Sacerdoti, etiam Parocho, ut non baptizet, non celebret, non excipiat confessionem. Committit verò simoniam, si pecuniam eidem det, ut pœnitentem post auditam ejus Confessionem non absolvat. Ratio disparitatis est; quia actus ordinis, & jurisdictionis spiritualis in Sacerdote, & in Parocho, non est non baptizare, non celebrare, non excipere Confessionem; sed baptizare, celebrare, & excipere Confessionem; & hac ratione hi actus positivi non possunt sinè simonia vendi; recensitæ autem omissiones talium actuum, sunt præcisè actus exercitii libertatis, qui sunt pretio extimabiles, adeóque possunt sinè simonia vendi. Omissio verò absolutionis pœnitentis post auditam ejus Confessionem, est actus ordinis, & jurisdictionis spiritualis; nam potestas Sacerdotis, & Confessarii, est potestas ligandi, & solvendi, ut constat *ex tom. 3. n. 169.* In priori igitur casu, dum venditur omissio, ve-ditur libertas, in posteriori venditur actus ligandi, qui est actus ordinis, & potestatis spiritualis. Melphi *de pœn. c. 15. resp. 5.* Pichler *lib. 5. tit. 4. sect. 3. §. 2.*

1237 Non est simonia dare pecuniam Parocho, seu Sacerdoti, ut baptizet, aut solvat constitutum in articulo mortis, aliunde extante; quia datur ad redimendam vexationem, seu ad removendum prohibens minimè, ut pretium rei spiritualis. Quæ ratione [ut bene ait Melphi *cit.*] non est simonia dare pecuniam infideli ad redimendum Eucharistiam, aut Reliquias, quas ptivas retineret: *Quia hæc non est empti, sed vindicatio ab injuria: Pari ratione, non vitam, dum latroni pecuniam do, sed eum ne me interimat.*

1238 Item non est simonia dare, velle pere aliquid in pretium ad redimendam vexationem in Beneficiis, dignitatibus Ecclesiasticis, & præbendis, si quis habeat jus in re, jus acquisitum in illa, ex *cap. Dilectus 28. de simonia.* Hinc D. Gregor. Magnus (ut ex Baronio refert Fagnanus *in lib. 5. cap. Nobis de simonia num. 105.*) pecuniam Imperatori Mauritio contulit pro confirmatione sui Pontificatûs, sinè labe simoniæ; quia cum jam haberet jus in re ad Pontificatum per legitimam electionem, confirmatio tyrannicè ullo pacto non contulit Pontificatum; unde per eam pecuniam non fuit redemptus Pontificatus, sed executio muneris, ab illa vexatione liberando. Ità Baronius *cit.*

1239 Quòd si habeat jus ad rem, videlicet jus non jam acquisitum, sed primò acquirendum, tunc non licet absque simoniæ labe aliquid dare ad redimendam vexationem etiam injustam, & dolosam ab eo, qui non tantùm obesse, sed etiam prodesse potest; licèt tamen redimere ab eo, qui tantùm obesse

potest

potest. Pirhing. *in comp. lib. 5. tit. 3. §. 6.* Quia in primo casu datur illi, qui prodesse potest ad beneficium obtinendum, intercedendo, aut conferendo, &c. & sic movet, & influit, & inde pecunia data habet rationem pretii pro beneficio: In secundo casu non datur pecunia, ut beneficium conferatur, sed ut vexator injustè infamare, nocere, & impedire desinat; unde tunc, qui pecuniam dat, illam dat solùm, ut iniquias machinationes vexatoris impediat, minimè ut positivè influat in beneficii collationem; nam (ut supponitur) prodesse non potest.

1240 Jus ad rem quis acquirit per concursum habitum, in quo sit repertus dignior, vel per præsentationem. Jus in re quis ad beneficium acquirit per legitimam electionem, collationem, provisionem, institutionem, vel postulationem, de qua infra *num.* 1276. Pirhing. *cit.*

1241 Simonia est dare pecuniam patrono beneficii simplicis, & non curati, quod est de jure patronatus laici; quia beneficio qua tali est annexum officium spirituale, nempe munus, preces, & officia Deo persolvendi; & hæc est ratio, cur aliquid dare in pretium pro beneficio, sit simonia: *v. num.* 502.

1242 Dices. Licet sinè labe usuræ recipere pecuniam cum usura, à potente dare cum usura, & sinè usura, qui tamen vult dare cum usura: ut *in num.* 372. Ergo licet sinè labe simoniæ recipere beneficium simplex à patrono potente dare cum pecunia, & sinè pecunia, qui tamen vult dare cum pecunia; sequitur à fortiori, quia usura est prohibita jure divino, simonia in beneficiis jure Ecclesiastico: ut *n.* 1209.

Respondeo, argumentum etiam probare in beneficio curato ob rationem *de nu.* 1242. Disparitas tamen est; quia usura, etsi sit de jure divino, in dante nunquam potest esse licita, quia potest dare sinè usura; in recipiente liberatur à labe usuræ, ex necessitate recipientis, & ex libertate dantis, qui potest non dare ad usuram; & præcepta divina non sunt supra vires humanas; aliunde talis receptio non est prohibita, sed solùm datio: ut *in num.* 372. In casu simoniæ, licèt prohibitio sit Ecclesiastica, cadit tamen tam supra dantem, quàm supra recipientem; quoniam tam datio, seu collatio; quàm receptio, est prohibita sub labe simoniæ, ut modò de pœnis dicemus; quia seclusâ prohibitione, curreret utique paritas.

Cæterùm paritas tenet, si uniformiter de usura, & simonia discurras; sicut enim in simonia quis peccat, si sinè legitima causa recipiat, ità in usura: Et sicut in usura cum legitima causa recipiens non peccat; ità nec in simonia, putà si recipiat media pecunia ad redimendam vexationem, ut modò dicemus.

Et maximè, quia quamvis receptio beneficii sit prohibita jure Ecclesiastico, quantùm ad id, quod materiale est; est prohibita jure divino, & naturali, quantùm ad id, quod spirituale est.

QUÆRES I.

1243 *An simoniam committat, qui dat pretium Electoribus pro Prælatura aut officio Regulari, v. gr. Provincialatu, Prioratu, Guardianatu, Diffinitoratu, &c.*

NEgant Bonac. *tom. 1. de simonia disp. 1. q. 7. §. 2. n. 4. & tom. 3. disp. 2. q. 3. punct. 24. n. 4.* Peyrinus *de subdito q. 1. cap. 31. § 9.* Barb. Azorius, & alii apud Dianam *par. 4. tr. 4. resol. 156.* Quia non sunt proprie beneficia, de quibus intelligi debent jura, nec habent jus ad redditus: ut *in num.* 502.

1244 Mendo *in epit. ver. simonians 5.* con-

cedit esse simoniacum, sed addit, non contrahere ipso jure excommunicationem; quia sumus in odiosis, & jura excommunicationem latæ sententiæ fulminant pro beneficiis propriè dictis.

1245 Dico tamen, simoniam committere. Rodr. *in comp. reg.* 129. *n.* 5. Port. *ver. simoniæ n.* 6. Pignatelli *tom.* 10. *consult.* 44. Diana *cit.* Cajet. Filliuc. & alii apud ipsum. Quia Prælaturæ sunt beneficia Regularia, & habent annexam auctoritatem, & jurisdictionem spiritualem: ut *in n.* 1209. Insuper Diffinitoratus, &c. (quod etiam est commune Prælaturis) sunt officia Ecclesiastica, annexam habentia auctoritatem spiritualem.

1246 Tum quia jus patronatus, seu jus ad præsentandum; item jus ad beneficium conferendum, seu ad eligendum, vendi non potest sinè labe simoniæ; quia ordinatur ad beneficium, cui est annexum munus spirituale, ità & Diffinitoratus, &c. qui dat jus ad eligendum Prælatos Regulares.

1247 Insuper addo, hujusmodi simoniacum ipso jure contrahere excommunicationem. Ità citati DD. cum Sorbo, qui refert Bullas Pauli II. Pii IV. & Pii V. infligentes pœnas excommunicationis latæ sententiæ, & privationis ipso facto ab officio, vel beneficio simoniacè acceptis, & inhabilitatis ad alia. Ubi nomine *Officiorum*, usi sunt Pontifices. Et quidem de dictis Prælaturis, & officiis, verificatur definitio simoniæ: *de num.* 1201.

QUÆRES II.

1248 *An sit simoniaca commutatio Prælaturarum, & officiorum Regularium?*

SInè labe simoniæ potest commutari, etiam ex pacto, spirituale pro spirituali, v. gr. Reliquia pro Reliquia, Missa pro Missa; quia simonia est commutatio rei spiritualis, aut rituali annexæ, pro pretio temporali.

1249 At hæc commutatio est simoniaca si fiat in beneficiis, idque ex Jure Canonico ex *cap. De hoc autem*; *de simonia.* Ubi Unde commutatio spiritualis pro spirituali non est censenda simoniaca, nisi in casibus expressis in jure.

1250 Hinc difficultas oritur. An sit simoniaca commutatio Prælaturarum, & Officiorum Regularium: *de num.* 1243. Non est simoniacam, tenet Sanchez, Victoria, Abbatus apud Dianam *par. 4 tract. 4 resol.* ipse *alii de num.* 1243. ob rationem ibi allatam. Et sic dicunt, non committere simoniam electores, si inter se conveniant hoc pacto: *Si tu dederis mihi tuum suffragium in hac electione, ego dabo tibi meum in illa alia.* Vel eumdem effectum promittatur Guardianatus, aut Diffinitoratus.

1251 At dico, esse simoniam, ut constat ex dictis *num.* 1245.

QUÆRES III.

1252 *An excusari possit à simonia promissa illa: videlicet: Quòd in Capitulis, in quibus diversæ fiunt electiones, Electores in tractatu alicujus in Generalem, aut Provincialem convenunt, ut postea tales eligantur in Provinciales, Diffinitores, Guardianos, &c.*

PEyr. *tom. 3. privil. cap. 9. num. 7.* Pella. & alii docent, posse excusari ex duplici capite. Primò, quia sic eligendus non promittit aliquid pendens à sua libera potestate (quod solùm videtur prohiberi *in cap. de hoc, de simonia*, si quidem quantumvis eligendus promittat, adhuc possunt Electores illum eligere, aut non eligere, & de facto plures interdum contradicunt, ità ut in talibus electionibus

sibus, eligendus non habeat nisi proprium votum. Unde praxis ista videtur potiùs quædam conventionia, seu concordatio electionem faciendarum ad terminandum tractatum electionis, quàm realis aliqua promissio.

1253 Secundò, quia talis tractatus est merè consultorius, minimè conventionalis, aut conditionalis; tunc namque utique esset simoniacus, quia intercederet verum pactum, & promissio realis.

Diana *p.3. tr.2. res.125.* docet ex Rodr. & Vilal. non committi simoniam, si inter Electores non interveniat pactum, sed tantùm oblatio futuræ spei, ut si dicant: *Da hinc votum, & providebitur tibi de alia re.*

1254 Quibus addo, præfatam praxim (reali promissione secluſa) præsentibus temporibus sæpè expedire ad vitandas discordias, quæ aliàs prudenter timerentur, ad terminandum tractatum electionis pacificè, & sinè scandalo, uti Religiosos decet, ad providendum de Superiore magis opportuno, & Religioſi magis charo, & pluries ad facilitandam electionem dignioris, aut ad vitandam electionem indigni, vel ne eveniat electio digni, digniore relicto, quæ prudenter timerentur ex sequela vocalium, quam quidem Pater posset habere, aut ex indebita eorumdem unione, non respiciente Deum, sed propriam passionem, vel humanam officiositatem; quæ uniones, non semel, dici debent potiùs factiones per Sacros Canones, & Constitutiones damnatæ, quàm Religiosa fraternitas.

Tum quia, qui tenetur ad finem, tenetur ut medius necessariis ad obtinendum finem, juxta regulam juris: *Qui vult consequens, vult & antecedens conducens ad illud.*

1255 Hinc Peyr. *cit. num.* 14. docet, Electores teneri ad tractatus merè consultorios præmittendos, adhibendo mediocrem diligentiam ad inquirendum digniorem.

Advertendum tamen est in hujusmodi tractatibus, ut si simoniam fugiant, in subornationem non incidant.

SUBORNATORES

1256 Dicuntur, qui donis, & promissis, comminationibus, & obsecrationibus importunis, laudibus, aut vituperationibus falsis aliquem inducere conantur, ut sibi, vel alteri suffragium in electionibus ferat: quive colligationes, aut inductiones fecerint. Ità *in Const. nostris, c. n. 7. 43.* Melphi *de pœnis cap 15. q. 3.*

1257 Obsecratio debet esse importuna, ità ut importet vehementem violentiam precum aptam ad extorquendum suffragium; secus, si sit civilis, & blanda. Laudes pariter debent esse importunæ. Secus si quis laudet, consulat, & conferat civiliter in ordine ad sanctam Electionem dignioris.

1258 Vituperationes debent esse falsæ, aut de delicto vero, sed occulto, & ità ut timorem incutiant. Ut si quis malæ linguæ minitetur: *Si non dederis mihi suffragium, publicabo te fornicarium.*

1259 Colligatio, & inductio habetur, cum quis minimè zelo publici boni, sed ut de electione disponat, alios electores allicit, & impellit, ut secum permaneant.

1260 Pœnæ subornatorum sunt excommunicatio latæ sententiæ reservata Generali, si electio fuerit superiorum inferiorum; est autem reservata Papæ, si fuerit electio Generalis ex Const. Greg. XIII. Insuper privatio actuum legitimorum ipso facto.

1261 Requiritur tamen effectus secutus,

DE

DE OFFICIIS ORDINUM MILITARIUM, ET ACADEMIARUM.

1262 MEndo in Epit. *ver. Simonia, n. 6. & 7. hæc habet.*

„ Certò probabile est, non esse simoniam „ vendere commendas ordinum equestrium „ Hispaniæ: nam minimè conferuntur propter munus Ecclesiasticum, aut finem spiritualem: nec requirunt Ordinem, adhuc „ nec primam Tonsuram, nec recitationem „ Horarum: & præstantur ob labores pretio „ æstimabiles militiæ; & quamvis ex fructibus Ecclesiasticis comparentur, tamen certum est, plures accipere redditus ex ejusmodi fructibus ob temporalem laborem „ in Ecclesiæ utilitatem impensum. Idem est „ de Habitibus Equestribus, quippè concedantur intuitu finis temporalis; & qui eos „ emit, non intendit emere Religionem (estò „ sit stricta Religio quælibet Equestris, sicut „ est Ordo D. Joannis Hierosolymitani) „ Et quamvis ea venditio, olim valdè communis, sicjam prohibita, ob motiva urgentia, & ob opinionem contrariam; tamen „ id non tollit probabilitatem hujus opinionis, quæ ex consuetudine antiqua vendendi „ eos Habitus, non parum roboratur, nam „ id nunquam fuisset permissum, nisi opinioni certò probabili inniteretur.

„ Non est simonia, accipere, & præstare pecuniam pro gradibus, qui in Academiis „ conferunt, nam omnia, quæ in eis „ præstantur, potestates, & privilegia, „ sunt bona naturalia pretio æstimabilia, & „ quæ ad finem supernaturalem proximè, & „ immediatè non referuntur; & quamvis conferantur potestate Pontificiâ, potest Pontifex conferre aliqua temporalia ad splendorem rerum spiritualium, & ad illas conducentia, sicut illi gradus, maximè in Theologia, & jure Canonico, conducunt.

POENÆ SIMONIACORUM.

1263 PRimò, ob simoniacam collationem, & susceptionem Ordinum etiam primæ tonsuræ, scienter habitam incurritur excommunicatio major, & suspensio ab exercitio Ordinum susceptorum Papæ reservata, ità ut conferens sint suspensi à collatione cujuslibet Ordinis, etiam primæ tonsuræ.

2 Ob simoniam realem in beneficio scienter contractam incurrit etiam ab una excommunicatio major Papæ reservata, & irrita est electio, præsentatio, confirmatio unde talis non faciat fructus suos; atque etiam si à tertia persona tali modo provisa vitium illud ignoraverit; nisi suspicaces fuerint ne simonia committeretur, & omnino contradixerit; vel nisi à tertio data fuerint pecunia in fraudem, ut redderetur inhabilis; & nisi electus simoniam ignorans, beneficium per triennium bona fide possederit, & sit habilis ad idem beneficium: quas pœnas incurrit ipso facto, etiam si simonia sit occulta. Ad nova autem beneficia non fit inhabilis ante sententiam judicis.

Simoniacus tenetur ipso facto renunciare beneficium, nisi dispensationem à Romano Pontifice obtinuerit, & fructus, utpote male inter perceptos: non tenetur restituere fructus bonâ fide consumptos, sed eos, quos habet, quando mala fides incipit. Eos restituere tenetur Ecclesiæ, cui est facta injuria.

Pretium simoniacè acceptum, restituendum est ipsi danti, si non sit secuta collatio; verò sit secuta, probabilius, quòd restituere debeat Ecclesiæ beneficii quia Ecclesia dantem, quàm recipientem punire intendit.

vel paucibus, ubi est consuetudine receptum.

SIMONIA CONFIDENTIALIS

1264 HAbet locum in beneficiis, *Et tunc est, quando quis alteri dat, cedit, aut procurat beneficium in confidentiam cum onerosa tum obligandi, ut post aliquod tempus dare resignet sibi, vel alteri, v. gr. suo nepoti, amico, &c. vel cum onere, ut pensionem annuam, seu fructus in totum, aut in partem ipsius ipsi danti, cedenti, procuranti, aut alteri ejusdem libitum.* Hæc, si nullum intercedat pactum exterius, est simonia confidentialis mentalis: si intercedat, est conventionalis: si pactum est ex utraque parte completum, est realis, *ut in num.* 1207.

Quantùm ad ejus pœnas, ait Busem. *Simoniæ confidentiæ completæ dato, & accepto beneficio, licet accipiens promissionem vicissim non impleverit inducit,* 1. *excommunicationem majorem utriq; parti contrahenti Papæ reservatam,* 2. *annullat resignationem, & collationem beneficii, in quo est commissa, & inhabilitat ad idem postea obtinendum,* 3. *privat omnibus beneficiis, & pensionibus ante obtentis, non tamen ante sententiam latam* 4. *beneficia sic collata soli Pontifici reservantur.*

Quæ leges sunt latæ à Pio IV. & Pio V. ad evitandas fraudes, quæ in collatione, cessione, renocatione, & consecutione beneficiorum fieri possunt.

Licitè potest Pontifex beneficium uni conferre, reservatâ pro alio pensione; tunc enim nihil aliud facit, quàm fructus beneficii dividere, partem beneficiario dando, & partem alteri benemerito reservando.

De Simonia agunt Scotus *in* 4. *d.* 25. *qu.* 1. in D. Th. *dist.* 13. *q.* 2. *litt. H.* Mastrius *dis.* 1. *q.* 3. Bonac. *tom.* 1. la Cruz, Melphi *de Pœnis*, Fagnanus *lib.* 1. *C. Non sine de Arbitris*, & *lib.* 5. *tit. de Simonia*, Pirhing. *l.* 5. *tit.* 2. Clericatus *c.* 25. Ant. à Spir. Sanct. *tom.* 1. *tract.* 4. Cardenas *dis.* 27.

DE BENEFICIIS.

1265 BEneficium Ecclesiasticum, vocatur à Decretalibus etiam Præbenda, & definitur *ut in n.* 502.

Beneficia Ecclesiastica multipliciter dividuntur: & præsertim, alia sunt *Curata*, quibus est annexa cura animarum, sive quoad forum internum, qualem habent Parochi respectu suorum Parochianorum, sive contentiosa, & quoad forum externum: Et alia non curata; quibus talis cura non est annexa.

Item alia sunt duplicia, alia simplicia. *Duplicia* sunt, quibus est annexa aliqua solemnis qualitas juris; videlicet Cura animarum, jurisdictio, Præeminentia, aut administratio rerum Ecclesiasticarum. Hinc Archidiaconatus est duplex; quia habet præeminentiam quoad locum magis honoratiorem. *Simplicia* sunt, quæ nullam talem solemnitatem habent, sed instituta sunt ad preces, & officia Deo persolvenda: hujusmodi sunt Canonicatus tam Cathedralium, quàm Collegiatarum.

1266 Insuper alia sunt Manualia, alia non Manualia. *Manualia* sunt, quæ conferuntur revocabiliter ad nutum Superioris: Talia sunt plura Regularium beneficia, quæ nec sunt electiva, nec curata. *Non manualia* sunt, quæ conferuntur in perpetuum, dum beneficiarius vivit, ità ut amoveri non possit, nisi in pœnam delicti; & hæc sunt verè, & propriè beneficia.

1267 Demùm. Alia sunt *Collativa*, quæ conferuntur à libera voluntate eorum, ad quos collatio pertinet.

1268 Alia *Electiva*, quæ conferuntur mediante electione à Clericis, seu Canonicis

facta, legitimè à Superiore confirmata. Alia sunt *Patronata*, quo nominante Patrono, ad quem spectat clericum promovendum præsentare, ab Episcopo conferuntur.

1269 Beneficium personale, seu personatûs, est illud, quod instituitur ex redditibus certis, & stabilibus, auctoritate Episcopi, in favorem alicujus personæ, quæ sola, vel alii duo, aut tres, juxta voluntatem fundantis, obtineant illud, & postea beneficium cesset, & redditus illi in alia opera pia convertantur, juxta mentem ejusdem fundantis.

1270 Unde personatus sunt beneficia Ecclesiastica, quæ primam tonsuram exposcunt, & obligant ad recitationem Officii Divini, sed non sunt perpetua. Vacat beneficium, si quis illud habet, nubat. Mendo *in Epit. ver. Beneficium, num.* 18.

1271 Capellania collativa, quæ scilicet authoritate Episcopi erigitur ex *nu.* 504. est beneficium, cui est annexum onus Officii Divini, adeóque dat titulum sufficientem ad Ordines Sacros, & jus spirituale ad fructus percipiendos, nec potest conferri, nisi Clerico, & à persona Ecclesiastica. Capellania verò non collativa, quæ temporalis dicitur, est illa, in cujus erectione nulla intervenit Episcopi auctoritas, sed consistit in assignatione determinata salarii pro celebratione, & servitio præstando; adeóque non est beneficium, nec obligat ad Divinum Officium, nec dat titulum ad Ordines, nec pactum de ea [si quoad fiat] est simoniacum; bene verò, si fiat pro Collativa.

1272 Potest autem Capellania de consensu Episcopi fundari cum expressa conditione, ut non teneatur Capellanus Officium recitare, donec sit initiatus in sacris, Mendo *ver. Capellania, num.* 9.

1273 Non potest Beneficium conferri, nisi vacet. Trid. *sess.* 24. *de ref. cap.* 19. Nec alteri mortem procuret, aut optet.

1274 Beneficio vacante, Collatio conceditur tempus sex mensium, intra quos si conferre negligant, ipsi privantur vice potestate conferendi, & collatio ad proximum Superiorem devolvitur, *cap.* 2. *de cess. Prabend.*

1275 Si autem provisio facienda sit plurium electionem pro Ecclesia Cathedrali aut Regulari, conceditur tempus trium mensium, intra quos si electio celebrata non fuerit, provisio devolvitur ad Papam, ex jure novo *Extrav. ad Regimen.* 3. *de Prabend.* Item trium mensium tempus conceditur pro Ecclesia Collegiata, si provisio facienda sit delato. Ordinariam jurisdictionem habent Clericos suæ Ecclesiæ. Phœbeus *lib.* 1. *tr. pluribus juribus. v. n.* 1345. & 1346.

1276 Ecclesiæ vacanti tribus modis provideri potest: Per electionem, per postulationem, & per Nominationem. *Electio*, est cujus personæ idoneæ ad dignitatem Canonica vocatio. *Postulatio*, est quædam petitio Superiori facta de promovendo ad quem ad Prælationem, ad quam de jure communi, propter defectum aliquem, vel impedimentum, eligi, seu promoveri non potest: Unde postulatio est personæ, quæ prohibetur eligi non propter vitium, sed propter defectum, putà si patiatur defectum natalium, ætatis, Ordinis, quatenus laicus est, aut minoribus, &c. *Nominatio*, est præsentatio unius, vel plurium à patrono facta Prælato, ad quem spectat Clerici promotio, & Beneficii collatio.

1277 Electio, Postulatio, & Nominatio conveniunt in hoc, 1. Quòd Electio, & postulatio sit facta à majori parte capituli. Idem dic de Nominatione, si spectet ad plures, 2. Quòd repellatur indignus.

§

Sumen electio cum postulatione concurrat; videlicet, si una pars suffragiorum Canonicorum postulet unam personam, & alia eligat aliam; tunc, ut prævaleat postulatio, requiritur, quòd postulantes sint duæ partes ex tribus.

Quòd si postulantes non adæquent duas tertias partes, sed eligentes excedant unam tertiam partem, prævalet electio, *ex cap. Sequam 40. de elect.* Ratio est; quia postulatio est modus providendi extraordinarius, quatenus gratiæ: Electio est modus Providendi ordinarius, magis fundatus in jure, & ideo minus requiritur ad Electionem: *v.* num. 1275.

1278 Differunt in hoc, quòd per electionem acquiritur jus electo ante confirmationem, jus inquam beneficii, & administrandi; nam electio dat beneficium, confirmatio verò solum dat exercitium. Per postulationem jus acquiritur postulato post postulationis præsentationem superiori factam.

Per nominationem jus acquiritur nominato post præsentationem. Unde ante præsentationem possunt postulantes, aut nominantes, à postulatione, aut nominatione recedere; minimè post præsentationem.

Verum tamen est, quòd sicut, si electus administret ante confirmationem, ejus electio cassatur, *ex cap. jam dudum, de præb.* Ità si probatus administret ante admissam postulationem, privatur jure postulationis, *ex cap. Bonæ memoriæ.* Et sic pariter nominatus, si administret ante admissionem. Hinc electio datur confirmari, postulatio, & nominatio admitti.

1279 Item differunt; quia electio, & postulatio fiunt tantùm de uno; nominatio de pluribus, putà de duobus aut tribus, ubi primus nominatus censetur dignior, *cap. Quoniam, de elect.*

Hinc, si unus tantùm nominetur, erit quasi postulatio, non nominatio.

Denique differunt, quia electio fieri debet de digniori, Conc. Trid. *sess. 24. de ref. cap. 18.* postulatio autem fit de intelligibili, non ob crimen, sed ob defectum dispensabilem, ut in *n.* 1276.

1280 Electio indigni est nulla; unde electus non facit fructus suos, & tenetur illos restituere.

1281 Electio digni relicto digniori, etiam per concursum, est valida, sed illicita. Imò Fagnanus *in lib. 5. C. Mandato de Simonia num. 29.* cum Nav. vult, quòd impediens, ne post concursum beneficium detur digniori, teneatur ad restitutionem: *v. infra tit. de restitutione.*

Diana *p. 3. tr. 5. res.* 110. subdit, probabile esse, & tutum in praxi, quòd electores non teneantur ad restitutionem; fatetur tamen affirmativam opinionem esse probabiliorem: v. Tamb. *tom. 1. lib. 8. tr. 3. c. 4. §. 3.*

1282 Diana *cit.* cum nonnullis, plures (ait) esse causas, quæ à mortali excusant eligentes minùs dignum digniore relicto. Primò. Quando excellus dignitatis non est notabilis, 2. quando dignus est indigena, dignior vera alienigena, 3. Quando major pars vult eligere minùs dignum. Quod procedit (subdit ipse) etiam si electores jurâssent eligere digniorem, & sic eligendus est minùs dignus, quando est magis acceptus Conventui. In similibus námque casibus impletur juramentum secundùm rationabilem intentionem jurantis, 4. Si aliàs omisso digno, & digniore, eligendus foret tertius indignus, 5. quando dignior præesset alteri Ecclesiæ, & oporteret illum postulare, 6. Quando dignior esset implicatus negotiis externis, quæ illum à residentia retardarent, 7. Si dignior non esset expertus, sicut minùs dignus, 8. Quando collator tenetur confir-

mare electum à Patrono, 9. Si Beneficium ex prima sui institutione per Ecclesiam acceptata conferendum sit alicui ex certa familia, vel oppido, 10. Si fundator beneficii Parochialis præsentet minùs dignum, 11. Quando quis resignat beneficium. Ità ille.

1283 Illud certum est, quòd dignior ille censendus est; *Qui omnibus pensatis, & respectu habito ad doctrinam, & mores, utilior Ecclesiæ futurus judicatur. Ità com. v. infra tit. de restitutione.*

1284 Hinc loquendo de superioribus Regularium. *Port. ver. electio. 20. & 21.* doctissimè ait:

„ Si video, Petrum esse digniorem, & tamen maior pars communitatis est inclinata „ infallibiliter ad Franciscum minus dignum, „ sed tamen dignum: possum suffragari Franciscio minus digno: quia tunc frustraneum „ est suffragari Petro digniori, & nemo tenetur ad actum frustraneum. Vega *in Summ. Moral. 1. part. ver. Electio casu* 1. At si maior pars inclinat ad indignum, nunquam licet illi suffragari.

„ Denique pro complemento, & consolatione aliquando Religiosorum, attendenda „ est doctrina D. Thom. *quodlib. 8. art. 6.* „ quam tradit Comitolus *lib. 1. resp. Moralium quæst. 77.* cum multis, ubi ex D. Thom. „ dicit, quòd licèt simpliciter, & absolutè eligendus sit melior: hoc debet intelligi, quòd „ non sit melior simpliciter, & absolutè, sed „ sufficit, quòd sit melior ad hoc officium, & „ hic est melior secundùm quid. Et ponit ibi „ exemplum Comitolus: quòd aliquando „ minus sanctus poterit habere majorem potentiam, & industriam sæcularem, vel aliquid hujusmodi, quod pro nunc magis conducit ad bonum commune, & dispensationes spirituales ordinantur ad bonum Ecclesiæ. Denique arbitrium boni viri debet pensare varias circumstantias temporis, per „ næ, &c ex quibus inferre possit, qua „ quis pro nunc sit dignior secundùm qu „ id est, in ordine ad hoc officium: ità „ ut nunquam eligatur indignus.

Et Phæbeus *lib. 1. tit. 12. n. 7.* inquit:

„ Qua ratione tradunt etiam Authores „ nulli, apud Azor. *in cit. cap. 15 qu. 3.* „ posse nonnumquam ignobili doctiori, „ sanctiori præferre nobiliorem, & potes „ rem, sufficienti doctrina, ac probitate „ tatum, quando scilicet beneficium indi „ defensore, vel protectore administra „ item præferri posse, qui certò cognosc „ esse dignus, seu sufficienter doctus, & „ bus, relicto doctiori, cujus vita ignotatur „ de qua re extat etiam declaratio Cardi „ Concilii citata à Piasec. *in Praxi p. 2. q.* „ *art. 3. num. 10.* Ex eadem quoque ma „ utilitatis Ecclesiæ ratione descendit, eum „ magis idoneo præferri debere idoneum, „ sit ex eadem civitate, vel de gremio Eccl „ siæ, *ex cap. Nullus 13. dist. 61.* Præsumi „ enim utiliùs, & cum majori peritia admi „ straturus res Ecclesiæ, qui in eadem sun „ transegit ætatem: & ità Sacrum Cardi „ lium Collegium ex ipsis Cardinalibus d „ gniorem eligit, ut præscribitur *in c. Oper „ bat. 3. cum seq. dist. 79.* quamvis extra Co „ legium alius ipso dignior inveniatur.

Vide *prop. 47.* ab Innoc. XI. *damn.*

PLURALITAS BENEFICIORUM

1285 CUjuscunque generis, est prohibita eidem personæ cujusvis dignitatis, etiam si Cardinalatus honore fulgeat, l Trid. *sess. 24. de ref. c. 17.*

1286 Tria autem sunt capita, quibus beneficia reducuntur incompatibilia.

Primum, si requirant continuam residentiam personalem. Talia sunt beneficia cura-

ta, v.gr. duæ Parochiæ, duo Episcopatus, &c. quæ proinde eidem conferri non possunt, nisi unam in titulum, alterum in commendam temporalem.

Secundum, Si sint beneficia uniformia sub eodem tecto: v.gr. duo Canonicatus in eadem Cathedrali, quamvis sint beneficia simplicia; quod depositum est, ne ob beneficiorum confusionem minuatur divinus cultus.

Tertium. Si unum ad congruam Clerici sustentationem sufficiat. Nam plura beneficia simplicia conferre eidem; cum unum sufficiat, ea bona Ecclesiæ dissipare, non dispensare. Et Trid. *cit. concludit*:

Statuit, ut in posterum unum tantùm beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur. Quodquidem, si ad vitam ejus, cui confertur, honestè sustentandam non sufficiat; liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo ipsarum personalem residentiam non requirat, eidem conferre.

REDDITUUM ECCLESIÆ

1287 A Conc. Rom. 2. *cap.* 4. sub S. Sylvestro 1. ut patet in Sum. Conc. hæc facta fuit distributio:

Commoneo autem vobis omnibus mihi conservandum mandatum hoc, ut de redditibus Ecclesiæ quatuor partes fiant, quarum una cedat Pontifici (seu Episcopo.) *Altera Presbiteris, & Diaconis, & omni Clero. Tertia Templorum & Ecclesiarum reparationi. Quarta pauperibus, infirmis, & peregrinis.*

1288 Finis hujus dispositionis ortum habuit, quoniam in primitiva Ecclesia fideles omnes (ut habetur Actorum 4.) vivebant communiter; quia tamen laici cœperunt bona propria retinere, & modus vivendi in communi solùm apud Clericos remansit; ideo edita fuit allata dispositio.

1289 Nunc autem [ait Bardi in Selectis *lib. 3. q. 10. sect. 1. num. 8.*] recensita dispositio non viget cum illo rigore, saltem quoad omnia. Nam nunc Clericis Cathedralibus inservientes sunt assignatæ Præbendæ, & Ecclesiis pro fabrica, & suppellectilibus sunt applicati quamplures redditus & oblationes; ut etiam advertit Barbosa *de jure Eccles. l. 3. c. 17. n. 7. & 8.* quia ideo subdit, vigorem illum de quarta parte fructuum eroganda Ecclesiæ, & Clero, remitti. Ità Bardi. Qui concludit ad præsens servandam esse consuetudinem: *v. num. 1295.*

QUÆRES I.

1290 *An Episcopi, & alii beneficiarii sint domini reddituum, seu fructuum, qui ex suis beneficiis ipsis proveniunt?*

REspondeo, esse veros omnium fructuum dominos. Bardi. *cit. sect.* Suarez, Vasq. Bonac. Bannes, Sotus, & alii 20. Doctores ad ipsum. Insuper ex Canonisticis, Fagnanus *lib. 3. cap. Si quis sanè de Peculio Cleric. num. 3.* Pirhing. *in Comp. lib. 3. tit. 25. §. 2. & 3.* cum aliis multis.

Est contra Panorm. Sylvestr. Palud. & alios, qui volunt esse dispensatores; & administratores. Item contra Cajet. qui tenet esse dominos quoad portionem fructuum suæ sustentationi necessariam, quoad excessum verò dispensatores; & inde, si de superfluis disponant, non in pauperes, aut Ecclesiam, teneri ad restitutionem.

1291 Ratio communis, & firma nostræ resolutionis desumitur ex Conc. Trid. quod *in sess. 24. cap. 12. de ref.* contra beneficiarium Curatum, Canonicum, & Præbendatum dispo-

sponit, quòd, nisi intra duos menses à die possessionis, fidei professionē emittat: *Privetur dimidiâ parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, & residentiæ fecit suos.*

1292 Item idem Conc. *in sess.* 23. *c.* 1. de recensitis loquens statuit, quòd si quis absq; legitima causâ à Superiori approbat, à sua Ecclesia absit ultra tres menses, sive continuos, sive interruptos, sub eodem anno; *Eum pro rata temporis absentiæ fructus suos non facere.*

Ex quibus locis per locum ab opposito solidè infertur, quod si fidei professionem præscripto tempore emittant, & uti supra, non absint, fructus suos faciant; & consequenter, quòd sint veri domini omnium fructum, qui ex beneficiis Ecclesiasticis ipsis proveniunt.

1293 Idem confirmat Julius III. per Bullam, *Cum sicut nobis*, edita 26. Junii 1550.

Unde concludo cum Fagnano *cit.* & aliis, Episcopos, & Beneficiatos omnes æquiparari usufructuaris in vita, & usuariis in morte, quantum ad hoc, quòd in vita habent verum dominium, non quidem proprietatis, & quoad fundos, sed quoad redditus, & fructus: *v. n.* 1302.

1294 Objicis pro parte oppositā quosdam antiquos Canones, maximè *c. Clericos* 1. *qu. & c. Quoniam* 16. *q.* 1. ubi Hieronymus ad Damasum Papam ait: *Clericos autem illos convenit Ecclesia stipendiis sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur bona: Qui autem bonis parentum, aut suis sustentari possunt si quod pauperū est, accipiunt, sacrilegiū profecto committunt, & per abusionem talium, judiciū sibi manducant, & bibunt.*

1295 Resp. cum Fagnano *cit. n.* Bardi, & aliis apud ipsos, tria esse distinguenda tempora. Primum primitivæ Ecclesiæ, tempore Apostolorum, quo omnes fideles vivebant in communi.

1296 Secundum, quo laici cœperunt bona propria possidere, & modus vivendi communi remansit solùm apud Clericos. Et hoc tempore commonita fuit distributio in quatuor partes: *ut in n.* 1287. atque ea fuerunt relati Canones de *num.* 1294. quibus dispositum fuit, ut Clerici, qui bona patrimonialia possidebant, viverent solum de suis, & redditus Ecclesiæ eis competentes distribuerentur Clericis indigentibus, & aliis piis operibus.

1297 Tertium tempus est, quo cœperunt Clerici bona propria possidere, Ecclesiæ uti, *ex c. Nona de Consecr. dist.* 1. *c. Fabianus, de his quæ fiunt à Prælat.* Item pro Clericis, & ministris erecti fuerunt tituli Beneficiales, & Præbendæ, *c.* 1. *& per totam dist.* 22. *C. de multa, de Prebendis.* Et hoc tempore dispositum fuit, *in c. Episcopi, in c. Quinos de testam.* & aliis juribus, ut Clerici possint licitè vivere de redditibus Ecclesiæ, aliis hæredibus bona patrimonialia relinquere.

Et novissimè Trid. relatum *in tom.* 3. *an.* 48. *ad* 73. disposuit, ut nullus Clericus ad Ordines Sacras promoveatur, nisi beneficium, aut patrimonium possideat sufficiens, & honestæ sustentationi sufficiens, alioquin Episcopo scienter aliter promovente, ut teneatur de suis fructibus eum alere: *v. ibi citat.*

1298 Hinc clare constat, per relatos, & alios posteriores Canones cessasse antiquos, & simul non vigere rigorem distributionis in quatuor partes, ut dictum est *num.* 1288. Teneri tamen Episcopos de fructibus, quæ suæ honestæ sustentationi supersunt, de mortali eleemosynas elargiri pauperibus, quibus aliter subveniri non potest, ut modo dicemus.

Cu-

Corroborantur dicta ex juribus nostri temporis hinc adducendis.

QUÆRES II.

1299 *An Episcopi & Beneficiarii possidentes sortitos Patrimonium, possint licite de reditibus & fructibus beneficii Ecclesiastici, Ipsorum tibus Ecclesiæ, vivere juxta decentiã sui, ac dignitatis: Patrimonio una cum fructibus servato ad alios usus, & de eo disponere etiam aliis donando, prout eis placuerit?*

Resp. Posse. Doctores *n.* 1290. *cit.* Probatur ex Innoc. *in c. Episcopus, n.* 1. *de Præbend. Non credimus, quòd qui habet beneficium, vivere debeat de Patrimonio, sed de Altaris* v.n. 1297.

1300 Quod est conforme dictæ Pauli 1. ad Cor. 9. *Quis militat suis stipendiis unquam? Qui plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Qui pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? &c. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? Qui Altari deserviunt, cum Altari participant?* Et 1. ad Thim. 5. inquit: *Dignus est operarius mercede sua.*

1301 Idem dicendum est de bonis propriæ industriæ acquisitis.

QUÆRES III.

1302 *De quibus possint testari?*

Resp. Posse testari de bonis patrimonialibus, & propria industria acquisitis; minimè de fructibus beneficii. Doctores *cit. n.* 1290.

Probatur ex *c. Episcopi* 12. *quæst.* 1. ubi asserit decretum Conc. Agathensis, *c.* 18. *Episcopi de rebus proprijs, vel acquisitis, vel quidquid de proprio habent, hæredibus suis si voluerint derelinquant. Quidquid verò de provisione suæ Ecclesiæ fuerit, sive de agris, sive fructibus, sive de oblationibus, omnia in jure Ecclsiæ reservare censuimus.*

Item ex Alex. III. *in c. quia nos, de Testam. Licet Clerici de his, quæ paternæ successionis, vel cognationis intuitu, aut de artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum, & amicorum, non habito respectu ad Ecclesiam, pervenerunt ad ipsos, liberè disponere valeant. de his tamen, quæ consideratione Ecclesiæ perceperunt, nullum de jure facere possunt testamentũ.*

1303 Quibus accedit communis Ecclesiæ consuetudo, qua nedum pauperes, sed etiam divites ad beneficia promoventur, eisque sustentantur.

1304 Dices. Beneficiarii sunt domini fructuum beneficii: Igitur possunt de illis testari.

Resp. negando consequentiam; quia stat, quòd non possint de illis testari, cum hoc; quòd sint eorum domini; nam etiam impubes non potest de suis bonis disponere, & tamen est eorum dominus. Ratio est; quia dominium est facultas disponendi de re quoad omnes usus à lege non prohibitos; à jure autem Ecclesiastico in relatis locis prohibitum est beneficiariis de fructibus beneficii testari, ad Clericorum cupiditatem cohibendam, quoad parentes ditandos: *v.n.* 1293.

QUÆRES IV.

1305 *Quæ sit congrua beneficiorum sustentatio?*

Congrua sustentatio, pro qua licitè beneficiarius potest fructus, & proventus beneficii Ecclesiastici applicare, non est eadem in omnibus, quia à quamplurimis circumstantiis attendendis dependet; unde remittenda est arbitrio prudentis.

1306 Et quidem sub congrua sustentatione ve-

veniunt non solùm necessaria, verum etiam decentia juxta conditionem statûs, personæ, & circumstantiarum. Bardi *in Selectis lib. 3. q. 10. sect. 6. & 7.* Fagnan. *in lib. 3. c. Si quis sane, De Peculio Cleric.* cum multis apud ipsos.

Sub congrua sustentatione comprehenduntur donationes remuneratoriæ, etiam liberales, & gratuitæ, maximè de consuetudine; expensæ ad hospitandum Magnates, &c. hæc namq; decent, & conveniunt decori statûs, felicitati gubernii, & incremento virtutum.

1307 Hinc potest suis consanguineis, & familiaribus donare usq; ad status decentiam, *ex c. Studeat in fin. 50. dist.* his verbis: *Præcipimus, ut tale beneficium sibi Ecclesiæ concedatur, quo & ipse, & sui sufficienter possint habere suæ sustentationis solatium.*

1308 Potest de Ecclesiæ redditibus sororos, vel alias consanguineas dotare, si ex se, aut ex parentibus, ad quos primariò dotare spectat, satis non habeat. Fagnanus *citat. ex c. 1. de cohabit. Cler. & Mulier.*

1309 Cavendum autem est, ne quoad consanguineos, & nepotes sanguinis passio obcæcet, & plus æquo excedatur. Unde [ut refert Fagnanus cit.] D. Bernardus in declaratione super illis verbis Evangelii. *Ecce nos reliquimus omnia*, sic ait: *Vivat de altario, ut juxta eumdem Apostolum alimenta, & quibus tegatur habens, his contentus sit. De altario*, inquit, *vivat, non superbiat, non luxurietur*, denique, *non ditetur, non sibi de bonis Ecclesiæ ampla palatia fabricet, mutans quadrata rotundis, nec loculos inde congreget, aut superfluitione dispergat, non extollat de facultatibus Ecclesiæ consanguineos suos, aut nepotis, aut neptes nuptui tradat:* & Ambrosius *lib. 1. de offic. c. 30.* relatus à D. Thom. *in 2.2. quæst. 185. art. 7. ad 2. Hæc est approbanda liberalitas, ut proximos seminis tui ne despicias, si egenos cognoscas, non tamen ut illos ditiores facias ex eo quod tu potes conferre inopibus.*

1310 Insuper, quoad alios usus, est attendenda moderatio Trid. *sess. 25. de reform.* Episcopis monita his verbis:

Quapropter exemplo Patrum nostrorum Concilio Carthaginensi non solùm jubet, ut episcopi modesta supellectili, & mensa, ac victu cõtenti sint: verùm etiam ut in omni vitæ genere, ac tota ejus domo caveant, quid appareat, quod à sancto hoc instituto alienum: quodq; non simplicitatem Deo, ac vanitatem contemptum præseferat.

1311 Item considerandæ venit. Primò ratio loci, ubi est beneficum. Plura namq; competunt Episcopo Urbis, quæ est Regia Principis, aut caput Regni; quàm Episcopo per Urbis.

Hinc Paulus 5. per Bullam In Eminenti edita 8. Aprilis 1606. facultatem concessit Clericis incolis, & civibus Urbis Romæ, & ejus districtus infra decem milliaria, de omnibus redditibus, fructibus, & proventibus Ecclesiasticis quomodolibet eis provenientibus, in eadem Urbe, ac ejus districtu infra decem milliaria consistentibus, libere disponendi, tam inter vivos, quàm in ultima voluntate, in favorem suorum consanguineorum, & affinium, aut personarum extraneorum, atq; etiam decrevit, ut illis ab intestato decedentibus, eadem ad eorum hæredes ab intestato proveniant.

1312 Secundò considerandæ venit nobilitatis personæ beneficiarii, aut dignitatis, seu qualitatis beneficii.

Hinc in Extrav. *Execrabilis*, Joan. 22. [illegible] obtinentibus, ex dispensatione plures dignitates, personatus, aut beneficia curata, præcipitur, ut non possint retinere nisi unum, & simul ab hac lege excipiuntur Cardinales, [illegible]

filia Regum, quibus proinde plurimum incompetebat beneficiorum retentio concessa.

1313 Cujus rei duæ sunt rationes, una, quæ innititur in Extrav. relata. Nam Cardinalis Summo Pontifici Universalis Ecclesiæ, inserviendo, singulis Ecclesiis prosunt.

Alia, quia ipsi Eminentiæ dignitatis (ait Fagnanus) convenit familiares apud se habere clericos, minimè sordidos, vel obscuros. Hinc (ut idem rectè observat) in præemio literarum commendæ beneficii, hæc solent apponi verba: *Ut tuum statum juxta Cardinalatus sublimitatem decentius tenere, & exponi onera, quæ te jugiter de necessitate subire oportet, facilius perferre valeas.*

1314 His de causis novissimè Clemens IX. in Const. 19. *incip. Cum à prima*, edita 28. Febr. 1668. apud Bullarium Lantuscæ, *tom. 6. Privilegia S. R. E. Cardinalium* testandi de bonis, ac juribus ab ipsis, dum vivunt, quomodolibet acquisitis à bonis, redditibus, emolumentis, & juribus Ecclesiasticis, extenditur ad fructus civiles, aut naturales inconsumptos, vel cùm aliis ipsorum bonis non commixtos, aut eorum patrimonio non incorporatos, atq; etiam ad fructus pro affictibus bonorum, ac jurium quorumcumque, si fructus tam civiles, quàm naturales conductoribus, & affictualariis locati, & concessi per illos erunt percepti, quamvis termini solutionis affictuum per locatores fuerint postquàm conventi. Hæc Pontifex.

QUÆRES V.

1315 *An si beneficium sit tenue, & congruâ sustentatione detractâ, nil pro pauperibus superfit, adhuc fructus beneficii sint dividendi?*

REsponendeo cum Fagnano *in lib. 3. c. Si quis sanè, de Peculio Clericorum à n. 27.* alimenta Clerici esse anteponenda.

Probatur *ex c. Nulli Episcoporum, §. His ita respondetur, 12. qu. 1. Sicut perfectione charitatis manente, licet res Ecclesiæ omnibus debeant esse communes primum tamen sibi, & suæ Ecclesiæ deservientibus subministret; reliqua quæ supersunt fidelium usibus ministraturus; ita & prabenda Ecclesiarum, eadem charitate manente, piè, & religiosè possunt distribui; nec tunc rebus Ecclesiæ, ut propriis, sed ut communibus utilitatibus deservituris, ut ex his, quæ sibi assignata sunt, primùm sibi necessaria percipiat: si qua verò suis necessitatibus superfunt, in communes usus Ecclesiæ expendat.*

Et D. August. relatus *in c. qui vult de Pœnit. dist. 3.* ait: *Qui vult eleemosynam ordinatè dare, à se ipso debet incipere, & eam sibi primùm dare; est enim eleemosyna opus misericordiæ, verissimèq; dictum est; Miserere animæ tuæ placens Deo.*

1316 Ratio est; quia alimenta ex redditibus beneficii debentur Clerico ex justitia, pauperibus ex charitate. Unde pauperibus debentur superflua: vide *à n. 410. ad 415.*

1317 Concluditur, alimenta beneficiati esse anteponenda reparationi Templi, *ex c. de his de Eccles. ædif.* Reparationem verò Templi, cum spectet ad Dei cultum, esse anteponendam sustentationi pauperum.

1318 Auctoritates, quæ adduci possunt in contrarium, sunt intelligendæ de fructibus, qui supersunt, detracta decenti beneficii

ciarii sustentatione; hi quidem sunt dividendi. Ità Fagnanus *cit.*

1319 Conari autem debent Beneficiarii, ut Templa, quorum Beneficia sunt eis commendata, decentibus suppellectilibus, & necessariâ reparatione non destituantur, sed in quantum possunt, de illis provideant. Insuper attendere debent, an Commendæ, & Abbatiæ Ecclesiasticæ ipsis collatæ, sint fundatæ cum aliquo onere alendi pauperes. Ac proinde recolenda sunt dicta *n.* 1309.

QUÆRES VI.

1320 *An Episcopi, & beneficiarii non erogantes pauperibus redditus superfluos beneficiorum, aut eis ad malos usus abutentes, teneantur ad restitutionem?*

Affirmant Doctores *cit. n.* 1290. qui tenent non esse veros dominos fructuum.

1321 Respondeo, peccare mortaliter, sed non teneri ad restitutionem. Doctores *cit.* 1290. qui tenent esse veros dominos fructuum beneficii.

Probatur valida, & clara auct. D. Thomæ 2. 2 *q.* 185. *art.* 7. apud Fagnanum *cit. Si Episcopo portio separatim ab aliis est assignata, potest de illa disponere, ut de patrimonio, & peccat male dispensando contra charitatem, non contra justitiam nec tenetur ad restitutionem. Sin autem portio illius non est separata, ejus fidei divisio committitur, qui si suam portionem faciat paulo majorem, non est in mala fide; alias si esset magnus excessus, non esset fidelis dispensator, & est restitutioni obnoxius.*

1322 Item in *quodlib. 6. art.* 12. *ad* 3. docet alio modo esse discurrendum de redditibus Hospitalium, ac de redditibus beneficiorum: his verbis: *Aliter dicendum est de illis Ecclesiasticis bonis, quæ principaliter sunt attributa necessitatibus pauperum, & extra hæc necessitatibus ministrorum, sicut sunt bona spitalium, & aliorum hujusmodi: & alia illis bonis, quæ sunt principaliter attributa bus ministrorum, sicut sunt prebenda Co rum, & alia hujusmodi; nam in primis peccatum committitur non solùm ex abu etiam ex ipsa rerum conditione, dum alien suos usus assumit, quod est alterius, & ob netur ad restitutionem tanquam detra res alienæ. In secundis verò bonis non c titur peccatum, nisi per abusum, sicut bonis patrimonialibus dictum est. Unde tenetur quis ad restitutionem, sed solùm pœnitentiam peragendam.*

Ubi (ut vides) S. Doctor, quantum onus restitutionis, discurrit de redditibus neficii, sicut de redditibus patrimonialibus adeóque vult, quòd sit eorum dominus.

1323 Non tenentur igitur ad restitu nem, si fructus superfluos beneficiorum peribus non erogent, sed eis abutantur; cant verò mortaliter contra charitatem jure naturali, & divino tenentur pauperi subvenire.

1324 Hinc Mendo in Epit. ver. ben cium Eccles. *nu.* 7. rectè addit: *Quod fructibus ecclesiasticis fructibus quis detrahit aliquid ul cessarius ad sui status decentiam, id non tur erogare pauperibus, sicut nec id, quod cratur pro celebratione Missæ, pro comitat funeribus, pro concionibus, pro labore admi strandi Sacramenta, pro aliisque ministeriis & probabiliter pro distributionibus quotidi nis, dum hæ totam, aut ferè totam summ redduuum non constitutione. Quare & o stari possunt de illis ad usus profanos lo tè.*

1325 Nomine pauperum veniunt etiam Hospitalia, Ecclesiæ pauperes, Domus Religiosorum, & ipsi Religiosi.

QUÆ-

QUÆRES VII.

1316 *An quando beneficiarii peccant dantium ipsi accipientes peccent?*

PEccare, si inducant, vel excitent dantem; minimè, si sinè inductione donata acceptent; tenet Tambur. *tom. 1. lib. 8. tom. 1. cap. 1. §. 4. num. 2.* cum de Lugo; quia in primo casu causa peccati alterius, in secundo autem non sunt causa, sed tota malitia est ex parte dantis.

Vide dicta de scandalo *à num. 321.*

1317 Certum tamen est, eos non teneri ad restitutionem; quia validè accipiunt.

QUÆRES VIII.

1318 *An Episcopo pœnas pecuniarias possint sibi applicare?*

POssibi, aut suæ Cameræ, applicare, & non habere onus, applicandi piis operibus, tenet Riccius, Zerola, & Barbosa, apud Barbosam *de Officio lib. 3. q. 10. sect. 12.*

1319 Dico tamen, non esse recedendum à Conc. Trid. *sess. 25. de ref. cap. 3.* quod sic dicit: *Sed liceat eis, si expedire videbitur, in conventibus, ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus contra quoscunque, etiam laicos, per mulctas pecuniarias, quæ locorum existentibus eo ipso, quod exactæ fuerint, cedant, decernere.*

QUÆRES IX.

1320 *Adquem spectent bona à beneficiario acquisita, & meliorationes ab eo in rebus Ecclesiæ factæ?*

Sic cum Pirhing. *lib. 3. tit. 26. §. 3. in fine.*

Beneficiarius nullum, aut tenue patrimonium habeat, bona ab eo empta, putà fundus, prædia, &c. ad Ecclesiam spectant, quia ex fructibus Ecclesiæ censentur empta, *cap. investigandum, 1. de Peculio Cleric.* Potest tamen eorum fructibus uti, dum vivit.

1331 Si amplum patrimonium, dum bona emit, habet, & beneficium tenue; spectant ad beneficiarium, ejúsque hæredes; quia censeri debent ex fructibus patrimonialibus acquisita, adeóque illorum naturam sequuntur, *ut in num.* 1302. eò maximè, quia delictum in dubio non est præsumendum. Nisi constet, fuisse ab eo empta animo donandi Ecclesiæ, seu nomine Ecclesiæ. Addit tamen Pirhing. talem posse contingere casum, sive proprio, sive alieno nomine bona empta sint, ut sint, inter Ecclesiam, & hæredes dividenda, nisi certò constet, quòd fuerint ex redditibus patrimonialibus empta, *cap. inquirendum 4. hujus tit.*

1332 Bona donata beneficiario ratione ejus personæ, ad ipsum spectant, uti bona patrimonialia, & quasi patrimonialia; bona verò ei donata pro servitio Ecclesiæ, ad Ecclesiam spectant, sive immobilia sint, sive mobilia; unde eorum non est dominus, sed fidelis administrator.

1333 Meliorationes factæ in fundis Ecclesiæ ex fructibus beneficii, ad Ecclesiam spectant, & solùm beneficiarius illis uti potest, dum vivit; si sint factæ ex fructibus patrimonialibus, debent æstimari, & pretium talis æstimationis transit ad hæredes, nisi constet fuisse factas animo donandi Ecclesiæ.

QUÆRES X.

1334 *An Religiosus ad Episcopatus assumptus, dominus fructuum?*

PRima opinio affirmat, esse dominum, & de illis disponere posse, uti Episcopi sæcula-

res. Medina, Palatius, ¡Sotus, Angles, Vasquez, Hurtado, apud Bardi in *selectis lib. 3. q. 10. sect. 16.* Ratio est, quia *in cap. statutum 18. q. 1.* decernitur, quòd Monachus factus Episcopus possit sibi paternam hæreditatem acquirere: sibi autem hæreditatem acquirere, est esse dominum, nam *ex l. in rem actio ff. de rei vendica*: nullus sibi dominium acquirit, nisi qui est verus dominus.

Si igitur Religiosus ad Episcopatum assumptus potest esse dominus hæreditatis paternæ, poterit esse dominus fructuum beneficii; tota namque ratio, quæ obstare posset, est professio paupertatis Religiosæ, quæ æquè militat pro utroque casu.

1335 Secunda opinio, quam sequor, negat esse dominum, sed liberum administratorem: D. Thomas 2. 2. *q.* 185. *art.* 8. D. Bonaventura *in 4. sent. d.* 38. §. *ad illud num.* 47. Castropal. *tr. 6. de Char. dis. 2. p.* 8. & alii quamplures apud Bardi *cit. num.* 5.

Ratio est (ex dicendis de obligatione voti) quia Religiosus per assumptionem ad Episcopatum non desinit esse Religiosus, nec est liber à tribus votis essentialibus; sed solùm manet liber ab usibus, & observantiis illis regularibus, quæ obstant statui Episcopali, ejúsque decentiæ; carentia autem dominii omnium bonorum immobilium, & mobilium, illi non obstat, si Episcopus liberam eorum administrationem habeat.

Ad rationem in oppositum respondetur cum Glossa *ibi ver. legitimus*; quòd sicut si ante assumptionem hæreditatem paternam vendicaret sibi, non pro se, sed pro Monasterio vendicaret; ità post assumptionem ad Episcopatum illam vendicat sibi quoad usum; quoad dominium verò illam vendicat Ecclesiæ, & hic est sensus relati Capitis.

1336 Dices cum Vasquez: Si acquireret dominium non sibi, sed Ecclesiæ, non posset hæreditatem illam renunciare; ex relato tem textu, dicitur, quòd possit, at non cui illam vendicare.

Resp. Quòd ly *potest* ibi denotat libertatem à peccato, minimè libertatem exercitii; sicut Monachus, si ei proveniat hæreditas terna ante assumptionem, non potest illi nunciare; quia potest licitè pro Monasterio paci acceptare, & Monasterio utpote tus est jus jam acquisitum; ità si ei proveniat assumptionem, non potest illi renunciare, potest licitè acceptare, & Ecclesiæ est jus acquisitum. Colligitur ex eodem textu, infra disponitur, ut Monachus hæreditate Monasterio restituat ante promotionem; cleſiæ verò post promotionem ad Episcopatum.

Tamb. *in tom. 1. lib. 8. tract. 1. cap. 2. §. 1.* citans Sanchez *lib. 6. in Decal. c. 8. n. 14.* ait eos, sive sint domini sive liberi administratores, peccare mortaliter, si superflua in usus non expendant, sed non teneri ad restitutionem; quia validè expendunt.

Et Fagnanus *lib. 3. c. ad audientiam de Cler. non resid. num.* 18. ait, proprium esse duplicis generis, unum importat verum dominium, & proprietatem; quales habent homines sæculares; alterum intelligitur proprium quoad liberam administrationem, qualem habent beneficiati, &c. & secundum hoc Clerici sæculares, & Religiosi habentes administrationem, hoc est beneficia in titulum, æquiparantur, quoad potestatem dispensandi fructus beneficiorum. Cardin. Navar. *in cap. Novit. de cat. n.* 10. 11. Rota, &c. ità Fagnanus.

RENUNCIATIO BENEFICII

1337 Est *spontanea beneficii cessio legitimè facta.* Est duplex, tacita, & expressa. *Tacita* sit, quando quis aliquid agit, quod et natura

naturali, aut ex statuto juris retentioni beneficii opponitur; ut si Clericus beneficiarius uxorem duceret, Religionem profiteretur, aut Militiam assumeret, &c. His námque actibus est annexa vacatio, *ex 1. de Cler. conjug. c. beneficium, 4. de regul. 6. c. fin. de Cler. non resid.* tunc námque censetur per actum tali renunciasse.

Expressa, fit per scriptum ordinario præsentatum, in quo debet exprimi justa causa, v. gr. insalubritas aëris loci beneficii, impossibilitas moralis residentiæ, implicatio ad negotia incompossibilia, &c. *v. n.* 1341.

Renunciatio expressa est duplex, simplex, seu absoluta, & conditionata. Absoluta est quæ sine ullaque conditione, aut pacto. Conditionalis est, quæ fit sub aliqua conditione, aut pacto.

Ut sit valida, requiritur acceptatio, seu consensus superioris, *cap. Admonet 4. de renunc.* Nomine superioris non venit ille, qui quamvis potest beneficium conferre; sed ille qui potest beneficio privare, qui scilicet jurisdictionem supra beneficiarium habet: Hujusmodi regulariter sunt Episcopi, etiam quoad beneficia illa, quæ sunt Papæ reservata solum quod collationem, quæ scilicet Episcopus conferre non potest, sed potest illis privare.

Quamvis enim plura sint beneficia, & dignitates, quorum collatio ex jure Canonico est reservata Summo Pontifici, ut Ecclesiæ Patriarchales, Episcopales, &c. ut in regulis Cancellariæ Apostolicæ, quas referunt Canonistæ, & breviter Phœbeus *lib. 1. tit. 13.* plura earum sunt, quæ sunt reservata Pontifici, vel motu suæ liberæ dispositionis, & jurisdictionis, quatenus ipse velit beneficium conferre, ejus collatio ad Episcopum spectaret; vel ratione devolutionis ob negligentiam, vel defectum inferiorum ordinariorum.

Insuper exiat reservatio mensium, & alternativæ; dantur enim menses Apostolici, in quibus quorumvis beneficiorum, aliter quàm per resignationem vacantium, spectant ad Summum Pontificem. Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis personaliter in suis Ecclesiis residentibus conceditur alternativa seu mensium, in quibus si vacent beneficia libera, & ab aliis, v. gr. à Patronis independentia, possint illa conferre; ità ut Januarius spectet ad Papam, Februarius ad Episcopum, Martius ad Papam, Aprilis ad Episcopum; & sic alternatim quoad reliquos menses.

RENUNCIATIO, SEU RESIGNATIO CONDITIONALIS.

1338 NOn potest fieri, nisi in manibus Papæ; unde non potest ab Episcopo admitti sinè authoritate Summi Pontificis. Ità B. Pius V. per Bullam 58. editam 1. Aprilis 1068. *incip. Quanta Ecclesia*, Talis, 1. est renunciatio beneficii facta in favorem tertiæ personæ, sub conditione alicujus pensionis solvendæ ipsi resignanti, vel alteri: *v. num.* 1209. & 1264. 2. Facta sub conditione, seu reservatione regressûs, vel ingressûs, aut accessûs. Cum reservatione *Regressus* fit, quando quis beneficium jam adeptum alteri renunciat, reservando sibi jus ad beneficium redeundi, si resignatarius præmoriatur. Cùm reservatione *Ingressus* fit, quando quis post beneficii collationem sibi factam, ante possessionem illud alteri renunciat, sub conditione, ut resignatario præmortuo, possit propriâ auctoritate in ejus possessionem ingredi. Cùm reservatione *Accessus* fit, quando beneficium alicui incapaci, v. gr. puero destinatum, alteri interim confertur, sub conditione, ut incapacitate illius cessante v. gr. post legitimam ætatem, possit ille propria

priâ authoritate ad beneficium alteri collatum accedere, & pro se accipere. Hinc ingressus, regressus, & accessus est prohibitus per Trid. *sess. 25. de ref. c. 7.*

1339 Resignatio, seu renunciatio beneficii facta sub conditione præcisè, ut conferatur alicui certæ personæ, absq; alio addito, aut pacto ex relatis, à Castropal. *part. 2. tr. 13, dis. 6. punct. 2. §. 1. n. 3.* & aliis, vocatur simplex in favorem, & consequenter, quòd possit ab Ordinario admitti. Alii apud Pirhing. *lib. 1. tit. 9. sect. 5. ¶ 4.* volùt, quod possit ab Episcopo admitti, ità tamè, ut dicta clausula rejiciatur, & habeatur pro nõ adjecta, nam resignans non potest Episcopum resignationem admittentem obligare, ut beneficium renunciatum certæ personæ conferat, sed potest libere cui velit conferre; unde personæ à resignante designatæ si conferat, liberè conferet, non ex vi conditionis resignantis.

Dicendum tamen est, hujusmodi resignationem faciendam esse in manibus Summi Pontificis, ad cavenda pericula, quæ intervenire possunt; & ità servat stylus Curiæ, & recepta consuetudo (ait Pirhing. *cit.*) fundata in Bulla B. Pii V. *cit.* ubi hæc habentur verba:

Caveant autem Episcopi, & alii prædicti, itémq; omnes electores, præsentatores, & patroni, tam Ecclesiastici, quàm laici quicumq; sint, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo, futuri in hujusmodi beneficiis, & officiis successores, ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione, vel hortatu resignentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscumq; intercedat.

Resignatio beneficii facta ab uno certæ personæ sub conditione, ut illius beneficium sibi conferatur, potest ab Episcopo admitti, quia est permutatio permissa in jure Canonico, *ut infra n. 1347.*

1340 Resignatione beneficii in favorem tertiæ personæ, authoritate legitimâ sibi superior eam admittens, non debet illi tertio beneficium conferre, nisi sit idoneus; quia resignatio illi facta includit tacitam conditionem Canonum *si sit idoneus.*

Verùm tamen est, quòd in renunciatione atq; etiam in permutatione non teneatur renuncians, aut permutans assumere dignum; quia ex nullo jure tale onus imponitur; quoniam ipse cedit; unde sufficit, quòd dignum assumat Castropal. *par. 2. tr. 13. d. 6. punct. 12. n. 11.* cum pluribus.

RENUNCIATIO PURA,

1341 SEu simplex, & absoluta, potest Episcopo admitti sub justis, & certis causis. Ita B. Pius V. in Bulla *cit.*

Causæ ad simplicem, & absolutam renunciationem honestandam, & ab Episcopo admittendam requisitæ ex jure Canonico, maximè B. Pii V. *in cit.* Bulla sunt plures, 1. Si beneficiarius sit senio confectus, 2. Valetudinarius, 3. Corpore impeditus, v. gr. si laboret lepra, paralisi, &c. ità ut non valeat, ut oportet, suo satisfacere muneri, 4. Corpore vitiatus, v. gr. si sit surdus, cæcus, &c. 5. Si sit obnoxius crimini, ob quòd possit beneficio privari, 6. Si sit ad aliud beneficium sufficiens promotus, maximè si sit incompatibile, 7. Si sit censuris, aut pœnis Ecclesiasticis irretitus, quarum absolutionem, aut dispensationem faciliter obtinere non potest, 8. Si capitales habeat inimicitias, aut aliud, ob quod non sit in loco beneficii securus, 9. Si sit Religionem ingressurus, aut matrimonium contracturus, dummodò realiter exequatur.

1342 Ubi nota, 1. quòd beneficium resignatum ob matrimonium, statim provideri potest, illo contracto. At resignatum ob Re-

Religionem, provideri non potest, nisi professione secutâ.

2 Si beneficiarius sit in sacris, & sit ordinatus in titulum illius beneficii, debet hoc in resignatione exprimere. Et neque admitti potest, nisi constet, quòd possit aliunde commodè vivere, *ut in tom. 3. num.* 48. Admitti tamen potest, si fiat Religiosus.

3 Pro beneficiis residentiam exposcentibus, in resignatione exprimi debet tempus, à quo beneficium obtinuit, ex Stylo Curiæ, cum non solet resignatio admitti, nisi sint triennio possessa.

4 Resignatio beneficii, sive simplex, & absoluta, sive ad favorem alterius facta à Clerico in gravi infirmitate constituto, si Clericus ultra viginti dies à die consensus per se, vel per procuratorem coram legitimo superiore præstiti, non supervixerit, sed infra viginti dies moriatur, cadit, & beneficium vacare censetur, non per resignationem, sed per obitum, *ex Reg.* 19. Canc. Apost. Idem dicit de Clerico sano, qui ultra viginti dies à consensus præstiti non supervixerit, sed post resignationem, sive à superiore admissam, sive non admissam, infra viginti dies morte naturali (non sufficit civilis) mortuus est. Quod est dispositum ad vitandas fraudes, ne de beneficiis disponatur per modum ultimæ voluntatis, sicut de bonis patrimonialibus. Pirhing. *cit. sect.* 3. §. 2.

Exercenitis igitur causis in jure expressis, atque etiam ex aliis honestis causis, utilitatem Ecclesiæ, & necessitatem Ecclesiæ respicientibus, insuper notatis conditionibus servatis, possunt Episcopi resignationes simplices, & absolutas beneficiorum admittere, *v. n.* 1337.

1343 Et quamvis B. Pius V. in citata Bulla velit, hanc servari conditionem, ut beneficia resignata non conferantur ipsorum resignantium, aut Episcoporum resignationes admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitū multiplicatarum per extraneos collationum; Castropal. *part. 2, tr. 13. disp. 6. punct. 2. §. 1. n. 7.* ait: *Adverto tamen, hanc constitutionem quoad hanc conditionem, non videri usu receptam, sed potiùs à principio fuisse ab ea supplicatum.* Garc. 11. *par. de benef. cap. 3. n.* 270. August. Barbos. *allegat. 69. n. 48. & consequenter nec pœnas ob hanc causam ibidem impositas.* Idem innuit Pirhing. *in lib. 1. tit. 9. sect. 4. §. 3.*

1344 Renunciatio facta ex metu gravi, juxta plures est ipso jure nulla; per alios cum Castropal. *cit. §. 5. nu. 4.* est ipso jure valida, sed venit rescindenda à superiore: talis tamen metus esse debet extrinsecè incussus ab alio homine ad finem extorquendi renunciationem, juxta dicta de metu in votis, in contractibus, & matrimonio.

Hac ratione valida est renunciatio facta ex metu inimicitiæ in loco, ut dictum est *num.* 1341. aut ex metu malitiæ plebis, *ex cap. Nisi cum pridem* 10. *de renunc.* quia tunc renunciatio libere à resignante eligitur tamquam medium ad malum, quod timet vitandum.

1345 Renunciatio verò facta dolo, seu fraude, est ipso jure nulla. Castropal. *cit. n.* 7. & Pirhing. *cit. sect.* 7. §. 3. quia metus minuit, sed fraus, & dolus omnem tollit libertatem; *& ex l. 1. ff. de dolo fraudatori suæ malitia non debet esse lucrosa. Nec debet quis alterius odio prægravari, ex reg* 20. *in* 6. *v. num.* 1664.

1346 Denique. Quævis resignatio beneficii, etiam causa permutationis facta, & cujusvis beneficii, sive curati, sive simplicis, &c. est publicanda intra determinatum tempus. Ità præscribit Greg. XIII. in Bulla 85. *Humano vix judicio*, cujus summam refert Pirhing. *cit. sect.* 6. §. 5.

„ Debent

„ Debent autem publicari à quibusvis resi-
„ gnatariis, etiam exemptis, etiam officiali-
„ bus Curiæ Romanæ, imò ab ipsis etiam
„ Cardinalibus, si in eorum favorem benefi-
„ cia aliqua resignentur; & quidem intra sex
„ menses, si in Curia Romana resignatum sit
„ beneficium, & hoc situm sit citra montes;
„ si verò ultra montes situm sit, intra 9. men-
„ ses à die supplicationis datæ, & resignatæ. Si
„ verò extra curiam coram ordinariis loco-
„ rum resignatio facta sit, intra tres menses à
„ die, quo collatum beneficium resignatum
„ fuit, computandos, quòd intra mensem à
„ tempore factæ resignationis, sub pœna pri-
„ vationis juris conferendi, à collatore incur-
„ renda, nisi intra mensem resignatum be-
„ neficium resignatario contulerit, & sub pœ-
„ na nulliter factæ resignationis, si forma
„ Gregorianæ constitutionis in factis his re-
„ signantibus servata non fuit.

PERMUTATIO

1347 Fit, quando duo Clerici sua beneficia cedunt, ut alter alterius beneficium consequatur. Unde involvit duplicem resignationem conditionalem. Est autem à jure Canonico permissa, & potest ab Episcopo, seu superiore ordinario admitti; non est enim aliud, quàm mutua permutatio beneficii proprii cum beneficio alterius.

Quatuor tamen requiruntur conditiones. Prima. Quòd fiat authoritate superioris; quòd si fiat authoritate propriâ, erit nulla, & simoniaca. Nomine superioris, veniunt Episcopi, & illi, qui jurisdictionem habent Episcopalem, licèt non dignitatem, ita ut ad ipsos spectet nedum conferre, sed etiam privare. Si beneficia permutanda sint in diversis Diœcesibus, permutatio ab utroq; ordinario debet authoritatem desumere.

Secunda; ut non fiat, nisi ex legitima causa; causæ legitimæ sunt superiùs recensitæ; de non sufficit solus permutantis favor, q eius privatum temporale commodum; semper requiritur aliqua Ecclesiæ necessi aut utilitas, ut qui uni loco est minùs uti alibi valeat se utiliùs exercere, *c quæsi de rerum permut. ¶ si autem.*

Tertia; ut, si beneficia permutanda sí inæqualia, talis excessus non compens pecuniâ, aut alio temporali pretio æstim li, sive talis excessus sit in dignitate, aut spirituali, sive in fructibus, domo annexus titulo beneficii; aliàs erit simoni *n.* 1201.

Pariter simonia erit paciscí de aliqua su ma pecuniæ pro compensando aliquo exc quod extat in beneficio permutato; sed mu beneficia permutari debent.

Quarta conditio, ut permutatio non fi nisi inter duos. Hinc simoniaca est permut tio triangularis, aut quadrangularis: v.g. Petrus suum beneficium cum benefício Pa permutat, ut Paulus illud Nepoti Petri gent. Nam hæc (ut ritè observat Phæbeus *non tam esset permutatio quæ nonnisi inter duos esse potest, sed contractus quidam nominatus, Facio, ut facias sive* Do, ut des, q *jure Canonico circa spiritualia reprobatus* cò quòd *in spiritualibus interdicta sit omn pactio, omnisque conventio ex c. fin.* de pa lib.

De beneficiis agunt Castropal. *part.* 1. 13. Fagnanus *in locis citatis, & alius, ut in q indice.* Phæbeus *lib.* 1. *ex tit.* 11. *ad 17 P cit.*

DE JUREPATRONATUS.

1348 Juspatronatus est potestas præsen tandi instituendum ad beneficium vacans. Quod jus vendi non potest sine simo

cus, *est de jure 16. de jurepatr.* quia est spiritualium rerum, seu ad beneficii collationem exhibitam *v. n.* 1241.

Præsentatio est legitima personæ exhibitio per patronum facta Episcopo, vel alteri, ad quem institutio pertinet.

Jus patronatus Ecclesiæ, beneficii, aut Capellæ, non acquiritur, nisi per ejus novam fundationem, constructionem, aut per ejus ampliationem competentem dotationem de propriis bonis, ex Trid. *sess.* 14. *de refor. c.* 12. Unde Glossa *in cap. Piamentis* 26. 16. *q.* 7. affert versum:

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Omnino tamen requiritur assensus Dioecesani, sine quo jus patronatus non acquiritur, *ex. t. Nobis* 25. *de jurepatr.*

A dicta lege Trid. *sess.* 25. *de refor. cap.* 9. excipit, et sequitur: *Exceptis patronatibus super cathedralibus Ecclesiis competentibus: & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, seu reipublicæ præsidentes, aliosque sublimes, ac supremos Principes, jura Imperii in dominiis suis habentes pertinent, & quæ in favorem studiorum generalium concessa sunt.*

1349 Jus patronatus dividitur in laicum, Ecclesiasticum, & mixtum. *Laicum* dicitur, si fundatio, constructio, aut dotatio sit facta ex bonis propriis patrimonialibus. Ecclesiasticum, si sit facta ex bonis Ecclesiæ. Mixtum, si sit facta partim ex bonis patrimonialibus, partim ex bonis Ecclesiæ, seu quod ex patronis Ecclesiasticis, & laicis coalescit *n.* 1350.

1350 Patrono plura competunt jura, 1. competit præcipuus locus in Ecclesia, 2. onus, & officium Ecclesiam, ejúsque bona tuendi, & protegendi, 3. Jus præsentandi ad beneficium vacans, 4. Quòd si ipse, aut ejus filii ad summam inopiam pervenerint, debeant ex bonis Ecclesiæ à se fundatæ sublevari, alimentari, ex relato *cap. Nobis.*

Quæ jura Glossa *in cit. cap. Nobis*, his versibus comprehendit:

Patrono debetur honor, onus, utilitasque.
Præsens ut præsit, defendat, alatur egenus.

Patrono Ecclesiastico conceditur tempus sex mensium ad præsentandum, laico verò tempus quadrimestre à die notitiæ vacationis beneficii, intra quod si præsentare negligant, devolvitur collatio ad Superiorem illum, ad quem institutio pertinet, *ex c. unico de jurepatr. in 6.*

Pariter collatio devolvitur, 1. Si patroni sint plures, & intra ductum tempus de persona instituenda non concordaverint, 2. Si persona à majori parte patronorum præsentata, repugnantibus aliis, non possit sinè scandalo substitui; tunc námque potest, & debet Prælatus, ut melius secundum Deum judicaverit, Ecclesiæ providere, 3. Si de jurepatronatus contingat lis, & intra dictum tempus non fuerit definitum, cui competat, *ex c. quoniam 3. de jurepatr.* Idque provisum est, ne Ecclesia diu maneat legitimo Rectore destituta, & ne beneficia diu suspensa maneant in Ecclesiæ perniciem: *v. n.* 1274.

1351 Episcopus non tenetur monere patronum de beneficiarii morte, si patronus potuit scire; tunc enim ad ipsum patronum spectat curare de usu sui juris.

E contra Meado *in Epit. ver. beneficium*, *n.* 4. addit:

„ Quòd si beneficiarius distans decedat à
„ vita, ejúsque mortem solus Episcopus sciat,
„ & non moneat patronum, qui eam non
„ potuit scire, & transeant quatuor men-
„ ses designati patronis laicis ad præsentan-
„ dum, & sex menses designati post obitum
„ beneficiarii patronis Ecclesiasticis; adhuc
„ non pertinet provisio beneficii de jure de-
„ voluto ad Episcopum, sicut pertineret, nisi
„ adesset ea circumstantia; nam patrono

„ ne-

„ nequit tunc imputari omissio præsentandi.
„ Quòd si Episcopus rectè provideat de jure
„ devoluto Capellaniam, & in ejus institutione
„ injungatur, conferendam fore personis ex
„ tali loco, familiæ, aut sanguinis, non po-
„ terit pro libito eam aliis conferre.

1352 Hoc est discrimen inter patronum Ecclesiasticum, & laicum ad præsentandum; quòd Ecclesiasticus, postquam aliquem præsentavit, non potest intra suum tempus alium præsentatare, potest verò patronus laicus, *ex c. cum autem 24. Pastoralis 29. de jurepatronatus.* Et hæc potuit esse ratio; quia in Ecclesiastico præsumitur cognitio idoneitatis, & morum præsentati, non sic in laico. Hæc autem limitatio præsentationis in Ecclesiastico, compensatur per concessionem longioris temporis, ut diligentiùs super idoneitate præsentandi perquirat, cùm variare non possit.

Quòd si patroni sint duo, unus Ecclesiasticus, hoc est jure Ecclesiæ, & alter laicus, hoc est jure laicali: *ut in n. 1343.* tunc laicus variare potest, & simul sex menses habet ad præsentandum: Habet sex menses ad præsentandum, ob communionem cum Ecclesiastico, & dignius ad se trahit minus dignum: Potest variare, ob privilegium, quod per se habet, cujus commodum sentit etiam ipse patronus Ecclesiasticus ob communionem cum socio privilegiato in re communi, & ne privilegiato societas non privilegiati præjudicet.

1353 Præsentatio fieri debet de persona idonea. Si sit de indigno, & in ea persistatur, libere potest Superior beneficium personæ idoneæ conferre; quia præsentatio indigni est præsentatio nullius, & se habet toto legitimo tempore pro non facta. Colligitur *ex c. 2. de transl. Episc. & ex c. tuæ 12. de Cler. non resid.*

Præsentatus debet à superiore examinari super idoneitate. Et repertus idoneus, debet ad beneficium institui, ità ut si Episcopus illum instituere negligat, & absq; causa legitima, sine patrono, beneficium alteri conferat, collatio est ipso jure irrita. Panor. *in c. ad. de jurepatr.*

1354 Non potest Episcopus malitiosè pellere præsentationem à patrono factam ad effectum, ut alium præsentet. Et tunc, si patronus alium præsentet, valida est institutio secundò præsentati, sed Episcopus in foro tenetur ei, quem recusavit, de alio competenti beneficio providere, *ex c. Pastoralis 29. de jurepatr.*

Si verò patronus laicus ex sua libertate plures præsentaverit, liberè potest Episcopus quem maluerit, instituere, si sint æquè digni; per hoc namq; non læditur jus patroni; quia per variationem nominationis non censetur priorem revocare, sed priori aliam cumulare, *ex c. cum autem 24. de jurepatr.* Quòd si non sint æquè digni, tenetur Episcopus instituere digniorem: ita probabilius cùm Castropal. *part. 2. tr. 13. dis. 2. punct. 9. n. 3. & alibi à n. 1358.*

1355 Si persona à patrono laico præsentata in examine non reperiatur idonea, & Episcopus benigne ei indulgeat, ut melius se præparet, & redeat ad secundum examen: tunc Patronus id sciens potest alium intra tempus legitimum præsentare sub conditione, ut hic instituantur, in casu quòd prior idoneus non reperiatur. Et hoc pacto jus suum servat integrum, nam aliàs Episcopus, quadrimestre elapso, supposità incapacitate præsentati, liberè posset alium instituere: *ut in nn. 1351.* Nec tenetur Episcopus patronum monere de incapacitate præsentati, sed posset liberè uti jure suo.

1356 Non potest patronus præsentare seipsum, *ex c. per nostras 26. de jurepatr.* potest tamen præsentare proprium filium. Panor. *in c. consuluerit*, quem plures sequuntur; quia Pa-

Petri, & filius solùm per solam juris fictionem censentur una persona, at re ipsa sunt duæ personæ.

1357 In jure patronatus hæredes succedunt per stirpes, non per capita. Et sic, si Petro patrono succedant duo filii, Joannes, & Franciscus, & his defunctis, succedant unus filius Joannis, & duo, aut plures filii Franciſci; item duo, aut plures filii Franciſci ſuccedunt, minimè ut tot patroni, ſed ut unus patronus in jure ſtirpis, nempe ſui patris Franciſci.

QUÆRES.

1358 *An patronus teneatur præſentare dignorem?*

Respondeo cum Castropal. *part. 2. tract. 13. diſ. 2. punct. 7.* ſi patronatus ſit Ecclesiasticus, patronus in beneficiis curatis tenetur præſentare digniorem, ex Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 1. de ref.* his verbis.

Monuerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem utilius poſſe facere, quàm ſi boni Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos præmoveri ſtudeant: eoſq; alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi, quos dignos, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint, aut quidè precibus, vel humano affectu, aut contentum ſuggeſtionibus, ſed eorum meritis præſci diligenter curaverint.

In beneficiis verò ſimplicibus, ſi patronatus ſit Eccleſiaſticus, non tenetur patronus præſentare digniorem; quia nullibi extat hoc decretum.

1359 Si patronatus ſit laicalis, patronus, ſive in beneficiis ſimplicibus, ſive curatis, tenetur præſentare dignum, ſed non tenetur præſentare digniorem. Conſtat, quia Conc. Trid. in ſuâ præſentatione non expoſcit concurſum, ex quo videtur innuere, quòd ſufficiat, ſi præſentetur dignus, & eligatur. Imò hoc clarè inſinuat *ſeſſ. 34. de refor. c. 18.* his verbis.

Peracto deinde examine, renuncientur, quotcumq; ab his idoneis judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandum opportunis, ex hiſq; Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atq; illi, & non alteri, collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre. Si verò juriſpatronatus Eccleſiaſtici erit, ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non alium pertineat, is quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabit. Epiſcopo præſentare teneatur, ut ab eo inſtituatur. Cum verò inſtitutio ab alio, quàm ab Epiſcopo erit facienda, tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligat digniorem, quam patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat. Quòd ſi jus patronatus laicorum fuerit, debeat, qui à patrono præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, ut ſuprà, examinari, & non niſi idoneus repertus fuerit, admitti.

1360 Præſentatus tamen ſemper debet ab Epiſcopo examinari pro idoneitate comprobanda. Quòd eſt verum, etiam ſi inſtitutio ſit facienda ab inferioribus. Trid. *ſeſſ. 25. de ref. c. 9.* his verbis:

Ad hæc liceat Epiſcopo præſentatos à patronis, ſi idonei non fuerint, repellere. Quòd ſi ad inferiorem inſtitutio pertineat, ab Epiſcopo tamen juxta alias ſtatuta ab hac ſancta Synodo, examinentur, alioquin inſtitutio ab inferioribus facta irrita ſit. & inanis.

De jurepatronatus agunt Castropal. *part. 2. tr. 13. diſ. 2.* Ant. à Spir. Sanct. *tom. 1. tr. 4. diſ. 4. ſect. 22.* Fagnanus *lib. 3. ſub hoc tit.* Pirhing. *in Comp. lib. 3. tit. 38.* Phœbeus *lib. 1. tit. 15.*

DE PENSIONIBUS, ET PRÆSTIMONIIS.

1361 PEnsio est jus percipiendi fructus certos, ex beneficio alieno, auctoritate legitimâ, ad tempus, justa de causâ concessum. Hinc non est beneficium, cùm hoc sit perpetuum, & detur in titulum, non sic Pensio; unde ex Trid. *sess. 21. c. 2. de ref.* non potest quis ad pensionem ordinari; ut in *to. 3. n. 48. ad 50.*

Pensio ex dictis *n.* 509. est duplex laica, & Clericalis. *Laica* est, quæ datur titulo temporali, nimirum ob aliquod temporale obsequium, aut officium præstitum, aut præstandum; v. gr. ob pulsandum organum, ob canendum figuratè in choro. Ant à Spir. Sanct. *tom. 1. tr. 4. dis. 4. sect. 21. n. 335.* Propter senectutem, paupertatem, &c. laica erit, sive detur laico, sive Clerico, si titulus sit temporalis; materialiter enim tunc se habet, quòd pensionarius sit Clericus; *v. n. 380.*

1362 Clericalis est, quæ datur soli Clerico titulo clericali. Quæ est duplex, una, quæ datur Clerico ob aliquod spirituale munus exercendum, quæ dicitur simpliciter spiritualis; v. gr. ad recitandum Officium; pro munere coadjutoris Episcopi, Concionatoris, Visitatoris. &c. Alia, quæ datur ob aliquod temporale motivum, putà senectutem, paupertatem, &c. Sed exigit ut pensionarius sit Clericus: & hæc dicitur pensio mixta.

Ad pensionem Clericalem requiritur septenninm completum; quia requiritur Clericatus, seu prima Tonsura. Fagnanus *lib. 1. c. Cùm in cunctis, de elect. n. 98. v. tom. 3. n. 21.*

1363 Pensiones super beneficiis imponere potest Papa, quia ad ipsum spectat plena beneficiorum dispositio, *ex c. 1. de ben. in 6.* Expositi tamen justam causam citè imponat, ne dissipator appareat, sed ministrator.

1364 Cæterùm, stando in jure Can nullus inferior Papa potest super ben pensiones imponere.

1365 Et quamvis possit Episcopus, judex delegatus pensionem imponere in sa transactionis, ex *c. nisi, 21. de Prob* mirum in casu, quo super eodem ben sit jus dubium, & lis inter duos Cleri tunc námque Episcopus ad compone litem, potest uni beneficium conferre, onere, ut alteri pensionem solvat. Ita imponi non debet, nisi ad tempus, vide durante vitâ beneficiarii, ut vult com durante vita pensionarii, ut docet apud Ant. à Spir. Sanct. *to. 1. tr. 4. dis. 4.* 27. taliter, quòd non beneficium, sed sola sona beneficiarii maneat onerata; & hoc cto non fit sectio beneficii quoad fructu nam pensio morte beneficiarii, aut pensi rii extinguitur. Non possunt autem collig tes id propriâ auctoritate præstare sine sensu Episcopi; quia esset simonia, cum sit rei spirituali annexa.

1366 Imò, quamvis plures Doct apud Pirhing, *in comp. lib. 3. tit. 12.* ceant posse Episcopum in quibusdam c specialibus ex justa, & necessaria causa, v evidentem Ecclesiæ utilitatem, pensio imponere: hoc tamē docent cum limitat bus, 1. Ut non imponat in perpetuum, cum facultate transferendi ad alterum, durante vita pensionarii, 2. Ut non imp nat præcisè in favorem alterius, aut ferendo beneficium cum pacto pensionis vendæ, quod simoniam saperet, sed ob clesiæ utilitatem, aut necessitatem, Ju rhing.

1367

1367 In his igitur casibus non beneficio, sed beneficiario censetur pensio imposita. Et inde remanet, quòd nullus inferior Papa possit pensionem imponere, loquendo de pensione in ipso beneficio constituta; quæ quidem est servitus ipsi beneficio imposita, ideoq; perpetua, quæ non beneficiarii morte finitur, sed transit ad successorem.

1368 Impositio, seu reservatio pensionis fieri potest, tam ante, quàm post beneficii collationem; sed regulariter fit, cum beneficium confertur. Semper tamen attendi debet, ut simoniæ periculum vitetur.

1369 Nam sive in præsentatione, sive in collatione beneficii, pactio de pensione solvenda sine auctoritate Papæ est simoniaca, *ex cap. Nec 34. de simonia, c. fin. de pactis, &c. Quia obiecerit, 7. 1. q. 3.* Ubi omnis pactio, & contractus onerosus circa beneficia prohibetur, & præcipitur, ut simpliciter conferantur, ibiq; additur ratio; quia *quisquis horum aliquid vendit, sine quo nec alterum provenit, nutum inventum derelinquit: v. à nu. 1201. ad 1204. & 1209.*

1370 Hinc fit, quòd patronus, nedum non possit sine auctoritate Papæ, absq; simoniæ labe, pensionem imponere, sed neque aliquid pro præsentatione recipere, *ex c. de jure 16. de præbend.* ob rationem *de n.* 1225. qua de causa princeps in præsentatione, quam facit Pontifici, proponit simul pensionem, quam cupit imponere, & liberum consensum ipsius promovendi.

1371 Pariter Episcopus ipse beneficium conferendo, stando in jure communi, non potest sibi partem fructuum beneficii retinere, quia beneficia sunt sine diminutione conferenda, *ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.*

1372 At potest Episcopus de consensu capituli reditus beneficii vacantis, aut partem ob justam, & necessariam causam ad tempus reservare, putà ad solvenda Episcopatûs debita, ad fabricam Cathedralis, aut aliam communem causam. Sed non potest illos reservare directè in sui, suæ mensæ, aut mensæ capituli utilitatem: ità ibi.

1373 Subdit Pirhing, *in com. lib. 3 tit. 12. §. 1*

Quòd si tamen consuetudo alicubi vigeat ut ex primi anni fructibus beneficiorum, in Diœcesi existentium, ad augendos Episcopi redditus, reservetur aliquid, observandum hoc est, cùm nullibi clara hujus rei prohibitio sit, ne qualla simoniæ sit species, & multam etiam probabilitatem ex annatis Pontifici solvendis trahere possit.

1374 Pensionarius per se, & spectato jure communi, tenetur ad solvenda onera beneficio Ecclesiastico annexa; pro rata tamen pensionis, *ex reg. 77. Juris in 6. rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore.*

1375 Pensio, si sit imposita beneficio, eo vacante, & vivente pensionario, est solvenda ab administratore beneficii. Imò si beneficiarius aliquas annualitates omisit solvere in quantum illas ad usus privatos consumpsit, onus eas solvendi transit ad hæredes illius, si aliquid ex ejus fructibus ad ipsos pervenit; quod si nihil hæredes perceperunt, peti possunt à beneficiario successore; quia onus est reale, & impositum beneficio, adeóque cum eo transit, pensionario vivente: *v. num. 1365.*

1376 Pensio cessat, & extinguitur, 1. per mortem pensionarii, 2. per matrimonium à pensionario contractum de præsenti, si pensio sit Clericalis: vel per promotionem ad Episcopatum, professionem religiosam, vel per assumptam militiam; quia pensio æquiparatur beneficio, 3. si pensionarius libere pensionem in perpetuum remisit.

1377 Pensio Clericalis non potest vendi sinè simoniæ labe, ex Bulla Pii V. bene verò pensio laicalis. Tancr. *tr.* 2. *lib.* 4. *d.* 20. *n.* 2. Castropal. *d.* 3. *de simonia p.* 13. *nu.* 7. Anton. à Spir. Sanct. *tom.* 1. *tr.* 4. *dis.* 4. *sect.* 21. *n.* 336. *& alii apud ipsum.*

1378 Ratio primi; quia pensio Clericalis habet annexum titulum spiritualem; nam est jus percipiendi fructus ob officium spirituale; & saltem obligat ad recitandum Officium Virginis: *v. n.* 1361.

Ratio secundi; quia pensio laicalis non est annexa titulo spirituali, nec ex parte finis, nec ex parte subjecti.

1379 *Nec obstat* (ait Ant. à Spir. Sanct.) *quòd illa Pensio extracta sit ex aliquo titulo spirituali, nempe ex beneficio, ad hoc ut sit spiritualis. Nam etiam tertiæ decimarum Regi concessæ, extractæ sunt ex beneficiis; & tamen quia ad nullum officium spirituale ordinantur, vendi possunt, & de facto quotidie venduntur.*

Adde, pensionem non extrahi ex beneficio prout dicit munus spirituale, sed prout importat fructus temporales.

1380 Neque obstat, quòd pensionarius sit Clericus, si titulus sit laicalis, quia id materialiter se habet, ex *num.* 1362. Unde ex *n.* 508. non tenetur talis Clericus ad recitandum Officium Virginis, nisi pensio sit ei data, ut Clerico, nempe titulo Clericali, seu spirituali; ut expresè constat ex Bulla Beati Pii V. incip. *Ex proximo*, 20. Septembris 1571. his verbis:

At quicumque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, ut Clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum Officium parvum B. Mariæ, Virginis decernimus obligatum, & pensionum fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium.

1381 Si tamen Beneficiatius pensionem propriâ authoritate redimat, [illegible] non committit. Castropal. *cit. num.* 1[illegible] cred. *tract.* 2. *lib.* 4. *dist.* 20. *num.* 23. [illegible] Spir. S. *cit. num.* 339. & nonnulli [illegible] psum, Contra Navar. Sotum, & alios. [illegible] redemptio pensionis non est empti[illegible] jus juris spiritualis, sed extinctio [illegible] temporalis. Imò est quædam [illegible] solutio, per quam non tollitur, [illegible] solvitur jus, quod pensionarius habe[illegible] recipiendos fructus; sed perficitur [illegible] completur. Adeóque, qui pensionem [illegible] mit, non emit jus pensionarii ad fructu[illegible] sed anticipatè ei fructus, ad quos [illegible] jus, solvit. Solet autem auctoritas [illegible] ficis ad redemptionem pensionis interve[illegible] re ob majorem securitatem, & ex stylo [illegible] riæ.

1382 Illud certum est, quòd ex [illegible] legitima licentia resignat beneficium [illegible] onere pensionis, non potest facere pactu[illegible] constituta pensio postea redimatur; [illegible] tale pactum, & onus, cum sit pretio affin[illegible] le, simoniam importat. Ant. à Spir. San[illegible] *n.* 339.

1383 Ex his colliges, quòd aliud [illegible] vendere pensionem, & aliud vendere fr[illegible] ctus pensionis; nam vendere pensionem [illegible] vendere jus ad fructus, quod in pen[illegible] ne Clericali habet titulum spiritualem a[illegible] nexum, adeóque sinè simoniæ labe ven[illegible] non potest, ut ex *num.* 1361. & [illegible] Vendere autem fructus pensionis, est ven[illegible] dere rem purè temporalem, quæ quidem potest sinè simonia pretio temporali ex[illegible] Et jus, quod consurgit in emptore ad [illegible] los fructus, non est jus spirituale, aut [illegible] sit titulus spiritualis annexus, sed ea [illegible] omnino temporale, consurgens ex contr[illegible] ctu materiali, & civilis emptionis; [illegible] est, inquam jus pensionarii, sed empt[illegible]

tis, qui proinde ut emptor fructus pen-
sionalligit, & recipit nomine pensiona-
tis.

1384 Hac de ratione beneficiarius i-
pse, licè simoniæ labe, fructus beneficii
percipiendis, imò etiam suâ durante vitâ ven-
dere non enim vendit titulum, & jus benefi-
cii.

1385 Eadem pariter dicenda veniunt de
pensionibus, quæ titulo spirituali dantur.
Nam hæ simoniæ sunt quasi pensiones quæ-
dam inter quibus beneficiis separatæ pro su-
stentatione pauperum Clericorum, ut in Cle-
rum proficiant. A pensionibus distinguntur,
quæ hæ simoniæ non sunt personalia, aut vi-
talia, ut pensiones, sed perpetua; unde non
extinguntur per mortem ea habentium, sed
perfructum Ecclesiasticum aliis transferri
possunt. Ità Ant. à Spir. S. cum com. *vide*
num. 701.

QUÆRES.

1386 *An pensione jam collatâ, possit Prin-
ceps imponere pensionario onus, ut partem pen-
sionis, aut alteri solvat?*

Resp. non posse, si pensionarius sit Cle-
ricus, nisi urgeant, & adsint condi-
tiones relatæ in impositione gabellæ *à num.*
1387. Constat ex dictis *à num.* 704. *ad* 714.
Quid est verum, sive pensio sit Clericalis,
sive laicalis, quia licet fructus sit tempora-
lis, est fructus Clerici, adeóque exem-
ptus.

1387 Si verò pensio sit laicalis, &
ordinata laico, recurrunt dicta *à num.* 791.
ad 797. Illud certum est, non posse ad lon-
gum tempus imponere; quia id esset pen-
sionem transferre, & pensiones transferri
non posse sinè licentia Papæ, decrevit B.
Pius V. *Constit.* 73. *Sacrosanctum, in tom.* 2.
Bullar. & Urbanus VIII. *Sanctissimus, in*
tom. 4.

De pensionibus, agunt Castropal. *par.* 2.
tract. 13. *disp.* 1. *punct.* 11. Fagnanus *lib.* 1. *cap.*
Cum in cunctis, de elect. à num. 99. *ad* 105.
cap. Ad audientiam, de rescriptis à num. 136.
& lib. 2. *cap. Gravis, de restit. spoliat. num* 36.
Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 12. Phebæus *lib.* 1. *tit.* 16. *à*
num. 24.

CAPUT V.

DE MONIALIBUS.

1388 IN Monasteriis, ubi est præfixus
Monialium numerus, si augeantur
redditus, possunt aliæ admitti, juxta eorum
incrementum, quia præfixio supponitur fa-
cta, ne Monasterium gravetur.

1389 Numerus Conversarum, juxta men-
tem Clem. VIII. non debet excedere tertiam
partem Choristarum.

1390 Choristæ (minimè Conversæ) af-
ferre debent dotem pro sustentatione; quæ
debet esse à S. Congr. aut ab Episcopo consi-
deratis considerandis taxata.

Debet præfigi æqualis pro Civibus, & ex-
teris. Sac. Congr. 30. Septembris 1616. Non
potest Monasterium plus, aut minus taxa re-
cipere, sed plus est restituendum. S. Congr.
2. Maji 1596. Non minus, ne Monasterium
gravetur. Non plus, ne simonia committatur.
Non prohibetur autem, si aliquid omnino li-
beraliter pietatis, & virtutis causa, extra do-
tem elargiatur.

1391 Tertia Soror, ex S. Congr. 5. Se-
ptembris 1604. ducere debet duplicatam do-
tem, quarta Soror triplicatam; insuper ter-
tia, & quarta carent voce. Sed in hoc atten-
denda est consuetudo, & praxis.

1392 Dos

1392 Dos est solvenda, quando fit professio, minimè prius, ne tollatur puellæ libertas; debet tamen prius apud personam fidelem Monasterio benevisam depositari, pro ejusdem Monasterii securitate: *v. àn.* 1107. *ad n.* 1111. Item *v. n.* 899. & 900.

1393 Novitiæ, si ad sæculum redeat, restituenda sunt omnia utensilia, & bona, quæ pro se secum detulit, & sua sunt. Conc. Trident. *sess.* 25. *cap.* 16. Quòd si intra Novitiatum moriatur, restituenda sunt hæredibus.

1394 Novitiatus debet esse unius anni integer de momento ad momentum; ità ut si Novitia sinè licentia ad brevissimum tempus exeat, animo deferendi Religionem, interrumpatur.

1395 Novitiæ voluntas explorari debet ante professionem: *An sit coacta, seducta, & an sciat, quid agat.* Trid. *sess.* 25. *c.* 17.

1396 Intra bimestre ante professionem facere debet renunciationem bonorum, ex Trident. *sess.* 25. Quæ revocari non potest, nisi per testamentum, si tunc mori contingat. At si è Religione egrediatur, sive ante professionem, sive post, suppositâ professione invalidâ, renunciatio corruit; quia includit virtualem conditionem: Si validam professionem emittat.

1397 Novitia, si post primum quadrimestre infirmetur cum periculo mortis, potest ex indulto B. Pii V. professionem emittere. Potest etiam tunc renunciationem condere, aut testamentum.

1398 Professio facta ante annum vigesimum sextum expletum, tam pro viris, quàm pro mulieribus, est invalida. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 15.

1399 Mortaliter peccant, & excommunicationem incurrunt cogentes mulierem in vitam ad ingressum Monasterii ad finem profitendi, vel ad habitum ibi suscipiendum, aut ad professionem emittendam: *Præterquam casibus in jure expressis.* Quam pœnam incurrunt etiam consulentes, aut quovis modo cooperantes ad vim. Pariter peccant, eamdem pœnam incurrunt impedientes ingressum, aut professionem. Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 18.

1400 Vis, & metus injustus cadens in constantem, incussus à parentibus, aut alio homine, ad finem ingressus, & professionis, nullam reddit professionem, juxta [illegible] citata *n.* 1344.

1401 Quòd si puella domi sit à parentibus gravibus angustiis pressa, & urgentibus minis perterrita, non ad finem, ut statum Religionis eligat, sed ex alia causa; & puella Monasterium ingrediatur, & profiteatur; valet professio, & libera, ob rationes adductas *in locis citatis nn.* 1344. non obstante gravi metu reverentiali. Ipsi verò parentes, si avertant puellam inde sumere voluntatem perdendi statum Monasterii, & à sævitiis non desistant, mortaliter peccabunt, & censuram Trid. incurrent, per illa verba: *Quomodolibet que coegerint.*

1402 Item, si vis gravis incussa ad finem Religionis, & professionis sit justa, valet professio, & illam incutientes non peccant, ut patet per verba Trid. *de nn.* 1399. *Præterquam in casibus in jure expressis.*

1403 Tres possunt contingere casus. Primus. Si constet, puellam votum Religionis emisisse, quod non sit relaxatum; unde cogi potest ad executionem voti promissi.

1404 Secundus. Si mulier matrimonio contracto, post bimestre concessum ad deliberandum de Religione, recusat matrimonium consumare; tunc cogi potest ad utrumlibet, ad consummationem scilicet, vel Religionem.

1405 Tertius. Si ambo conjuges sint [illegible]

tum consensit Religionem ingressi, & unus professionem emiserit, alius verò voluntate mutatâ recuset professionem; potest ad illam cogi, ex speciali obligatione, quam libere assumpsit ad profitendum; qua ratione Clericus, Subdiaconatu libere suscepto, cogi potest ad votum castitatis emittendum, si illud recuset: *vide dicta in imped. matrim. de vot.*

1406 In dubio de vi, & metu professionem invalidante, standum est pro valore professionis, quia possessio stat pro professione, quæ est certa.

1407 Nota Si parentes nobiles puellæ proponant, se ob insufficientiam dotis non valere nubere pati, ut propria conditio exposcit, & hoc, aut motivis similibus, ac veris eidem suadeant electionem Religionis, & inde puella Religionem profiteatur, valida est professio; quia non fuit illata vis, sed proposita humana, & honesta veræ conventionis bonis.

Eadem ratione, si puella profiteatur ob puram reverentiam Patris, aut alterius sui majoris, cui displicere timet, valida, est professio, quia non est timor injustus, sed fundatus in reverentia, quæ jure naturæ est parentibus debita; & timor reverentialis professionem invalidans non est nisi ille, cui sunt graves minæ ab extrinseco incussæ ad finem extorquendi professionem.

1408 Quòd si recensita puella professionem emisit, cum expressâ intentione nolendi illa vota obligare, peccavit mortaliter, & pro tempore sequenti perdurat in continuo peccato mortali, ob continuum onus, quod habet obligandi se ad vota expressè, licèt occultum, & voluntate mutatâ, juxta dicta *in imped. matr. de Ordine sacro.*

1409 Monialis transiens de uno in aliud Monasterium, debet novum Novitiatum per ficere; quia debet novam professionem emittere: Et habilis pro uno, non censetur ad cætera habilis. Sanchez *in summ. lib. 5. cap. 4. num. 12.*

1410 Moniales non possunt intra Monasterium Eucharistiam retinere. Ex Trid. *sess. 25. cap. 10.*

1411 Possunt Corporalia, Agnus Dei, & similia, ut ea componant, & ornent, tangere.

1412 Non possunt habere ostium intra Ecclesiam, per quod possint è Monasterio ad Ecclesiam egredi. Greg. XIII.

1413 Non possunt erigi Confraternitates in Ecclesiis Monialium.

1414 Possunt esse testes in causis criminalibus Monialium; imò duæ sufficiunt ad condemnandum, quamvis duæ mulieres sæculares non sufficerent. Non possunt cogi, ut sint testes in causis sæcularium, nisi quando aliundè veritas constare non posset. Puellæ autem sæculares non sunt exemptæ à potestate sæcularis fori.

1415 Gaudent privilegiis, & indulgentiis virorum sui Ordinis, quibus sunt capaces: *v. n. 471.*

1416 Possunt per Procuratorem tenere infantes in Baptismo, quamvis non possint Monachi; quia sub ea prohibitione non comprehenduntur.

1417 Abbatissa eligenda esse debet ætatis annorum quadraginta expletorum, & professionis octo. Quòd si nulla talis in Monasterio reperiatur, potest dispensare Prælatus, ut eligatur, quæ trigesimumum ætatis annum excedat. Monialis in infirmaria ægrotæ suffragium est suscipiendum per discretrices. Et servanda sunt dicta de electione *à nu. 1277.*

Suffragia dari debent per scrutinium secretum à Monialibus professis, inter quas non

non veniunt Conversæ. Quantùm ad ætatem suffragantiam, standum est propriis statutis. Scrutinium, datis jam suffragiis, est disquirendum à Præside, & disquisitoribus quoad numerum, an scilicet numerus suffragiorum sit conformis numero vocalium; quo peracto, scrutinium est publicandum, minimè quoad nomina suffragantium, quia hæc debent esse secreta; sed quoad nomina, quibus sunt suffragia lata, & quoad numerum suffragiorum.

1418 Prælatus Monialium debet Electioni præsidere, & suffragia recipere, haud intus Clausuram, sed ad Crates.

1419 Potest tamen clausuram ingredi in visitatione, tres secum ducendo socios. Item in casibus magnæ necessitatis, & ad Sacramenta ministranda, secum probum ducendo socium, utì ducere potest Confessarius.

1420 Moniales monendæ sunt, ut saltem semel singulis mensibus confiteantur, & Eucharistiam sumant. Trid. *sess.* 25. *c.* 10.

CONFESSARII MONIALIUM,

1421 Non sufficit, si sint pro sæcularibus approbati; sed requiritur, quòd in specie sint approbati pro Monialibus. Approbatus pro uno Monasterio, aut pro una Moniali, aut pro una vice, non potest audire Confessiones alterius Monasterii, & respectivè alterius Monialis, aut aliâ vice, deputatione expletâ. Clemens X. anno 1670. *Superna* §. 2. ut infrà de Sacr. Pœnit.

1422 Confessarii Monialium, quæ Regularium gubernio subsunt, non solùm à propriis Prælatis, verùm etiam debent esse approbati ab Ordinario loci, qui tamen non potest deputare quem vult; sed eorum deputatio, & præsentatio, ad ipsos Superiores Regulares spectat, & ab eis per proprias litteras patentales est facienda. Greg. XV. *Inscrutabili.* Confessarius autem ad triennium à Superiore Regulari deputatus, non potest ab Ordinario limitari ad annum; sed est vel ad triennium admittendus, vel absolutè rejiciendus. Constat ex Epistola S. C. Episcop. & Reg. sub die 4. Maji 1696. Ordinario Catanen. apud Matthæucci *tom.* 1. *sub tit. de Confessariis Monialium*, tenoris sequenti:

Referito in Sacra Congregatione dell' Eminentissimo d' Adda, tutto cito, che V.S. ha presentato in ordine all' approvatione fattale per un sol anno del Confessore ordinario deputato dal Provinciale della Provincia Osservante di Sicilia, per le Monache del Monastero di S. Chiara d' Adernò di cotesta Diocesi, soggetto all' Ordine de' Minori Osservanti di S. Francisco: questi Eminentissimi miei Signori sono stati di senso, ch' Ella, o ammetta il Confessor deputato à compire il triennio, o assolutamente lo rigetti; ec he in advenire debbano osservarsi dal principio dell' approvazione de' simili Confessori. Glielo significo, & il Sig. Iddio la prosperi.

1423 Moniales unius Monasterii non possunt virtute Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ, eligere Confessarium non approbatum pro Monialibus, sed pro sæcularibus, aut pro Monialibus alterius Monasterii. Lantusca *ver. Jubilæum n.* 11. Matthæucci *de Confessariis Monialium* Pelliz. *de Monialib. cap.* 9. *n.* 20. & 21. comm. Peyr. *tom.* 3. *c.* 4. *n.* 4. *pag.* 325. Bonac. *de Sanct. disp.* 5. *q.* 7. §. *num.* 22. Port. & Summa Diana *ver. Jubilæum n.* 20.

Qui affirmant, id posse virtute Jubilæi, quia attentatâ solitâ formâ Jubilæi apparet, Summum Pastorem tempore illo universalis gratiæ nullum velle excludere à libertate suæ confitendi peccata. Quod confirmant, *ex Const.* 17. Urb. VIII. *Pontificia solicitudo*, 28. *Januarii* 1624.

1424 Mea autem resolutio negativa probatur, 1. *ex Reg.* 81. *juris in* 6. *In generalibus enim*

cessant

cessimus veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.

1445 Secundò, sequitur ex Bulla Clem. X. *cit. n.* 1421. & ex Bulla Urb. VIII. *In specula* data 19. Junii 1630. ut sequitur:

In Specula, &c. Nos, &c. Motu proprio, &c. Confessionem S. Cruciatæ quæ respectu facultatis hujusmodi, etiam laicis, & Clericis sæcularibus cujuscumque status, gradus, & conditionis, etiam speciali notâ dignæ, quoad casus reservatos, quam in Bulla Cœnæ Domini (hæresi excepta) contentos, non nisi in foro conscientiæ, non autem in foro externo suffragatur, aliorumque indultorum hujusmodi, quantum ad prædictum articulum eligendi confessarium, & absolvendi prædictos a casibus reservatis; etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, cum Fratribus & Monialibus prædictis Fratrum Prædicatorum & aliorum quorumcumque Ordinum, Ecclesiam minimè habuisse, neque habere, neque illa minùs suffragari potuisse, neque posse, &c. sed hujusmodi intentionis fuisse, & esse, quòd iidem Fratres & Moniales, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, &c. ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedis Apostolicæ, quoad casus reservata subjecti sint, earumdem tenore præsentium perpetuò declaramus, &c. ac irritum, & inane, si secus, &c. Datum Romæ, &c. die 16. Junii 1630.

Ubi per illa verba, *aliorumque indultorum hujusmodi*, excludit Jubilæum, ità ut velit, nec Bullam, nec Jubilæum, quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, suffragari Regularibus, & Monialibus. Vide infrà, *de Bulla, Jubilæo, & casibus reservatis.*

1446 Tertiò, meam magis firmant sententiam Bulla ipsa Urban. VIII. *n.* 1443. relata pro parte oppositâ; nam ibi non dicitur absolutè, ut Sanctimoniales eligere valeant Confessarios sæculares, vel Regulares ab eisdem Ordinariis locorum probatos; sed additur: *Ab eisdem Ordinariis locorum ad id probatos*; hoc est, ad munus Sanctimonialium Confessiones excipiendi probatos. Unde Bulla supponit Confessarios jam probatos per illis: Generaliter autem approbatos pro sæcularibus non censeri approbatos pro Monialibus: *Sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione*, decernit Clem X. *n.* 1421. *cit*

1447 Iisdem verbis usus est noviſſimè Innoc. XII. in Bulla Jubilæi anni Sancti, quæ incip. *Pontificia solicitudo*, edita 19. Januarii 1700. ubi concedit Jubilæum anni Sancti Monialibus, & facultatem eligendi pro reservatis Confessarios: *Ab eisdem Ordinariis locorum ad id probatos.* Quid clarius? Vide infrà de Bulla Cruciatæ.

1448 Id verum est, Ordinarios Jubilæi tempore debere pro eis approbare plures, sive sæculares, sive Regulares, quos aptos *judicaverint*, quousque Moniales ipsæ exoptaverint, ex Decr. Sac. Congr. Episc. & Regul. 24. Martii 1643. apud Lantuscam *cit.* ut eos Moniales pro majori suo spirituali solamine eligere valeant ad effectum Jubilæum lucrandi, juxta intentum Pontificis.

1449 Quantum verò ad Religiosos, fateor posse virtute Jubilæi sibi eligere Confessarium etiam sæcularem ab Ordinario loci approbatum, à quo à reservatis absolvantur, nisi aliud in contrarium in forma Jubilæi exprimatur, quod hactenus non est expressum. Tambur. *tom. 2. pag. mihi* 37. *n.* 40. Quia declaratio contraria Pontificum est expressè edita pro Bulla Cruciatæ, minimè pro Jubilæo; maximè cum Jubilæus soleat ab ipsis Superioribus Regularibus Religiosis proponi.

1450 Reservatio casuum facta pro Monialibus, non comprehendit puellas sæculares ibi detentas, quia non sunt Moniales; nec Novitias, quia hæ in odiosis non veniunt nomine Monialium.

1451 Confessarii Monialium, tam Ordinarii, quàm Extraordinarii, esse debent ætatis quadraginta annorum; & specialiter pro Patribus Reformatis Ordinis Minorum de Observantia, declaravit Sac. Congr. Concil. sub Alexan. VIII. 26. Novembris 1689. ut in Archivio Provinciæ in Conv. S. Mariæ Angelorum Panormi.

1452 Confessarius Ordinarius Monialium, non potest in eodem Monasterio deputari, nisi ad triennium, Sac. Congr. apud Gavantum. Quo elapso, potest pro alio Monasterio Ordinarius deputari, & pro eodem Extraordinarius. Imò qui in supplementum Confessarii Ordinarii per menses aliquot munus Confessarii in aliquo Monasterio exercuit, si Confessariorum Ordinariorum contingat, poterit ad triennium, mensibus illis non computatis, in eodem Monasterio pro Ordinario deputari, quia cum simus in odiosis, Sac. Congr. Decr. est benignè intelligendum de deputatione ordinaria, minimè accidentali in supplementum.

DE INGRESSU CONFESSARII ORDINARII

1453 BReviter Mendo *in epit. verb. Moniales*, cum multis ait:

Potest Confessarius ingredi ad ministranda Sacramenta Moniali ægrotanti, non solùm in periculo mortis, sed quoties ipsa pro sua devotione velit, seu quoties sana solebat Sacramenta recipere, etiam si id faceret quotidie; nam eo solatio spirituali non est privanda, quo plus indiget ægra, quàm sana; eaque est causa justa ingrediendi; eique sufficit licentia, quam habeat, dum justa adsit causa. Similiter potest ingredi ad assistendum moribunda, quousque è vita decedat. In ingressu autem ad sepeliendas defunctas, servanda est consuetudo cujusque Monasterii.

Imò potest etiam nocte ingredi ad assistendum moribundæ, si opus fuerit.

1454 In præmissis autem casibus, de pro ingressu à Superiore habere licentiam nisi periculum sit in mora, & tempus suppetat ad petendum. In quo casu periculo in defectum Confessarii deputari, potest gredi quilibet promptus Sacerdos ad Confessionem excipiendam moribundæ. Idem de Medico Pelliz. *de Monialib. c. 5. n.* 1

CONFESSARIUS EXTRAORDINARIUS

1455 EX Trident. *sess. 25. cap. 10.* est aut ter in anno Monialibus ab dinario offerendus præter ordinarium. qualibet vice assignari solet per integr mensem; ferè mense Januarii, Maji, Septembris. Verba Trid. sunt: *Præter rium autem Confessorem, alius extraor rius ab Episcopo, & aliis Superioribus bi ter in anno offeratur, qui omnium Confess audire debent.*

1456 Per hoc autem non prohibet quin possit plures extraordinarius deput sed quoties opportunum judicaverit, pot Prælatus paternâ benignitate deputare. de Monialib. cap. 10. nu. 250. quia inclu unius, non est exclusio alterius. Et fusiùs pr bat, & monet Pelliz. *cit.*

1457 Extraordinarius tempore deputa nis pro Communione ministranda ad ob lum communionis, & maximè pro ingre intra clausuram ad Communicandum, seu firmæ Confessionem excipiendam, seu ad sistendum moribundæ, indiget speciali licen tia. Poterit tamen Prælatus Sacerdotem sæ larem, aut regularem, quem opportunum ju dicaverit, deputare, ut alicui infirmæ in Monasterium assistat, & cuncta usque ad mo tem præstet, quæ Confessarius Ordinarius Pelliz. *cit. nnm.* 249.

1458 Cui

1458 Confessarius extraordinarius deputatus pro uno mense ad audiendas Confessiones Monialium alicujus Monasterii semel in hebdomada, si in aliqua hebdomada non sit licentiatus, poterit ea uti aliâ hebdomada, ejusdem tamen mensis, non alterius, etiam sequente mense de novo pariter deputetur. Ratio desumitur ex verbis Bullæ Clem. X. *Superna* n. 1443. cit. §. 3. *Itidemque Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones prima vice audiendas, haud posse expletâ deputatione, in vim approbationis hujusmodi, illarum Confessiones audire.*

Ex quibus verbis sequitur, intra mensem illum posse, quia pro eo non est expleta deputatio, sed durat; pro alio verò mense, etiam immediato, deputatio mensis prioris est expleta, & deputatio, quæ sequi supponitur, est nova; unde non potest prioris mensis approbatio, & licentia ad sequentem mensem extendi.

1459 Extraordinarius approbatus cum licentia semel in hebdomada, non potest bis eadem die, puta mane, & post meridiem, ad excipiendas Confessiones accedere. Et multò minùs potest bis accedere distinctis diebus ejusdem hebdomadæ, sub prætextu, quòd ly *semel* afficiat diem, & bis accedendo duobus distinctis diebus, ex illis duas diei medietates computet, quæ unum integrum constituant diem viginti quatuor horarum.

Ratio est, quia si id verum esset, posset item duobus distinctis diebus accedere, sed tantùm ejusdem hebdomadæ diebus mane, & post meridiem, viginti quatuor computando horas, quot sufficerent ad constituendum integrum diem; quod præter absurdum, molestiam affert. Ly *semel* igitur in hebdomada non afficit diem, sed actum accessûs ad Confessiones excipiendas. Constabit perscrutando discrimen inter has duas licentias. Licentia enim concessa pro octo diebus, pro mense, pro die, distinguitur à licentia data pro semel, seu pro una vice; & minimè ex alio capite, nisi quia licentia primo modo concessa afficit tempus, nempe octo dies, mensem, diem, &c. & sic poterit Confessarius singulis recensiti temporis diebus accedere, imò die, & post meridiem eorumdem dierum, quoties opus fuerit; quia actus illi exercenti intra tempus deputationis, supra quod licentia cadit. Licentia igitur secundo modo concessa, cum distinguatur à prima, non afficit tempus, nempe diem, sed actum accessûs; ac proindè sequitur, quòd recensitus Confessarius, virtute talis licentiæ, non possit bis eodem die, mane, & post meridiem; & multò minùs sub distinctis diebus ad Confessiones excipiendas accedere.

Minimè te pigeat lector, si molestum [nescio] aut risu dignum tibi hunc proposuerim casum, & rejecerim; quoniam haud sinè tædio relatum habui.

1460 Illud tamen tibi certum sit, quòd recensitus Confessarius, si dum confessiones excipit, ex aliquo accidenti ad breve tempus reversurus exeat, & redeat ad alias confessiones excipiendas, quas excepturus erat, licitè, & validè absque nova licentia redit, & excipit; quia id totum moraliter censetur unicus accessus, & unicum munus, atque complementum exercitii licentiæ.

1461 Idem dic, si habita licentia quo una vice, ingressus es Monasterium ad excipiendam Confessionem ægrotæ, & post egressum, statim, antequam ad alia divertatis, vocatus, eò quia ægrota sit alicujus oblita peccati, redeas, licitè, & validè absque nova licentia iterùm ingrederis ad ejusdem Confessionem complendam; quia moraliter est unus ingressus, unáque Confessionis perfectio. Pelliz.

*de Monialibus c.10.sect.3.q.9.*ubi plures alios refert casus *a n.260.ad 265.*

1462 Licentia concessa extraordinario ad ingrediendum pro Confessione infirmæ, extenditur ad socium, maxime si sit Regularis, qui debet secum ducere socium probum, atq; maturum, qui nunquam à Confessario sejungatur; eòq; Confessiones excipiente, in aliqua parte sistat, ut eum videri, ab eoq; videri possit, ità tamen, ut Confessionem audire non valeat.

Dictus Confessarius in rigore juris debet peracto negotio exire, quod intelligitur recto tramite. At si per transitum officinas Monasterii circumeat brevi tempore, non peccare, tenèt Mendo *in epit. ver. Moniales n.15.*Pelliz. *de Monialib. cit. n.166.&167.*Sanch. Rodr. Miranda, Peyr. Bonac. & alii apud ipsum.

1463 Quando, & quomodo liceat Superioribus Regularibus, & Confessariis, ingredi Clausuram Monasterii ipsis subjecti, & prope illud commorari: *v. in Const.* Alex. VII. *Felici* 1664 apud Lantuscam *verb. Moniales*

Item, quid possit Episcopus quoad Clausuram in Monasteriis exemptis, vide apud Matthæucci *ver. Clausuram Monialium.*

DE ALLOCUTIONE CUM MONIALIBUS

1464 QUantum ad sæculares, etiam Ecclesiasticos, sunt attendenda edita Ordinarium, & Constitutiones Synodales, in quibus plura præscribi solent.

QUANTUM AD REGULARES

1465 SUnt specialia Decreta à S. Congreg. edita. Et quamvis his non obstantibus Castropal. *part. 3. disp. 4. punct. 11.* Vidal. *in Inquisit. mor. tit. de Monialib. Inquisit. 2.* & alii apud ipsos, & apud Vericelli *in quæst. mor. tract. 8. quæst. 66.* teneant, accessum ad colloquendum cum Monialibus, etiam cum frequentia, non esse mortalem, sed ad summum venialem, seclusis circumstantiis extrinsecis pravæ intentionis, scandali, & periculi candi; hac moti ratione, quia prohibitio creti Sixti V. de anno 1590. cui cætera Dec ta subordinantur, fundatur in præsumpti scandali, his verbis: *Ad occurrendum scan lis, quæ contingere solent:* Et *ex c. Tua nos Is, qui fidem 30. de sponsal. lex fundata a sumptione; non habet locum in foro cons quando veritas est in contrarium.*

1466 Omninò dico, esse peccatum tale, etiam si nullum adsit scandalum, ric riculum, nec prava intentio. Vericelli *n:* 11: Donatus *tom. 3. tr. 6.* Et ut ordi mente S. Congreg. adducenda puto ejus Decreta:

1467 Principale Decretum est S. Congr anno 1590. jussu Sixti V. editum,

Illustrissimi & Reverendissimi DD. Card les, Sacræ Regularium Congregationi Præ ad occurrendū scandalis, quæ contingere sunt, aliisq; justis, & rationabilibus causis mū piè moventibus, de speciali, & expres mato S.D.N. Sixti Divina Providentia P V. vivæ vocis oraculo eis facto, decreverun mandaverunt, nulli posthac Religioso, cu cumq; Ordinis gratus, qualitatis, & dig existat (Superiore, cui Monasterii, seu cura incumbit, visitatore, vel visitatorium fessario q; Ordinario, & Extraordinario, ad tempus deputabitur, dumtaxat excep licere absque licentia expressa ejusdem Sa Congregationis accedere ad Monasteria, domus quarumcumque Monialium, vel Se rum, sive sui, sive alterius cujusvis Ordin colloquendum, sive tractandum cum eis, si aliquando mandato sui Superioris, ali Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel celebrandas Missas in ipsarum Monialium sororum Ecclesiis sive Oratoriis exterior sive extra clausuram existentibus, motis

...rent, prohibuerunt, ne dicti Religiosi, ullo quæsito colore, moniales, sorores, aut quamlibet aliam personam intra clausuram degentes, alloqui possint,

Quæ omnia, & singula sub pœnis privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendis, aliisq; ejusdem Congr. arbitrio, inviolabiliter observari.

1488 Quod Decretum fuit per eamdem S. Congr. anno 1623. confirmatum, & quoad superiorum licentiam moderatum, ut sequitur:

Cum alias, de anno 1590. per Sacram Cardinalium negotiis Regularium Præfectorum Congregationem, de mandato fel. rec. Sixti Papæ V. circa accessum Regularium cujuscumque Ordinis ad Monialium Monasteria, fuerit decretum, quod nulli Religioso cujuscumq; Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat [Superiori, qui Monasterii, seu domus cura incumbit, visitatore, vel visitatoribus, Confessario, Ordinario, & Extraordinario, cum ad ...] tabitur, dumtaxat exceptis] liceat absq; licentia expressa ejusdem Sacræ Congregationis accedere ad Monasteria, seu domus quarumcumq; Monialium, vel Sororum, sive alterius cujuscumq; Ordinis ad colloquendum, sive tractandum cum eis. Quòd si aliquando, mandato sui Superioris, aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesiis, sive Oratoriis exterioribus, sive extra Clausuram existentibus, mitti contigerit, ne dicti Religiosi ullo quæsito colore Moniales Sorores, aut quamlibet aliam personam intra Clausuram degentes alloqui possint, sub pœna privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurren. aliisque ejusdem Sacræ Congregationis arbitrio, fueritq; postmodum declaratum, etiam Equites S. Joannis Hierosolymitani sub eodem Decreto comprehendi, & quoscumq; contrafacientes ab alio, quàm ab Apostolica Sede, aut à Sac. Congregatione absolvi, & rehabilitari non posse: Amplissimi ejusdem Sacræ Congregationis Patres Decreta hujusmodi innovanda, & inviolabiliter observanda statuerunt. Verùm quia experientiâ compertum est, interdum ob pias, & rationabiles causas, easq; [ita ferente casu] repentinas, ut ab eadem Sacra Congregatione licentiam expectari, summè incommodum, vel inutile sit Regularibus supradictis colloquendi cum Monialibus sibi attinentibus necessitatem obvenire; facto verbo cum Sanctissimo Domino Nostro Urbano VIII. & de Sanctitatis Suæ expresso ordine, & mandato facultatem tribuerunt imposterùm locorum Ordinariis, ut quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summam, quolibet anno, cuicumq; Regulari, ut Moniales sibi in primo, & secundo tantùm consanguinitatis gradu conjunctas convenire, & alloqui possit. Id verò non aliter, quàm servata forma infrascripta ad unguem, ut id nullo modo liceat diebus Festivis, aut in Adventu, Quadragesima, feria sexta, Sabbatho, & vigiliis, prædictáque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectet eam concedere, assignetur Confessario Ordinario Monasterii, qui penes se retinere debeat, isq; associat, & præsens sit, & auscultatrices de more, nõ autem alia assistant, prædictaq; licentia pro die, & hora certa, & in scriptis concedatur, in libris q. Cancellariæ ejusdem Ordinarii adnotetur. Quòd si prædicti locorum Ordinarii per plures vices, vel in ulteriori gradu conjunctis, aut alter, quàm servata forma supradicta licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis Sanctissimi Domini Nostri, & Sacræ Congregationis transgressores, judiciumq; reformident. Regulares autem pœnis in supradicto Decreto contentis, & si nullam licentiam obtinuissent, eo ipso se novorint esse addi-

addictos. & arbitrio Sacræ Congr. severius puniendos. Romæ 12. Kal. Decembris 1623.

1469 Et cùm dubitatum fuerit, an supradictum Decretum Sixti confirmatum obliget sub mortali? S. Congr. sub die 1. Julii 1626. respondit:

Sacra Congregatio, attentis narratis, censuit, & declaravit, Regulares accedentes ad Monasteria Monialium contra formam decreti, quo hujusmodi accessus per Sac. Congr. prohibetur, ultra pœnas privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, incurrere pœnam peccati mortalis.

1470 Novissimè, quia plures Doctores prætendebant, non esse prohibitam allocutionem per breve tempus, etiam per quadrantem horæ cum dimidio, accessit Declaratio Sac. Congr. Conc. sub Clemente IX. ut sequitur:

Die 11. Maji 1669. Congregatio S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, habitâ notitiâ, quod nonnulli Regulares absque licentia crates Monasteriorum Monialium adire, & frequentare non dubitent, prætendentes non esse interdictum per breve tempus etiam usque ad quadrantem horæ cum dimidio, quod horologio arenario aliquando metiuntur, Moniales aliasque personas intra Clausuram existentes alloqui, & hanc opinionem tanquam tutam affirment, disseminent, & forsan etiam scriptis evulgent, proprias graviter illaqueantes conscientias, & scandala confoventes; ad hujusmodi pernicioso errores eliminandos, opinionem prædictam improbans, rejiciens, ac damnans declaravit, Regulares cujuscumque Ordinis, Militiæ, Societatis, Congregationis, & instituti, etiam de quibus specialis mentio foret habenda, qui ad Monasteria Monialium, quamvis ab Ordinarii jurisdictione quomodolibet exempta, & etiam ipsis Regularibus subjecta, vel aliàs speciali mentione digna, absque legitima facultate accedunt, ... do etiam per quodcumque modicum tempus spatium cum Monialibus, aut in aliis ... Clausuram degentibus, peccare mortaliter, eosque sub excommunicationis, privationis activæ, & passivæ, aliisque contra Regulares accedentes sine licentia ad Monasteria Monialium statuis pœnis, posse ab Ordinario ... quam Sedis Apostolicæ Delegato coerceri.

1471 Ex quibus Decretis, & Declarationibus constat, Sac. Congregationem sub tali prohibere quamlibet brevem allocutionem; licèt enim allocutio in se sit levis, ... derata tamen sub fine extrinseco à legislatore intento, est materia gravis; finis autem legislatoris etiam brevem allocutionem prohibens, respicit bonum communitatis ad vitanda scandala, & pericula, quæ contingere solent. Pro quo faciunt dicta *in tom. 2. ... ad 14.*

1472 Eò maximè quia speciale omnibus religiosorum, & Sanctimonialium est studium cellæ diligere, disciplinam regularem servare, Chorum frequentare, majoni ... ctioni studere, Deo mentem tenere, & Christum sponsum amare, à quibus solent hujusmodi allocutiones divertere, & spiritum ... pefacere.

1473 Ad rationem in oppositum ... cèt, respondet Donatus ex Vercellen.

Non tunc cessat lex, cessante facto, ... licèt præsumpto, quando fundatur in præsumptione facti, aut delicti seu periculi determinati; secus autem, quando fundatur in præsumptione delicti indeterminati, & vagi, tunc enim obligat in singulis casibus, etiamsi in aliquo ... adsit periculum, ut patet de eo, qui legem tulit, ne quisquam ferat arma, eo fine, ut evitetur periculum occisionis, obligat enim omnes arma portantes, etsi multi illa deferant ad defensionem, vel decorem; quandoquidem legem ...

præsicit id, quod solet adesse in pluribus, non autem in paucis.

Iu pariter dicendum est de legibus prohibentibus locutionem cum Monialibus, non enim præsumunt periculum aliquod determinatum sed vagè & indeterminatè, quare obligant omnes subditos, in singulis casibus, etiamsi in aliquo non adsit periculum.

1474 Sub recensitis Decretis non comprehenduntur scribentes, & mittentes litteras; cum loquuntur de alloquentibus. Attendendum autem sunt constitutiones particulares diœcesium; nam in aliquibus locis adest prohibitio sub excommunicatione, ut Neapolis.

1475 Comprehenduntur alloquentes è domo proxima, aut via publica. Verricelli *cit.* n.10. & Donatus *cit. q.*15. quia allocutio est principale, quod prohibetur, accessus verò est accessorius. Est contra Diana *par.*3. *tr.*2. *resol.*3. Pelliz. *de Monial. c.*5 *sect.*4 *q.*14. *num.* 2. & *alii*, qui negant, quia pœna non debet extendi ad non expressa.

1476 Comprehenduntur alloquentes cum Novitiis, aut puellis educandis, in Monasterio decentis, ut constat ex verbis Decreti, quod non solùm exprimit Moniales, sed etiam *Sorores, aut quamlibet aliam personam intra Clausuram degentes.*

1477 Non comprehendi alloquentem cùm Abbatissa, tenent Verricelli *tr.*8. *q.*66. *n.*25. Diana; *par. tract.*2. *resol.*48. *not.*3. & alii contra Merollam; quia in odiosis, nomine Monialium non venit Abbatissa, sicut nomine Monachorum in odiosis non venit Abbas. Glossa *in Sin. de simon.* Panormi. Donatus *par.*1. *tr.* 6. *q.*19. *n.*1.

Verùm tamen est, quòd Alex. VII. in Const. *Sacrosancti*, prohibuit hujusmodi allocutionem cum Abbatissa Urbis Romæ.

1478 Non incurrere in pœnas pauperes publicos quæstores pro eleemosyna sine dolo accedentes, docet Donat. *tom.*3. *tr.*6. *q.*25. quia adest tacita licentia, publicus actus virtutis, usus, & praxis.

1479 Non incurrere socium Religiosi habentis licentiã, docent verricelli *cit. n.*27. cum Pelliz. Peyr. & aliis contra Delbene; quia par est ratio de connexis, & durum est illum mutum assistere: ita illi.

1480 Denique pro plena hujus materiæ notitia, Pelliz. *de Monialibus c.*10 *sect.*3. *nu.* 277. habet:

„ Addo, quòd cum Diana *par.*3. *tract.*2. *res.* „104. & ante illum Peyr. *tom.*2. *privil. Const.* „6. *Pii V. n.*36. aliiq; docti recentiores putent, „ Religiosum non subjacere pœnis latis con„tra Regulares ad Monasteria Monialium „accedentes sine licentia, si alicui Moniali „ declarent casum aliquem conscientiæ; cum „ talis locutio speciem habeat piæ exhorta„tionis; & alioqui cesset finis prohibitionis „ in particulari, juxta ea quæ habet Diana „ *par.*5. *tract.*14. *resolut.*96. si velint conse„quenter philosophari, concedere debent, „ Ordinarium posse mittere Religiosum ad „ aliquod Monasterium Monialium causa i„bi exercendi aliquod opus pietatis (ver. gr. „ ad componendam aliquam seditionem ex„ortam inter Moniales, ad consolandam „ Monialem gravissimâ tristitiâ affectam, ad „ consulendum in re gravi concernente bo„num Monasterii, & ad alios similes effectus) „ in his quippe procedit eadem ratio, quæ in „ casu à præfatis Doctoribus concesso. Nec „ obstat, quòd Sacr. Congr. in Decreto jussu „ Sixti V. edita anno 1590. expressè statuit, „ nulli Religioso cujuscumq; Ordinis, gra„dus, qualitatis, ac dignitatis (exceptis Supe„riore, ac Visitatoribus respectu Monialium „ subjectarum, nec non Confessario tam Or„dinario, quàm Extraordinario) licere abs„que licentia expressa ejusdem Sacræ Con-

„ gregationis accedere ad Monasteria quarumcumq; Monialium ad colloquendum „ sive tractandum cum eis; siquidem Sacra „ Congregatio per hoc non excludit casum „ pietatis, & charitatis, qui regulariter non „ præsumitur comprehensus sub generali prohibitione, juxta regulam: *Non veniunt sub „ generali prohibitione, quæ quis non esset verosimiliter prohibiturus si in specie exprimerentur*; solùm excludit casum, in quo Religiosus velit accedere ad Moniales titulo urbanitatis ad eas visitandas, v. gr. ad negotia „ sæcularia tractanda, & similia. Verum cavendum est, ne nimis relaxetur rigor juris Ecclesiastici, adeò strictè vetantis accessum ad „ Moniales, nimisq; facilis reddatur talis accessus, & hinc oriantur incommoda, quæ „ jus intendit amovere per dictam prohibitionem, præterquàmquòd accessus ad Moniales in præsenti casu quoad forum externum non ita facile posset justificari, adeòq; „ sic accedens posset puniri ab Ordinario, qui „ inde posset graviter offendi, punireq; taliter „ accedentem. Unde ex Diana *part. 9. tr. 7. „ res. 54.* fit, quòd, quamvis opinio Peyrini superiùs allata admitti posset, ut probabilis (pro qua ipse Diana citat Lezanam „ *verb. Moniales n.* 30. & Bordon. *tom. 1. res. 7. „ n.* 82.) nihilominus in praxi nō esset amplectenda; cùm jura absolutè vetent Regularibus accessum ad Moniales, non distinguendo inter collocutionē urbanitatis causa, aut „ pietatis, & lex absolute loquens absolutè debeat intelligi: præterquàmquòd sic eluderia „ esset prohibitio accedendi ad Moniales facta Regularibus; quippe qui semper impunè loqui possent cum Monialibus, dicendo se cum iis locutos fuisse de rebus piis, „ &c. sic Diana his verbis concludens: *Unde „ quidquid sit de hoc peccato quoad forum internum, stante authoritate Doctorum virorum*, Lezanæ, Pellizzarii, & Bordoni ubi „ *saltem in foro externo possent Episcopi „ Regulares punire tanquam Sedis Apost. „ delegati; unde abstineant ab his colloquiis „ bus.*

Alia de Monialibus reperies in propr locis. De Præceptis tom. 1. pag. 29. De Off divino pag. 51. De Officio Defunctorum, taniis, &c. à pag. 54. ad 56. De Alienatione norum, & dotis, pag. 94. De Largitione rum à pag. 105. ad 107. De Paupertate R giosa, peculio, & vita communi à pag. 1 119. De Obedientia in 4. Præc. Decal. De ceptis, & Regula Clarissarum in Præcepta junii. De Violatione Clausuræ, & casibus vatis, in Sacram. Pœnitentiæ. De quotidia Communionis, in tom. 3. num. 581.

Denique de Monialibus, egunt fusè & Donat. *tom.* 3. & Pellizz. ambo per totum.

MONASTERIUM VIRORUM.

1481 QUoad loca Clausuræ, ingressi p hibentur, sub excommunicatio ne reservata Papæ, mulieres omnes cuj conditionis, etiam Marchionissæ, Comi &c. etiam sine prætextu privilegiorum, fusè infra de casibus reservatis.

1482 Excipiuntur Reginæ, Imperatrices Principissæ absolutæ, & earum filiæ. Dona *tom. 1. par. 2. tr. 4. q. 9.* quia in odiosis nō comprehenduntur nomine mulierum. Et Bal prohibentes, exprimunt Marchionissas, Comitissas, &c. minimè Reginas, &c. Unde gredi possunt absq; licentia Monasteria virorum, quàm mulierum, cum honestafamilia, quæ in ingressu Monasterii Monialium non sit virorum, sed mulierum.

1483 Fundatrices non possunt ingredi Monasteria virorum, nec Monialium, Rodrig. *comp. res. 27. n. 2.* Donatus *cit. q. 10. & tom. tr. 5. q. 15.* Contra Ferdinandum à Castro, & Sibul.

Qui

Quæ Bulla Pii V. comprehendit mulieres omnes cujusvis generis, & speciei. Solum possunt ingredi Monasteria Minimorum: ex peculiari, & decl. Greg. XIII. qui declaravit, Bullam Pii V. non derogasse dicto privilegio Minimorum: at non inde potest ad aliorum Monasteria extendi; quia [ut benè advertit Donatus] Greg. id dixit declarando, non indulgendo; unde quoad aliorum Monasteria, non derogavit motui Pii V. qui absolute prohibet.

1484 Non comprehenduntur in prohibitione puellæ ante usum rationis, putà ante septennium. Nec pares pueri quoad Monasteria Monalium. Donatus *cit. q.* 7. Quoad pueras in Monasteriis Monialium, attendenda sunt edita Episcoporum, quia solent prohibere.

Introducentes, seu admittentes mulieres extra, incurrunt pœnas Pii V. nempè suspensionem à divinis, privationem officiorum; quæ sunt esse materia peccandi.

1485 Clausura Monasterii, sunt septa externa, intrà quæ sunt loca, ad quæ non est accessus communis utriq; sexui. Unde, loca clausuræ ea sunt, quæ intra septa, seu ambitum Monasterii existunt; & unà clausura claudentur. Donatus *cit. q.* 11.

1486 Hinc mulieres non possunt ingredi hortos, si sint intrà Monasterii septà quia sunt pars Monasterii. Possunt verò, si sint distantes, aut contigui septis Monasteriis, & ad eos fiant accessus, non transeundo per septa, sed extra, in quantùm patet aditus eorum.

1487 Possunt ingredi Sacristiam, si sit Ecclesiæ conjuncta, unico solùm pariete medio divisa, & ad eam non fiat accessus per loca Clausuræ, sed per Ecclesiam, aut per Chorum; quia est pars, & officina Ecclesiæ. Secùs si ad eam pervenire non possint, nisi per Claustrum, & loca Clausuræ. Donatus *cit. q.* 12.

1488 Possunt ingredi Claustra, quando in eis Missæ, Festa, aut divina Officia celebrantur. Item quando Processiones fiunt. Donatus *cit. q.* 3. Matthæucci *ver. Conventus.* Mendo *in epit. ver. Monasterium.* Rodr. *in comp. resol.* 27. ex vivæ vocis oraculo Pii V. apud Donatum *cit.* qui fusè probat, non esse revocatum: Cui accedit praxis, & consuetudo. Verum tamen est (ut advertit Rodr.) quòd processio non debet fieri in fraudem legis.

1489 In aliquibus Monasteriis, ultrà Claustrum interius, situm est aliud exterius, cum duabus januis, una ad publicam viam extrà Monasterium, aliâ ad Ecclesiam, per quàm ingredi solent mulieres, & recto tramite ad Ecclesiam accedere; hoc non habet rationem clausuræ.

1490 Ex Decr. S. Congr. Episc. & Regul. 4. Octobris 1588. tunc Conventus formatus reputàtur, ut non possint sine censurarum, & pœnarum incursu ingredi, aut admitti mulieres, quando ibi adest Superior localis, putà Guardinus cùm familia, etiam si locus non sit plenè muris, sepibus, aut fossatis circumdatus. Idem disponitur de sylvis contiguis, in quibus solent fratres deambulare. Secùs de sylvis, quæ ad ligna inserviunt, & in quibus fratres non solent ordinariè deambulare. Nec quando Conventus est in fieri, ità ut solùm ibi commorentur duo, aut tres fratres pro curâ fabricæ; tunc non violatur Clausura, si mulieres admittantur in cellis, ubi fratres morantur; sed fratres sunt puniendi, & privandi, uti suprà. Denique idem Decretum disponit, quòd ubi adest consuetudo, quòd mulieres inserviant fabricæ pro manualibus, ferendo calces, lapides, &c. etiam si Superior localis cum familia adsit, dictæ mulieres ingredientes, pro servitio fa-

bricæ, Monasterii partes, non incurrant censuram, dummodo non accedant ad partes, ubi fratres habitant, dormiunt, & comedunt.

MONASTERIUM MONIALIUM

1491 QUoad Clausuram ingredi prohibentur sub censuris, & pœnis tam viri, quàm mulieres excedentes septennium, ut infrà de casibus reservatis.

1492 Non potest Ordinarius licentiam Monasterium ingrediendi concedere matri, sorori, &c. causa visitandi filiam, aut sororem Monialem infirmam, etiam in articulo mortis, nec in habitûs susceptione, aut professione.

1493 Potest Ordinarius licentiam mulieri nuptæ, maximè nobili, concedere, ut in Monasterium se recipiat securitatis causa, si urgeat rationabile periculum mortis à marito inferendæ, & alibi tuta non sit: curare tamen debet, ut quam citiùs fieri potest, exeat. Pelliz. *de Monialib. c. 5. n.* 110.

1994 Potest Ordinarius licentiam ingrediendi exteris concedere ex causa rationabili, & necessaria. Necessitas sufficit, quòd sit moralis; & tunc habetur, quando opus exercendum concernit moralem Monasterii, aut particularis Monialis necessitatem, nec potest commodè per Moniales exerceri. Donatus *tom. 3. tr. 5. q. 19. n.* 10.

Quæ licentia debet esse expressa, & in scriptis, ut exprimit Trid. *sess. 25. de Regular. cap. 5.* Idque etiam pro foro conscientiæ. Pelliz. *de Monialibus cap. 5. nu.* 158. contra plures apud ipsum, qui tenent, licentiam in scriptis requiri solùm pro foro externo.

1495 Hinc de licentia expressa Ordinarii ingredi possunt Medici, Chirurgi, Confessarii, Architecti, Muratores, Fabri, Bajuli, Hortulani, Molitores, & similes. His, & Confessariis Ordinariis licentia dari solet generalis ad semestre, trimestre, aut ad mensem, quæ elapso renovari debet. Prædicti licentiati ingrediantur pro libito extra causam necessitatis, incurrunt pœnas ex Constit. Greg. XIV. *v. num.* 1504.

1496 Medicus non potest ingredi ut practicis, nec cum alio Medico, nisi pro ipsa consultationis in casu gravis infirmitatis & ex speciali pro illis licentia. Et debent concedere associatus duabus Monialibus maturis & probis.

1497 Bajuli ingredi possunt ad secandas magni ponderis alicujus personæ graves exteræ, Monasterio tamen benemeritæ juxta prudentis Superioris arbitrium, ut ibi à positæ conserventur pro securitate, & celebdia. Quas res ferre possunt tam bajuli ordinarii virtute licentiæ generalis, illâ durante, quàm alii de speciali licentia.

1498 Si licentia non individuet bajulos, sed absolutè concedat Monialibus, ut necessaria suis usibus faciant deferri per bajulos possunt Moniales variare, si velint, aut semper iisdem uti; nam cum gratia non distinguat personas, nec nos distinguere debemus. Pelliz. *cap. 5. n.* 123.

1499 Si bajulus licentiatus sit nominatus, tunc, si infirmetur, requiritur speciali licentia pro alio.

1500 At si eo infirmo, aut insufficiente, casus urgeat, v. gr. sit introducendum frumentum: ductor curru, aut equis docens rationabiliter morari non possit, sed statim recedere debeat; non possit utiliter differri delatio, nec expectari accessus pro licentia novi bajuli, aut pro eodem ductore: Pelliz. *cit. num.* 125. vult, quòd non possit alius substitui virtute Epithejæ, sed quòd sit expectanda licentia; quia jura licentiam expressam, & in scriptis exposcunt. In his ea-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tem nisibus urgentibus potest habere locum consuetudo.

1501 Sartores licentiari posse ad ingrediendum, tenet Donat. *cit. q. 25. n. 15.* cum Rosac. quia Moniales nequeunt pannum commodè adaptare, & forcipibus uti, nec vestium mensuram sumere, si sartores non ingrediantur. Idem docet de Carpentariis *n. 16.* Non posse, dico cum Pelliz. *cit. num. 122.* Maximè loquendo de Carpendariis, quia commodè mensuram calceamenti sumere possunt ex alio calceamento, aut in janua interiori aperta: Sic sartores; at si in aliquo casu famulæ non valeant hoc pacto vestes adaptare, remittendum est Superioris judicio, qui hanc necessitatem dignoscet, utique potest licentiam concedere.

1502 Licentiari potest Oeconomus Monialium ad reperiendam in Archivio scripturam, quæ à Monialibus reperire non potest.

1503 Item Notarius cum testibus ad stipulandum testamentum Novitiæ infirmæ.

1504 Licentiari possunt fœminæ timoratæ confidentiæ ad serviendum infirmis, aut decrepitis, si Conversæ sint insufficientes. Donat. *cit. quæst. 29.* & Pelliz. *cit. n. 128.* cum pluribus, quia tunc sumus in casu necessitatis; quia non debent Moniales diu desistere à Choro. Et Trid. *sess. 25. cap. 5.* absolutè loquitur: *in casibus necessariis.* Et ibi poterunt permanere, usquequò sufficiant Conversæ. Non posse autem ab Episcopo licentiari, si Conversæ sint sufficientes; quia Episcopus licentiam dare non potest, nisi in casibus nedum necessariis.

1505 Fœminæ sæculares admitti non possunt pro famulatu particularium Monialium extra casus necessitatis, sinè S. Congr. licentia. Fœminæ servientes cum licentia admissæ, debent servare Clausuram: quòd si semel egrediantur, non possunt admitti.

1506 Licentias concedere ingrediendi Monasteria exempta, seu Regularibus subjecta in casibus necessariis, non spectat ad Superiores Regulares privativè quoad Episcopos, sed cumulativè. S. Congr. 13. Nov. 1610. Superior Regularis debet eas observare post Episcopum. S Congr. 16. Februarii 1627. Et nihil debet addere, aut variare. Matthæucci *tom. 1. ver. Clausura Monialium n. 26.*

1507 Possunt intra Monasteria admitti puellæ educandæ, quamvis earum ingressus non ordinetur ad finem Monachatum suscipiendi. Sex autem sunt servandæ conditiones. 1. Ut id fiat de licentia in scriptis Ordinarii, qui respectu non exemptarum est Episcopus, respectu exemptarum Superior Regularis. 2. Ut fiat de consensu Superiorissæ, & Monialium, capitulariter præstito. 3. Ut eo vestitu incedant, qui virginali pudicitiæ, & modestiæ convenit. 4. Ut nullam secum famulam ducant. 5. Ut eo tempore eandem servent Clausuram, quam Moniales, ità ut si semel exierint, non possint redire. 6. Ut non ingrediantur minores septem annis, nec ibi morentur supra annos 25. suæ ætatis. Quo elapso tempore, si non eligat statum Monachatûs, aut non exeat, Ordinarius debet ei præscribere tempus ad deliberandum; quo elapso, licèt non incurrat censuras, cum jura de hoc casu minimè loquantur, peccat mortaliter, si habitum non suscipiat, aut exeat.

Hæ sex conditiones præscribuntur à Sac. Congr. 31. Augusti 1575. pro Monasteriis, in quibus ex consuetudine, aut designatione solent admitti educandæ.

1508 In aliis autem Monasteriis, ultra licentiam Ordinarii, requiritur etiam S. Congreg. Episc. & Regul. licentia. Ex Decr. S. Congr. 27. Maji 1603. Pelliz. *cit. c. 5. à n. 176.*

1509 Ulterius aliæ duæ requiri solent conditiones. 1. Ut pro dictis puellis quolibet se-

mestri alimenta anticipatè solvantur. 2. Ut habitent in loco separato à Monialium dormitorio.

1510 Requiritur licentia S. Congr. ad conjugatas recipiendas, nisi in casu raro, ut in *nu.* 1493. Item ad recipiendas viduas, nisi istæ ingrediantur ad Monachatum suscipiendum. Donat. *tom.* 2. *tr.* 5. *q.* 28.

1511 In licentiis, quæ solent à Papa concedi fœminis nobilibus ingrediendi Monialium Monasteria, plures solent conditiones præscribi, quæ sunt omnino legendæ, & observandæ.

Inter alias est, ut ingrediatur associata à tribus matronis, quas semel electas variare, & mutare non possit, nisi alicujus earum obitu eveniente, & quòd Monasteria ingrediatur pro tribus vicibus in totum, non autem eorum singula quolibet anno.

Hinc fit. 1. Ut non possit tribus vicibus singula Monasteria ingredi, sed solùm tribus vicibus in totum. 2. Ut non possit ingredi cum duabus matronis, quia tres sunt præfixæ ad ejusdem custodiam, & conditio se habet, ut forma brevis. 3. Ut eas electas non possit ad libitum mutare.

Quòd si aliqua infirmetur, sit absens, aut sinè fraude recuset; tunc Pelliz. *de Monialib. c.* 5. *num.* 137. cum Peyr. & aliis putat, quòd aliam substituere possit; quia gratia est favorabilis; unde prohibere videtur mutationem sociarum voluntariam, minimè necessariam; eò maximè, quia ea propriè non dicitur mutatio, sed suppletio; ità ille.

1512 Moniales non possunt malefactorem fugientem intra clausuram admittere; quia rigor clausuræ prævalet privilegio immunitatis.

Quòd si casu janua aperta, ipse ingrediatur, tunc possunt satellites de licentia Ordinarii illum nolentem cogere, ut exeat. Imò si Superior longè absit, sufficit confessio baptismæ, & discretarum; quia mora hoc di malefactorum est periculosa, & timo cris Sponsis Christi. Hic tamen vi exu reponendus est in loco sacro, ut immun gaudeat, si non sit delinquens super ex bus exceptis; quia remotus fuit è loco & immuni.

Idem faciendum est, & servandu aliquam Monialium Ecclesiam confugi liz. *de Monial. c.* 5. *à n.* 131. *ad* 134.

1513 Eodem modo est respectivè di rendum de ingressu quoad expellendo exire nolentes, & in similibus casibus sitatis; & attendendum est, an periculu mora.

EGREDI

1514 E Clausura non possunt Mon professæ sub excommunica reservata Papæ, de qua infrà de casibu vatis.

1515 Dantur autem à jure causæ tatis ad licitè egrediendum: Tales sun mia, lepra, pestis, incendium, bellum, m datio, mina domûs, & similes. Caus miæ, lepræ, pestis, debent esse omnino p sos Superiores, maximè per Ordinario rum, in scriptis approbatæ: Hic venit firmitates contagiosæ, malum Monaste aut majori parti minantes.

1516 Incendium debet esse magnum ut Moniales illud extinguere non possint.

1517 In casis incendii, belli, inun nis, &c. expectari debet Superioris licen & judicium; ipse namque debet prius & peritorum prudentia judicare, an cas sit gravis periculi, & necessitatis, & p stea licentiam concedere, & providere cessitati simul, ac securitati. Quòd si m pus non suppetat, sed periculum sit in mo

tunc est necessarius Superioris iæ, & discreta-
rum consensus. Mendo *ver. Moniales n.* 15.
Pellizz. *de Mon. cap.* 5. *sect.* 2. Melphi *in comp.*
cap. 11. *stat.* 7.

1518 De exitu Monialis ad fundandum, aut reformandum Monasterium, ad arctiorem Religionem, ratione incorrigibilitatis, &c. agunt Pellizz. *cap.* 8. *n.* 46. *ad* 56. *& cap.* 14. 15. & 21. Melphi *cit.*

CAPUT VI.

DE RELIQUIIS.

1519 Reliquiæ insignes sunt Caput, Crus, Brachium, aut illa pars corporis, in qua passus est Martyr, dummodo integra sit, & non parva, legitimè ab Ordinariis approbata. Urb. VIII. in princ. Breviarii; unde cætera, digitus, &c. vestes Sanctorum, &c. non sunt Reliquiæ insignes.

1520 In Ecclesia, ubi est Reliquia insignis, datur festum Officium de eo Sancto.

1521 Mortale, & sacrilegium committit, qui Reliquiam furatur, etiam devotionis prætextu. Com. quia devotio non dat jus ad rem alienam, aut inferendum injuriam alteri. Dian. *tom.* 1. *p.* 2. *tr.* 14. *q.* 56. *n.* 5.

1522 Parvitas materiæ à mortali excusat, licet simul concurrant. 1. Si sit pars minima. 2. Si in Ecclesia illa sint aliæ ejusdem Sancti partes. 3. Si non sit Reliquia rara. Ob cujus conditionis defectum, mortale erit furtum minimæ partis Sanctæ Spinæ, aut Crucis. Diana *p.* 5. *res.* 35. quia minima pars talis Reliquiæ, ratione raritatis censetur notabilis. Et ideo datur aditus, ut per plura venialia furtiva possit spoliari Ecclesia insigni, & rara Reliquia, qualis est Crux, & Sancta Spina.

1523 Non peccat laicus, si reverenter Reliquias tangat, liquet ex usu fidelium, qui Reliquias ad collum appensas deferre solent. Bonac. *disp.* 8. *de leg. q.* 1. *pun.* 4. *n.* 7.

1524 Et quamvis irreverentia sit, cum Reliquia, aut Agno Dei fornicari, non est tamen talis, ut speciem sacrilegii contrahat. Bonac. *p.* 4. *de Reliq. n.* 8. Bord. *res.* 117. *n.* 34. quia non violatur locus Sacer, aut persona Sacra, nec Sacramentum; & Reliquia solùm materialiter, seu concomitanter, & per accidens se habet ad fornicationem: *v. nn.* 1533.

1525 Reliquias repertas Sanctorum jam canonizatorum recognoscere, & approbare, spectat ad solos Episcopos de Theologorum, & aliorum piorum virorum consilio, antequam adorationi exponantur. Conc. Trident. *sess.* 25. *in princ. c. de Reliq. & Vener. Sanct.*

Consilium Theologorum est tantùm consultivum; unde potest Episcopus contra illud decidere: attendere tamen tunc debet, ut proprium judicium sit rationabilius, & firmius. Quòd si non valeat se resolvere, sed sistat in dubio, recurrendum est ad Metropolitanum in Concilio Provinciali; & tunc Episcopi Concilii habent votum decisivum; quia sunt collegæ in exercitio Concilii; & à Concilio decisio petitur, non consilium. Requiritur autem major suffragiorum pars.

1526 Ad probandum, & decidendum identitatem Reliquiarum, non requiritur evidentia, & certitudo physica; aliàs neque miracula pro canonizatione Sanctorum possent probari; quia quolibet miraculo posito, semper est intellectui, aliquid invenire, quod possit opponere, & locum dubitationi aperire. Diana *par.* 2. *tr.* 15. *res.* 51. Ambr. Morales *apud ipsum.*

Sed sufficit certitudo practica, seu moralis, ex rationibus probabilibus orta, animum prudentis moventibus ad verisimiliter, & piè credendum, ità esse, ità ut nihil sit, quod dedeceat, aut contradicat

Constat

Constat ex verbis Conc. *Quæ veritati, pietati consentanea judicaverit. Et ex c. Placuit, de consecr. distinct.* 1. Ubi Reliquiæ illæ venerandæ dicuntur, quæ sunt certæ, hoc est, non evidenter, sed ex rationibus probabilibus. Et ille certus dicitur, qui probabiliter, non temerè cepit. Nal. & Silv. apud Dianam *cit.*

1527 Hoc præmisso, pluribus modis potest identitas Reliquiarum probari. Primò, Bullis Pontificiis, aut instrumentis publicis, sive instrumentum sit confectum per personam Ecclesiasticam, sive laicam; Notario námq; fides datur ob conditionem personæ publicæ, & juratæ, ratione officii.

Secundò, probat scriptura authentica, subscripta scilicet à Superiore, & duobus testibus, vel quæ habet sigillum, & Superioris subscriptionem.

Scriptura non authentica, si sit antiqua, & apud Reliquias reperta, probat. Hostiensis *in c. 3. de Reliq.* & ex pluribus juribus apud Graff. *part. 1. lib. 2. c. 66. n. 18.* Quod est verum, si non agatur de præjudicio tertii; tunc namque scripturæ non creditur, nisi sit subscripta, & authentica, *c. Cum à nobis, de testibus.* Glossa *ver. subscriptione c. 4. distin.* 110. Graff. *cit. n. 35.* Vel nisi ex approbatione Reliquiæ vi talis scripturæ, aliquid certò moraliter sequatur, quod veritati Reliquiæ contradicat.

1528 Tempus antiquum dicitur, quod est sexaginta annorum. Bord. ex pluribus *resol. 313. n. 45.*

Pariter probant. 3. Memoria hominum, & traditio, seu publica vox. 4. Lapis marmoreus, aut inscriptio nomen continens Sancti, ubi Reliquia reperitur. 5. Juramentum probi hominis. 6. Conditio loci Altaris; quia Altaria non consecrantur sine appositione Reliquiarum.

1529 Reliquiæ, & Imagines adorantur eodem cultu, quo personæ; quia illis debitus cultus relativus competit. Com. ex dictis 169. de alienatione, & translatione rerum 974. de venditione: *v. n.* 1205.

AGNI DEI

1530 POtiùs censendi sunt sacræ Imagines, quàm Reliquiæ; quia Christum Dominum mysticè repræsentant. Quaricatus *c.* 15. *pag.* 25.

1531 Gregor. XIII. Const. 2. *Omnipotentis studio*, sub excommunicatione ipso facto incurrenda, non tamen reservata, prohibet: *Ne quisquam Agnus Dei per Romanos Pontifices benedictos, depingere, minio aut auro, aut colorem superinducere, neque fingi, aut mintiari facere, nec illos venales proponere, seu tenere audeat.*

1532 Unde non potest quis vendere agnos Dei albos, ratione materiæ intrinsecæ. Azorius *tom. 1. lib. 9. c. 9. quæsito 5. ver. Quæ* contra Dianam *par. 3. tr. 6. res. 12.* Suarez, & alios apud ipsum. Ratio est, quia Gregor. non prohibet de Agnis Dei benedictis picturam, & venditionem simultaneo conjunctum, sed tanquam duos actus distinctos, ut constat per particulam *Nec.* Solum fateor, quòd possit aliquid accipere ratione expensarum in asportatione factarum.

Dixi, *ratione materiæ intrinsecæ*; quia ratione materiæ extrinsecæ, auri, argenti, qua solent aptari, & extrinsecè ornari, posse, non est dubium.

1533 Non est sacrilegium dare Agnum Dei, aut Reliquiam, ex benevolentia, & gratitudine, licèt sit irreverentia. Sacrilegium tamen esset, si daretur in solutionem ob injuriam rei sacræ; nam res sacra pretium turpis lucri: *v. n.* 1514.

1534

1534 Laicus eos tangens, si absit contemptus, non peccat, ex usu.

1535 In eorum confectione intercedit sanctificatio; eorum autem materia, & virtutes explicantur versibus:

Ballamus, & munda cera cum Chrismatis unda
Conficiunt Agnum, quòd munus do tibi magnum.
Fonte velut natum, per Mystica Sanctificatum,
Fugura deorsum depellit, & omne malignum.
Peccatum frangit, ut Christi sanguis, & angit.
Plangens servatur simul, & partus liberatur.
Dona defert dignis, virtutem destruit ignis.
Portatus mundè, de fluctibus eripit undæ.

CAPUT VII.

DE TENTATIONE DEI.

1536 TEntatio Dei, *est dictum, vel factum, quo quis explorat, num Deus adsit, vel perfectionem habeat*: est duplex, formalis una, & est, quando adest expressa dubietas de aliqua perfectione, ut si quis se det præsentem turri, ad experiendum, num Deus sit omnipotens, eum à læsione liberando, de quo dubitat, & hæc est mortalis; quia est gravis irreverentia, juxta illud dæmonis Christo: *Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant.* Implicita, & interpretativa alia; & est illa, cui prævia dubitatio de est; & tunc habetur, quando quis, licèt non intendat Deum tentare tamen, vel agit, quòd suaptè natura tentare videtur; ut si quis in gravi morbo media naturalia omittat, nempè medicinam, sperans, aut petens à solo Deo effectum. Hæc ut plurimum est venialis ob imperfectionem actûs, ignorantiam, inconsiderationem, aut parvitatem periculi; imò nullum peccatum, si juxta causa adsit, v. gr. Dei instinctus, necessitas, pia utilitas: per accidens tamen potest esse mortalis ratione materiæ, si sit periculum gravis mali, ut si quis advertenter in puteum se projiceret ad ostendendam Dei erga se providentiam.

Bonac. *tom.* 2. *pag.* 255. Tambur. *tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 5. 2. Busemb. *lib.* 3. *tr.* 1. *c.* 2. *dub.* 1. Bertaldus 1. *præcept. punct.* 3.

1537 De hæresi, fusè actum est *in tom.* 2. *n.* 258. *à n.* 289. *ad* 239. *& à n.* 281. *ad* 296.

DE II. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non assumes nomen Dei sui in vanum.

CAPUT I.

DE BLASPHEMIA.

SAtis dictum est *in tom.* 2. *à num.* 210. *ad* 221.

1538 Facere dæmonium sanctum, licèt in se sit blasphemia hæreticalis, in Regno tamen Siciliæ, ob consuetudinem, non reputatur blasphemia hæreticalis, sed simplex, ut *in tom.* 2. *n.* 215. Imò à viro dignissimo, & S. Inquis. Ministro, æquè perito, ac docto, audivi, idem per totam Italiam servari. Ex Declara. S. Ioquisit. Rom. de anno ferè 1605.

1539 Et licèt id sit regulariter verum; potest dari casus, quòd etiam in nostris Regionibus censeatur Blasphemia hæreticalis, ex adminiculis, & circumstantiis; putà si quis dicat esse Sanctum, & Sanctissimum; si non ratò, sed cum frequentia, ad omnem animi mo-

motum, etiam levem, & si alias blasphemias, ac maledictiones hæreticales annectat. His de causis in nostro Tribunali elapso anno 1701. fuit declarata suspecta de levi, & trium annorum exilio punita mulier in hujusmodi blasphemiam dæmonii Sancti assuetam prorumpere.

CONVITIUM.

1540 SEu verbū contumelioſum in Deum, & Sanctos, semper est blasphemia, non sic in cæteras creaturas, nisi specialiter in eis Divina Bonitas reluceat, ut in cœlo, & terra.

1541 Hinc si sit contra ventum, pluviam, locum, bruta, &c. est maledictio, & imprecatio, quæ non est per se mortalis, nisi fiat cùm expressa relatione ad Deum, aut eum deliberato desiderio damni proximi. Similiter de parentibus, & de aliis, quando filiis, aut amicis mala imprecantur; quia regulariter id non solet procedere ex odio, sed ex impatientiæ impetu; peccarent autem mortaliter contra charitatem, si advertenter, & deliberatè graviai lla mala desiderarent.

Mastrius *in Theol. mor. disp. 11. quæst. 3. nu.* 40. Bonac. *tom. 2. pag.* 252. Joan. de la Crux. *pag.* 15. Tamb. *tom. 1. lib. 2. c. 6. §. 4.* Busenb. *lib. 3. tr. 2. c. 1.* Fenech. *de blasph.* Bertaldus *x. prac.*

CAPUT II.

DE JURAMENTO.

1542 JUramentum, *est invocatio tacita, vel expressa divini Numinis, tanquam primæ, & infallibilis veritatis, in testem alicujus rei.* Differt à voto, quia Deum ut testem respicit, votum ut objectum, 2. quia votum non obligat, nisi sit de meliori bono, juramentum verò factū homini obligat, etsi non sit de meliori bono, ratione fidei dixi: *Factum homini*, nam si erit juramentum promissorium factum Deo, sequitur votum voti.

1543 Quando dicitur: *Juro hoc verum*; nil aliud addendo, non est juramentum. Allozza *ver. Juram.* ex Villal. quia non habetur invocatio expressa, aut tacita divinorum. 1. Quia hoc verbum *juro*, est de se differens, & conjungi potest tam cùm mentione divini Numinis, quàm cum invocatione alicujus creaturæ, in qua divina bonitas specialiter non relucet; ut *juro per salutem hominis honorati, &c.* 2. Quia non habetur invocatio expressa Dei, ut constat; nec tacita, seu virtualis, qualis esset, si fieret per Sanctos, vel per creaturas, in quibus specialiter divina bonitas, seu veritas relucet; quoniam nil tale additur: corroboratur ex regulis juramenti.

1544 Quod est verum, nisi ex circumstantiis aliud intelligatur; nam si interrogor sub vero juramento de veritate, tu dicas vel jam est determinatum ad juramentum.

1545 Non sunt juramenta: *Bona mea scientia. Per fidem meam. Per fidem Sacerdotis, Religiosi, hominis honorati.* Modus *juram.* quia non habetur respectus ad Deum testimonium, sed ad fidem humanam, vel ad fidem, quæ præstari debet Sacerdoti, Religioso, Nobili, &c. Pariter, *In veritate* ordinavi sermonis non est juramentum, nisi intendatur prima veritas.

1546 Eadem ratione non sunt juramenta *Sim infamis. Amputetur mihi manus si non* [illegible] *tior.* Gobat. *tom. 3. de juram. n. 489.*

1547 Sacerdos jurans coram judice non [illegible] pectore Sacerdotali, præstat verum juramentum; quia ex communi acceptatione, & [illegible] hæc forma jurandi exigitur à judice cum respectu ad primam veritatem, ut testem.

1548 Di[illegible]

1548 Dicere: *Demon sit dominus animæ meæ, si rapiat: Vivus non discedam hinc, si moriar: sunt verajuramenta execratoria.*

1549 Non sunt juramenta: *Giuro à Dio, per Dio, per vita mia, &c. che me l'hai da pagar.* Allozza, & Mendo *cit.* quianec dicuntur animo jurandi, nec accipiuntur ut juramenta, etiam à mulieribus; sed sunt quidam modi communinandi loquendi, ad excandescentiam alteri exprimendam, & indignationem.

Hujusmodi sæpè sunt juramenta mulierculæ vel berandi filios. Imò verum juramentum mortale non erit, si fiat ex vehementi ira, aut passione, ut jurans non plenè advertat.

1550 At si dicas: *Per vitam meam*, non jurando, sed enunciando aliquod esse verum, vel falsum; est juramentum, non minùs, quàm quando enuncias, *Per animam.* Pariter juramenta sunt: *Coram Deo, quia non mentior. Deus sit me dicere verum.*

1551 Hoc autem: *Deus scit meam conscientiam. Si dico verum. Si mentior.* Non est juramentum; quia est propositio æquivoca, & semper servat veritatem, sive id, quod dicit, sit verum, sive falsum.

Imò dicere: *Testis est mihi Deus, Deus scit, quod dico*; si enunciativè tantùm dicantur, ità ut solùm intendas enunciare, quòd Deus videat, non sunt juramenta, benè verò, si invocativè, ut intendas Deum in testem tui dicti invocare. Alarius *pag.* 310. *n.* 14.

1552 Nec est juramentum ex vi sermonis: *Tanto Angeli vengano all' anima mia, quanto dirò haverete voi*; nisi dicatur cum animo jurandi, quia non habetur respectus ad divinum testimonium, sed est modus loquendi, quo exaggerari solet quantitas pecuniæ alterius.

1553 Hoc verbum: *Par Deu*; quo solent uti in Sicilia uti, non est juramentum; quia non intenditur invocari Deus, sed est verbum assumi solitum ad propriam passionem exaggerandam. Imò plures id proferunt materialiter tanquam psittaci, nescientes, quid significet.

1554 Non est juramentum jurare per creaturas, in quibus nil divinæ bonitatis specialiter relucet, ut si dicas: *Juro per hanc barbam, per hanc vestem, &c.* quia non censentur adduci cum relatione ad Deum. Est autem juramentum, cum quis jurat per creaturas, in quibus Deus, aut ejus bonitas specialiter elucet, nempè per Sanctos, per sacramenta, per cœlum, & terram, animam, &c. quia tunc intelligitur ejus creator, inhabitator, &c.

1555 Jurare per creaturas ordinarias, est juramentum, si adducatur in obliquo Deus: v. gr. *Juro per hunc panem Dei*; vel si intendat adducere Deum in testem.

1556 Quando quis ex industria unum digitum supra alium apponit, sed veram Crucem non efformans, dicit: *Juro per hanc Crucem*; non est juramentum; quia non absolutè per Crucem sed per Crucem tunc efformatam, quæ reverà efformatâ non est.

1557 Dicere: *Sicut Deus est verus, sicut verum est Evangelium, &c. ita hoc est verum:* Si intentio sit adducere divinam veritatem in testem, & insuper comparare humanam veritatem cum divina, ut illa sit tanta, quanta divina; est juramentum, & blasphemia. Si intentio sit adducere divinam veritatem in testem, at non comparare, bene verò aliqualiter veritatem humanam divinæ assimilare, hyperbolicè loquendo, (ut communiter profertur,) est juramentum, sed non blasphemia. Deniq; si intentio sit aliqualiter assimilare, at non adducere divinam veritatem in testem, solùm enunciativè proferre; nec Juramentum erit, nec blasphemia.

JURAMENTI DIVISIO.

1558 Dividitur 1. in Assertorium: *Quo aliquid affirmatur, vel negatur.* 2. Promissorium: *Quo aliquid promittitur.* 3. Contestativum: *Quo Deus simpliciter ut testis invocatur.* 4. Execratorium, seu imprecatorium: *Quo Deus non solùm invocatur, ut testis, sed ut sibi, vel suis vindex, nisi sua dicta veritati correspondeant*; ut, Si hoc non fecero, vel si non est verum, tollat me Deus subitaneâ morte: & comminatorium: *Quo quis alicui promittit malum pœnæ*: v.gr. Per Deum te verberabo: in quo duæ sunt malitiæ specie distinctæ in confessione explicandæ, una contra charitatem, qua vult alteri malum, altera contra reverentiam, qua ad illud abutitur authoritate Dei, qui malum abutitur authoritate Dei, qui malum abhorret.

JURAMENTI COMITES.

1559 Ut licitè fiat, requiruntur tres comites, seu conditiones: *Veritas, Judicium, & justitia.* Jerem. 4. *Et jurabis: Vivit Dominus, in veritate, & in judicio, in justitia.* Veritas consistit in hoc, quòd res sit vera, aut ex gravi ratione, vel bona fide putetur vera. Judicium, ut scilicet juramentum non fiat sinè necessitate, gravi causa, aut utilitate, sed cum prudentia. Justitia exposcit, ut quod juratur, sit res licita, & honesta. Si desit veritas, est peccatum mortale, & dicitur perjurium; perjurium enim *est juramentum, cui deficit veritas.* Si desit judicium, regulariter est veniale. Si desit justitia, erit grave, vel leve, juxta gravitatem, vel levitatem materiæ. Contra primam conditionem non potest dari parvitas materiæ; quia veritas consistit in indivisibili: bene verò contra secundam, & tertiam. *Vide propos.* 24. ab Innocent. XI. *damn.*

1560 In juramento promissorio in intentione non datur parvitas materiæ, detrimen in executione; hinc si jurans habeat mum non adimplendi, quod promisit, non promittendi; vel jurat impossibile, quod credit se facere non posse; peccat taliter ex defectu veritatis, seu animi plendi, qui est gravis irreverentia in Deo verò in executione ex summa, quam fit, parum detrahat, non peccat mortal *in prop.* 25. ab Innoc. XI. *damn. v. d.*

1561 Qui vovet, jurat, aut contrahit monium cum animo non se obligandi tum, juramentum, aut ad aliquod m bonis matrimonii; peccat, sed votum mentum, aut matrimonium est invalidu verò vovet, jurat, aut contrahit matrimo cum animo non exequendi votum, jura tum, aut tria bona matrimonii, sed imp di v.gr. prolem; peccat, sed validè vove rat, aut contrahit. Ratio est, quia primu mus respicit actum primum, & subsequ voti, juramenti, & matrimonii; secundò actum secundum, qui accidit actui prim

1562 Ad jurandum extra judicium cit usus rationis, & ætas sufficiens ad ne dum, & peccandum.

1563 Juramentum potest per procura rem præstari, nisi aliud jure, aut consuetu provisum sit: hinc non admittitur procura ad testificandum. Non sufficit autem gene le, sed requiritur speciale mandatum; q debet procuratori constare, quòd domin rem procuret certa habeat, aut quòd ex animo p mittat; alioquin peccabit, & dominus man bit obligatus, minimè ex juramento, sed contractu ob facultatem generalem ad con trahendum, si contractus sit validus.

1564 Consuetus sæpe jurare cum verita te non peccat mortaliter.

Consuetus verò jurare sæpe verum, sæp falsum, sinè advertentia, an sit verum, falsum

falsum, peccare mortaliter, & esse in statu peccati mortalis, nimis rigidè tenent plures. Hæc enim sententia, & omnino certa est regula, ad peccatum actuale mortale requiri, ut actus sit voluntarius; adeóque cum plena advertentia, & libertate.

Hic igitur non peccat mortaliter. Alarius num. 24. tenetur tamen sub mortali, fugere occasionem proximam, putà ludum, aut familiaritatem ejus, qui est ei occasio sæpe fæminæ ejurandi.

Peccat autem mortaliter, qui advertenter putat, sinullam rationem habeat, an id, quod putat, sit ne verum, aut falsum; quia periculo perjurii se exponit.

1565 Juramentum non adimplere in re levi est veniale.

Qui juravit recitare singulis diebus unum Ave, & in fine anni nullum recitavit, non peccat mortaliter: qui verò juravit dare pauperibus singulis diebus unum obolum, in fine anni nullam dedit, peccat mortaliter; quia primus materiæ non coalescunt, bene verò posteriores; patet de eo, qui singulis diebus omittit materiam parvam Officii de præcepto, & de eo qui singulis diebus unum furatur obolum. Idem die de voto.

1566 Paganus jurans falsum per falsos Deos, peccat mortaliter; non quia sit verum juramentum, cum non sit invocatio divini Numinis, sed in sui existimatione; quia putat esse verum juramentum. Sicut ex conscientia erronea peccat, qui violat præceptum, quod non habere, licet revera non extet. Si autem fidelis paganus cognoscat, suos Deos esse falsos, non tenetur amplius ad juramentum; quia revera nullum fuit, sed solùm tenetur stare promissis ex fidelitate.

1567 Hinc peccat mortaliter, qui sinè necessitate inducit paganum ad jurandum per falsos Deos, ut cooperator ad actum Religionis indebitum, si quod juratur, est verum; insuper ad perjurium, si quod juratur, sit falsum; non peccat, si cum necessitate, & legitima causa. Alloza *ver. juram.* Ant. à Spir. Sanct. *tom.* 1.

1568 Pari ratione, peccat mortaliter, si inducis alium ad jurandum falsum, quod ille putat esse verum; ob irreverentiam, quam tu præstas Deo, quem revera invocare facit ut testem falsi, licèt ille à peccato formali excusetur ob bonam fidem.

QUÆRES

1569 *An liceat exigere juramentum ab eo, quem scit certò esse pejeraturum, vel juraturum per falsos Deos?*

1570 Certum est, 1. Nemini licere inducere alium ad falsò jurandum, vel ad jurandum per falsos Deos; quia cùm sint actus ab intrinseco mali, nulla ratione cohonestari potest eorum petitio.

1571 Certum est, 2. Non esse mortale, neque veniale, justâ existente causâ, exigere juramentum ab eo, quem tibi non constat esse falsa juratorum, aut per falsos Deos; quia in dubio delictum de nemine est præsumendum; alias nunquam liceret.

1572 Certum esse debet, 3. Non esse licitum, sed mortale, exigere juramentum ab eo, quem certò scis esse pejeraturum, aut per falsos Deos juraturum, si nulla extet legitima causa, sive ille non sit paratus, sive paratus jurare: quia quilibet tenetur ex charitate, proximi peccatum vitare, si absque suo incommodo possit, ut de cooperatione.

Difficultas igitur est necessitate, seu legitimâ causâ existente.

1573 Esse tunc licitum, sive in judicio, sive extra, docent Tamb. *tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 1. §. 4. Ant. à Spir. Sanct. *& Doctores communiter apud illos quia juxta causa excusat à culpa, quando exposcitur*

poscitur opus ex se indifferens, licèt sciatur illud cum peccato esse faciendum; & peccatum tribuitur ipsi juranti, qui potest illud non facere, quódque ipse petens non tenetur impedire cum suo detrimento.

1574 Justam causam dicunt esse, in judice, si exigat ratione officii; in persona privata, si exigat ratione sui juris tuendi, vel exposcendi, fraudes detegendi, pacta firmandi, aut ex alia honesta causa, & in Principe ratione fœderis firmandi. Ità docent Doctores communiter.

1575 Te tamen non pigeat legere, quæ D. Aug. *tom.* 10. *serm.* 2. de Decollat. S. Joan. Bapt. scripsit. Audi quæso Augustinum:

„ Scribite in cordibus vestris, quod dico: „ ille autem, qui hominem provocavit ad ju„ rationem, & scit eum falsum esse juraturum, „ vincit homicidam, quia homicida corpus „ occisurus est, ille animam, imò duas ani„ mas, & ejus quem jurare provocavit, & „ suam. Scis verum esse, quod dicis, & fal„ sum esse, quod ille dicit, & jurare com„ pellis? Ecce jurat, ecce pejerat, ecce pe„ rit: tu quid inveniisti? Imò quia & tu peri„ sti, qui de illius morte te satiare voluisti. „ Aliquid dicam, quod nunquam dixi chari„ tati vestræ in hoc populo, quod contigit in „ hac Ecclesia. Fuit hic homo quidam sim„ plex, innocens, bene fidelis, à multis ve„ strum, id est, Hipponensibus, imò ab omni„ bus cognitus, Tutuslymeni vocatus. Tu„ tumlymeni quis vestrûm non novit, qui „ estis cives? ab illo audivi, quod dico. Ne„ scio quis negavit ei, vel quod ei debebatur, „ & hominis fidei se commisit. Commotus „ provocavit eum ad jusjurandum, jurávit „ ille, iste perdidit; sed isto perdente, ille „ penitùs periit. Dicebat ergo iste Tutusly„ meni homo gravis, & fidelis, ipsa nocte se „ exhibitum fuisse ad judicem, & cum magno „ impetu, atque terrore se perveniisse ad [illum] „ sidentem excelsum quendam, & admi„ lem virum, cui parebat officium simul „ excelsorum; jussum fuisse perturbatum „ tro revocari, & interrogatum fuisse his „ bis; Quare provocasti hominem ad jura„ nem, quem sciebas falsum esse juraturum? „ Respondit ille; Negavit mihi rem meam. „ Responsum est illi: & nonne melius erat „ rem tuam quam exigebas, perderes, quàm „ animam hominis istius falsa juratione pe„ meres? Prostratus est, jussus est cædi, Cæ„ est tam graviter, ut in dorso evigilandum „ stigia plagarum apparerent; sed dictum „ illi, postea quàm emendatus est, pecca„ innocentiæ tuæ, de cætero cave ne fac„ Fecit quidem ille magnum peccatum, „ emendatus est, sed multò gravius pec„ tum faciet, qui post istum meum ser„ nem, & istam meam admonitionem, & o„ hortationem, tale aliquid fecerit; caveat „ falsa juratione.

His igitur præmissis.

1576 Dico 1. Licitum est personæ publicæ ut publicæ, minimè personæ privatæ, exigere juramentum ab eo, quem certò scit pejeraturum. D. Bonav. *in lib.* 3. *cent. dist.* 39. *art.* 2. *q.* 3. & D. Thomas 2. 2. *q.* 98. *art.* 4.

Rationem desumunt ex authoritate relata D. Aug. quia loquendo de persona privata (de qua loquitur Aug.) nulla potest affingi justa causa; justa námque causa maximè est tuitio juris, recuperatio rei, firmatio veritatis, pacti, &c. nil autem horum, imò contrarium obtineretur per juramentum falsum; inquam cum falsitate jurante, rem non esse tuam, tibi non debere, quod dicis &c. rem tuam non recuperas, sed potiùs perdis; imò sinè tua utilitate, insuper animam proximi perdis. Nec pura ratio privatæ personæ datur ad id tibi jus. Eo ipso igitur, quòd certò scit aliquem

aliquem esse pejeraturum, cessat justa causa exigendi ab eo juramentum; jus namque est tuendum cum fructu, aut cum spe fructûs, minimè cum certo damno, maximè animæ aeterno, sinè ulla spe fructûs.

1577 Hinc non alia ratione Doctores à peccato excusant petentem mutuum à mutuâtario, qui certò scitur mutuaturus sub usuris, nisi ex necessitate, & utilitate, quam reverà inde obtinet, *ut in num.* 572.

Tum quia tunc privata persona potest jus suum prosequi recurrendo ad Superiorem.

1578 Loquendo autem de persona publica, tali, adest justa causa; quia judex illud juramentum exigit ex juris ordine: & jus publicum, ac communis utilitas prævalet cuilibet juri privatæ personæ; unde licitè potest judex illud exigere ab eo, quem certò scit esse pejeraturum.

Licèt judex non prodesset privatæ personæ aliquo per recuperationem rei, quam illa petit, prodesset communitati; primò, quia haberet in aliorum exemplum, ut ab injuriis & injustitiis abstineantur, ne in has angustias devenant afficiendi se, si non pœna corporis, pœna animæ, falso juramento. Secundò; quia, si non posset licitè judex exigere juramentum ab eo, quem certò scit esse pejeraturum, possent perversi fingere se certò pejeraturos, ut sic à judicis interrogatione eximerentur, quod cederet in maximum Reipublicæ damnum. Ecce in persona publica, publicam utilitatem, justam causam.

1579 Dico 2. licitum est tam personæ publicæ, quàm privatæ, necessitate, seu justa causa præsente, exigere juramentum à Pagano, quem certo scit esse juraturum per falsos Deos, D. Bonav. *& doctores omnes* ut.

Ratio est, quia talis petitio juramenti à pagano, quam facit Christianus ad tuendum jus suum, ad firmum reddendum contractum, pactum, &c. est utilis tam ipsi personæ privatæ, quàm communitati fidelium; nam paganus, cum putet se peccare suum juramentum per falsos Deos factum frangendo, fortiùs illud servat, quàm plures fideles; si autem talis petitio juramenti à pagano non liceret Christiano, privarentur Christiani, agendo cum paganis, principali vinculo sua jura & pacta firmandi, quale est juramentum, quo vinculo gauderent solùm Pagani agendo cum Christianis; quod cederet in maximum detrimentum, & præjudicium Christianæ Reipublicæ; & Christiani in societatibus, & juribus evaderent pejoris conditionis paganis; communis autem utilitas, & publicum bonum prævalet cuilibet privato bono. Hinc Gen. 31. Jacob recepit juramentum à Laban Idolatra, & Mach. 3. Judas à Romanis Idolatris.

1580 Dices 1. Qui recipit juramentum per idolum factum, consentit illi: illud est malum, igitur consentit malo; ergo peccat.

Respondet D. Bonav. *cit.*

„ Quod in juramento facto per idolum, duo „ est considerare; videlicet ipsius Idoli vene- „ rationem, & exterioris verbi confirmatio- „ nem; habendo respectum ad primum, nulla „ licet juramentum ab idolatra recipere, nec „ exigere, nec facere; quia idoli veneratio „ est omnino detestanda: Si verò habeatur „ respectus ad secundum, sic licitum est ab „ eis recipere juramentum, maximè pro uti- „ litate communi; & sic recepit Jacob pro „ pace suæ posteritatis, & Judas pro pa- „ ce gentis suæ: & sic Christiani à Sarace- „ nis recipiunt pro pace, & utilitate commu- „ nitatis, &c. Qui recipit juramentum per „ Idolum factum, non consentit Idoli vene- „ rationi, sed veritatis confirmationi, ut fir- „ mum sit verbum, & solidum maneat pa- „ ctum, quantum ad hoc, non est ibi peccatum; „ quia

„ quia recipit, quòd suum est; quòd est verò
„ ibi malum est, detestatur; sicut pauper indi-
„ gens eleemosynâ, recipit eleemosynam
„ cùm murmure sibi datam, & non peccat;
„ quia sic placet elemmosynæ daito ita quòd
„ displiceat sibi annexa murmuratio.

1581 Dices 2. Illicitum est privatæ personæ ex causa exigere juramentum ab eo eo, quem scit esse juraturum falsum; igitur & ab eo, quem scit esse juraturum per falsos Deos.

Respondeo ex D. Bonav. *cit.* disparitatem esse; quia in juramento falso nil boni est considerare, sed solam veritatis subversionem, adeòque, qui exigit juramentum ab eo, quem certò scit esse juraturum falsum, exigit juramentum in veritatis subversionem; quod non potest esse sine peccato. Eò maximè, quia talis petitio est inutilis, ut ostensum est *n.* 1576. Quia verò in juramento per falsos Deos, est quid boni considerare, nempè veritatis confirmationem, qui exigit juramentum â pagano, quem certò scit esse juraturum per falsos Deos, illud exigit in veritatis confirmationem; insuper talis petitio est utilis, ut ostensum est, & ideo non peccat.

DE VERITATE PHYSICA, AUT MORALI,

1582 ET de certitudine ad veritatem requisita, plenè agit Scotus *in 3. dist. 39. qu. un. §. Quantum ad secundum*, & clarè Tamb. *lib. 3. decal. c. 2. §. 1*, ubi distinguit certitudinem moralem ex parte rei juratæ, & ex parte jurantis.

EX PARTE REI JURATÆ

1583 HAbetur, si res, de qua fit juramentum, ità se habeat secundum sensum humanum communem acceptationem aut consuetudinem.

„ *Hinc* (ait Tamb.) *non est condemnan-*
„ *Parochus*, si testificetur, suum Clericum
„ frequentasse toto anno Ecclesiam, cum
„ men per majorem solùm anni partem
„ nis officiis astiterit; id enim est moraliter
„ to anno frequentasse. Idem dic de Scho-
„ sticis, si testificentur aliquem ex suis scho-
„ simili modo frequentasse: excipe, nisi lex
„ universitatis, vel Ecclesiæ constitutionem
„ quirant annum mathematicum.

„ 1584 Excusavi olim Sacerdotem jun-
„ tem se in Parochia per Hebdomadam
„ rem Confessionibus excipiendis ope-
„ dedisse, juxta edictum Episcopi, sub
„ municationis latæ sententiæ id præcipi-
„ excusavi autem ex præfata doctrina, qu
„ licèt per aliquem diem abfuerit, mo
„ tamen semper ad fuit; unde etiam
„ communicatione eum liberavi. Quid
„ in alia, & non in Ecclesia Parochiali, con
„ siones audisset? Excusassem etiam non
„ tus; quia jam suum munus utiliter, fa
„ per æquivalens, objisset: Multò magis, si
„ fecisset in sua Ecclesia, cui fortè serv
„ ei enim, ejusque servitio non censendu
„ Episcopus præjudicare voluisse.

1585 Potiori jure in nostra Religione
cusarem Lectorem jurantem, *se per decem*
tegros annos sacram Theologiam perlegisse
per septem integros menses singulis annis
gisset; insuper jurantem, *se integro lustro*
*philosophiæ triennio satisfeciss*e, si philo
phiam, aut ejus partem nō perlegisset, sed
par tempus lecturâ Theologiæ supplevisse
quia in nostra Religione annus lecturæ co
stare debet ex septem integris mensibus, &
ctura logicæ suppleri potest per philoso
am, & philosophiæ per Theologiam, ut
tat Melphi *super constit. c. 5 stat.* 12. *q.* 5. §.

1586 Hæ

1588 Hæc etiam (ait Tamb.) locum habent in juramento promissorio , commercio , &c. ut 1. Si jures alicui infinitas gratiarum actorum , 2. Si mater juret filium rigidiorem se occisuram, caput fracturam,& dominum famulos puniturum , 3. Si turbanitatis causâ jures te primum non egressurum è janua, non transiturum per viam ; quia ad horum veritatem sufficit, ad 1. ostensio extraordinariæ gratitudinis, ad 2. positio filii qualiscumque si sit reprehensio. Tum quia regularitèr intervenit causa abexecutione excusans , puta emendatio, domûs turbatio,amici intercessio,jurat ad favorem cujus fuit juramentum emissum, remissio , &c. Ad 3. animus qualis quilibet egrediendi, non transeundi : unde non peccas,si non adimpleas; hæc nâmq; per ea verba secundùm sensum humanum,& accommodationem intelliguntur : ità doctè Tamb. Item de juramento puerorum accusandi condiscipulos apud præceptorem.

EX PARTE JURANTIS

1589 Certitudo moralis adest, quando jurans prudenter putat rem ità se habere, non levi conjecturâ ductus,sed certâ,verisimili,aut probabili. Quo præmisso.

1588 Dico cum Scoto *cit.* in odiosis,putà in contractibus,& quoties est periculum damni proximi , non potest quis jurare absolutè rem esse, aut non esse , nisi adsit certitudo scientiæ,seu physica.

In favorabilibus verò , in quibus nullum adest damnum, & præjudicium tertii , ad absolutè jurandum sufficit certitudo moralis, seu credibilitas;

1589 Ratio est; quia in odiosis juramentum habetur pro certo,in favorabilibus habetur pro credito. Injustum enim est in odiosis, ut detur sententia physicè certa penè physicæ damni, damni, &c. pro testimonio credito , seu moraliter , non physicè certo ; quæ ratio cessat in favorabilibus , adeóque datur locus favori, ut sufficiat certitudo moralis, seu credulitas. Quod probatur ex Decretali *lib.* 1. *tit.* 12. *de scrutinio in ordine faciendo,cap. un.* ubi dicitur, quòd Archidiaconus testificans Episcopo promovendum esse dignum ad ordinem, non peccat , licèt non physicè certò sciat , sed solùm sciat, quantùm humana fragilitas finit noscere, seu ex judiciis probabilibus;quod est testimonium de credulitate. Unde sequitur Scotus :

1590 *In promotionibus igitur talibus , sive ad ordines, sive ad quascunque dignitates, &c. puta in universitatibus ad magisterium , in Religionibus ad prælationem , vel ad aliquos alios actus , si sit consuetudo approbata , quòd* „ *tales responsiones sub juramento præstito,* vel „ sub fide data , vel sub obedientia promissa , „ non debent intelligi , nisi de credulitate , „ quantùm finit humana fragilitas noscere , „ cùm illum, quem non novit indignum , de„ beat æstimare dignum; omnes tales respon„ siones debent intelligi de illo secundùm „ consuetudinem communem , nec respon„ dentes peccant in aliquo , quamvis sic pro„ motus non sit dignus.

1591 Ritè autem Tamb. advertit, quòd licèt ad prudenter,& sinè peccato operandum sufficiat probabilitas bonæ actionis; ad jurandum verò , ob reverentiam juramenti, non quævis probabilitas sufficit, sed ea, quæ certitudinem moralem pariat,quæ scilicet, quamvis non pariat evidentiam physicam , ità firmet prudenter intellectum in illam partem , ut nullam prudentem formidinem relinquat de oppositum, sed metaphysicam,minimè practicam, nisi levem. Explicat Exemplo.

„ 1592 Probabile est,sacerdotem Religio„ sum aliàs consuetum quotidiè celebrare,hoc „ manè celebrasse : possum ergo sinè culpa

„ mendacii, & prudenter affirmare, eum „ Missæ sacrificium hoc manè obtulisse: at „ non possum id ipsum jurare; quia licèt pro„ babile sit, non est tamen certum: quòd si „ accedat dictum alicujus fide digni, qui mihi „ testatus sit, vidisse illum Sacerdotem hoc „ manè celebrantem, possem jurare; quia tale „ testimonium facit rem moraliter, & suo mo„ do certam.

„ 1593 Unde Scotus *cit.* ait: Universali„ ter autem, sive in favoribus, sive in odiis, „ jurans de illo, cujus oppositum magis cre„ dit, vel de illo, de quo est dubius, ideò quod „ non magis assentitur uni parti, quàm al„ teri, peccat mortaliter; quia adducit Deum „ tamquam testem ejus, quod neutro mo„ do est sibi certum, quo deberet esse cer„ tum.

1594 In favorabilibus igitur requiritur, & sufficit certitudo moralis; etiam in judicio, quando petitur informatio personæ, v. gr. de vita, fama, & similibus; quia *Cum non intendatur à judice* (ait à Tamb.) *certitudo de visu, satis est certitudo moralis ex auditu*, ex Sanchez; *siquidem metaphysica, & omnimoda de his, nec haberi, nec quari solet.*

1595 Et hoc maximè, si petatur informatio de parentatu, puta de Avis, & de longo tempore, videlicet 50. aut 60. annorum; tunc, ut quis testetur eos esse bonæ famæ, bonos Christianos, &c. sufficit, ut non noscat eos esse in aliquo Tribunali, aliquo delicto, aut errore notatus, nec rumorem de illis, & malam famam audierit.

1596 Insuper subdit cum Hurtado: *Scholasticus volens probare cursum ad quod eget duobus testibus, adhibere potest duos amicos, qui illum non viderunt interesse lectionibus, sed satis sibi persuadent illum interfuisse: at non possunt jurare, se id vidisse.*

1597 In contractibus autem, & negotiationibus humani commercii, ac in sententiis rendis. etiam fragatur de favore, & in tia, non sufficit certitudo moralis, quæ ex auditu etiam fide dignissimi; tamet quia in illis judex juridicè interrogans, dit interrogare, non de quacunque certo, sed de certitudine scientiæ, intendit interrogare testem, ut per eum habeat plenam probationem, quam non facit certudo moralis unius testis ex auditu cujus de digni; quàm intentionem legitimè judex ob bonum publicum, cui cedit utilitas; testis autem juridicè interrogatus netur respondere juxta mentem judicis, mè interrogantis; alioquin ruerent omnia mana judicia.

1598 Hinc [ait Tamb.] Quòd si quis dignus carens testibus adhuberet duos ad recuperandum suum creditum, quæ à debitore negatur; si hi testes deponerent certa scientia crediti, non tenerentur quis ad restitutionem; quia cum essent moraliter certi de credito, non peccarent contra justiam commutativam; peccarent tamen moraliter contra fidelitatem, non testificando mentem judicis, qui quidem non intendit titudinem moralem, sed scientiæ physicam.

ACCEPTILATIO

1599 Est habitio rei pro recepta, quæ pliciter contingere potest cum ramento. Ità Tamb. *cit.* cum quo.

Primò. Creditor in pecuniam, aut dotem contra Paulum volens remittere, aut gratis donare: jurat coram Notario, se pecuniam aut dotem recepisse. Licitè jurat; quia communi acceptatione, & consuetudine tunc verba non sumuntur, ut significant propriè; quia tunc esset perjurium: sed improprie quatenus pro receptis habet; & talis accep-

tio æquivalet veræ receptioni. At, quando jurat, habere debet animum verè remittendi, aliquin erit mendax, & perjurus.

1600 Cùm hoc autem ſtat, quòd poſſit certam ſpem, aut mortalem certitudinem habere, quòd ille non ſit remiſſionem acceptaturus, aut quòd ſit ſtatim retrodonaturus; quia per hoc non tollitur, quin verè remiſerit.

1601 Imò poteſt, antequam juret, cum illo paciſcere, quòd non acceptet, aut quòd poſt horam, diem, &c. retrodonet, dummodò inde nullum ſequatur præjudicium tertii.

1602 Secundo. Creditor in pecuniam, certus de fidelitate ſui debitoris, jurat coram Notario, ſe pecuniam ab eo recipiſſe; licitè jurat; quia hìc requiritur ſola certitudo moralis, & jam creditor eſt moraliter certus, quòd debitor ſit proximè ſoluturus, & quamvis moraliter certò habituri, moraliter, & juxta humanum modum loquendi, tunc habere dicimur.

1603 Tertiò. Petrus creditor Pauli in centum, debet Antonio alia centum; ne autem Antonius intentet ſequeſtrum, & pro ſe exigat centum, quæ debet Paulus Petro: Petrus jurat coram Notario, ſe recepiſſe diſcentum à Paulo, quæ revera non recepit, ſed ſolum habet pro receptis. Licitè jurat, ſi jus Antonii ſit incertum, aut Petrus habeat juſtum ſolvendi illa centum Antonio; quia jus Petri in centum contra Paulum eſt certum; jus verò Antonii in Petrum non eſt certum. Unde Paulus habet jus reddendi tutum ſuum creditum contra Paulum; quilibet enim habet jus tuendi ſuum, omni majori ſecuritate, quia poteſt; & huic acceptilationi favet decem.

Si verò jus Antonii in centum contra Paulum eſt certum, & Petrus non habet aliunde juſtum ſolvendi ea Antonio, acceptilatio eſt injuſta, & mortalis contra jus Antonii, de recuperando ſuum omni meliori modo, quo poteſt. Imò ipſe Paulus dictæ acceptilationi conſentiens, ob eandem rationem peccaret mortaliter, ſi id ei conſtaret; at ſi id neſciat, poteſt licitè ei conſentire, quia poteſt putare Petrum habere ad id jus: quia nemo judicandus eſt malus, niſi certò conſtet; & ſicut poteſt ipſa centum ſolvere Petro, ità poteſt confeſſionem receptionis à Petro acceptare; nam Paulus eſt obligatus ſatisfacere ſuo creditori, & non quærere aliorum jura contra creditorem. Ità Tamb.

DE OBLIGATIONE JURAMENTI PROMISSORII

1604 JUramentum promiſſorium eſt multiplex, videlicet: Doloſum, Incautum, Per ſe ſtans, aut confirmans contractum. Coactum. Et errore, vel dolo extortum.

JURAMENTUM DOLOSUM

1605 TRipliciter fieri poteſt, 1. Quando quis jurat ſinè animo jurandi; 2. Sinè animo ſe obligandi; 3. Sinè animo adimplendi: *v. num.* 1560. 1561.

1606 Certum eſt, 1. Quòd, qui intendit verè jurare, habet virtualiter animum ſe obligandi, quia obligatio vel eſt de eſſentia, vel paſſio inſeparabilis juramenti, 2. Quòd jurans cum animo nō adimplendi, peccat mortaliter ex defectu veritatis; qui enim ſe obligat ad aliquod, & ſimul habet animum illud non implendi, mentitur, & tenetur adimplere, 3. Quòd jurans ſinè animo jurandi, aut cum animo expreſſo ſe non obligandi, non teneatur in foro interno adimplere, licèt poſſit in foro externo cogi; quia revera non jurat, ſed ſimulat, & nulla actio humana obligationem inducit ſinè voluntatis conſenſu; & voluntatis conſenſus non habetur, ſi non habea-

tur intentio faciendi id, quòd obligationem causat.

1607 At qui fictè juravit puellæ, se eam ducturum in uxorem, quæ ob id passa sit violari; tenetur eam ducere, nisi conditio sit valdè dispar. Allozza *ver. juram. num.* 52. Difficultas tamen est, *an jurans sinè animo jurandi, aut cum animo expresso se non obligandi, peccet, & quomodo?*

Et quidem certum est, cum Scoto *in* 3. *dist.* 39. *q. un. K.* quòd, si hic juret sinè animo adimplendi rem promissam, peccet mortaliter; quia ex una parte mentitur, nam verbis promittit dare rem, & interiùs habet animum non dandi. Ex alia parte, licèt revera non juret, cum habeat animum non jurandi, seu non se obligandi, fingit tamen jurare; fingere autem nominare Deum in testem falsi, est gravis Dei irreverentia; sicut enim prima veritas non potest sinè gravi irreverentia, & peccato, fictè, & simulatè verbis externis negari; ità neque fictè, & simulatè verbis externis in testem falsi invocari.

1608 Si verò hic juret cum animo implendi, sed solùm sinè animo jurandi, & se obligandi; eum peccare mortaliter, si sic juret in judicio, docet communis; quia quilibet in judicio respondere tenetur secundùm mentem Judicis legitimè interrogantis; Judex verò petit verum, non fictum juramentum. Idem tenet communis in contractibus, ubi agitur de damno tertii.

1609 Extra autem judicium eum peccare solùm venialiter, tenent Cardenas *disert.* 18. Ant. à Spir. Sanct. *tom.* 1. *tr.* 5. *dif.* 1. *nu.* 61. 63. Tamb. *lib.* 3. *cap.* 3. §. 1. *nu.* 6. Alarius *de juram. num.* 35. & alii apud ipsos; quia Deus recipit juramentum, prout ex eo de procedit, *cap. humanæ aures* 22. *q.* 5. Et in hoc casu non adest mendacium, sed verum, nec adest juramentum cadens supra falsum: Non adest mendacium, sed verum; quia verbis externis, quæ rem promittit, correspondet animus non implendi; ex hoc autem, quòd non habeat animum jurandi, & se obligandi, solùm quitur, quòd juramentum non sit verum fictum; adeóque non datur juramentum dens supra falsum, & mendacium: quæ lùm daretur, si tunc juramento reflexo ret: *juro me jurare*; sola autem fictio juramenti, seu simulatio invocationis Divinitatis nii; qui est actus Religionis, non est grave reverentia, sicut regulariter non est grave reverentia, nec inde mortalis, sed venialis ctio orationis; & simulatio sanctitatis, Thoma 2. 2. *q.* 111. *art.* 4. ubi docet: *Non semper ipsa simulatio est peccatum mortale quandoque veniale: quod discernendum sine si repugnet charitati Dei, vel proximi peccatum mortale, puta cum simulat sanctitatem, ut falsam doctrinam disseminet, ut adipiscatur Ecclesiasticam dignitatem nus, vel quæcunque alia temporalia bona, quibus finem constituit.*

1610 Idem dicunt de contractibus bus nullum sequitur damnum tertii; contractibus, id quod magis vitari atte est damnum tertii.

1611 Dico autem, eum etiam extra cium semper peccare mortaliter. Cajet. *q.* 89. *art.* 7. *ad* 4. *dubium*, & novissimi hæc scripta pro mea sententia reperio, Dicuan de la Fuente, Hurtado *dif.* 12. *c.* 5.

Ratio est; quia qui jurat sinè animo jurandi, & se obligandi, licèt cum animo implendi assumit mendaciter nomen Dei ad decipiendum proximum, cum notabili injuria communitatis; adeóque peccat mortaliter. Sic detur. Hic námq;, licèt non committat mendacium circa materiam juramenti, committ mendacium in ipso formali juramento; nam verbis externis dicit se jurare, & interius

bet animum oppositum, & revera non jurat.

1612 Insuper ista ficta, & mendax invocatio divini testimonii ordinatur ad decipiendum proximum, cum notabili injuria communitatis, quia omnino periret fides humana, & religiosa, quæ habetur juramentis. Hinc haberetur gravis irreverentia Dei, & notabilis injuria communitatis.

1613 Inde fit, ut sententia opposita non parum scandali Reipublicæ afferat; nam ea data, cum etiam viri timorati, ex minima causa, fint faciles ad venialia, omnes possent facile eximi, ex quo nullus ampliùs in humanis commercis, & societatibus tutus esset de juramento; & sic ruerent, aut suspectosa redderentur humana commercia; quod cedit in grave damnum Reipublicæ.

1614 Item juramentum, & invocatio Divini testimonii, qui est actus Religionis, extra judicium redderetur ridiculum, non enim major fides præstaret quis simplici alterius dicto, quàm ejus juramento.

1615 Cæterùm in casu metûs, injuriæ, & coactionis; ut si juramentum extorqueatur à latronibus, potes etiam sinè veniali jurare sinè animo te obligandi. Alarius *cit.* dummodo mentis æquivocatione externata ad vitandum scandalum circa formale juramentum; quia tunc cessant inconvenientia præfata, & tuta dat actionem, & justitiam ad id. Imò dixerim, quis faciliter id de jurante præsumere posset.

1616 Jurare autem sinè necessitate cum amphibologia, & restrictione, non purè mentali, sed externata, extra judicium, & sinè gravi damno tertii, non esse mortale, sed veniale docet Allozza *ver. juram. n.* 4. cum Dian. & Soch.

JURAMENTUM INCAUTUM

1617 Est illud, quod cadit supra materiam illicitam, aut vanam, aut indifferentem, vel de se licitam; juramentum tamen super ea cadit negativè, seu abjurativè. Exemplum primi: ut si jures facturum malum proximo. Secundi: si jures non facturum opem perfectionis, opem misericordiæ, charitatis, non daturum eleemosynam, mutuum, non fidejussurum, &c.

1618 Juramentum incautum non obligat; ratio de primo constat; quia juramentum non est vinculum iniquitatis, aut levitatis, etiam si sit de malo levi: *& ex Reg. 58. juris in 6. Non est obligatorium contra bonos mores præstitum juramentum.*

1619 De secundo; quia ponit obicem motioni Spiritûs Sancti, & excludit opera virtutis. Imò sic jurans, peccat tam jurando, quàm implendo; & quidem mortaliter, si res sit graviter mala, ut si jures te alium occisurum; vel res licita sit graviter præcepta, ut, si jures, te non auditurum Missam die Festo, Secùs, solùm venialiter peccas. At si jures te facturum malum, sinè animo adimplendi, peccas mortaliter ex defectu veritatis in intentione, etiam si malum sit leve: *v. n.* 1541. 1586.

1620 Juramentum de non accusando, vel de accusando, absolutè, & generaliter emissum, est invalidum, quia comprehendit rem malam. Ratio primi; quia sæpè communi bono accusare expedit. Ratio secundi; quia pluries accusatio est contra charitatem, aut prudentiam, aut est materia odii, & vindictæ; emissum autem in casu particulari, quo non accusatio, vel accusatio est licita, valet.

1621 Item juramentum de non incidendo per mare, de non transeundo per hanc, aut illam viam, &c. non obligat, quia est de re indifferenti, non cedit in Dei honorem, nisi sit ei adjuncta circumstantia honesta: v. gr. si talis transitus esset occasio peccandi.

1622 Juramentum autem de re indifferenti, licèt per se non obliget, obligat, si sit factum

juramento promissorio facto homini spectatur id, quod est gratum homini, non quod est melius, ad differentiam juramenti, & voti facti Deo, in quo spectatur, non opus indifferens, nec simpliciter bonum, sed melius, seu non impeditivum majoris boni. Unde tunc in juramento de re indifferenti Deus non est acceptor, sed solùm testis: *v. n.* 1542.

1623 Hinc, si jurâsti non vendere minoris, & non emere pluris, ex se non obligaris: at si id cedat in utilitatem tui filii, aut tertii, cui quod demis, proveniat, cuique id promisisti, obligaris, si tuum juramentum fuit ab illo acceptatum.

1624 Juramentum factum de re oppositarei per aliud juramentum promissæ, non obligat; imò peccat sic secundò jurans; quia est de re mala. Hinc, si jurâsti sponsalia, imò etiam si ea promisisti sinè juramento Bertæ, non valet juramentum de ducenda alia; quia hæc secunda promissio, licèt quantum est ex se sit bona, ex vi tamen prioris promissionis, aut juramenti, est reddita mala. Idem dic de Voto.

1625 Jurâsti te ducturum Rosam, quæ promissio fuit acceptata: postea jurâsti te ducturum Annam, inde Rosa voluntariè suam promissionem remisit: non teneris ducere Annam Tamb. *n.* 8. quia secundum juramentum fuit invalidum, *& ex Reg.* 18. *juris in* 6. *Non firmatur tractus temporis, quod de jure ab initio non subsistit.*

1626 Jurâsti dare Paulo, quod promiseras Petro, qui acceptavit: Non potes adimplere; imò juramentum non tenet contra simplicem promissionem acceptatam.

1627 Juramentum de re nimis prodiga obligat ad partem, quæ prodiga non est, minimè quoad excessum; quia quoad illum est mala saltem venialiter, adeóque sinè peccato adimpleri non potest. Hinc juramentum de dando centum aureos meretrici, est intra dum intra lineam liberalitatis, aut juxta consuetudinem conditionis personarantis, & meritricis.

1628 Juramentum de dando pretio niæ non obligat; quia donatio simoniaprohibita jure canonico, aut divino.

1629 Juramentum à conjugibus exdia factum de non se petendo ad invicemtenet, *cap. tua nos de jurejur.*

1630 Quando materia juramenti estim licita, partim illicita; partim possipartim impossibilis: servandum est, qupartem licitam, & possibilem; quia l*37. juris in* 6. *Utile per inutile non*

1631 Pater jurans se verberaturum & dominus se puniturum servum, pomortaliter, si juret cum animo non adidi; regulariter excusat inconsideratio, a1541. Si verò juret cum animo adimplepostea voluntate mutatâ, id non exeqnon peccat, si cum causa; ut si judicet iexpedire, ne turbetur domus; & solùm nialiter, si mutatur sinè causa; quia idtere est quid leve, & modicæ considera*v. n.* 1586.

1632 Quoties igitur juramentum erre mala, utique non obligat, quia non est culum iniquitatis; nec tunc habet locum rentia juramenti, quia uti authoritate Dmalum agendum, est summa irreverentihinc universaliter juramentum de re imprudenti, aut exclusiva actus honesti, virtutis non obligat.

QUÆRES

1633 *Magistro, qui tibi aperuit secretaartis, putà medicaminis, jurâsti illud non manifestaturum. An adhuc poteris illud aperire?*

RESP. cum Tamb. *num.* 65. cum distinctione: Nam vel manifestatio illius secre-

...ebit in damnum, aut præjudicium magistri, ...quatenus ille ea arte vivit, & secretum illud ...ad sobrietationem, aut existimationem ...suæ pertinet conducit: Et aliunde per eum, ...non alia medicamina in casibus occurrentibus ...possit sufficienter infirmis. Vel secùs. Si primum, ...non potes licitè aperire secretum; quia esset ...contra jus tertii; justum námque est, ut quis, ...præcipuè magister, lucrum ex sua privata scien-...tia importet. Si secùs, potes; quia tunc jura-...mentum non obligat, cum sit de re contra ...charitatem, & in præjudicium Reipublicæ, ...aut tertii, cujus bono non providetur.

JURAMENTUM PER SE STANS

1634 Dicitur, quod contractui, cui adjacet, nullam aliam obligationem ...ferat, nisi propriam Religionis.

JURAMENTUM CONFIRMANS CONTRACTUM

1635 Dicitur, quod contractui, cui adjacet, ultra obligationem Religionis ...infert obligationem justitiæ.

1636 Et quidem certum est, juramentum ...non posse confirmare contractus jure naturæ ...invalidos; hoc námque aliud non esset, nisi ...facere validos contractus in se jure naturæ ...invalidos; quod facere non potest, nec ex se, ...nec ex partibus. Non ex se; quia ex se, cum sit ...actus Religionis, non potest obligationem ju-...stitiæ, sed solius Religionis inducere. Non ex ...partibus; quia (ut ponderat Tamb.) id esset ...bona uni, & applicare alteri; quod ju-...stitiæ humanæ facere non possunt generaliter; sed ...tantùm ob necessariæ reparationis, & subven-...tionis bonum communis, & Reipublicæ.

1637 Difficultas igitur solùm procedit de ...contractibus validis, sed jure positivo rescin-...dibilibus, & de invalidis jure positivo.

1638 Prima sententia affirmat, juramentum confirmare contractus, ità ut duas obligationes inducat, Religionis, & justitiæ commutativæ, taliter quòd, si contractus est validus, sed rescindibilis, non possit rescindi, nisi priùs relaxato juramento: si est jure positivo invalidus, eum revivíscere faciat, reddat validum, & transferentem dominium. Adducunt exemplum; alienatio fundi totalis facta ab uxore est jure positivo invalida, si autem uxor addat juramentum, fit valida, ità ut etiam juramento relaxato, adhuc, teneatur uxor ex vi justitiæ stare alienationi, nisi post relaxationem juramenti, etiam ipsa alienatio à Judice rescindatur. Onnate *de contr. tr. 4. d. 11. sect. 4.* Ant. à Spir. Sanct. *t. 1, tr. 4. d. 1. sec. 16.* & plures ad eos.

1639 Secunda sententia, quam teneo, negat. Tambur. *t. 1. lib. 3. cap. 3. §. 6.* cum pluribus.

Dico igitur, juramentum nullum confirmare contractum; ac proinde contractui jure positivo invalido, aut valido, sed rescindibili, solùm addit obligationem Religionis, minimè justitiæ commutativæ, nec transfert dominium. Et ità juramento relaxato, non tenetur amplius uxor stare alienationi fundi dotalis.

Ratio est quæ supra. Nam juramentum id non habet ex se, nec ex jure. Non ex se, ut ostensum est; eò maximè quia est accessorium, adeóque contractum relinquit, ut est in se. Non ex jure; quia jura Canonica, quæ adducuntur, expressè nil aliud dicunt, nisi, quòd servari debeant, si sinè dispendio æternæ salutis servari possint, *ut in cap. ad aures, 3. & cum dilectus 6. tit. de jurejurando.* Quod optimè verificatur, si juramentum servetur ex vi Religionis; & onus justitiæ cum sit odiosum, non est sinè expresso jure præsumendum. Adde, plura jura expressè dicet

præ missò

præmissos contractus esse servandos in reverentiam juramenti.

1640 Ex his sequitur, non dari juramentum confirmans contractus.

His præmissis pro quovis contractu sive jure naturæ, sive jure positivo invalido, sit

REGULA GENERALIS CERTA.

1641 *Juramentum observandum est, & obligat, quoties sine dispendio æternæ salutis, & sine alterius præjudicio servari potest.* c. Si verò 8. c. Cum contingat 28. *tit. de jurejur. & c. Quamvis 2. de Pactis in 6.*

1642 In casu igitur juramenti cadentis supra contractum invalidum, contractus est servandus saltem per momentaneam solutionem, quæ statim repeti potest. Unde, si usuras solvere juraßi, teneris solvere, ob reverentiam juramenti, *ex cap. debitores 6.* quia illud potest sine peccato servari, ut modò dicam: at potes statim pecuniam solutam repetere; quia contractus usurarius est jure naturæ invalidus, & juramentum dominium non transtulit rei tuæ, quia minimè obligationem justitiæ commutativæ contractui contulit, sed Religionis, cui per momentaneam datione satisfit. Imò juramentum de non repetendis usuris à mutuatario factum, non tenet. *c. tuas, de usuris*; & hæc est ratio, cur in hujusmodi contractibus invalidis juratis, qui recipit, teneatur statim restituere, quia titulum justitiæ non habet, sed injustitiæ.

1643 Qui igitur juravit usurario solvere usuras, obligatur solvere. Nec sequitur, quòd juramentum esset vinculum iniquitatis; quia mutuo semel accepto, & juramento facto [quamvis acceptio, & juramentum fuerint illicita, quatenus non extabat necessitas, aut erat alius, qui mutuasset sine usuris] non est de re illicita, quæ sine peccato impleri non potest; nam solvere usuras non est peccatum, sed recipere: hinc usurarius etiam [illegible] ad restitutionem tenetur, quia injuste [illegible] *v. n. 372.*

1644 Nec, qui solvit, cooperatur [illegible] injustæ acceptioni; quia ex una parte [illegible] vit ex justa, & rationabili causa, videlicet reverentiam juramenti, & ut sit fidelis; [illegible] aliâ ille potest non recipere usuras, [illegible] mentum remittere; insuper potest [illegible] ante solutionem juramentum relaxare, ipse mutuatarius petere, ut relaxetur.

JURAMENTUM COACTUM.

1645 Est, quod fit per vim, & metum cadit suprà contractus per [illegible] metum celebratos.

Non est sermo de metu levi, quia hic [illegible] faciliter rejici possit, nullo pacto invalidus, sed de gravi cadente in virum constantem, de quo actum est *in imped. 7. matr.* [illegible] intrinseco, aut extrinseco justo, sed de [illegible] tu gravi injustè incusso à causa extrinseca [illegible] bera, videlicet ab alio homine, ad finem torquendi contractus, aut juramentum, [illegible] quo ibid. & de Monialibus *n.* 1400. & de [illegible] *n.* 1800.

1646 Dico 1. contractus ex præmissis [illegible] tu gravi celebrati, si accedat juramentum, [illegible] sunt servandi, saltem per momentaneam [illegible] tionem, si sine peccato servari possunt: [illegible] est metum passus, potest statim data repetere, quia tales contractus sunt invalidi jure naturæ, ut dictum est in contr. Imò ob injustum [illegible] potest priùs juramenti relaxationé petere, [illegible] inde non solvere; quæ relaxatio, si juramentum potest sine peccato servari, non debet [illegible] ciliter fieri, sed difficulter, *ex c. ad aures, [illegible] cum dilectus 6. tit. de iis, quæ vi, metusve causa fiunt*, ex illis verbis, quòd servari debeat, *absq; spe relaxationis facile obtinendæ*, [illegible] metus fuerit incussus supra ipsum juramentum.

1647 Hic

1647 Hinc, si ex metu promisisti latroni dare pecuniam pro tua liberatione, & jurasti, dimittes per momentaneam solutionem, statim potes repetere; insuper potes ob interpretativi juramenti relaxationem petere, & non solvere, dummodo petitio fiat intrà terminum præfixum non jam finitum.

1648 Qui metu gravi coactus juravit latronibus dare lytrum, hoc est pretium redemptionis, si habuit intentionem non se obligandi, non obligatur stare juramento, sed temerariè peccavit sic jurando, ob defectum veritatis, qui nullo metu excusari potest, cum facinus fecè malus: si habuit intentionem se obligandi, obligatur in conscientia ob reverentiam juramenti, *ex c. debitores de jurejurando. & can. humana aures 22. c. 5.* Deus accipit juramentū, prout ex corde procedit; forus autem judicialis eum non obligat; nam stante metu præsumit eum non juratse animo adimplendi, sed potiùs evadendi periculum. At in foro conscientiæ obligatur [ut benè advertit D. Thomas.] non ob obligationem factam domino, quia hæc, utpotè coacta, esset nulla, sed ob obligationem facta Deo ad implendum, quod suo nomine promisit: *v. n.* 1737. Potest tamē uti prædicto remedio *de n.* 1647.

1649 Solùm juramentū ex metu gravi extortum non obligat, si sit de matrimonio, aut sponsalibus ineundis, ob rationem specialem matrimonii, quòd ex jure C. Significavit, de eo, qui duxit in matrimon. C. Requisivit; & Cap. Gemma de sponsalibus: debet esse omnino liberum, perfectè voluntarium, & non coactum; juramentum enim sequitur naturam contractûs, cui apponitur.

1650 Qui injustè in carcere detinetur, si obtineat licentiam exeundi cùm juramento redeundo, non tenetur redire, si adsit periculum probabile mortis injustæ; quia juramentum non est vinculum iniquitatis.

1651 Qui verò detinetur captivus apud infideles, si obtineat accessum ad patriam sub juramento de redeundo, tenetur redire, ob scandalum, quod aliàs daretur infidelibus de irreverentia contra religionem.

1652 Dico 2. Si contractus fuerit spontaneè celebratus. & juramentum pariter spontaneum fuerit, sive adjectum fuerit contractui rescindibili, sive invalido, tunc illi non satisfit per momentaneam solutionem, sed per perpetuam; quia tunc contractus est initus cum pleno consensu, & sine injuria metûs, aut doli; unde debet perpetuò servari, minimè titulo justitiæ, sed Religionis, nisi juramentum relaxetur; ad quod requiritur causa, ut infrà de relaxatione.

JURAMENTUM ERRORE, VEL DOLO EXTORTUM

1653 Est illud, quod cadit supra contractum errore vel dolo celebratum.

1654 Error est duplex: antecedens, & concomitans. Antecedens est ille, qui est causa contractus, ità ut sinè eo contractus non fieret. Concomitans, qui non est causa contractûs, ità ut sine eo adhuc contractus fieret.

1655 Error versari potest vel circa substantiam, vel circa accidentia contractûs. De substantia contractus est omne id, sine quo contractus non potest subsistere: è contra accidens. Sicut autem diversi sunt contractus, ità diversæ substantiæ: hinc sæpe, quod in uno est de substantia, in alio est accidens; & quidem persona contrahens in contractu matrimonii est de substantia, in contractu emptionis accidit.

1656 Item in contractibus onerosis, ut emptionis, & vēditionis, causa finalis, aut motiva est accidentalis; in contractibus verò gratuitis, ut promissionibus, & donationibus,

est substantialis, sicut etiam substantialis est quævis alia conditio apposita; quia cùm donatio sit liberalis, potest contrahens apponere pro substantia conditionem, quam vult, sinè injuria donatarii; unde eâ non impletâ, aut causâ finali non existente, invalida est donatio, quia donatio est liberalis, & sinè tali conditione, aut causa non fieret.

1657 Insuper sunt qualitates, quæ dicuntur substantiales, quatenus spectant ad substantiam contractûs, ut si emas pannum, putans esse Anglicanum, qui est melioris conditionis, & valoris, & comperias esse Neapolitanum. Si voveas peregrinationem ad Beatam Virginem Drepani, putans distare per viginti milliaria, & reperias distare per sexaginta. Vel redundat in substantiam, ut in Matr. de imped. Erroris.

1658 Demùm error, si naturaliter accidat, vocatur error, inadvertentia, aut ignorantia; si verò proveniat ex alterius malitia, vocatur dolus. His præmissis

1659 Dico 1. Si error, aut dolus fuerit circa substantiam, aut qualitates substantiales contractûs, sive fuerit antecedens, sive concomitans, contractus est invalidus tam jure naturæ, quàm positivo; ut si quis vendiderit pro vino acetum; quia deficit consensus; stante enim errore circa substantiam, non potest esse consensus in illam, & inde neque obligatio.

1660 Si error, aut dolus fuerit circa accidentia, aut qualitates accidentales concomitans, contractus est validus: quia talis error non tollit consensum in substantiam; & aliunde cum sit concomitans, & cum sinè eo contractus fieri, nullo pacto tollit consensum.

1661 Si autem fuerit antecedens, quatenus talis error accidentis dederit causam contractui, ità ut sinè eo non fieret; esset utroque jure validum ob sufficientem consensum substantiam, sed irrevocabiliter ex parte decipientis, & revocabiliter ex parte decepti ob injuriam rescindi possit à judice in rem decepti, tenet Ant. à Spir. Sanct. tr. 1. sect. 18. cum Lugo.

1662 At esse invalidum, si expressa litas illa in contractu intendatur, dicit Tamb. to. 1. lib. 3. c. 3. §. 4. num. 3. Bonac. & Fagundez, quia tunc talis qualis est tota ratio consensûs; unde ea defectu consensus deficit; & inde contractus, ligatio, ex Reg. generali, *nullum esse actum, ubi consensus non est*, ex quarum deficiat. Idque ex definitione contr. Unde ait Tamb. Si expressè vellem ex vinum vetus, des novum, nulla erit ptio.

1663 Imò idem tenet, si error in accidentis non sit antecedens, sed concomitans; quia licèt sinè eo adhuc contractus revera non adesset consensus. Sed hoc non verum, quia tunc consensus expressè substantiam contractûs, implicitè, & virtualiter in accidens, in illo affectu, & promptitudine contractum celebrandi, etiam si error dolus talis qualitatis non esset. Verum tamen est, quòd posset tunc contractus ob injuriam doli rescindi à judice.

1664 Dico, 2. Juramentum adjectum contractibus invalidis ex errore, aut dolo ad nil obligat, neque ad momentaneam obligationem, ad differentiam metûs. Ratio est, quia error, & dolus invalidat ex defectu consensus, qui est de essentia contractûs; metus verò gravis invalidat ex injuria, & injusta illata, revera tamen adest consensus, & voluntarium simpliciter, non sic in contractu ex errore, vel dolo inito. Unde tunc juramentum non indiget relaxatione; quia nullum est vinculum: *v. num.* 1344.

1665 Ac

1665 At juramentum adjectum contractui validis, initis ex errore, aut dolo concernente circa accidentia, obligat; potest autem à judice relaxari ob injuriam doli. Conferendi dicta.

1666 Illud tamen est notandum, quòd ad hos ut contractus, votum, & juramentum ex errore, aut dolo antecedenti circa qualitates accidentales sint invalida, qualitas esse debet expressè apposita pro conditione contractûs, voti, & juramenti; quòd si non sit expressè pro conditione apposita, valida erunt.

1667 Idem dicendum est de matrimonio, tam de religione, professione religiosa, ordine sacro, quæ matrimonio æquiparantur ratione electionis statûs.

Unde, qui ducit Bertam sub expressâ conditione, si sit Virgo, invalidè contrahit, si conditio non verificetur, licèt sit qualitatis; quia tunc deficit consensus, quia est de essentia contractûs, & obligationis. Sic de voto, juramento, &c.

1668 Si verò ducat Bertam, putans esse virginem, sed hanc qualitatem non apponat expressè pro conditione contractûs, validè contrahit; quia ex regulariter contingentibus, & modo, quo consensus in contractibus, & obligationibus dari solet, præsumitur, quòd, qui conditionem, quoad qualitates accidentales, expressè non ponit, absolutè velle censetur, ut *in matr. de imp. erroris.* Et hoc intelligi in contractibus, in quibus eligitur modus perpetuus, censetur quis absolutè illum velle etiam si quoad accidentalia aliter repereret, quàm creditur, dummodo quoad substantialia fiat.

DE INTERPRETATIONE JURAMENTI.

1669 CUm P. Tamb. mihi facem pro claritate præbente procedam, afferendo regulas.

I. REGULA.

SI de intentione jurantis constet, non est opus interpretatione: secus interpretandum, ut servatâ proprietate verborum, quantò minor potest, obligatio inducatur, quia juramentum est onus, quod homo sibi contra libertatem imponit; unde jurans præsumitur minùs voluisse suæ libertati nocere.

1670 Hinc jurans regulariter ingredi, non tenetur ad magis strictam. Et jurans servare alicujus communitatis statuta, non tenetur ad futura, sed ad præterita.

1671 Item non obligatur ad incognita, aut ad ardua, de quibus non cogitavit. Et Busem. addit: *Jurans non obligatur ad ea, de quibus, si cogitâsset, ea non intendisset in aliis, quæ promittebat includere, sed excluisset. Nec etiam obligatur, si id accidat, quod, si fuisset juramenti tempore, pro temerario haberetur.* Eadem ex pluribus juribus confirmat Pirhing. in *Comp. Can.* Pariter discurras de voto.

1672 *Jurans facere certo tempore* (ait Busem.) *tenetur postea*, nisi pars remittat, *aut nisi solùm ad illud tempus juramentum alligare voluerit.*

1673 Jurâsti tertio, quid facere certo tempore, illi te alligando, v. gr. ultimo die anni, post menses ante ultimam diem anni tertius ille tibi dilatat solutionem ad aliud tempus, putà ad alios sex menses supra annum, tu dilationem acceptâsti; elapsâ ultimâ die anni, non teneris solvere ex vi juramenti, sed illud finit, quia non extenditur ultra intentionem jurantis, nisi novum juramen-

tum de solvendo juxta dilationem post annum emiseris.

II. REGULA.

1674 *Obligatio juramenti facti homini est personalis.* Quia essentialiter oritur ex intentione jurantis.

1675 Hinc obligatio juramenti non transit ad hæredes jurantis, etiam si ille non solùm pro se, sed pro aliis juraverit.

Obligatio verò contractûs transit ad hæredes; quia est realis, & res transit cum suo onere; unde hæres non solvens contractum juratum defuncti, non peccat peccato perjurii, sed injustitiæ, si contractus est validus. Si autem contractus est invalidus, ad nil tenetur.

1676 Similiter, si jurans solùm tenebatur vinculo juramenti, hæres ad nil tenetur; unde hæres non tenetur solvere mutuanti usuras juratas ab eo, cujus est hæres, nec pecuniam ab eo juratam latroni pro liberatione; quia illi solùm vinculo juramenti ad tales solutiones tenebantur.

1677 Deinde, si suscipiens officium, juret aliqua servare, eo decedente, obligatio eadem servandi non transit ad successorem, nisi ex jure, aut statuto sit annexum officio; & tunc successor ad eadem observanda tenetur, non ratione juramenti sui prædecessoris, sed ratione statuti, aut legis obligantis singulos in tali dignitate constitutos ad ea servanda.

III. REGULA.

1678 *Juramentum est intelligendum juxta naturam actûs, supra quem cadit.* Quia ex *Reg.* 42. *juris in* 6. *Accessorium sequitur naturam principalis.*

1679 Ex qua tria sequuntur, 1. Quòd quoties licitus est actus, licitum est juramentum; quod tunc solùm erit veniale, si fiat sinè necessitate ob defectum judicii: *v. n.* 1559.

2 Quòd quoties licitum est uti æquivocatione, & amphibologiâ, & mendacium licitum sit uti juramento. Diana *p.* 1. *resol.* 20. Ant. à Spir. Sanct. *to.* 1. *tr.* 5. *n.* 5.

Demùm 3. Quòd juramentum oblige citè habeat sensus, intelligentias, conditiones & restrictiones, quos secundùm naturam, consuetudinem, aut acceptationem hominum habet actus, cui adjacet.

1680 Hinc, qui residentiam juravit, & tenet non residere in casibus à jure permissis, qui juravit observare alicujus universitatis statuta, non tenetur servare ea, quæ legis consuetudine sunt abrogata, aut quæ impossibile pars non observat.

1681 Insuper ad illa tenetur sub mortali solùm, aut culpa gravi, vel levi, primo obligant; quia tale juramentum nil illius sed solùm firmat obligationem, quæ illa erat.

Hac ratione judices, & alii qui inire officii jurant, non obligantur, nisi pro gravitate obligationis, quæ secluso juramento est. Idque ex recensita regula 2.

1682 Item, qui aliquid sub juramento promisit absenti, non tenetur, quousque ille vel alius suo nomine acceptet; quia promissio non obligat, quousque per acceptationem firmetur.

1683 Qui absolutè juravit nunquam ludere, est intelligendus de ludo immoderato, minimè de moderato, nisi exprimat se id facere, ut se privet honestâ illâ recreatione obmortificationem; quia licèt ludus moderatus actus virtutis Eutrapeliæ, melius tamen est eo ob mortificationem abstinere.

1684 Qui absolutè juravit nunquam ludere, non intelligitur per interpositam personam; obligatio enim juramenti est stricta interpretanda, ut minùs obliget. Ità Tamburin. & Ant. à Spir. Sanct. *tom.* 1. *tr.* 5. *disp.* 30. *num.* 144.

1685

1685 At melius dico, attendendum esse finem: nam vel juravit, ne pecuniam amitteret, vel ne in rixas, aut blasphemias prorumperet. Si primum, obligatur abstinere à ludo, etiam per interpositam personam. Bonac. etiam 2. *disp.* 4. *qu.* 1. *p.* 16. *num.* 5. Minimè, sed secundum; quia in primo casu utrobique idem finis, non sic in secundo, & *ex Reg.* 72. *juris n.* 6. *Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum.*

1686 Pariter, qui juravit nunquam ludere, potest alieno nomine, si finis servatus esset, si finis fuerit pecunias non amittere: secus, si finis non servetur; ut esset, si finxerit vitare temporis jacturam. Quòd si finxerit vitare blasphemias, & rixas; tunc abstinere tenetur, quòd expertus sis, te ludendo alieno nomine, & pecunia, solidum in rixas, & blasphemias prorumpere.

1687 Si jurásti puellæ eam ducturum in uxorem, si nondum per se, nec per alium acceperit, potes non implere, & propriâ authoritate juramentum infringere; quia hæc est natura promissionis in utilitatem hominis facta, ut non jam acceptata non obliget, & remitti possit. Si sit acceptata, potes Religionem ingredi, ex jure Canonico, *cap. ex publico, de convers. conjugat.* Ubi sponsis etiam dicto matrimonio rato, conceditur facultas per hiemestre ad ingressum Religionis, à Sacerdote absolutè conceditur ante matrimonium. Secus est dicendum, si promissio juramenti sit de alia re, v. gr. pecunia, &c. sit acceptata.

1688 Hic distinguere oportet juramentum promissorium proprie dictum à juramento promissorio, quod habet rationem voti: illud habet rationem voti, quod est factum in gratiam solius Dei, & non alterius: illud est propriè dictum, quod est factum in gratiam hominis.

1689 De primo discurrendum est sicut de voto. Hinc si in gratiam solius Dei promisisti puellæ eam ducturum in uxorem, non tenet ex se juramentum; quia est impeditivum majoris boni, nempe cœlibatûs. Quòd si non sit impeditivum majoris boni, ut si jures dare certam eleemosynam pauperi in gratiam solius Dei, tenet, & obligaris, etiam ante pauperis acceptationem; quia Deus statim acceptat.

1690 De secundo: putà si juraste eam ducturum in uxorem in sui, aut parentum gratiam, jam dictum est: *num.* 1622. & 1687.

1691 Alumnus Seminarii, qui juravit ad patriam, etiam Anglicanam, regredi, aut statum Clericalem susci pere, eo non obstante, potest religionem ingredi; quia hic status uti majoris perfectionis, semper censetur exceptus: *v. nu.* 1687.

1692 Si sub juramento promisisti alteri dare equum, aut hunc equum, non potes compensare, dando rem alteriùs speciei, v. gr. pecuniam, aut alium equum; quia hæc est natura promissionis, ut sit adimplenda in specie promissa; unde non sufficit æquivalens.

1693 At licèt in rebus diversæ speciei non sit locus compensationi, adest locus retentioni, donec debita solvantur. Nec retinens tunc est perjurus; quia ex jure juramentum solvendi involvit hanc tacitam conditionem: *Nisi legitimam excusationem habeat: Et nisi sit juste impeditus.*

1694 Si autem sub juramento promisisti solvere centum aureos, centum coros tritici, &c. potes uti compensatione non solvendo, si alter tibi debeat totidem aureos, aut coros tritici; quia compensatio est quædam solutio, & satisfactio; quod est verum tam in debitis post, quàm ante juramentum contractis; quia juramentum est interpretandum

fuisse emissum à jurante, eâ intentione, quæ sibi utilior, & commodior.

1695 Quòd si, quando juravit, habuit expressam intentionem non utendi compensatione, & eam declaravit, non potest compensatione uti. Si verò non declaravit, sed tacitè retinuit, potest compensatione uti; quia promissio illa sub ea qualitate non utendi compensatione, cum non fuerit declarata, non fuit à creditore acceptata; adeóque non obligat.

1696 Qui juravit non revelaturum secretum, non tenetur, quoties habet jus manifestandi.

1697 Rectores, &c. qui jurant servare secretum super iis, quæ in consistorio tractantur, sub mortali tenentur, juxta gravitatem rei, quæ tractatur. Aperire aliquid, quod non cedit in damnum, aut præjudicium Reipublicæ, publici officii, aut tertii, esse veniale, ait Ant. à Spir. Sanct *to. 1. tr. 5. dis. 1. sect. 21. num.* 153. cum Sanch. & Palao.

1698 Officiales, qui jurant servare taxam à Principe præscriptam, ad illam tenentur; & si plus accipiant, restituere debet. Nec obstat consuetudo in contrarium, si sit, quòd officiales plus recipiant clam, & Princeps non consentiat, sed sciens puniat.

1699 Juramentum, quod medici emittunt de servando Decreto Pii V. quod est, ut infirmum moneant de Sacramentis, & tertia die non visitent, si confessus non sit: est intelligendum, prout Decretum Pii est in usu. Ant. à Spir. Sanct. *cit.* Qui addit, Decretum Pii fuisse consuetudine abrogatum.

1700 *Scholasticus interrogatus: An locutus fuerit cum aliquo ex oppositoribus, aut illius domũ fuerit ingressus, potest respondere negativè, si verba, aut ingressus domus nõ fuerint subornationis causa, quia hæc esse debet mens Judicis interrogantis* Ant. à Spir. Sanct. *cit. sect. 9.*

CONDITIONES IN JURAMENTO

1701 PRomissio, & inde juramentum adjacens, plures conditiones generales tacitè involvit, 1. *Si potuero*: quia ad impossibile nemo tenetur, 2. *Si licite*; quia promissio non est vinculum iniquitatis, 3. *de jure, & auctoritate superioris*; quia nemo potest se obligare in præjudicium superioris, unde hic in materia præjudiciali potest juramentum irritare, 4. In promissione mutua: *alter fidem servet, ex Reg. 75. juris in 6. Fides sibi quis fidem postulat ab eo servari, cui ipse à se præstitam servare recusat.*

5 In donatione: *Si alter ingratus non fuerit 6.* In fidejussione: *Si principalis exonerat.* Unde, qui sub juramento fidejussit, non obligatur solvere, nisi priùs principalis excutiatur. 7. *Si is, in cujus gratiam facta est promissio acceptaverit; aut saltem tacitè non remiserit.* In quavis promissione, aut juramento: *Si non fuerint notabiliter mutata.*

1702 Hinc, qui cum juramento promisit nuptias puellæ divitis, Virgini bonæ famæ, bonæ, &c. si hæc evadat pauper, non habens dotem competentem, defiorata, malæ famæ, infirma, non tenetur illi stare. Nec qui promisit contractum societatis, si socius notabiliter exosus, & molestus evadat, &c.

1703 Imò non teneris implere juramentum de ducenda in uxorem muliere, cum qua es fornicatus, si illa evadat fornicaria, vel addat aliud impedimentum contrarium legi desponsationis; ut si evadat leprosa, paralytica, vel notabiliter deformis. Si verò eam demittere, non potes dimittere, *c. Quamadmodum de jurejur.*

IV.

IV. REGULA.

1704 *Juramentum non censetur factum in judicium tertii.* C. venientes cum contingat de jurām. & C. quamvis pactum *de pactis in 6.* quia esset illicitum.

1705 Hinc, qui juravit solvere centum Petro creditori posteriori, debet ea solvere Paulo creditori anteriori, si alia non habeat.

1706 Item licitum est revelare secretum naturale juramento firmatum, si sit graviter damnum sibi nocivum Diana *p.6.tr.6.ref.60. Tamb. tom. 1. nu. 21.* Quia nemo intendit se obligare alteri ad secretum naturale in casu gravis mali proximi, & maximè proximi. *Nemo enim magis proximus est* (ait Diana) *quàm quisque sibi.* Tum quia secretum illud est veluti quoddam depositum apud me occultum, quod non teneor cum tanto incommodo servare occultum.

1707 Suadetur à pari. Non minùs námq; habet quis jus ad famam, quàm ad secretum; & autem licitum est detegere crimen occultum alterius, v.g. quòd famulus sit fur, &c. ad vitandum grave malum proximi, & maxime proximum, *ex* D D. cum Com. Ità est dicendum in casu secreti naturalis; quoniam sicut nemo habet jus ad famam cum damno proximi, & innocentis, sic nemo habet jus ad secretum naturale cum damno proximi, & innocentis.

1708 Hoc autem est intelligendum cum debita limitatione, 1. Si secretum non concernat bonum publicum, putà fidei, Regni, Patriæ, exercitûs, sed particulare; quia bonum publicum est præferendum privato, 2. Si non sit via ad malum vitandum, 3. Quòd revelatur illi, cui prodesse, & non obesse potest.

1709 Non tenet juramentum præjudicans juri Superioris, *c. Venientes, de jurejur.* Nec contrarium juri, *c. ad nostram ibid.* Contra utilitatem Ecclesiæ, Greg. XIII. *Const. 93. inter Apostolicas.* De non testificando contra aliquem, *c. constitut. de Testibus.*

1710 Tenet juramentum factum in damnum proprium, si potest sine peccato servari, Conc. Lateranense 3. *tit. de juram. c. 3.* Sed potest relaxari, *ibid. c. 1.*

DUBIUM IN JURAMENTIS

1711 REsolvatur, ut in Votis *infrà à num.* 1902.

CESSATIO JURAMENTI

1712 COntingit, ut in Votis *infrà à num.* 1906.

1713 Juramenta in utilitatem hominum præstita, irritare possunt omnes, qui habent potestatem dominativam. *Directè*, si sit eis subjecta voluntas jurantis. *Indirectè*, si sit eis subjecta materia juramenti.

1714 Hinc Papa potest irritare juramenta de renunciando beneficio, de non alienandis rebus Ecclesiæ, &c. quia sunt de materia subjecta dispositioni Papæ.

1715 Superior Regularis juramenta subditorum; quia ratione Voti obedientiæ, eorum voluntas est plenè superiori subjecta.

1716 Vir respectu uxoris. Uxor respectu viri, & dominus respectu servi, si juramenta illis præjudicent, aut sint de materia illis subjecta, uti dicimus de Votis.

1717 Juramenta verò promissoria hominis, cujus voluntas non est alteri subjecta, de materia, quæ pariter non est alteri subjecta, vel præjudicans, facta homini, & ab eo acceptata, non possunt commutari, etiam in melius, nec dispensari, nec irritari, nisi ipsa pars consentiat, aut remittat; *ut in num. 1687.* Quæ remissio propriè non est relaxatio; quia non

non est actus juris dictionis spiritualis, nec irritatio; quia non est actus potestatis dominativæ, sed reducitur ad irritationem, quatenus est actus dominii in materiam promissam, utpote acceptatam.

1718 Potestas relaxandi juramenta competit soli superiori, & judici Ecclesiastico; quia est actus jurisdictionis spiritualis, quoniam juramentum est actus religionis. Unde licèt Princeps temporalis circa res, in quas est dominus, possit remittere, seu irritare juramenta, non minùs quàm quilibet privatus circa alias res, ut in casu injuriæ, metûs, vis, &c. de quibus supra: relaxare spectat ad potestatem Ecclesiasticam. An. à Spir. S. Palaus *disp.3.juram.p.ult.n.4.*

1719 Ex Conc. Elibertino: *Pueri ante annos quatuordecim non coguntur jurare. Puella quoq; si in puerili ætate in domo ille nesciente, se juramento constrinxerit, si Pater statim, ut audierit, contradixerit, vota ejus, & juramenta irrita erunt.*

1720 Causæ relaxandi juramentum sunt, fuisse extortum cùm injustitia, injuria, vi, metu, vel fuisse emissum cùm temeritate, ità, perturbatione, aut levitate; vel quia fuit emissum in favorem excommunicati.

JURAMENTA IN DEI GLORIAM PRÆSTITA

1721 POssunt commutare, dispensare, & irritare, qui possunt respectivè vota.

1722 Juramentum in Dei gloriam emissum potest quis in melius propriâ auctoritate commutare.

1723 Confessarii Regulares habent potestatem commutandi juramenta, & vota sæcularium, & exterorum, ac in iis dispensandi, exceptis quinque reservatis; quæ tamen in nullo definiunt, quia aliàs non sunt reservata; de quibus infra de votis. Et excepti[s] mentis promissoriis à tertio acceptatis, Priv. Pauli III. per Bullam 7. *Commen[d]tas*, 2. Junii 1545. quòd vota, exceptis juramenta à Greg. XIII. Rodr. *tom.3.q.[8]* na *p.3.tr.2.res.9.* Tamb. *tom.1.lib.3.c.[7]* *n.8.* Ant à Spir. Sanct. *in direct. regul.* *3.n.80.v.n.1962.*

1724 Insuper rescindere possunt ma[ri]& juramenta relaxare, ab uxore, aut filia milias, ex metu gravi reverentiali, aut bus importunis emissa ad favorem ma parentis, ut fidejussio pro marito, aut promissio de solvendis eorum debitis ciatio hæreditatis juramento firmat. *p.3.tr.5.res.20.*

1725 Ubi ait, quòd duplex sit reveren una simpliciter, & in gradu positivo, nimia, & in gradu superlativo. Prima quando persona patris talis conditionis ei debeatur reverentia simpliciter, et gnava, aut vilis, ità ut filius audeat dicere tunc ad constituendum metum reve lem gravem non sufficit sola præsentia requiritur, quòd præcedant verbera, a næ. Secunda est, quando persona patris lis conditionis, ut ei debeatur reveren mia; & tunc sola præsentia ejus sufficit stituendum metum gravem.

1726 At nec Episcopi, nec Regulares spensare possunt in juramentis, quæ ad actibus ex se perpetuis; hujusmodi e mentum professionis fidei, juramentum quis confirmet professionem religiosam emissam, matrimonium jam initum, & Sacerdotis jam susceptum. Tamb. *ut.*

1727 Si jurâsti in Dei gloriam, & cha tis inituitu certam dare eleemosynam de minato pauperi, potest pauper obligation remittere; quia in hoc juramento tacita conditio: *Dummodo, si pauper, in cujus*

modum promissio facta est, rem promissam accipere non recusset. Si verò nullum determinatum pauperem; nullus erit, qui obligationem transeat, Anz. à Spir. Sanct. *de juram. tr. 5. disp. 1. sect. 28. n.* 192.

RESTRICTIO MENTALIS

171 Est duplex, purè mentalis, & est, *quando significatio vocalis à sua generalitate contrahitur præcisè per actum internum*: ut si quis requisitus, an illac transierit Petrus, respondeat: *Ist hac non transivit*: per solum actum internum mentis intelligens *per manum*. Non purè mentalis est, *quando significatio vocalis à sua generalitate contrahitur non per solum actum internum, sed per aliud additum exterius, quod sit limitativum earum, & consignificativum cum illis*: ut cum D.P. Franciscus à ministris justitiæ requisitus, an illac transisset delinquens, positis versus meridiem manibus, respondit, *ist ac non transivit*, plenam responsionem ex verbis, & actu externa componens.

1729 Amphibologia, & æquivocatio est, quæ importat sensuum diversitatem: quòd si vox determinatè unam habent significationem, & alia addatur per purum actum internum mentis, dicitur æquivocatio per puram restrictionem mentalem, ut liquet in primo exemplo. Si verò verba, & signa externa ex se habere possint plures sensus, & significationes, æquivocatio externa, non purè mentalis: ibi permissis.

1730 Dico 1. Restrictio purè mentalis, & amphibologia, seu æquivocatio facta per restrictionem purè mentalem, est illicita, quia inducit mendacium, quod est ab intrinseco malum: mendacium enim habetur mendacium, quando locutio externa est difformis menti: talis est locutio cum restrictione purè mentali, vide si tu, qui pisces comedisti, interrogatus, an comederis, respondeas, *non comedi*, mente sola addendo, *carnem*, mendax es, & si addas juramentum, es perjurus; quia locutio tua absoluta est generalis, ac proinde est difformis conceptui mentis, qui est propositio cum addito particularis; hinc amphibologiam, & æquivocationem cum restrictione purè mentali damnavit Innoc. XI. in tribus propos. 26. 27. & 28. quas vide *in n.* 1757.

1731 Dico 2. Restrictio non purè mentalis, sed externata, & amphibologia, seu æquivocatio per verba, aut signa externa per se æquivoca, est licita in omnibus casibus, in quibus quis habet jus ad occultandum secretum, non est autem licita in aliis casibus. Prima pars probatur; quia talis locutio externa, licèt haud faciliter ab audiente percipiatur, quantum est ex se, habet significationem conformem conceptui interno mentis loquentis, nec est sic facta animo decipiendi, sed occultandi secretum, ad quod celandum habet jus, adeóque non includit mendacium: Mendacium námque definitur, quòd *sit enunciatio falsa cum conscientia oppositi, & cum voluntate fallendi*, ac proinde est licita, & addi potest juramentum sinè perjurio, imò etiam licitè, si adsit rationabilis causa jurandi.

1732 Hujusmodi autem restrictio externa significationis generalis verborum potest dupliciter fieri, primò per verba ex se æquivoca, secundò per circumstantias, & signa externa, quæ ex se habent verba limitare, & consignificare cum illis; locutio námque non fit solis verbis, sed etiam completur ex circumstantiis, personæ, loci, temporis, & negotii, de quo agitur, ac ex signis externis: hinc si quis pro aliqua gratia rogatus respondeat: *faciam*, sed simul manum erga tergum vertat, idem dicit, ac *non faciam*.

In qua re est maximè attendendum, quòd sicut diversæ sunt humanæ materiæ, ità quælibet

bet proprium habet modum loquendi, & propria vocabula; proprium inquam habet Poësis, proprium Rethorica, sic Tropus, Ironia Hyperboles, &c. sic & proprium habet secretum de jure occultandum: qua consideratione multæ locutiones tam humanæ, quàm sacræ Scripturæ à mendacio liberantur, ut est illa, qua amicus amicum alloquitur, dicens, *omnia mea tua sunt, &c.*

1733 Hinc confessarius interrogatus de muliere (cujus adulterium in confessione cognovit) an mulier adulterium commisit, non debet tacere, quia qui tacet, consentire videtur; sed licitè respondet: *nescio, non commisit, &c.* mente retinendo, *ad dicendum*, quia hoc additum internum restrictivum, satis exprimitur per circumstantiam externam sigilli, & sacramentalis confessionis, quæ cum verbis locutionem complet conceptui mentis conformem.

1734 Sic alius à marito interrogatus de occulto adulterio uxoris nobilis, respondet *nescio*, retinendo in mente, *ad dicendum*; quod additum exprimitur per circumstantiam externam negotii, & sigilli naturalis: imò, si id habuerit ex auditu, potest accipere verbum *nescio* secundùm propriam, & rigorosam significationem, prout negat scientiam, quæ cognitionem evidentem importat, quam non habet ille qui notitiam ex auditu hominis fallibilis accepit.

1735 Sic Reus, semiplenâ probatione, aut infamia non præcedente, à Judice interrogatus, an delictum fecerit, licitè respondet, *non feci*: mente addendo, *ad dicendum tibi tanquàm Judici*. Idem, si interrogetur à judice incompetente: in quibus, & similibus casibus, responsio est facta conformiter ad mentem interrogantis, quia judex interrogat ut persona publica, & consequenter de delictis ipsi tamquam judici de jure manifestandis: unde si juramentum exigatur, non erit per-

1736 Sic minister S. Officii, qui ligatus ramento servandi secretum, super al- cano requisitus, potest celare, modo, qu fessarius, dicendo, *Nescio*: nam intelli- quòd nescit, ut homo privatus est; qu intelligitur non est restrictione mentali ipso intrinseco officio consultoris, &c. potest uti circumlocutione: *gauderem id scire, ut tibi satisfacerem*, quo pa affirmat, nec negat id scire. Cardenas *c. 6. n. 60.*

1737 Eodem modo discurrit Bese juramento exacto per vim, metum, in v.g. à latronibus, ut tu liber factus de à marito, ut uxor fateatur adulteriu tum, si tale juramentum sit additum ctioni non purè mentali, sed externata, signa externa determinata, vel per verba æquivoca sufficientia ad internam restri nem significandam: *v. num.* 1648. 16

1738 Secunda pars assertionis prob aliis námque casibus, in quibus quis bet jus occultandi, non est licita in loc bus restrictio externata, præfato mod cata, non quia includat mendacium, se humana societas, & humanum comm exposcit, ut utamur vocabulis secund communem significationem; nam æq cationibus, & signis difficilibus capt manum commercium perturbatur.

1739 Quæ ratio cessat in prioribus ca quia in illis commercium humanum p justificatur, quàm perturbetur, nam h num commercium non debet esse contra humanum: nec officit, quòd regulariter e libus locutionibus decipiatur audiens, qu per accidens sequitur; nam intellectus p spicax posset veram significationem locu nis percipere, & simul imprudentiam sue terrogationis advertere, si signa, verba, cum circ

circumstantias externas, & gravitatem rei, atque juris alterius de secreto occultando consideret; signa namque supponuntur per se significativa, & restrictiva conformiter ad mentis restrictionem, atque perceptibilia: & sic loquens intendit celare secretum, ad quod habet jus minimè audientem decipere; nec ejus deceptionem, quam prævidet, vitare teneatur cum sno, aut aliorum gravi incommodo, quia tunc est deceptio accepta, non data, ut de scandalo passivo, *num.* 326.

DE JURAMENTO JUDICIALI

1740 CLaritatis gratia, hoc quæsito me expediam.

QUÆRES.

An à perjurio, & à mortali excusetur reus, qui Judici interroganti veritatem tacet, aut ambologus, & æquivocatione, utitur?

Primò. Ob stoliditatem ex Judicis præsentia natam?

Secundò. Si non præcessit infamia, semiplena probatio, nec gravia indicia extent?

Tertiò. Si præcessit semiplena probatio, cujus tamen sit capitalis, aut ex gravioribus, quàm mortis, jacturæ honoris, aut suorum bonorum?

Hic est sermo de reo, quia de teste satis agitur in *tract. de denunciationib. tom.* 2. ma*nuali num.* 73.

AD PRIMUM

1741 REsp. cum distinctione. Vel enim stoliditas est talis, ut plenam advertentiam malitiæ gravis perjurii impediat, vel non. Primum potest contingere, quatenus ex Judicis præsentia, & inexpectata ejus interrogatione excitatur in reo vehementissima passio sensitiva, quæ ità ejus rationem perturbat, ut non advertat ad malitiam gravem perjurii, taliter quòd quasi nesciat, quid dicat, aut faciat, & si advertit, non plenè, & distinctè, sed in confuso. Et tunc certum est, reum à perjurio mortali excusari; quia ex communi, & certa Theologorum doctrina, ad peccatum mortale requiritur voluntarium perfectum, videlicet, quòd actus sit patratus cum plena advertentia malitiæ gravis, & cum pleno voluntatis consensu, ità ut ex alterius defectu excusetur quis à culpa mortali: ut infrà de peccatis.

1742 Vel non impedit, quatenus Judicis præsentia, & interrogatio reum terreat, ob timorem pœnæ, quam prævidet; at non ità ejus rationem perturbat, ut non advertat; sed plenè advertit ad crimen, quod commisit, & ad gravitatem perjurii. Et quidem mortaliter peccat, & est tam in foro interno, quàm in externo perjurus, si veritatem neget, aut utatur æquivocatione cum restrictione purè mentali; quia est mendax, & juramentum mendacio addit. Imò etiam mortaliter peccat, si utatur æquivocatione, & restrictione non purè mentali, sed externata, quia reus legitimè interrogatus, tenetur sub mortali de plano respondere secundùm mentem Judicis interrogantis. Melphi *in pract. crim. ver. Reus.* Scaccia *cap.* 18. *n.* 49. cum communi: *vide num.* 1738.

Quia sic exposcit humana societas, & bonum publicum Reipublicæ, quæ perturbaretur, & periret: nullus namque esset de suo honore, re, & vita securus, si absolutè liceret reis, non respondere secundùm mentem Judicis legitimè interrogantis; sed æquivocationibus, & restrictionibus externatis juxta propriam mentem.

Unde quamvis ob externationem conscientiæ propriæ, liberaretur à mendacio, & inde à perjurio, quatenus enunciatio cum externatione illa non esset opposita, sed con-

formis conceptui propriæ mentis : liberari non posset à culpa mortali, in quantum non esset conformis menti interrogantis. Imò in foro externo haberetur perjurus.

Tum quia tenemur obedire superiori justa præcipienti. D. Th. 2. 2. q. 69. *art.* 1. & 2.

1743 At in praxi, quod stoliditas ex præsentia Judicis mentem rei ità perturbet, ut plenam advertentiam tollat, rarò, aut nunquam contingit, & non nisi in persona maximè pusillanimi. Regulariter autem advertentia non tollitur, sed potiùs acuitur, ut constat ex astutiis, quas rei speculantur, & quibus utuntur in respondendo, ut delicta occultent, aut minuant.

AD SECUNDUM

1744 Resp. excusari à perjurio, & à mortali. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. §. 3. *num.* 2. Delbene *tom.* 1. *pag.* 563. *num.* 18. Castropal. Diana, & Com. apud ipsum; quia tunc Judex non legitimè interrogat; unde reus habet jus occultandi, & inde potest licitè tacere, aut æquivocatione, ac restrictione uti, satis externata per circumstantiam Judicii, Judex námque interrogat ut persona publica, adeóque de delictis judici de jure manifestandis; unde reus si neget crimen, quod patravit, dicendo: *Non feci*, intelligendo; *Ut manifestandum tibi tanquam Judici*; verum dicit, & Judex, hanc restrictionem externatam per circumstantiam Judicii potest satis advertere, si non sit legitimus, aut non legitimè interroget, quatenus nulla præcessit semiplena probatio: *v. à, n.* 1734. *ad* 1735. quia bonum publicum exposcit, ut reus, aut testis pareat legitimo judici, & legitimè interroganti.

1745 Idem docet Simanca *tit.* 42. *nu.* 13. de hæretico occulto; quia Matth. 11. *Jugum Domini suave est, & onus leve: esset autem res gravissima obligare aliquem, ut se prodat indiciis interrogatus.* Unde D. Chrysost. super epist. Pauli ad Hæbr. *Non tibi dico prodas in publicum, neque ut te apud alios accuses, sed obedire te volo Prophetæ dicenti: vela Domino viam tuam.*

1746 Utigitur reus teneatur de plano sinè æquivocatione respondere, requiritur quòd Judex sit legitimus, nimirùm, qui habeat jurisdictionem ordinariam, vel saltem in reum. Et quòd legitimè interroget, quod jure fit, quando præcedit semiplena probatio delicti, vel infamia, aut præcedant indicia probata, quæ semiplenæ probationi æquivaleant; quod debet reo notificare, ne possit reputare suum crimen occultum, & inde celare; sicut enim nemo obligatur ante legis promulgationem, ità nec judici, antequam notificet se juridicè interrogare. Tamb. *tom.* 1. *p.* 92. *n.* 4.

AD TERTIUM

1747 Prima sententia negat, excusari perjurio, & à mortali, si semiplena probatio præcesserit. D. Thomas 2. 2. q. Sanch. *lib.* 6. *consil. cap.* 3. *dub.* 29. Peletus, & alii 25. Doctores antiquiores, quos refert, sed non sequitur Cardenas *de fer. cap.* 8. *num.* 78.

Ratio est, quia inter partes justitiæ principua est obedientia, qua tenemur Superiori legitimè, & justa præcipienti obedire; sed precedente semiplenâ probatione, judex legitimè, & justum præcipit reo, dum præcipit sub juramento, ut fateatur veritatem; ergo tenetur reus sub juramento obedire, fateri veritatem.

Secundò, quia jus præcipiendi, & jus obediendi sunt correlativa; igitur implicat, quòd Judex legitimus habeat jus præcipiendi reo, & reus non obediendi, sed occultandi.

Tertiò,

Tertiò, quia aliàs publicum Reipublicæ bonum vereret, quoniam sub hac spe impunitatis grassarentur delicta.

1748 Secunda sententia affirmat, excusari. Rodr. *tom. 2. art. 4.* Portellius *tit. correctio fr. ver. Reus n. 43.* Villalobos *tom. 2. tr. 16. q. 1. n. 10.* Malderus *tract. 6. cap. 2. de justitia. Sum. aper. ver. Actus judiciales, tit. de reo n. 9.* Duna *par 1. tr. 15. res. 27.* Salzedo *in pract. gr.* Tanc. *de Relig. tract. 4. lib. 3. num. 30.* Trull. *to. 1. lib. 3 cap. 4. §. 3. n. 2.* De Lugo *tom. 2. de just. disp. 40. sect. 1. n. 14.* Filliuc. Fagundez, Castropal. & quamplures alii, quos nominatim, & sequitur Cardenas *disert. 14. c. 5. §. 1.* Qui docent, excusari non solùm in causis capitalibus, & gravioribus jacturæ bonorum, aut bonorum bonorum, verùm etiam si pœna sit triremium, exilii, aut carcerum plurium annorum, putà duorum; quia est gravis. Sic Tanc. *cit. num. 32.* idem tenet, si pœna sit spiritualis, ut excommunicatio major; quia ea pœna gravis. Contra Panorm. Busem. & alios plures.

1749 Et tunc dicunt, excusari à perjurio quando veritatem per restrictionem, aut æquivocationem externatam, respondendo: *Non fecit*, subintelligendo: *Ad dicendum tibi culpa. Ad me prodendum.* Et si delictum sit sacramentaliter confessus, & de eo absolutus, *sum innocens, & immunis ab hoc delicto*, absque culpa; quia tunc restrictio est satis externata à circumstantia pœnæ gravis, quæ sequeretur; unde id, quod subintelligitur, subintelligitur ex circumstantia extrinseca pœnæ gravis.

1750 Ratio potissima hujus sententiæ est; quia leges, & præcepta humana non obligant cum periculo vitæ, aut alterius notabilis mali, uti sunt prædicta; sed præceptum Judicis est humanum, & positivum, & confessio criminis, licèt de eo semiplena probatio præcedat, est cum periculo vitæ, aut alterius notabilis mali; igitur non tenetur reus sub mortali, & perjurio tunc crimen fateri, licèt de eo semiplena probatio præcedat; sed potest illud celare modis, quibus suprà. Major constat; cum Com. in materia de legibus; nam præcepta humana non possunt se extendere ad id, quod est moraliter impossibile; id autem, quod est multùm difficilè reputatur moraliter impossibile; talis est confessio criminis in concursu alicujus ex præmissis malis, licèt semiplena probatio præcesserit; multùm quidem difficilè est, imò onus supra vires naturæ obligare aliquem, ut concurrat ad sibi mortem, aut malum grave infligendum.

1751 Hic faciunt auctoritates, quas adducit Simanca *in solutione secundi quæsiti nu.* 1745.

1752 Ad primam rationem in oppositum respondent: Inter leges humanas certum est plures esse, quæ obligant ad culpam, & plures, quæ ad solam pœnam; hujusmodi est præceptum Judicis, quod solùm obligat ad pœnam.

1753 Ad secundam: Jus præcipiendi sub culpa, & jus obediendi sub culpa, sunt correlativa, minimè jus præcipiendi sub pœna, & jus obediendi sub culpa; adeóque implicat, quòd Judex habeat jus præcipiendi reo sub culpa, & reus non habeat jus obediendi sub culpa; at non implicat, quòd Judex habeat jus præcipiendi sub pœna, & reus non habeat jus obediendi sub culpa.

1754 Ad tertiam, negant sequelam; quia suppetit Judici alia via ad veritatem inveniendam; nempe inquirendo alios testes, comminando, aut dando reo torturam, absque eo, quòd illum ad confessionem proprii criminis obliget sub culpa.

1755 Ad id, quod contra hanc solutionem in-

insurgit Gonet, quòd non liceret judici reum ad confessionem criminis capitalis semiplenè probati per torturam cogere; quia iniquum est ad id aliquem cogere, quòd præstare non tenetur.

Respondet Cardenas *cit. n.* 85. cùm distinctione: *Iniquum est quemquam ad id cogere, quod præstare non tenetur, neq; sub culpa, neq; sub pœna, omitto: quod præstare non tenetur solùm sub culpa, nego.* Et addit experientiam plurium legum civilium, quæ obligant solùm sub pœna, & tamen ad illas potest adstringere Judex.

1756 Et Thomas Delbene, *qui in tom. 1. de Inquis. p. 563. n. 17.* hanc sententiam non improbabilem putat: *in tom. 2. p. 463. n. 35.* absolutè eam docet, hac motus ratione: *Quia tunc jus, & præceptum Superioris non est accommodatum, seu conforme fragilitati humanæ, cum vix ex mille unus illud esset observaturus.*

1757 Deniq; addit Cardenas, per tres propositiones ab Innoc. XI. damn. damnari restrictionem mentalem, de qua *n.* 1730.

1758 Ita discurrunt relati Theologi, mihi sufficiat retulisse; nam Port. *cit.* concludit his verbis: *Et eos, qui hanc opinionem tenuerint cum Rodriquez, non damnabo ob tot viros, & ob talem rationem.*

1759 Illud certum est, non teneri reum, si crimen negavit, post latam sententiam, sive absolutoriam, sive condemnatoriam, illud fateri; sed solùm coram Deo pœnitere, quia confessio ordinatur ad conficiendum judicium, adeóq; judicio finito, finitur obligatio rei, nisi inde immineat damnum tertio, juxta dicta suo loco. Ità Com. Imò Busem. *lib. 4. c. 3. dub. 3. n. 2.* & Tambur. *cit.* cum aliis docent, neq; teneri ante sententiam, donec iterùm interrogetur. Et hoc maximè, si retractatio esset inutilis.

1760 Excipitur casus hæresis ratione dali; nam hæreticus convictus debet fa & si negavit, tenetur adhuc veritatem festare; quia aliàs pœnam subiret, ut hæ negativus, & ità cum aliorum scandalo *cit.*

1761 Portellius *cit. tit. Correctio verb. Reus n. 3.* contra Sanch. ait, quòd cus negativus jam damnatus, & qui d supplicium, non teneatur sub mortali tem publicè fateri; quia nimis dur confessario id ei suadere, cum periculo let obedire, & cum conscientia errone dens se teneri, mori. Nec adesset scan quia omnes sciunt, reos solvere delict re, & posse in ultimo articulo mortis mentaliter confiteri.

1762 Idem docet *n.* 6. si metu to rum sibi falsum crimen imposuit, ob patibulum ducitur; nisi adsit spes, quòd ctione liberetur; quæ spes non adest quia post latam sententiam non juvat ctatio in causa propria.

1763 Verum tamen est, quòd qui ad supplicium, non debet absolvi, let complices in causa hæresis formalis miarum, proditionis patriæ, & damni tertii, si complices non sint ti, nec detur certa spes, quòd per alium emendentur. Mendo *in epit. verb. Reus* 17.

1764 Hinc fit, quòd liceat in aliis non possit reus legitimè interrogari de plicibus, si sint omninò occulti, & ctum sit tale, ut ex se soleat habere vel nisi semiplena probatio de societate, complicitate per indicia, aut testes dat. Tenetur interrogatus socios ma re, si crimen sit exceptum; contra com nitatem, ut hæresis, proditio patriæ; aut tra tertium, sciens malum non po

Imperii, Port. *cit. n. 47. v. tom. 2. à n. 62.* Et etiam interrogatus, si crimen sit hæresis, aut proditionis patriæ, ut *in tom. 2. de denunc.* n. 1597. 1608.

De juramento, agunt Scotus *in 3. dist. 39. q. un. litt. A. in 4. dist. 28. q. un. litt. C. quod l. q* 20. Mastrius *in Theol. mor. disp. 11. q. 3. n. 48.* Bonac. *tom. 2. pag. 157.* Joan. de la Crux *pag. 20.* Tamb. *tom. 1. lib. 3. c. 1.* Leander *tom. 7. tract. 1.* Fagund. *lib. 3. tract. 2. c. 2. dub. 1.* Tanc. *tom. 3.* Cabrop. *par. 3. tract. 14.* Ant. à Spir. S. *tom. 1.* Alloza, & Mendo *ver. Juramentum,* Carden. *de Clericatus à c. 37.* Gobat. *tom. 3. par. 2.* Salas *in 1. tom.*

De strictione, agunt Mastrius *dis. 11. q. 3.* Bonac. *tom. 1. pag. 267.* Tamb. *to. 1. lib. 3.* Leander *tom. 7. tract. 1. dis. 45.* Busen. *lib. 3. tract. 1. c. 2. dub. 4.* Cardenas *dis. 19. Clericatus 38.* Gobat. Ant. à Spir. S. Alloza, & Mendoza.

ADJURATIO

1765 Juramento affinis, est inductio personæ ad aliquid faciendum, vel non faciendum, invocatione alicujus Sancti, aut rei sacræ, v. gr. *Adjuro te Deum vivum per Jesum Christum filium tuum, ut des mihi salutem animæ, & corporis.* Unde est actus Religionis.

1766 Potest fieri dupliciter, per deprecationem, & per imperium.

1767 Ut sit licita, tres requiruntur comites *Veritas, Judicium, & Justitia.*

1768 Veritas consistit in hoc. 1. Ut adjuratio fiat per verum Deum, & per res verè sanctas: secus si fieret per falsos Deos, &c. esset venialis. 2. Ut res non petatur fictè, sine animo decipiendi, & tunc esset venialis.

1769 Judicium consistit in hoc. 1. Quòd adjuratio fiat prudenter, minimè leviter, & temerariè; & tunc esset venialis. 2. Quòd Deus, & Sancti non adjurentur imperativè, sed deprecativè; nec dæmon deprecativè, sed imperativè, quod esset mortale; nam imperium supra Deum, & Sanctos esset injuria, & contemptus; deprecatio erga dæmonem, esset amicitia, & submissio.

1770 Justitia consistit in hoc, quòd res, quæ petitur, sit honesta; nam si mala, adjuratio esset peccatum mortale, aut veniale, juxta gravitatem, aut levitatem malitiæ rei.

1771 Possumus adjurare 1. Deum per se ipsum, per Christum, per Mariam Virginem, per Sanctos uti sibi charos, & per sacra Mysteria, & Passionem.

1772 Non potest autem adjuratio fieri per creaturas inferiores, nisi sint specialiter Deo charæ; sic Exodi cap. 32. adjuratur Deus: *Recordare Abraham, Isaac, Jacob servorum tuorum.* 2. Possumus adjurare B. Virginem, Sanctos, & Angelos, per Deum, & Jesum Christum. 3. Dæmonem, & creaturas, per Deum, & Jesum Christum, B. Virginem, Sanctos, & sacra Mysteria.

1773 Creaturæ rationales adjurare possunt directè; irrationales verò, ut animalia nociva, tempestates, fulgura, &c. non nisi in directè; quia cùm non sint rationis capaces, non possunt per adjurationem directè induci, & moveri ad præstandum, quòd petimus; sed in quantum à Deo moventur contra nos in pœnam, vel à dæmone in vindictam, ut noceant, nos eas adjuramus, deprecando in ordine ad Deum, vel imperando in ordine ad dæmonem, ut sic Deus misereatur, & dæmon à nocendo desistat; & hoc pacto dicuntur creaturæ indirectè adjurari.

1774 Creaturas irrationales [rectè ait Joseph. August.] *Posse etiam impropriè adjurari per immediatam efficientiam supernaturalē super ipsas, explicatam per imperium metaphoricè dictum, sicut Christus Dominus imperavit ven-*

tis, & mari: hoc autem spectat ad virtutem miraculorum.

1775 Licitum est Exorcistæ tractare cum dæmone, & ea omnia petere, quæ ad suum munus, finem, & expulsionem conducunt; putà de causa ingressûs, numero spirituum, &c. & petere ab eo signum, quo exiisse ostendat: *v. à n. 385.*

1776 Quemlibet verò alium tractatum vanitatem, & curiositatem, putà si petat scire occulta, &c. esse mortale, tenet Castropal. non plus, quàm veniale, Sanch. & Caiet. apud Tamb. *lib. 3. c. 8. §. 2. n. 5.* At melius, dico cum Tamb. *cit.* esse mortale, si id fiat sæpe, & per longos sermones; quia tunc ostenditur amicitia, & benevolentia; quando Apost. 1. ad Cor. 10. ait: *Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum*: Veniale verò, si fiat raro, & per breve tempus; quod sequitur ex verbis Pauli, ex quibus graviter familiaritas, & amicitia prohibetur.

1777 Licitum est cogere dæmonem, ut maleficium tollat, aut signum, quo durante durant pactum de vexando creaturam; quia id non est uti ope dæmonis in obsequium nostrum, sed nos defendere, & cogere, ut destruat opera sua.

1778 Eâdem ratione licet imperare dæmoni superiori ad coercendum patiter dæmonem inferiorem; licêt namq; in nostram utilitatem expellere clavum clavo. Delbene *de Inquisit. par. 2. dub. 228. sect. 28. n. 18.*

1779 Non potest licitè Exorcista dæmoni exposcenti concedere, aut permittere, ut immittatur in alium hominem; quia non est dominus vitæ proximi: bene verò, ut immittatur in equum, si ejus dominus sit dives, & plures habeat, ut pro reparatione salutis obsessi amissio equi alterius non conficeret de notabile damnum. Secùs si esset cum notabili alterius damno. Tanc. *tit. 1. dis. lig. dis. de adjur. n. 67.* quia nemo tenetur gravi suo damno alterius saluti corpoream currere. Tamb. verò cit. cùm Castropal. id licere etiam cum gravi damno boni temporalis alterius; quia putat, talem obsessum esse constitutum in extrema necessitate, ubi omnia sunt communia.

1780 Licet obsessum in dæmonis contemptum expuere, & leviter percutere. Si dæmonem te injuriis afficientem ità acceptum graviter in obsesso percutis, peccas mortaliter & si obsessus est Clericus, excommunicationem incurris, nisi inadvertentia, aut ignorantia excuset; quia cum dæmone Clericum dente diabolo percutis, eique injuriam facis, non minùs quàm excommunicatus est, ait Tamb.] si canem in sinu domini cum te latrantem, advertenter cum domino confodias.

1781 Qui exorcizat, esse debet Sacerdos, aut saltem exorcistatus ordine insignitus, & Ordinarii licentia.

1782 Si laicus id faciat publicè, frequenter, cum populi admiratione, & Superiori contradicente, peccat mortaliter. Secùs si privatim, aut si publicè, raro simplicitate, & contradictione, & ex fide, non ducia in Deum; maximè si haberet hanc gratiam gratis datam eos expellendi. Tamb. *lib. c. 8. §. 2. n. 4.* dummodò non sit idiota, & grossus, quia exponeretur periculo, ut decipiatur à dæmone, aut aliqua superstitione utatur.

1783 Nec diceretur usurpator jurisdictionis Clericalis, sicut nec talis dicitur laicus qui Missæ inservit, lumina accendit, & aceolos cùm vino, & aqua Sacerdoti porrigit, quod est Officium Accoliti; nec quia digni-

gnos ab Ecclesia expellit, quod est proprium Officium non aliâ ratione, nisi quia munera Minorum Ordinum laici non exercent ex Officio, Clerici verò ad illlos promoti exercent ex Officio. Hinc Christus Marci 16. generaliter de vitiis, & bonis Christianis loquens, ait: *Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient.* Et Marci 12. *Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem; alii, &c. alii gratia sanitatum in uno spiritu.*

1784 Ritè autem prohibetur à Superioribus, etiam Sacerdotibus Officium Exorcistæ iis rerum licentia exercere, ne quis ignarus imperitus, aut pravæ vitæ audeat cum periculo superstitionis, deceptionis, & contemptûs, peragere munus, ad quod scientia, pietas, mortificatio, & maximè vitæ rectitudo requiritur.

De adjuratione, agunt Tanc. Tamb. *cit.* & Clemens *cap.* 45.

CAPUT III.

DE VOTO.

DEFINITIO.

1785 VOtum est, *promissio deliberata, & voluntaria facta Deo de meliori bono.* Propositum, est *sola voluntas faciendi quæ*; promissio huic voluntati addit voluntatem obligandi alteri, & in casu votis se obligandi Deo.

1786 Hinc promissio, si cadat supra materiam præceptam, novam obligationem inducit.

1787 Pœnitens, qui à Confessario monitus, ut à peccato, v. gr. fornicationis, desistat, dicit: *Promitto me illud amplius non commissurum*, regulariter non emittit votum, sed solùm manifestare vult suum firmum propositum; quia communiter non intendit in casu transgressionis se obligare ad novum peccatum, sed ad idem contra sextum præceptum.

Quòd si velit expressè se obligare in casu trangressionis ad novum peccatum contra præceptum humanum promissionis à se emissæ; tunc emittit votum, quia est promissio facta Deo cum animo se obligandi novâ obligatione liberâ, seu novo præcepto humano à se libere imposito.

Obligatio autem, quam communiter habet quilibet homo ad vitandum peccatum, est obligatio necessaria, quæ supponit præceptum; unde oritur, non facit præceptum: Votum verò facit, imò est præceptum novum; adeóque, qui habens votum castitatis fornicatur, peccat contra duo præcepta, contra præceptum divinum Decalogi de numero sexto, & contra præceptum humanum voti, libere ab ipso homine sibi impositum, in confessione aperiendum; quia contra duas virtutes, nempe contra castitatem, quam præceptum divinum respicit, & contra Religionem, quam respicit votum.

1788 Qui adstantibus dixit: *Si Deus me sanitati restituerit, fiam Religiosus*, non fecit votum. Gobat. *to.* 3. *de voto n.* 15. quia ea fuit sola animi ostensio facta adstantibus; non promissio obligatoria directa ad Deum. Et sicut similia verba nulli homini directa, in humanis negotiis nullum pactum, & nullam obligationem strictam inducunt; ità in re nostra.

1789 Dicitur, *deliberata*, quatenus vovens debet plenè advertere, & cognoscere materiam, quam vovet, deliberatio enim importat advertentiam, & cognitionem materiæ, cum libero & expedito interiorum sensuum usu. Hinc, si quis existens Panormi, putans D. Jacobum de Compostella distare non plus, quàm per centum milliaria, ut voveret ad illã

accedere, non teneret votum ex defectu deliberationis circa substantiam voti.

Similiter vota facta cum semiplena advertentia, seu deliberatione, v. gr. ex repentino animi motu, non valet: Aut si quis voveret semivigilans, vel habens sensus internos vehementissimâ passione iræ, &c. perturbatos.

De errore, & ignorantia discurre, ut de juramento, *à n.* 1655. Error circa vim voti, v. gr. quòd obliget sub veniali, quod obligat sub mortali; & quòd possit relaxari, quod relaxari non potest, irritum reddit votum, ex defectu consensus; & quia est error circa substantialia. Gobat. *tom.* 3. *de voto n.* 109. *v. num.* 1956. & 1822.

Dicitur: *Voluntaria*, hoc est cum libero voluntatis consensu.

1790 Dicitur; *De meliori bono*, in ordine ad suum oppositum. Hinc votum nubendi absolutè loquendo non tenet; quia matrimonium non est bonum melius castitate sibi oppositâ. Dixi *absolutè*; quia id, quod absolutè est minùs bonum suo opposito, ex circumstantiis hic, & nunc potest esse majus bonum: ut *in num.* 1816.

Hinc votum ducendi pauperem, vel meretricem causa pietatis emissum, est invalidum. Ant. à Spir. S. *tom.* 1. *dis.* 2. *sect.* 13. quia est impeditivum castitatis, quæ est bonum melius, & Deo gratius recensito titulo misericordiæ.

Validum autem est emissum hac cum conditione: *Voveo, casu, quo velim nubere, ducere pauperem*; quia per hoc votum non obligatur quis ad matrimonium, sed quòd eo libere assumpto, sit electurus matrimonium Deo gratius, quale est pauperis.

Dicitur facta Deo: ut *in num.* 2017.

DIVISIO VOTI.

1791 Dividitur in solemne, *& est illud, quod acceptatur ab Ecclesia*; ut votum castitatis sacris Ordinibus annexum, professionis Religiosæ: Et simplex, *quod eam solemnitatem non habet, sed emittitur vatâ authoritate.*

Subdividitur in absolutum, *quod fit non ad materiam, quam voves*; ut si voveo castitatem ex amore castitatis: Conditionatum, *quod fit sub conditione, ex affectu solvendi, habendam, vel non habendam conditionem*; gr. voveo castitatem, si Deus me liberet hac tempestate: Et Pœnale, *quod fit in pœnam*; ut voveo jejunium, si lusero.

Item in reale, *in quo promittitur res*; ut eleemosyna: Personale, *in quo affertur persona, vel ejus omissio*; ut peregrinatio, vel omissio ludi: Et mixtum, *in quo utraque*; ut peregrinatio cum eleemosyna.

CONDITIO

1792 In votis apponi solita, si sit de praeterito, aut de præsenti, non reddit votum conditionale, sed absolutum; quia non suspendit obligationem. Ità si sit futura necessaria: ut *Voveo eleemosynam, si erat danda*; quia hæc habetur pro impleta. Unde debet esse de re contingenti, ut votum sit conditionale.

Conditio impossibilis reddit votum nullum, cum non possit poni in esse. Solùm in matrimonio, & ultimis voluntatibus habentur pro non adjecta, & non reddit actum nullum; sed pro his ità jus disposuit, non sic in votis.

Votum sub conditione turpi, si conditio habeat rationem finis voti, quatenus ex voto obtineri intenditur; ut votum dandi eleemosynam pauperi, si hæreditas injusta obtineatur; est nullum, ex *num.* 180. Validum verò, si non se habeat, ut finis, sed pura conditio: ut *Voveo ingredi Religionem, si meus pater bona sua dissipabit.* In primo

...minus, conditio se habet, ut finis, in secundo, ut causa impulsiva, & occasio: *v. num.* 1789.

1793 Votum conditionale non obligat, si conditione adimpletâ, quæ non sufficit, si non impleatur in æquivalenti, ut in contrario, sed adimpleri debet in forma specifica, quia interpretatio voti est strictè faciendi, ut minùs obliget.

1794 Vovisti Religionem, si tua soror nubat: mortua est tua soror; teneris ad votum, si tua intentio fuit de non deserendo eam defunctam; quia tunc materialiter se habebat tua intentionem nuptiæ; non teneris præcisè nuptias ob aliquod speciale motivum intendisti. Mendo *in epit. ver. Votum* num. 55.

1795 Vovisti certam eleemosynam dare, si in anno fieres Judex Prætoris; factus autem Judex Magnæ Curiæ; teneris ad votum, si ascendisti gradum Judicis Prætoris eundem virum, & dispositionem ad gradum Judicis Magnæ Curiæ. Secùs si tua intentio fuit absolutè, & præcisè ad illum intenta, vel ob aliquod speciale motivum; vel quia altum gradum ob tui insufficientiam, vel alio... tam exaltationem non sperabas.

Idem dic de voto dandi certam eleemosynam Ecclesiæ, si fias Parochus Ecclesiæ N. & si factus Parochus pinguioris Ecclesiæ. Ant. à Spir. S. *tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 2. *sect.* 26. *n.* 574. In dubio de intentione, sive positivo, sive negativo, non obligaris, quia standum est pro libertate.

1796 Impediens conditionem voti, non tenetur, si conditio pendeat à propria voluntate; quia non obligavit ad conditionem, sed ad votum, conditione libere apposità. Si conditio pendeat à voluntate alterius, & sit mala: ut *Voveo Religionem, si pater meus bona sua in ludis, & cum meretricibus dissipabit*; potest impedire, quia mala sunt impedienda: at conditione adimpleta, tenetur ad votum: ut suprà dictum est *num.* 1792.

Si conditio pendeat à voluntate alterius, & non sit mala, seu prohibita, non potes sine peccato impedire; quia tunc remisisti obligationem voti in alterius voluntatem; unde in eo voto adest pactum virtuale, & implicitum de conditione non impedienda. Et tunc peccas impediendo conditionem; at non obligaris voto, quousque conditio apponatur. Peccas autem impediendo vi, aut fraude. At non peccas, si precibus, & rationibus utaris, ut ille conditionem non apponat; quia liberum illum relinquis.

Si quis voveat Religionem ingredi, si pater intra annum consentiat, & ipse votum non manifestat; elapso anno, quamvis pater consentiat. non tenetur ingredi Religionem, Et idem est, si vi, aut dolo impediat, ne pater consentiat: quia reverà conditio non fuit impleta. Ant. à Spir. S. *cit.*

IN VOTO POENALI.

1797 VEr. gr. *Voveo jejunium, si lusero, si non recitavero divinum Officium*; quoties transgressio in conditione caret culpa, putà per inadvertentiam, infirmitatem &c. caret pœna; quia pœna est imposita ob culpam transgressionis in conditone, nempe ob ludum, ob omissionem Officii divini. Imò si recordaris conditionis, & non recordaris pœnæ culpabiliter, inquam, omittis officium, ut non recordaris pœnæ jejunii, non teneris ad pœnam; quia oblivio naturalis æquivalet ignorantiæ invincibili pœnæ, quæ excusat à pœna.

Eâdem ratione, si scias te votum emisisse, at nescis, si sub pœnâ aliqua, peccas quidem contra votum, sed non tenetis ad pœnam.

Item, quoties conditio cadit, quatenùs est inepta, indifferens, impossibilis, &c. cadit pœna; quia pœna est accessoria conditioni positivæ, aut negativæ, videlicet actui, aut omissioni, quæ vitari intenditur, & ad quam vitandam fit votum pœnæ.

1798 Quod est verum etiam in voto pœnali duplici, ubi scilicet tam pœna, quàm ipsa conditio est materia voti: v. gr. *Voveo non ludere, & si lusero, voveo jejunium.* Tunc si cadat votum de non ludendo per dispensationem, aut ob aliam causam, cadit votum de jejunando.

Ex quo habens, quòd in voto pœnali conditio voti, quæ vitari intenditur, est finis principalis voti pœnæ, & hæc est illi accessoria.

Si pœna apponatur sine determinatione quoad vices.

HÆC SIT REGULA.

1799 Si pœna est ex ordinariis, & moderatis, quæ iterari solent; intelligitur incurri toties, quoties: Si verò est ex gravissimis, quæ iterari non solent, ut est peregrinatio, ingressus Religionis, &c. tunc in prima transgressione incurritur pœna, minimè in sequentibus. Quod est verum, sive votum sit de sola pœna, v. gr. in casu ludi: ut *Voveo jejunium, peregrinationem, si lusero.* sive sit de ludo vitando sub pœna: ut *Voveo vitare ludum sub pœna jejunii, peregrinationis, &c.* Castropal. *tom. 3. tract. 15. disp. 1. pun. 18. pag. 141.* Tamb. *tom. 1. lib. 3. c. 12. §. 7.* Ant. à Spir. *tom. 1. tract. 5. dis. 2. sect. 27.* Quia interpretratio tunc est facienda ex communi hominum more, & verisimili intentione voventis; homines enim non solent pœnas gravissimas, & extraordinarias sibi toties, quoties sunt in culpa, imponere; benè verò ordinarias, & moderatas.

Tum quia timor singularis gravissimæ extraordinariæ pœnæ, potest hominem perpetuò continere, licèt post ejus incursum cesset; adeóque potest sub una vice perpetua ludi vitatio promitti.

Ex quibus rationibus, non improbabiliter putant citati Doctores, votum de pœna fit in casu ludi, sive de ludo vitando, sive gravissimis, sive ex ordinariis, intelligi vice: Pro hac sententia adducunt, Sà, Trullench, & Layman; & exemplum de jejunandi in vigilia alicujus Sancti, quod ligitur de prima vigilia, nisi aliud exprimi

METUS IN VOTIS.

1800 Qui vovet motus timore periculi causa naturali proveniente, ut tempestate, morbo, &c. vovere dicitur metum intrinsecè incussum. Qui verò timore periculi à causa libera proveniente, gr. à latrone, &c. vovere dicitur ob metum extrinseco incussum.

1801 Vota omnia, etiam solemnia, ex metu non incusso ad finem ea exercendi sunt valida, etiam si metus sit gravis, injustus & ab extrinseco incussus; quia tunc votum nemine impellitur, sed sponte illud eligitur quam remedium mali imminentis. Similiter est validum, quando eligitur tanquam conditio oblata ad malum vitandum; imò est validum, etiam si metus gravis sit justè incussus illud extorquendum; quia tunc sine injuria tum proponitur sub conditione, non sub ction; ut nempè voveas, si malum, cui causam dedisti, effugere velis. Si autem metu gravi injustè incusso ad finem illud extorquendi, est invalidum jure Ecclesiastico, naturæ, nisi sit juramento firmatum; quia illud non acceptat, ne det vim injustæ coactioni; adeóq; ut non servetur, non indiget re-

tione. Exempla habes de metu in matrimonio n. 1645.

MATERIA.

1801 UT votum sit validum, debet esse possibilis, nec mala, vana, inutilis, aut indifferens: ut si quia cecidisti ex equo, voveas amplius non equitaturum; quia naufragus es in mari, non amplius navigaturum, quia displicet Deo stulta promissio; imò peccatum veniliter, nisi sit de re mala mortaliter: non valescit, si mutatis circumstantiis bona; nam ex *reg. juris 18. in 6. non fit. nocumentum temporis, quod initio non subsistit.*

1802 Si res sit bona, conjuncta tamen cum aliis malis, & tu illam voveas ut bonam, non votum, ut si voveas eleemosynam, si non furtum, quod patras, quia tunc finis voti est bonus, proles, &c. quæ in se sunt bona, & non Dei, adulterium verò non est finis, aut effectus voto intentus, sed concomitanter se habet. Quòd si res mala sit finis, aut effectus voto intentus, utique invalidum est votum.

1803 Votum, si ei adjungatur finis, aut circumstantia mala, se tenens ex parte materiæ voti, v. gr. si voveas eleemosynam ad obtinendam vanam gloriam, est invalidum. Validum est, si se teneat ex parte voventis; ut si ex vana gloria voveas eleemosynam, licet vovendo pecces; quia in primo casu votum, quod est actus Religionis, & cultus Dei, ordinatur tanquam medium ad vanam gloriam, quæ est mala, & inde Deo ingrata; at in secundo casu, vana gloria se habet concomitanter, & ut causa impulsiva, non ut finis.

1804 Causa impulsiva, seu occasio votidicitur illa, quæ existit, aut putatur existere, quando fit votum, & hominem ad vovendum excitat: finis verò voti est ille, qui à vovente intenditur obtineri, & hic, occasione deficiente, adhuc persistit.

Sit exemplum de infirmo, qui occasione desumptâ ex infirmitate, vovit recitare quolibet Sabbato Rosarium Virginis, vel ob Virginis cultum, qui est finis intrinsecus; vel ut saluti restituatur, & in ea conservetur, qui est finis extrinsecus. Infirmitas est causa impulsiva; cultus, aut salus est finis.

1806 Finis intrinsecus est ille, qui essentialiter est actui annexus, ut cultus in oratione, & recitatione Rosarii: Finis extrinsecus est ille, qui est separabilis ab actu, & solùm est ejus finis, quatenùs est ab operante intentus: Sic est salus in voto de recitatione Rosarii.

1807 Votum Mulierculârum Panormi fieri solitum de commorando toto die Festo alicujus Sancti in ejus Ecclesia, & non comedendo, nisi quod ab aliis eis sponte defertur, est nullum, utì de materia inepta; quia est experientiâ compertum, ut nulla ex his careat cognatis, qui cibos affluenter deferant, & sic in Ecclesia tanquam in taberna bibunt, & comedunt; quod non cedit in cultum, sed in maximam Dei, & Sancti irriverentiam. Validum tamen erit votum, si postquam Sanctum inviserint, domum repetant, ibiq; uti eis placet, jejunent.

1808 Votum mulierculæ non nendi, seu filandi die Sabbati ob Virginis devotionem, non tenet, si habeat animum alia opera servilia patrandi. Leander *de voto tr. 2. disp. 4. q. 11. quia non cedit in cultum ab eo abstinere, cum liberum sit ei aliis operibus servilibus mentem magis à divinis avocantibus vacare.*

1809 Votum agitandi tauros, aut prophanas comicorum repræsentationes in honorem ali-

alicujus Sancti exhibendi, non tenet. Mendo *n.* 63. quia minimè Sanctorum cultum, sed immo destias, & indecora retinet.

1810 Votum omissionis rei bonæ tenet, si omissio disponat ad majus bonum, ut votum non nubendi. At non tenet, si omissio sit operis præcepti, aut consilii; quia esset rei malæ, aut indifferentis: ait Mendo *n. 66.*

1811 Quis post votum non fornicandi, videns se, in quadam occasione mulieris, tentationibus agitatum, ut tunc liberaretur à fræno voti quoad fornicandum, illud ipsemet commutavit in melius, videlicet in votum Religionis. An validè?

Respondeo: Invalidè. Mendo *ver. Votum n.* 79. cum Sanchez, & Suario; quia in his circumstantiis commutatio non est in melius; nam primum votum habet pro fine vitare, & non patrare peccatum, quod est bonum melius, quàm fieri Religiosum. Imò talis commutatio in votum Religionis opponitur illi fini, & commutans intendit tollere tunc frænum peccati, qui est finis malus, qui vitiat naturam voti Religionis, ex se meliorem; unde in illis circumstantiis invalidum est votum Religionis, & obligat primum votum.

1812 Quidam sartor vovit se servaturum castitatem, in sua tamen patria, & arte; postea venit in notitiam, ibi conditam esse legem Principis, ut nullus artem ibi exerceat cœlebs, nisi alicui Magistro famulando: An possit nubere.

Posse, ait Gobat, *tom. 3. de voto num.* 10. quia conditio, dependenter à qua vovit, est reddita impossibilis; promissio namque dependens ab alieno arbitrio, censetur de re impossibili, quando alter consentire non vult: ità ille.

1813 Votum Religionis non obligat, quoties, ex aliqua causa professio emitti non potest sinè peccato; quia votum non est lum iniquitatis.

1814 Votum de non assumendo Sacr tium, ex humilitate emissum, est val Gobat. *tom. 3. de voto num.* 425.

1815 Votum de bono impeditivo ris boni est invalidum, & veniale esse ditivum majori bonis, non est esse tivum boni majoris cujuscumque, & absolutè consideratì; sic enim nulla fer valerent, cum semper sit invenire mi num, quàm sit ipsum votum factum; *esse impeditivum majoris boni, quod habeat tunc, quando vovet.* Hinc valet votum Religionis laxioris à sæculari invalidum verò est, si fiat à Religioso onis observantis.

1816 Si quod est per se minùs bonum per accidens majus bonum, tenet votu de, licèt regulariter votum de nubendo teneat, quia est impeditivum cœlibatus per se est majus bonum; tenet tamen: videas pronum ad lapsum, & contine tibi moraliter impossibilem; quia tun Paulus) *Melius est nubere, quàm uri:* vales sinè gravi periculo, aut infamia quere sponsam, vel liberos ex ea conce 3. si inde speretur magnum bonum & blicæ, putà pacis, &c. Tamb. *de voto ca §. 3. num.* 4.

1817 Votum abstinendi ab hoc oper vili, non furandi à Petro, non fornicandi tali muliere, est validum. Ant. à Spir. *tr. 5. disp. 2 sect. 9. n.* 249. cum Sanch. tra Tancr. quia abstinentia ab his actibus cèt sit circa rem individuam, est præcepta adeóque bona.

1818 Idem dico de voto, amore cont nentiæ emisso, non fornicandi, nisi cum muliere; quia hoc est votum non fornica cum aliis: Et particula exclusiva, *nisi*, non

obligatum fornicandi cum tali, quod esset malum, sed solùm facit, quod votum non se extendat ad talem individuam mulierem, quod non importat malitiam, cum votum sit liberum, & dependeat ex institutione vovendi.

Dixi, *amore continentiæ emissos*; quia si emittat amore mulieris, quam à voto excludit, votum est invalidum, & peccaminosum, uti extremula, quatenus esset emissum ad magis foveandum amorem, seu concubinatum cum puellâ.

OBLIGATIO VOTI

1819 Pendet ex quantitate materiæ, & qualitate intentionis: in materia gravi, v. g. recitando Officium Virginis, potest obligare leviter, sicut per multos potest Confessarius imponere pœnitentiam gravem pro peccatis gravibus, obligando pœnitentem sub veniali. Ità à fortiori vovens; quia facit in ejus libertate fuit obligatio quoad substantiam; ità & quoad modum. Potest igitur in materia gravi se obligare leviter, si id expressè intendat, alioquin censetur se obligare graviter; quia præsumptio sit ex regulari contingentibus: *v. n.* 1852.

1820 In materia levi non potest cadere obligatio sub mortali, nec ratione voti, nec ratione præcepti; quia ejus impositio est irrationabilis; nam materia levis est incapax obligationis gravis Diana *par.* 5. *tract.* 5, *resol.* 50.

1821 Potest tamen materia in se parva esse gravis ratione alicujus circumstantiæ, aut finis magni, & sic esse capax obligationis gravis: unde si voveas recitare quelibet die Ave *Maria*, in Virginis devotionem, est materia parva, & omittendo, nonnisi venialiter peccas; quia ejus omissio est modicus orationis defectus, sicut omissio unius Psalmi in Officio, quod pariter in laudem Dei recitatur. At si voveas illam orationem pro gravi tentatione sedanda, pro qua eam es expertus in medicinam; tunc potes ad eam te graviter obligare, quia est materia gravis, ità ut urgente gravi tentatione, & periculo cadendi mortaliter pecces, si omittas: *v. n.* 1851. & *tom.* 2. *num.* 12.

1822 Votum ex errore emissum, non obligat, si error fuerit circa substantiam, aut conditionem substantialem rei promissæ, vel circa finem, seu motivum vovendi. Hinc qui vovit dare calicem, quem putabat argenteum, non tenetur dare, si comperiat esse aureum: & votum celebrandi Missam pro salute infirmi non obligat, si sit mortuus, aut sanus: *vide num.* 1789.

1823 Votum negativum, v. gr. non bibendi vinum die Veneris, obligat ad tot peccata, quot vicibus frangitur: non sic votum positivum, v. gr. jejunandi die Veneris; unde toties peccas, quoties eo die vinum bibis; non tamen quoties comedis: uti de præcepto affirmativo, & negativo, cui votum æquivalet, discurrimus,

1824 Unde si vovisti jejunare in pane, & aqua, solùm peccas prima vice bibendo vinum

1825 At si vovisti hac die jejunare, si comedisti carnes, solùm te peccâsse prima vice, tenet Ant. à Spir. S. *tom.* 1. *tract.* 5. *disp.* 2. *sect.* 25. *n.* 362. cum Tamb. & pluribus.

Peccare verò toties, quoties carnes comedis, dico cum Castropal, & Suarez; disparitas est; quia primum votum non est negativum de abstinentia à vino, sed affirmativum de jejunio sub modificatione panis, & aquæ, quale jejunium per primum vini potum sit impossibile: secundùm est de jejunio absolutè; & quia jejunium includit pro altera parte essentiali præceptum negativum de abstinentia, quod per primam transgressionem non fit impossibile, ideo peccas quoties bibis.

Imò

Imò in mea sententia, quòd dispensatus ad carnes, ex quo cibi quadragesimales nocent, non sit dispensatus ab unica comestione; iste, qui peccavit prima vice comedendo carnes, tenetur servare sub mortali formam jejunii quoad unicam comestionem; quia jejunium non importat unicam comestionem, ut accessoriam, sed æquè primò unicam comestionem, & abstinentiam à carnibus.

1826 Alieno voto nemo obligatur, nisi ratificaverit; unde parentes, qui filium Religioni voverunt, tenentur solùm illum verè, & non fictè persuadere.

1827 Vota realia impleri debent de proprio. Si non habes, non teneris mendicare. Si verò alius, sive rogatus, sive spontè, velit solvere, quamvis tu possis ex tuo, valet. Vota tamen personalia non adimplentur, nisi per voventem; unde si non potes, non teneris per alium; res namque, non actio alterius potest fieri tua.

1828 Votum mixtum, ex parte, qua est personale, non potest per alium adimpleri; bene verò ex parte, qua est reale.

1829 Qui non potest quoad partem personalem, aut quoad realem adimplere, non tenetur commutationem facere in aliud, quod potest. Imò, si ambæ partes non sint æquè intentæ, sed una accessoria, quia non potest principalem, non tenetur ad accessoriam: *v. num.* 1834.

1830 Votum nunquam peccandi mortaliter, tenet; quia est de re moraliter possibili sed non est consulendum ob facilis violationis periculum.

1831 Votum nunquam peccandi venialiter, est invalidum, quia est de re moraliter impossibili: aliqui volunt, quod obliget ad vitanda mortalia, & venialia graviora. Votum de certo veniali, v. g. nunquam mentiendi, tenet. Non sic votum vitandi omne verbum otiosum, aut omnem distractionem in tione, quia spectatâ hominum imbecillit est moraliter impossibile.

1832 Si concurrant duo vota incompa bilia, impleri debet, quod est melius: æqualia, quod est prius: si non recorde bera est electio. Ratio primi, quia vot de meliori bono. Ratio secundi, qua tempore, est potior in jure: sit exem Petrus vovit jejunare in pane, & aqu bet sextâ feria, item vovit in vigilia D saliæ accedere ad montem ad invi Sanctam, hoc autem anno vigilia D. contingit feria 6. & hæc duo sunt i possibilia: in hoc casu adimplere debe jejunii, quia est de meliori bono; nam lius animæ, utpotè magis macerativ poris; hinc ad redimenda peccat Scriptura consulit jejunium, & eleem Tum quia iter sex, aut octo millia excusat à jejunio.

1833 Si materia, quæ ab initio fuit bilis, & apta, evadat impossibilis, aut in perpetuum, extinguitur votum; si pus, suspenditur pro illo tempore. Si impossibilis quoad partem, tunc si non commodè dividi, ut est ædificatio Te non teneris ad partem; si potest comm vidi, teneris ad partem, quam potes; non potest jejunare totum novenari vovisti, potes aliquibus diebus, tenet los: *v. n.* 454. *& an.* 1841.

1834 Si materia potest dividi, sed un sit principalis, alia accessoria, cessante tione principalis, cessat obligatio acces quia ex reg. juris Canon. *Accessorium* *sequi congruit principalis*; hinc si vovit p grinationem Romam in cilicio, & sibi offerre; si peregrinatio evadat impossi non teneris ferre cilicium, nec oblatio mittere; non enim sunt intenta per se

sum, sed dependenter à principali, ut ejusmodi: *v. num.* 1829.

1835 Votum disjunctivum, cujus una pars est materia apta, altera inepta, ut votum de recitando Rosarium, aut de danda eleemosyna de furto, est invalidum; quia in voto disjunctivo obligatio cadit æquè primò supra utramque materiam, cum libertate eligendi quam libet; adeóq; cum altera sit inepta, nullum est votum.

1836 Si vovisti dare Ecclesiæ bovem, aut equum; ad nil teneris, si tempore voti, aut antè equus perierit; quia tempore voti alterum non erat impossibilis. Si verò perierit post votum emissum, teneris ad superstitem quia tum obligatio cadat supra utramque partem, & votum in principio fuerit validum, teneris ad alteram. Potes tamen dare mortuum partis, quæ periit, si non sit facta electio, quia libera est tibi electio. Si autem omnes perierint absque tua culpa post factam electionem ejus, non teneris dare rem superstitem, nec pretium rei destructæ; quia facta electione, tenebaris solum ad rem electam, & cum illa perierit sine tua culpa, liberaris; quia res est facta impossibilis.

1837 Similiter, si post votum disjunctivum Religionis, aut castitatis, ingressus es Religionem, & ab ea ejectus fuisti, non teneris ad castitatem; quia altera pars est reddita impossibilis post ejus electionem. Gobat. *de voto tom.* 3. *num.* 79.

1838 Eâdem ratione hæres tenetur satisfacere votum reale defuncti, qui votum disjunctivum emiserat, cujus una pars erat personalis, & altera realis, si ille, dum vivebat, partem personalem non elegerat. Ant. à Spir. *Sum. tr. 5. disp. 2. sect. 11.* Castropal. *dis. 1. de voto pun. 12. num. 28.*

1839 Obligatio voti realis transit ad hæredes, si illi bona hæreditatis receperint. Insuper (salva legitima hæredis, quæ non potest à testatore gravari debito voluntario, quale est votum, aut legatum pium) nec hæres tenetur illud solvere, nisi juxta sufficientiam hæreditatis: *v. num.* 2053.

1840 Item Monasterium, si constituatur hæres voventis, ob ejus mortem, tenetur illius vota realia adimplere; minimè si constituatur hæres ob professionem Religiosam ab eo emissam; quia per professionem Religiosam extinguuntur omnia vota, tam personalia, quàm realia: Vota autem tempore hæreditatis extincta non tenetur solvere hæres. Si autem vota fuerint à tertio acceptata, probabilius est, quòd teneatur Monasterium solvere. Com. contra Castropal. *de voto disp. 1. punct. 16. num. 7.*

1841 Si vovisti aliquid faciendum determinato tempore; tunc si votum fuit factum cum intuitu ad tempus; ut si vovisti jejunare feriis sextis, audire sacrum Sabbatis; eo transacto cum, aut sine culpa, cessat obligatio; quia est præfixus terminus. Nec prævenire teneris, si impedimentum prævidisti; quia ad id te non obligasti; nec solet esse hæc intentio voventis.

1842 Si votum non fuit factum cum intuitu ad tempus, sed tempus designatum fuit ut terminus; ut si vovisti Religionem ingredi inter annum; tunc obligatio non cessat; quia tunc non est determinatum tempus ad finiendam obligationem, sed ad præscribendum terminum, ultrà quem non differatur; unde etiam post illud debes implere. Mendo *in epit. ver. votum num.* 60.

1843 In dilatione datur parvitas materiæ, Imò publica necessitas, aut utilitas permittit dilationem in voto, quantumvis gravi, aut reservato. Gobat *tom.* 3. *de voto n.* 87

1844 Item satisfacis, anticipando si votum non fuit emissum intuitu, seu ex devotione

tione talis præfixi temporis, v.gr. feriæ sextæ.

1845 Si non determinásti tempus, teneris implere, cum primùm commodè potes.

1846 Ly, *Cum primum*, intelligitur non physicè, sed moraliter, hoc est datâ temporis opportunitate, & occasione, juxta prudentis arbitrium.

Quantum ad peccatum mortale. Caj. Nav. & alii apud Ant. à Spir. S. *tom.* 1. *tr.* 5. *disp.* 2. *sect.* 18. *num.* 320. absolutè tenent executionem talium votorum, quibus non est tempus præfixum, posse differri, quamdiù vovens voluerit, dummodò non sit periculum oblivionis, vel non adimpletionis. Castrop. docet, dilationem sex mensium post datam opportunitatem, esse notabilem, & inde mortalem, Ledesma in voto Religionis, dilationem duorum, vel trium annorum putat non esse mortalem, si non sit periculum oblivionis, aut non impletionis.

Sed rectiùs Tamb. *lib.* 3. *c.* 12. §. 3. *nu.* 10. docet, in voto Religionis esse considerandam ætatem; nam si vovens sit sedecim annorum, utique dilatio trium annorum non erit notabilis; secus si quadraginta annorum *v. num.* 1852.

1847 Si determinasti tempus, v. gr. dandi eleemosynam mense Augusti cum intuitu temporis, si ante illud tempus prævideas impedimentum, non teneris prævenire; quia obligatio est affixa tempori. At si incepto tempore illo, v.g. mense Augusti, prævides impedimentum pro fine mensis, teneris prævenire; quia jam es intra tempus obligationis; sicut die festo, qui prævidet impedimentum auditionis sacri, tenetur mane prævenire.

1848 Si vovisti rem determinatam, v. gr. hunc calicem; si pereat, non teneris ad alium; quia fuit præfixa individua materia. Si vendidisti, teneris ad pretium; quia eadem materia virtualiter manet.

1849 Si non determinasti quantitatem satisfacis, dando quantum velis, dummodò non sit tam parum, ut videaris irridere tum; quia nemo præsumitur se obligare ad id, quod est decens, & commodè

1850 Si pluries votum de eadem re ves si frangas, unum peccatum commi quia non est votum distinctum, sed copu tio voti: *v. num.* 1984.

1851 In votis constituentibus status ligiosum, & in votis, seu præceptis Ordini Sacro non potes te; obligare sed tibi liberum est, eum statum e quo electo, sub gravi ad illa teneris p litas obligationis ibi est ab Eccles scripta.

1852 Votum licèt habeat rationem cepti humani, in quantum est onus positum ab homine; obligatio tamen adimplendi est de jure naturali, & d Fagnan. *in lib.* 3. *pag.* 476. *de jur.* nam ratio naturalis dictat, fidem prom hominibus esse servandam; ita potest Deo illius supremo Domino. Item *de vino*. Deuter. 23. *Cum voveris Dom tuo, ne tardabis reddere; quia requir Dominus tuus, & si moratus fueris, re bitur tibi peccatum.* Psal. 75. *Vovite, & dite Domino Deo vestro* Et Eccles. 5. *S vovisti Deo, ne moreris reddere: displ Deo infidelis, & stulta promissio; sed qu que voveris, redde. Multoque melius vovere, quàm post votum promissa non r*

1853 Ut votum valeat, requiritur sufficiens ad mortale, nempe ultra exceptis votis solemnibus Religionis, sunt invalida ante annum 16. expletum, præscripto Trid. *sess.* 25. *c.* 15. tam pro quàm pro mulieribus.

1854 Vota impuberum, & Religiosorum facta non requisito consensu positivo

Prælati, sunt valida, si non sint præjudiciales patri, aut Prælato, vel Religioni; secùs si sint præjudicialia.

1855 Castitas est virtus prohibens omnem delectationem voluntariam veneream, tam internam, quàm externam; ita & votum castitatis, imò voto castitatis ligatus, etiam si sine sua delectatione alium ad pollutionem suis tactibus impellat, aut solum tangat, tenetur circumstantiam sui voti explicare; quia contra suam castitatem peccat; nam castitas omnem actum venereum, & luxuriæ prohibet.

1856 Voto ingrediendi Religionem non facto, si ingrediaris animo egrediendi; quod collusio. Benè verò, si vero animo permanendi ingrediaris, posteà, tamen ante professionem egrediaris; quia tibi Religio non placet. Si vovisti ingressum, & professionem, probabile est, cum Diana *par. 2. tra. 17. vot. 18.* Castrop. *tom. 3. tr. 16. dis. 1. pu. 4. n. 3.* & *alii*, te posse licitè egredi, si experto Religionem propter asperitates non tibi accommodam; quia tale votum interpretandum debet juxta formam juris communis. Trident. *sess. c. 15.* quod annum probationis ad validitatem professionis requirit pro experimento, ut si Religio non placeat, sit liberum egredi, quæ conditio est virtualiter inclusa in voto; ita ut *cap. 16.* Trid. suspendat omnes renunciationes intra dictum tempus factas.

1857 De voto castitatis, & Religionis quoad actum conjugale: vide in matrimonio.

1858 Qui vovit Religionem, non tenetur omnes adire, si ab una, aut altera respuatur sed tamquot, putà tres, aut quatuor. Tanc. *de juram. pag. 591. num. 19.* Busem. Et tunc si respuatur, est liber à voto; quia implicitè conditionem includit *Si Abbas recipere voluerit*. Idem dico, si unam ingressus, ejiciatur.

1859 Qui vovit ingressum in determinatam Religionem, si ab illa non admittatur, non tenetur ad aliam.

1860 Qui post Religionis votū cognoscit se impedimentum habere, ob quod non sit admittendus, vel admissus sit expellendus, non ligatur voto.

1861 Non emisit votum Religionis, nec tenetur eam ingredi. 1. Qui emisit votum volendi Religionis ingressum, sed satisfaciet eliciendo semel actum bonæ voluntatis. 2. Nec qui emisit votum nolendi in seculo vivere, sed ei satisfaciet negativè se habendo, non eliciendo scilicet actum volendi in sæculo vivere, nec contrarium; unde ambo possunt matrimonium contrahere.

1862 Qui verò vovet se moriturum in Religione, seu extra Monasterium non moriturum, votum ingrediendi Religionem, & in ea perseverandi promittit; quia non potest quis in Religione mori, nisi eam ingrediatur & in ea perseveret. Ita Leander *de voto tr. 1. disp. 21. q. 6. 7. & 8.*

1863 Qui fecit votum promittendi aut vovendi castitatem, non fecit votum castitatis; unde potest commutari, aut dispensari.

1864 Qui fecit votum peregrinationis Romam nudis pedibus, si non possit nudis pedibus implere, tenetur accedere modo, quo potest; quia non pendet ab eo modo, substantia voti; & qui non potest accessorium, tenetur ad principale; qui verò non potest principale, non tenetur ad accessorium. Hinc, qui vovit ire pedester: tenetur ire equester, nisi eam circumstantiam ut principalem vovisset, putà ob subeundum eum laborem, vel ob vitandas expensas equi. Mendo *num. 63.*

RELIGIOSUS CREATUS EPISCOPUS,

1865 AUt Cardinalis, quoad habitum tenetur uti colore sui ordinis, li-

cèt uti possit figura Episcopali. Est autem à die confirmationis factæ à Pontifice liber ab aliis votis præter tria essentialia, & à præceptis Regulæ, ità ut non teneatur ampliùs ad jejunia, usu laneorum, & reliquis observationibus præscriptis in Regula. Port. *ver. Episc. nu.* 13. Rodr. *ver. Episc. c.* 68. Thomas Delbene *de Inquisit. par.* 2. *dub.* 236. *sect.* 67. Busemb.

Probo ex *c. Statutum* 18. *q.* 1. per illa verba: *Statutum est, ut Monachus, quem electio canonica à jugo Regulæ & Professionis Monachalis absolvit, & Sacra Ordinatio de Monacho Episcopum fecit, velut legitimus hæres, paternam sibi hæreditatẽ postea jure vendicandi potestatem habeat.* Idq; ratione dignitatis Episcopalis.

1856 Idem dicunt de Episcopis titularibus, & addunt, quòd si Episcopus Episcopatum resignet, aut ob culpam deponatur, dummodò non degradetur, non tenetur ad regularem observantiam redire; quia retinet eminentiam Episcopalem. Secùs de Religioso Cardinali, qui si non est Episcopus, & renunciet, tenetur ad Regularem observantiam, & obedientiam redire.

1867 Non est autem liber à tribus votis essentialibus; quia non desinit esse Religiosus, sed solùm est exemptus quoad aliquos effectus paupertatis, & obedientiæ, juxtà decentiam statûs. At non dispensatur obedientia, sed mutatur in obedientiam Papæ; nec paupertas; quia non acquirit dominium bonorum Ecclesiæ, sed administrationem, liberam tamen quoad suam sustentationem, & causas pias: *Est enim* (ait D. Bonav. *in* 4. *sent. dist.* 38. §. *Ad illud n.* 47.) *divitiarum non dominus, sed dispensator, & similiter in voto obedientiæ non est dispensatum, quia omnem obedientiam, quam debebat priùs suo Superiori, debet Papa.*

RELIGIOSUS MINIMUS

1868 CReatus Episcopus, tenetur ad tam quadragesimalem. Port. 3. *priv. c.* 14. *n.* 3. Montoya, Ledes, & Vi... contra Pelliz. Fagun, Diana. *par.* 3. *tr.* ... 50. Bord. *ref.* 115. *n.* 29. quia est vot... essentiale compossibile; patet ex verbis professionis: *Voveo stare, & perdurare in ... pore vitæ meæ sub vita & Regula Fratrum ... dinis Minimorum; perseveranter vovens ... votis paupertatis, castitatis, ac obedientiæ ... quadragesimalis vitæ.* Hinc Peyr. *tr.* 2. ... supremam Inquisit. Hysp. prohibuisse ... libeta Lacerdæ, donec corrigantur, ... tum dixit, votum vitæ quadragesimal... esse essentiale in Ordine Minimorum. ... mus igitur eodem modo discurrere ... quarto voto pro Minimis assumpto, quo... rimus de aliis tribus pro aliis Religiosis.

1869 Tum quia [ut refert Peyr. *tr.* ... tres Summi Pont. Paulus V. Gregor. XV. ... Urb. VIII. cum tribus Minimis assum... hoc voto dispensavêre. Et præsertim ... VII. in examine Patris Francisci Ca... lani pro Episcopatu Caprulensi, eum int... gavit, an factus Episcopus teneretur ad ... vitæ quadragesimalis? & cùm dixisset, ... neri, respondit Papa: *Errâsti, teneretur* ... & parum defuit, ut excluderetur; nobilitas ... cum eo dispensasse. Idem est dicendum de ... ctis.

RELIGIOSI PERPETUO EJECTI

1870 AUt damnati ad triremes, tenentur ... omnino ad castitatem. Extinguuntur verò vota paupertatis, & obedientiæ ... sunt extincta quoad substantiam, sed ... pensa quoad executionem, & actum ... ea

dem ratione ſtatus, cui eorum executio non competitur; unde non tenentur obdire Superiori regulari, niſi quoad regreſſum, ſi arceantur, ut redeant; minimè quoad alia, quia extra Religionem carent Superiore regulari, & per ejectionem fuerunt conſtituti extra ejus ſubjectionem.

1871 Ejecti bonorum, quæ obtinent, ſolùm habent uſum, & adminiſtrationem, non dominium, quod acquirunt, non Monaſterio, cujus non ſunt membra, ſed Eccleſiæ, in quâ habent beneficium; vel Epiſcopo loci, ſi id non habent, & non ſint exempti. Si autem beneficium habent, & ſunt exempti, acquirunt Papæ.

1872 Ejectos, & damnatos ad triremes teneri ad præcepta regulæ, docent cit. DD. quod etiam Pelliz. & Bord. extendunt ad recitationem Divini Officii, quatenus hoc eorum de obſervantiis, & præceptis regularibus, & quatenùs conſuetudo recitandi eſt intra, vel extra Religionem. Sed eos ad divinum Officium teneri, docent Rodr. Bonac. Gav. Nav. Suarez, & alii: *v. n.* 427.

1873 Item, dicunt, ejectos non teneri ad alia vota præter eſſentialia, excepto voto de non procurandis, aut acceptandis dignitatibus intra Religionem, quod ſemper durat, ex Decr. Urb. VIII. die 21. Maii 1633. Suarez autem, & Bonac. volunt, teneri etiam ad alia vota ſpecialia.

1874 Ejectus per ſententiam, ſi ante ingreſſum habebat votum ſimplex Religionis, poſt ejectionem non tenetur ingredi alium ordinem ex vi prioris voti; quia fuit extinctum per profeſſionem ſolemnem, Port.

ÆRE ALIENO GRAVATUS,

1875 QUi priùs Religionem vovit, tenetur ingreſſum differre, ſi brevi tempore ſolvere poſſit; ſecùs ſi non poſſit, niſi intra longum tempus, & cum periculo damnationis. Potens ſolvere, ſi ingrediatur, & profiteatur, profeſſio eſt illicita, quia contra juſtitiam creditorum, ſed valida; & tunc nec Monaſterium tenetur ſolvere, nec ipſe tenetur laborare, aut egredi ad ſolvendum. Gobat. cùm aliis tom. 3. de voto num. 29. & ſeqq. quia profeſſio Religioſa extinguit omne debitum civile. Inſuper eſt æquivalens ceſſio bonorum: *vide àn.* 1115. *ad* 1123.

QUÆRES.

1876 *Laicus quidam Ordinis Minorum fuit pro Novitio admiſſus ante annum* 18. *& profeſſionem emiſit anno ſequenti contra conſtitutiones Religionis, & Summorum Pontificum Clem. VIII. & Innoc. X. præcipientes, ut nullus pro laico approbetur, qui* 20. *ætatis ſuæ annum non expleverit, & conſequenter, quod non profiteatur, niſi poſt* 21. *Et quia id fuit ſcienter factum tam a Novitio, quàm à Superiore; ideo quæritur, An ſua profeſſio ſit nulla, & inde liber à votis?*

1877 NAvar. & Caſtrill. apud Peyr. *de Præl. q. 3. c. 2. § 6. n.* 160. tenent, talem profeſſionem eſſe nullã, & ad nil obligare. Quia quando datur alicui poteſtas ad aliquid faciendum, & ſimul præſcribitur forma, formâ non ſervatâ, actus eſt irritus.

1878 Reſp. tamen laicum, qui poſt 16. ſuæ ætatis annum expletum, licèt ante 21. profeſſionem emiſit, eſſe validè profeſſum, & teneri ad vota, non obſtante ſcientiâ defectûs, & conſtitutionum. Bord. *reſ.* 121. *num.* 14. Pelliz. *tract.* 3. *c.* 1. *n.* 37. Rodr. Port. & alii cum Peyr. quia allatæ conſtitutiones ſolùm prohibent, non irritant profeſſionem antea factam; nulla enim eſt appoſita clauſula irritans, ſicut apponit expreſsè Trident. contra profeſſos ante 16. ætatis annum completum;

ac proinde ejus professio tenet, juxta illud ex cap. *Ad Apostolicam de Regul. multa facta tenent, quæ fieri prohibentur.* Tum quia Pontifices cit. expressè id prohibent non in ordine ad validitatem professionis, sed in ordine ad habilitatem ad labores, ad quos pro Monasteriorum servitio laici sunt destinati.

Idem est etiam proportionabiliter pro aliis Religionibus dicendum; quoniam extat Declaratio S.C. Concilii 2. Novembris 1582. quam refert Peyr. *de Rel. Præl. q. 3. cap. 1. §. 6. n.* 160. Superior verò, qui scienter admisit, incurrit in pœnas contra malè recipientes per cit. Pontifices fulminatas.

1879 Ad rationem in oppositum. Resp. formam illam, quòd requiratur annus 20. non esse substantialem, sed accidentalem; ac proinde, ejus defectus non invalidat actum; in rebus namque moralibus forma illa dicitur substantialis, sinè qua actus valere non potest, in cujus præscriptione ponitur decretum irritans expressè, v.gr. *irritum decernentes quidquid contra, &c.* vel saltim implicitè, v.gr. *aliter fieri non posse*: ut *in n. 157.* Bord. *res.* 138. *n.* 5. forma verò illa dicitur accidentalis, quæ caret allatis clausulis; & cum hoc secundùm pateat in præmissis verbis constitutionum, sequitur, quòd talis forma non sit substantialis, sed accidentalis; & propterea ejus defectus non invalidat actum.

1880 Hac ratione S. Congr. Conc. cit. pro quibusdam juvenibus ante annum 18. professis in Ord. Minim. ubi præscribitur, quòd *recipiantur, dummodo ad minus 18. annum attingant*; sancivit, eorum professionem esse validam, his verbis: S. Congr. Conc. *censuit professionem illorum esse validam, &c.*

INTERPRETATIO VOTI

1881 Est strictè facienda, ut minùs obliget, ex cap. *Ex partibus, de fontibus.* Quia votum est onus, quod homo contra libertatem imponit; unde habet legis positivæ humanæ: *v. n.* 1852.

1882 Pro tollenda autem æquivocatione particulæ, *strictè, & benignè*, habeas, quod interpretatio voti fieri debeat stricta voti benigna voventi; quia strictio est ad favorem voventis, & ut minùs eum obliget; ac proinde vota sunt intelligenda secundùm proprietatem verborum, communem usum loquendi patriæ, hominum acceptationem, & dispositiones.

1883 Qui vovit quotidie quid dare pauperi, si hodie non dat, tenetur illud dare cras; quia hæc fuit intentio rationabiliter interpretativa voventis.

1884 Qui vovit singulis mensibus se communicare, non peccat, si per duos, aut tres differat; quia parùm pro nihilo reputatur; hæc intentio præsumitur in emissione voti.

1885 Si fuisti in mora, sive inculpabiliter, sive culpabiliter, & inde accidit difficultabiliter ex parte materiæ pro executione voti non teneris, aut saltem suspenditur votum; quia intentio voventis non præsumitur se de te obligando in eventu talis difficultatis. Gobat. *tom. 3. de voto num.* 246.

1886 Qui Panormi existens vovit se visitaturum B. Virginem Drepani, non satisfacit, si uno accessu Drepanum, ibi bis moratur, sed tenetur ad duos accessus; quia ex communi acceptione per duas visitationes intelliguntur duo itineres, seu duæ peregrinationes. Gobat. *cit. num.* 241.

1887 Panormi incola, qui simul, ac successivè vovit peregrinari Romam, & B. Virginem Laureti, satisfacit, si accedat Romam, & inde Lauretum; quia hæc est intentio talia voventis. Gobat. *cit. num.* 256.

1888 Votum abstinendi ab ovis, non obligat ad abstinentiam lacticiniorum, nec e[illegible] vic[illegible]

vero, nisi expressè comprehendas; quia ova, & lactitia distinguuntur. Votum audiendi Missam quotidie satisfit, si die festo audias tantùm unam, sicut cæteris diebus; quia tua intentio interpretatur, ut nulla dies transeat sine Missa. Votum de recitando Rosario impletur per tertiam partem; quia hæc nomine Rosarii solet accipi.

1889 Votum jejunandi in pane, & aqua obligat sub mortali ad abstinentiam vini, & omnium ciborum, nisi excuset parvitas materiæ. At si semel illud fregisti bibendo vinum, aut comedendo alium cibum, non teneris jejunare juxta formam Ecclesiæ; quia jejunium in pane, & aqua promisisti, quod per primam violationem, &c. est tibi factum impossibile. Nec impletur per panem coctum cum tanta quantitate olei, nec per macherones factos cum sola aqua; quia in 1. causa, licèt tanta olei sit parva, non est panis, & aqua; in 2. licèt sit similis farina, in usu hominum non est panis; impletur tamen, si panem coquatur sola aqua, sicuti si panem asses.

1890 Qui emisit votum virginitatis, integritate carnis voluntariè deperdita, adhuc tenetur ad votum; quia virginitas, ex Scoto *in 4. dist. 38. q. 1. litt. C. est virtutis inclinans ad servandam puritatem mentis, & corporis.* Hinc virginitas non distinguitur à castitate perpetuâ quoad absolutum, nempe prout importat propositum continendi perpetuò; sed solùm quoad connotatum, nempè prout connotat integritatem carnis, & carentiam actûs venerei; adeóq; integritate carnis semel deperditâ, virginitas, licèt non possit obligare quoad connotatũ, potest obligare quoad absolutũ. Scotus *in 4. dist. 31. quæst. unic. litt. C.*

1891 Juvenis studiis applicatus emisit votum Religionis, ex aliquo autem defectu differtur non est admissus pro Clerico; vel post votum factus est irregularis, ut non possit ascendere ad ordines: non tenetur ingredi Religionem in statu laicali; quia votum cessat, quando notabilis mutatio supervenit, quæ rem promissam in alio statu moraliter diverso constituat. Et onerosum esset obligare ex voto ad assumendum statum laicalem in Religione eum, qui poterat esse Sacerdos. Eadem ratione ille, qui in adolescentia vovit Religionem, deindè factus senex, vel debilis, non obligatur ingredi Religionem; quia est notabilis facta mutatio.

QUÆRES I.

1892 *Petrus dives post plures annos conjugii filios desperans, vovit dare majorem partem bonorum cuidam Ecclesiæ: at quia post votum filium suscepit, quærit, An votum teneat?*

RESP. tale votum superveniente filio cessare; 1. quia est notabilis facta mutatio; 2. quia donatio etiam facta Ecclesiæ, superveniente filio, ruit: suadetur: donatio facta alteri, quàm loco pio, ex communi ruit, hac ratione; quia nemo præsumitur rem suam alteri donare in casu supervenientis filii, nisi expresserit se non revocaturum, etiam supervenientibus filiis; unde tales donationes semper imbibunt implicitam conditionem: *Si mihi non sit filius*; quæ ratio æquè militat in casu nostro de donatione facta Ecclesiæ, etiam si sit voto, aut juramento firmato firmata. Non obstat ratio opinionis oppositæ; quia Ecclesia succedit loco filiorum, sed in defectum filiorum.

Quòd si vivente patre, filius, qui supervenit, moriatur, reviviscit donatio; quia sicut in tali donatione dicitur involvi implicita conditio: *Si filius non sit*, & ideo superveniente filio, donatio expirat: ita in expiratione dici debet involvi aliam implicitam conditionem: *Si filius superveniens non moriatur vivente patre*; & ideo præmoriente filio, do-

na-

natio debet resurgere; & quidem talis est affectus donatoris, ut non velit Ecclesiam privare re promissâ, nisi intuitu filiorum: *v.n.*1899.

QUÆRES II.

1893 *Quis emisit votum peregrinandi Romam, accidit, ut occasione Iubilæi anno* 1700. *eo accesserit conductus stipendio à quodam nobili. An satisfecerit voto?*

RESp. satisfeciſſe. Gobat. *tom.* 3. *de voto n.* 241. Castropal. *tract.* 15. *disp.* 2. *punct.* 12. *num.* 9. quia adducunt exemplum de Sacerdote, qui potest satisfacere Sacro ex voto per Sacrum, ad quod tenetur ex stipendio. Ratio est; quia talis rationabiliter præsumitur intentio voventis. Idem dicunt, si accesserit recreationis causa, sed animo satisfaciendi etiam suo voto.

Quòd si votum fuit de accidendo pedester, & eâ occasione famulatus accessit equester, non satisfecit, si intentio fuit de patiendo molestias itineris pedestris cum intuitu principali ad devotionem. Potest tamen petere commutationem quoad modum eundi pedester. Satisfecit verò, si modus accedendi pedester fuit cum intuitu ad expensas minuendas; & si ad devotionem, non tanquam motivum principale, sed accessorium, ex intuitu minuendi expensas.

QUÆRES III.

1894 *Qui post votum peregrinationis mutavit locum habitationis plus distantem, ità ut peregrinatio evaserit difficilior. An teneatur ad votum?*

RESp. teneri, si excessus difficultatis sit levis, putà si in peregrinatione decem dierum excessus esset per unum, aut alterum diem.

Non teneri autem, si excessus sit notabilis putà per alios tres, aut quatuor dies; quia notabilis facta mutatio ex parte materiæ quam si prævidisset, non vovisset. Sed suspenditur votum, ità ut, si redeat ad priorem, aut propinquiorem habitationem, teneatur ad illud. Gobat. *cit. num.* 245.

E converso, si incipiat habitare in loco remoti, satisfacit, si è domo ad Ecclesiam vicinam dam pergat, & votum perficit. Gobat. *n.* 246.

QUÆRES IV.

1895 *Quis vovit visitare D. Rosaliæ monte post ea vovit visitare Sanctissimum Crucifixum in monte D. Rosalia. An utrique satisfacere possit unico actu, seu accessu?*

RESolutio est desumenda ex intentione voventis. Si igitur, quando secundò vovit, cogitavit ad laborem accessus, vel que voto diversos dies executionis assignavit certum est, eum non satisfacere unico accessu; sicut è contra certum est, eum satisfacere si quando secundâ vice vovit, intendit unico accessu adimplere. At si non cogitavit de actum laborem: tunc (quidquid dicat *par.* 3. *tract.* 6. *res.* 86.) si vota incidunt eodem die, tunc utique satisfacit unico accessu, putà uno accessu. Id posset accidere, si tationem D. Rosaliæ vovit pro die ejus talis 4. Septembris, visitationem verò Crucifixi pro prima feria sexta Septembris eodem anno dies quarta Septembris esset prima feria sexta.

Si autem vota non coincidunt eodem tunc non satisfacit unico actu, videlicet accessu; quia vota distincta important obligationes distinctas; adeóque votum superveniens distinctum actum exposcit.

1896 Nec obstat dicere, quod unico auditionis Sacri satisfieri possit duplici

cem; quia paritas nobis favet, unicâ namq; admone Sacri satisfacimus duplici obligationi, & præcepto, si coincidant eodem die, utique Dominico contingat festum Apostoli, minimè si diverso die. Ita in re nostra, qui vovit audire Sacrum quolibet die Sabbati, & tota aliquo Sabbato contingat festum de præcepto, utriq; unico Sacro utriq; obligationi satisfacit, at qui vovit audire Sacrum non determinando tempus, non satisfaciet, unicâ admone, præcepto, & voto, nisi quando vovit, id cogitaverit, seu intenderit.

Infallibile de distincto labore, & obligatione interpretandum est pro distincto labore, &c. quia regulariter sic vota distincta emittuntur.

QUÆRES V.

1897 *Quis in periculo naufragii vovit Religionem, modò dicit, quòd si tunc Sacerdotem vocet in mentem, hoc, non Religionem vovisse. Quid?*

Resp. Gobat. *to. 3. de voto n.* 308. teneri ad votum, si plenâ consideratione Religionem vovit, non teneri, si periculum fuit ita repentinum, & præsens, ut non reliquerit illi tempus cogitandi, nisi de Religione, & rectè; eò quæ ex defectu plenæ deliberationis; quod valorem voti requiritur saltem tanta deliberatio, quanta ad peccandum mortaliter: ad quod requiritur tantum spatii, quantum sufficit ad discernendum inter duo, nempe inter bonum, & malum; ita ad vovendum requiritur tantum spatii, quantum sufficit ad discernendum inter duo, v. gr. inter Religionem strictiorem, aut saltem inter Religionem laxiorem. Si tamen consideravit Religionem strictiorem, ac asperitates, dicendum est validum votum, quia plenè deliberavit.

QUÆRES VI.

1898 *Quis vovit ingressum Religionis, si eius frater Panormum veniret. Expectavit decem annis, & frater non venit. An possit nubere?*

Responsio pendet ex dictis à n. 1792. & infra de votis reservatis conditionalibus à *num.* 2009. nam ly *si*, vel fuit vera conditio intenta, & ejus amore emissum votum; & tunc votum non est reservatum, sed conditionatum; & post tam longum tempus cadit, & qui vovit, potest nubere; quia non potest rationabiliter præsumi, quòd intentio voventis fuerit expectare tam longum tempus, nisi expresserit, aut nisi circumstantiæ sint tales, ut id suadeant: imò rationabiliter præsumitur oppositum; nam præsumptio fit ex regulariter contingentibus.

1899 Si particula *si* valuit pro *quando*, utiq; votum erit reservatum, sed ejus valor, & obligatio non incipit, nisi adveniente tempore præfixo, aut tempore rationabiliter conformi intentioni voventis.

Dixi: *aut tempore conformi, &c.* quia vel adventus fratris fuit intentus, ut causa impulsiva, seu per accidens; & tunc tenetur Religionem ingredi, aut prævenire, ne postea impediatur, aut reddatur inhabilis, considerata ætate voventis, juxta dicta in locis cit. quia tam longa expectatio non potest præsumi, nisi exprimatur.

Vel adventus fratris fuit intentus ut causa, & motivum principale voventis, seu itàut votum fuerit emissum dependenter ab illo: quod potuit esse, quatenùs per præsentiam fratris intendebat se expedire à cura Matris, Sororis, Neptis, &c. quod sine illo commode obtinere non valet. Et tunc pariter votum cadit eadem ratione, qua non potest præsu-

mi, quòd ejus intentio fuerit expectare per tam longum tempus, nisi expresserit, &c. Unde tunc conditio reputatur, ac si cecidisset. Votum autem conditionale (ut docet communis) cadente conditione, sub qua est emissum, cadit: *v. n.* 1805.

Totius resolutionis ratio est; quia votum ejusque valor, & obligatio, omninò pendet ex intentione voventis: *n.* 1892.

Consultius tamen erit, si petat dispensationem, saltem ad cautelam.

QUÆRES VII.

1900 *Puella, quàm facilis ad vovendum, tam inconstans, & facilis ad vota violanda, pœnitudine retractata, confessario suadente, proposuit nullum emittere votum inconsulto confessario vel si quod emitteret eo incōsulto irritum fore. Hoc non obstante, votum Religionis emisit, & paulò post emissi voti juxta morem pœnituit. Quid respondebit confessarius?*

Resp. Gobat. *tom. 2. tr. 3. c. 38. in fine.* Vel hæc puella, quando vovit, fuit immemor pacti cum confessario initi, vel memor. Si immemor, votum est nullum; quia mutatio voluntatis non debet præsumi, sed probari; unde cum hoc non possit probari, præsumitur habitualiter permanere voluntatem non obstringendi se voto sine approbatione,

Si memor, & plenè consensit, validum est votum; quia jam mutatio probatur.

1901 Si pactum fuisset sua vota non subsistere, nisi à confessario ratificata; utique non obligaret votum ante ejus ratificationem. At ea secuta, votum esset reservatum, quia talis conditio æquivaleret conditioni à natura, vel à jure appositæ, juxta *n.* 1701. At inconstantia daret causam ad dispensationem faciliter obtinendam.

Dixi: *& plenè consensit*: Prudens enim confessarius advertere debet, an in tali voto fecerit in puella plenus voluntatis consensus; verò sola intellectus consideratio, & adhæsio in illud, quamvis puellæ ex eo aut scrupulo appareat voluntatis consensus in hoc casu, non erit votum, quia liberum, & voluntarium; nam talis consideratio, & firma adhæsio intellectualis naturalis potentiæ naturalis. Ad quod intendum faciunt *dicta à pag.* 21. & 22. de peccato mortali.

DUBIUM IN VOTIS.

1902 SI rationabiliter dubites, an voveris, vel juraveris, an fuerit vera emissio, vel simplex propositum, ad quem teneris, quia possidet libertas. Si sis certus de voto, & dubites, an impleveris, teneris implere, quia possidet votum, utpotè prius: *v. n.* 41.

1903 Si sis certus de voto, sed dubites, an habueris usum rationis, & perfectam deliberationē; si vovisti ante septennium, non obligaris, quia possessio stat pro libertate. Si ætate non præsumitur sufficiens deliberatio. Si post septennium, obligaris, quia possessio stat pro voto; nam tunc præsumitur usus rationis, nisi constet oppositum.

1904 Si dubites de materia, teneris ad meliorem partem; potes tamen eligere, quam minorem est; unde si vovisti te non habiturum copulam, cum muliere, & dubites, an tuum voto, teneris de copula licita, potes nubere. Si votum jejunium, & dubites de abstinentia à lacticiniis. Demùm, si dubites, an votum habuerit aliquam imperfectionem, qua non sit reservatum, & proindè dubites, an sit reservatum, te posse tenere, quòd habuerit imperfectionem, & quòd non sit reservatum, Tamb.

1905 Aliquando tamen non potes eligere minus, quando ex communiter contingentibus, ex usu loquendi, aut aliis adjunctis, colligitur se promisisse majus. Unde, si vovisti calicem, dubites, an argenteum, vel stanneum debes argenteum, saltem quoad cuppam; quia hæc venit nomine calicis.

OBLIGATIO VOTI CESSAT

1906 Vel ex natura rei, vel ex authoritate humana.

Ex NATURA REI CESSAT.

Primò, si materia evadat turpis, indifferens, aut impeditiva majoris boni. Secundò, si evadat impossibilis, etiam si id fuerit ex tua culpa.

1907 Tertiò, per mortem voventis, non tamen, quàm obligatio matrimonii; eò maximè, quia vovens uiq; ad mortem obligare se intendit. Hinc, si Religiosus professus resurgere, iterè nubere posset, nisi esset sacris initiatus, quia character ordinis est indelebilis ab anima, inde ille resurgeret verus Sacerdos, si Sacerdos fuisset. Mendo *n.* 61.

1908 Quartò, si cesset finis. Unde, si vovisti eleemosynam Cathatinæ pauperi, & haberet dives; vel ad reparandum Ecclesiam, & hæc propter infideles reparari non permittatur, vel periculum superveniat, ut urbs his capiatur; ad nihil teneris.

1909 Item adolescens nobilis secundogenitus emisit votum Religionis, ne ob exiguum patrimonium committeret aliquid ex conditioni indecorum: iste, mortuo fratre majori, factus est primogenitus: nō tenetur ad votum, si vivere sine dedecore ob exiguum patrimonium fuit non causa impulsiva, ne scilicet accessorius, sed principalis, licèt partialis; quia tunc per acquisitionem Majoratus cessat causa finalis principalis partialis, & cessante fine principali partiali, cessat votum Ant. à Spir. Sanct. *tom.* 1. *tr.* 5. *dis.* 2. *sect.* 28. cum Sanchez *v n.* 1821. 1833. 1834. Non cessat autem ex cessatione causæ impulsiva. *v n.* 1805.

1910 In dubio an causa fuerit motiva, & finalis, vel impulsiva: standum est pro voto; quia possidet, Mendo in Epit. ver. Votum, *n.* 4. contra plures apud Gobat. *tom.* 3. *de voto, n.* 393.

NOTABILI MUTATIONE SUPERVENIENTE,

1911 QUÆ mutatio non debet se tenere ex parte voti, sed præcisè ex parte materiæ voti; non enim debet consistere in hoc, quòd superveniat aliqua causa, quæ si extasset tempore voti, votum non fuisset emissum; sed in hoc, quod sit circa materiam, taliter, ut materiam promissam in re, aut in hominum existimatione diversam constituat; & tunc habetur, quando res judicio prudenti, est constituta in statu moraliter diverso, aut notabilis est difficultas ex parte rei promissæ. Ant. à Spir. Sanct. *cit.* qui inde infert cum Nav. Tancr. Anton. & aliis:

1912 *Si quis post votum Religionis sacrilegè contrahat matrimonium, si post multos annos matrimonii ejus uxor moriatur, non teneri ingredi Religionem ex vi voti, etiam si in vovente sint vires sufficientes ad onus Religionis sustinendum; facta est enim magna rerum mutatio: difficillimum enim esset huic homini filios, & familiam deserere, & aliorum regimini se tradere. Secus dicendum est, si post sex menses matrimonii ejus uxor moriatur.*

1913 Illud est verum, obligationem voti aliquando suspendi ad tempus, quando causa cessationis non est perpetua, sed temporanea.

QUÆRES.

1914 *Mulier post votum Religionis matrimonium contraxit, post plures annos matrito mortuo, relicta est divues sine filus, An teneatur Monasterium ingredi?*

REsp. Teneri, si non evaserit infirma, nimis debilis, aut annum quinquagesimum excesserit; non teneri, si secus. Gobat. *tom. 2. tr. 3. c. 38. n. 294.*

Ratio primi; quia nuptiæ sacrilegè celebratæ non sustulerunt vinculum voti; nemo enim de sua malitia commodum reportare debet, *c. intelligimus de transact.*

Ratio secundi; quia tunc est notabilis facta mutatio ex parte materiæ.

AUTHORITATE HUMANA CESSAT VOTUM

1915 TRipliciter; commutatione, dispensatione, aut irritatione.

COMMUTATIO

1916 E*St translatio voti in aliud opus æquale, aut parùm minus, sub eadem obligatione* fieri potest extra confessionem. In melius fieri potest authoritate propriâ; in æquale fieri debet authoritate Ecclesiastica. In notabiliter minus, fieri non potest, nisi commutans velit, & possit admiscere dispensationem. At in manifestè æquale posset fieri authoritate propria, probabile putat Gobat *tom. 3. de voto n. 358. cum multis.*

1917 Qui potest dispensare, potest commutare, non econverso, quia commutatio est pars dispensationis.

1918 Vota omnia, exceptis quinq; reservatis; commutare possunt Episcopi, ex privilegio Regulares, & Confessarii per Bullam, aut Jubileum. Alii Confessarii possunt peccata contra vota absolvere, nisi sint ex[pressè] vati; non possunt tamen commutare, [n.] 1723. & 1962.

1919 Vota Novitiorum, etiam in [re] emissa, & compossibilia cum Novitiatu, [non] mutari possunt, & dispensari à Prælato, [nec] commutari posse in labores, & asperi[ora] Novitiatus, etiam ex sola voluntate Nov[itii] quia in melius, ait Pelliz. Ea tamen nec[essa]guuntur, sed suspenduntur, ita ut, si Nov[itius] Religione egrediatur, reviviscant. Ita[tur] de professo, si professionem annullet, [n.] 1987.

1920 Per professionem Religiosa[m] jure extinguuntur omnia alia vota re[al]personalia ante professionem, sive in [no]tiatu, & de superioris licentia, sive in [re] emissa, etiam reservata, *ex c. scripturæ to 4.* Quod est extingui potius per via[m] nissimæ solutionis, quàm commuta[tio]Pirhing. *in comp. lib. 3. tit. 34. §. 5.*

1921 Non extinguuntur tamen vota [re]lia à tertio acceptata; quia transiere in [ob]ctum: *v. n. 1924.*

1922 Si facta commutatione, velit re primum votum, potes, quia efficitur favorem, & includit implicitam con[di]nem: *Si tibi placuerit*: Insuper pos[ita] materia subrogata ad commutatam re[ver]potes iterùm ad subrogatam redire. [Cf.] *de voto d. 2. p. 18. num. 11.* quia per re[no]ad commutatam non renunciasti pote[sta]utendi subrogatâ; tunc renunciasses, [et] per novum votum ad commutatam re[di]Ant. à Spir. Sanct. *de voto sect. 42. n.* Si materia, in quam primum votum fu[it] mutatum, evadat impossibilis, inepta, [no]rens, aut impeditiva majoris boni, [non] neris redire ad prius votum, si commu[ta]sit facta authoritate Ecclesiastica; qu[ia] subrogat aliam materiam, & simul ex[tin]

obligationem priorem. Teneris redire ad primi, si sit facta authoritate propria; quia hæc non transfertur obligatio in materiam subrogatam, sed solùm sit solutio Deo per æquivalens.

1923 Votum non petendi commutationem, aut dispensationem, nisi à Summo Pontifice, potest commutari, aut dispensari. Votum jeratum commutari potest, sive juramentum sit sequens, sive concomitans votum, nempe, sive dicas: *Juro me jejunare, & voveo*, sive: *Voveo, & juro me jejunare*; quia juramentum nil aliud facit, nisi confirmare promissionem Deo factam. Cajet.

1924 Vota, & juramenta in favorem tertiæ personæ edita, commutari possunt, si non sint acceptata; minimè, si sint accoptata; quia acceptatio facit ea transire in contractum, & acquirit jus tertio, ac proindè commutatio cedit in præjudicium tertii.

1925 Ita communis contra de Lugo *in disp. de just. num.* 13. Qui tenet, posse commutari, quia principaliter tendunt in Deum tanquam finem, cujus gratia fiunt; Pauper verò est finis cui, ac proinde accessorius, & finis principalis. Unde si votum, ut respiciebat Deum, potest commutari, aut dispensari, ita ut respicit tertium; quia hoc est accessorium, & sequitur naturam principalis.

1926 Hinc votum, aut juramentum dantium aureos determinatæ Ecclesiæ, ab ipsa Parocho acceptatum, posse commutari, aut dispensari eo invito, & à fortiori posse in aliam Ecclesiam commutari. ex majori propositione voventis, cum talis commutatio ab illis sit inæquivalens. At non est recedendum à sententia negativa communi.

DE CAUSA COMMUTATIONIS.

1927 AD licitam commutationem *in melius* non requiritur. *Si non in melius*, non requiritur causa; sed longè minor quàm ad dispensandum; quia dispensatio obligationem extinguit, commutatio verò eam de una in aliam materiam transfert, & solum aliquantulum minuit

1928 Causa potest esse repugnantia parentis, aut viri, etiam in illis, quæ iis non præjudicant. Levitas voventis. Inconstantia: Fragilitas cum periculo violandi. Indiscretio; &c. Et sat est, quòd sit talis, quantum sufficit, ne vovens dicatur imprudenter mutasse propositum. Et generaliter causa, quæ sufficit ad dispensandum, à fortiori sufficit ad commutandum, etiam cum commutationi dispensatio admiscetur. Imo ex pluribus, ad commutandum inæquale sufficit major inclinatio voventis: *v. n.* 1958.

1929 Commutatio facta sine causa est supplenda quoad excessum, si sit facta in minus.

1930 Quando fit per Bullam, Jubileum non requiritur causa, sed sufficit ipsum privilegium. Imo in Bulla accedit subsidium temporale.

DE PRAXI COMMUTATIONIS

1931 NOn potest certa regula tradi, sed id est prudentiæ committendum Et quidem, 1. Non est necesse, ut votum personale commutetur in actionem personalem, & reale in realem. 2. Nec ut fiat in favorem ejus Sancti, aut Ecclesiæ, in cujus gratiam est factum, licèt sit conveniens, 3. Nec ut materia subrogata sit perpetua, sicut est votum, 4. Nec excellentia virtutis materiæ subrogandæ est consideranda in se, sed in ordine ad ventem.

1932 Hinc, si vovisti disciplinam in sanguine ad motus carnis compescendos, melius est, si commutatio fiat in jejunia, quàm, in orationes; quia licèt oratio in se sit excellentior jejunio, in ordine tamen ad ipsum voventem melius est jejunium.

1933 Attendi igitur debet in commutatione voti, & subrogatione materiæ; ut cultus Dei [nisi dispensatio misceatur) æqualiter, aut parùm minùs, quantum humana fragilitas permittit, servetur, cum respectu tamen ad salutem voventis, ita ut ea materia eligatur, quæ sit magis conducibilis ejus saluti; & conveniens est, ut confessarius commutans, plures materias ejus optioni offerat.

1934 Illud tamen est certum, ut non possit subrogare materiam aliàs præceptam, aut ad quam ille aliàs sub gravi obligatione tenetur; quia id cederet in notabilem divini cultus jacturam. Gobat *tom. 2. tr. 3. num. 302.*

1935 Consultius est, omnia vota in frequẽtiam sacramentorum commutare, quia sunt cæteris operibus meliora ad utilitatem spiritualem voventis.

1936 *Votum jejunii in pane, & aqua*, commutat Tamb. in eleemosynas, aut in recitationem integri Rosarii, & disciplinam; vel in confessionem, & communionem.

1937 *Votum eleemosynæ* commutat Bardus in servitium Hospitalis tot diebus, quot putantur sufficere ad compensandam eleemosynam, & econverso.

1938 *Votum assumendi Sacerdotium*, aliqui commutant in recitationem quotidianam Officii B. Virginis, aut septem Psalmorum cum Litaniis, & in confessionem, ac communionem bis in mense, & in faciendum celebrari sacrum singulis mensibus, & ut voveat castitatem, vel ut jejunet singulis sextis feriis, si nolit castitatem servare, Bardus loco Officii Virginis, aut septem Psalmorum, imponit onus recitandi quotidie horas Canonicas, frequentiam Sacramentorum.

1939 *Votum simplex, & absolutum castitatis, aut Religionis*, non esse capax commutationis, sed admiscendam esse dispensationem à Papa, aut ejus delegato, tenet Suarez. Adde esse reservatum, ut neque debilei possit commutari, nisi exprimatur; terùm si in aliquo Jubileo daretur facultas lud commutandi.

1940 *Votum Castitatis*, Bardus, & Sa commutant in castitatem cõjugalem, in fessionem, ac communionem singulis sibus, in faciendum celebrari decem gulis annis, in recitandum quotidie partem Rosarii, & in jejunium singulis feriis.

1941 *Votum Religionis*, commutatur tum Sacerdotalem, aut castitatem coniug & in recitationem Divini Officii quo aut integri Rosarii, in jejunia Religi illius, in aliquas eleemosynas singulis in honorem Sancti Fundatoris illius Religionis, & in Confessionem, ac Communionem bis in mense.

1942 *Votum Religionis* non commu æqualiter per assumptionem ad Episcopa Leander de voto contra Henriquez; quia cèt status Episcopalis secundum se in fectior, status tamen Religionis in ordine voventem est melior, quoad ejus utilitat spiritualem. Hinc *in cap. per tuas de voto* III. requisitus ab Episcopo Gratianopo no, qui ante susceptum Episcopatum tum ingrediendi Religionem emiserat, spondit: *Si tuam desideras sanare conscientiam, regimen resignes Ecclesiæ, & reddas Altissimo vota tua.*

1943 Hac ratione. *Votum de non procurando Episcopatum*, est validum, sic & votum *eo non acceptando*, si sit recta intentione emissum

sum, videlicet dummodò utilitas Ecclesiæ, & præceptum superioris non urgeat.

1944 Votum ingrediendi Religionem strictiorem æqualiter commutatur in votum proficiendi, & perseverandi in laxiori. Leander *de voto tr. 1. disp. 11. 8. q. 50.* Imo est in mente, dummodo in laxiori vigeat observantia Regularis; nam si sit collapsa, commutatio est illicita, & invalida.

Item æqualiter commutari in votum proficiendi Religionem Canonicorum Regularium docet Bardus *in Bullam part. 2. tr. 7. cap. 3. sect. 8. 7. num. 44.* quia est vera Religio, & communi vivit.

IN VOTO PEREGRINATIONIS

1945 Considerandæ sunt labores itineris, & pericula, juxta longitudinem peregrinationis; insuper expensæ, quas vovens esset facturus in accessu, & in mora per loca; hæc enim omnia vovens imprimis Deo obtulit.

Quæ computatio expensarum non est plurimùm extendenda; non enim computari debent expensæ, quas facere vellet vana ostentatione in vestium ornatu, equorum, & famulorum comitatu, &c. quia tam vanitas, & excessus Deo non placet. Meritò plus æquò restringenda, ut computentur expensæ, quas faceret solus, aut cum uno, vel altero socio, ut vult Ledesm. cum Hent. & alii apud Leandrum *de voto disp. 13. quæst. 46.* Sed est facienda de expensis, quæ vovens juxta decentiam sui status, & moralem ejusdem consuetudinem, in simili itinere erat rationabiliter facturus. Ita docte Leander *cit. quia res existimantur sunt moraliter, & prout sunt re ipsa facta.*

1946 Hinc: si princeps judicio prudenti erat peregrinaturus publicè, major erit computatio expensarum; quia major comitatus, &c. Minor, si privatim; minor, si cum uno, vel altero socio, quam si cum quatuor; sic servata proportione discurras de persona privata. Imò nullæ erunt computandæ expensæ, si nullæ essent futuræ; ut si ille peregrinaturus esset non equester, sed pedester, aut mendicando; tunc enim solum commutantur labores, & pericula itineris.

Labores, & pericula commutantur in opera pia, putà orationes, jejunia, &c. per quæ persona exercetur, & fatigatur. Expensæ, non est necesse, quod mittantur ad Ecclesiam, & locum, quò eras peregrinaturus; sed possunt commutari in totidem eleemosynas elargiendas Ecclesiæ, pauperibus, & ad alia pia opera applicari.

1947 In computatione expensarum deduci debent expensæ, quas tunc vovens erat domi facturus; quia illæ non sunt Deo dicatæ.

1948 Insuper ipsæ expensæ (si rationabilis causa adsit) possunt in alia pia opera commutari, putà orationes, jejunia, &c. Semper tamen in commutatione voti peregrinationis addi debent Confessiones, Communiones, & visitationes Sanctorum, ad quos erat peregrinatio directa.

DIFFICULTAS EST

1949 AN *in commutatione sint etiam computandæ expensæ, quas vovens erat pro regressu facturus?*

Affirmant, nisi vovens haberet animum non redeundi. Leander *cit. q. 47.* Bardus, Sanchez, & alii apud ipsum; quia tacitè reditus in voto includitur. Et probant *ex c. Magnæ, devotionis 7. de voto in lib. 3.* ubi Inn. III. vult habendam esse expensarum, tam pro accessu, „ quam pro regressu, his verbis: Tibi, pro „ te, & famulis tuis, licentiam concedimus votum peregrinationis taliter commutare, „ ut

„ut expensas, quas fueras in eundo, moran-
„do, & redeundo factutus, alicui Religioso
„committas, &c. laborem etiam laboribus
„recompenses.

1950 Negant Henriquez *lib. 7. c. 30. num 5.* Rodr. *tom. 2. c. 100.* Graffis *lib. 2. dec. c. 30. n. 10.* Angles apud Leandrum, *cit.* Gobat. *to. 2. t. 3. c. 39. num. 300.* hanc sententiam [quam sequor] tutam vocat; quia votum Peregrinationis completur per accessum; & licet vovens fuisset rediturus, reditus omninò accidit; quia poterat mutare Propositum, & non fuit de reditu, sed de accessu.

1951 Non obstat textus; quia casus ibi est de peregrinatione Hyerusalem, & in circumstantiis, in quibus Pontifex toto conatu studebat ad comparandas eleemosynas, auxilia, & media pro valido succursu pro liberatione Terræ Sanctæ ab infidelium manibus; ita ut etiam Cruciatam publicaverit; & ideò voluit, ut haberetur ratio expensarum redditus.

Insuper eodem textu disposuit, ut dictæ expensæ transmitterentur in subsidium Terræ Sanctæ. Idem *in cap. 8. & segu.* Innoc. III. eadem causa idem disposuit, quod ipse Leander *cit.* observat; *& tamen in qu. 50.* fatetur non esse opus, ut in commutatione voti peregrinationis Hyerusalem eleemosyna eò transmittatur, & ad textum respondet, recensitam dispositionem tunc factam fuisse: *quia urgebat necessitas succurrendi expeditioni bellicæ in illius Terræ Sanctæ subsidium, quæ necessitas cum hodie cessarit, non est necessaria ea voti commutatio, & ita instar aliorum commutari potest.* Ita Leander.

1952 Ita & ego dicam textum non obstare nostræ sententiæ, quod in commutatione voti peregrinationis, solum sint compensandæ expensæ pro accessu, minimè expensæ pro reditu; quia casus, & circumstantiæ, quibus loquitur textus, sicut non habent locum in aliis casibus peregrinationis non faciunt, ut eadem dispositio textus non detur ad alios casus. Textus igitur non docet doctrinam generalem, sed particularem us voti commutationem.

1953 Id tamen probo, ut sicut expensæ pro reditu non computas, ità neque detur, quia aliàs in re neque computarētur expensæ pro accessu; nam, cum soleant esse [illegible] compensarentur per expensas pro [illegible]

EXEMPLUM.

1954 PEtrus Panormi emisit votum peregrinandi ad Sanctam Domum reti, ibique offerendi cereum Virgini.

Præmissum votum sic commutarem bores, & pericula itineris, visitationem commutarem in jejunium, Rosarium, confessionem, communionem, & visitationem Ecclesiæ, aut Capellæ B. Virgini dicatæ normi, omnia bis quolibet mensis tempore, quo fuisset peregrinatio quantum accessum duraturæ, puta per tres menses in oblationem cerei semel eidem Ecclesiæ normi faciendam. Quòd si non esset ad jejunium, disciplinas injungerem, & sarium multiplicarem.

Quantum ad expensas, computarem pensas, quas erat rationabiliter facturus nere, & mora solum in accessu, & non executione voti, non in reditu, de expensis quæ eo tempore fuisset domi cturus: ita ut si in accessu erat expen centum, & domi quinquaginta injung ei ut solveret quinquaginta in eleemosy pro beneficio dictæ Ecclesiæ Panormi, pauperum.

Quòd si erat peregrinaturus non eq sed pedester, tunc nullam haberem ratio ad expensas; quia nullæ fuissent, sed ad

labores, & pericula peregrinationis pedestris, quæ cum sint majora, præmissa pia opera, quæ cum sint majora, præmissa pia opera, quæ cum sint majora, præmissa pia opera commutaremi quæque pariter duplicarem in casu peregrinationis equestris, si ob necessitatem, aut rationabilem causam oporteret expedire itineris in pia opera commutare.

Quod si Votum fuillet etiam de elargiendo dictæ Ecclesiæ Laureti donum notabile, puta calicem centum aureorum; tunc conveniens esset, ut calix ad eamdem Ecclesiam Lauretanam mitteretur expensis ipsius commutantis, detrahendo scilicet ex quinquaginta aureis ipsa computatis pro expensis itineris, quatuor V. G. aureos, quantum sufficeret pro earum missione Calicis.

Dic conveniens est, nam non est necesse, quidquam illud fuerit à Rectore, aut Procuratore nomine dictæ Ecclesiæ Laureti acceptum; quoniam certum est, votaad favorem tertiæ emissa posse commutari, si nondum fuerit illo acceptata. Unde dictus calix poterit Ecclesiæ elargiri, imò in alia pia opera rationabili causa existente (uti dictum est) commutari.

QUÆRES I.

1955 *An in commutatione voti pœnalis attendenda utraq; materia, voti scilicet, & pœnæ?*

Resp. Si commutatio fiat post impletam conditionem, esse attendendam utramque materiam, putà *non ludi*, quæ est materia voti, & *eleemosynæ*, quæ est materia pœnæ in casu non ludendi sub pœna certæ eleemosynæ, quia conditione posita, materia pœnæ evasit in rem absolutè promissam.

Si commutatio fiat ante impletam conditionem, volenti aliqui, quòd non sit attendenda materia pœnæ; quia cum non sit purificata conditio, non est jam promissa. At probabilius puto esse attendendam; quia votum non ludendi relatum ad pœnam est gravius, quàm non sic relatum; gravius namq; est sic promittere: *Voveo non ludere sub pœna certa eleemosynæ*: quàm solùm *Voveo non ludere*. Materia tamen pœnæ tunc non est accipienda secundum totam suam gravitatem, sed judicio prudenti; quia cum non jam sit incursa, sed pendeat à futuro eventu, multùm deficit à sua gravitate. Tamb. *tom. 1. lib. 3. c. 16. §. 6. num. 7.*

QUÆRES II.

1956 *Petrus postquam obtinuit commutationem voti de jejunio à quodam Religioso, emisit Votum castitatis, putans pariter posse abeo, aut alio Religioso commutari. An hoc votum possit commutari?*

Resp. Gobat. *tome 3. de voto n. 321.* Hoc votum esse validum, & posse commutari. Est validum ad differentiam voti castitatis emissi cum errore, quòd possit relaxari, aut absolutè commutari; quia in illo error est, quòd votum possit relaxari, aut commutari absolutè, & ideò est irritum; non sic in hoc, Petrus enim non putavit, quòd possit commutari absolutè, sed quòd possit commutari à Religioso, & sic est validum: *v.n. 1789.*

Potest autem commutari, & non est reservatũ; quia voti obligatio pendet ex intentione voventis, & non potest plus se extendere. Unde, quia Petrus sic putans emisit votum castitatis cum levamine commutationis, quando ex causa oportuerit, non potest eò privari levamine.

DISPENSATIO

1957 *Est remissio & relaxatio voti, sive in totum, sive in partem, Nomine Dei.*

CAUSÆ AD DISPENSANDUM

1958 POssunt esse, 1. Ætas puerilis, repentina deliberatio, aut metus, etiam ab intrinseco in emissione voti, 2. Dubium de voto, aut de intentione obligationis 3. Levitas, nimia facilitas voventis, & multiplicitas votorum, 4. Infirmitas, debilitas, necessitas aut nimia difficultas ad exequendum, 5. Inquietudo, & scrupulorum molestia ex voti adimpletione, 6. Nimia fragilitas facilitas, seu frequentia violationis, 7. Si votum est impeditivum boni communis, 8. Si cedat in detrimentum proprium, aut familiæ, ut peregrinatio, Ant. à Spir. Sanct. *tom.* 2. *tr.* 5. *dis.* 2. *sect.* 36. *nu.* 455. Mendo *in Epit. ver. vot. n.* 32. *v. n.* 1928.

1959 Sanum consilium est, ut in dispensatione aliqua commutatione misceatur.

1960 Dispensatio sine causa est valida; quia non est dispensatio, sed dissipatio.

1961 Dispensare possunt in votis, & juramentis, Papa in omnibus, etiam solemnibus, & castitatis; sed tunc dispensatus non remaneret amplius Religiosus; quia status Religiosus consistere non potest sine sua forma substantiali, cujusmodi sunt tria vota solemnia. Fagnanus *in lib.* 3. *de statu Monachorum n.* 43. Unde non teneretur ille ad Divinum Officium, nec ad præcepta Regulæ, quia mutaret statum. Communis. Vide infra in *matr.* de voto.

1962 Dispensare, & commutare possunt in omnibus votis [exceptis votis solemnibus, & quinque reservatis] & in quinque reservatis, in casibus, in quibus non sunt reservati, *ut à num.* 1998. Episcopi, Capitulum sede vacante, Prælati Regulares in suos subditos, & Novitios circa vota, quæ in sæculo; vel novitiatu emiserunt; & ex privilegio erga sæculares; confessarii Regulares *n.* 1723. triplici cum discrimine.

1963 Primò Confessarii Regulares sunt etiam extra sacramentum, sed foro interno conscientiæ; Episcopi am pro foro externo.

1964 Secundo, Quod Episcopi aliis potestatem commutandi, & dispe delegare, quia ejus potestas est ordi non sic Confessarius Regularis, qui gatus ex privilegio, & delegatus non subdelegare, nisi in delegatione tur. Potest tamen uti hac forma: *tibi hoc votum in opera, quæ vir ille præscribet*; quia hoc non est delega alterius prudentia uti ad materiam gandam.

1965 Tertio, Episcopi dispensare in quinque reservatis, quando urget sitas, seu magna causa, Pontifex potest, & periculum est in mora. Ra quia Episcopi ante reservationem potestatem ordinariam in iis cum suis subditis. Gobat. *tom.* 3. 318. Post reservationem autem Canones Summo Pontifici factam, stricta Episcopis dispensandi facult fibus autem extraordinariis, præmi ditionibus concurrentibus, ne delin um, præsumunt Episcopi de voluntate ficis, sic exposcente bono Ecclesiæ

1966 Tamb. de voto, Ant. à Spir. *tr.* 5. *dis.* 2. *sect.* 39. adducentes pro i um, Lessium, Suarez, Sanchez, Cast Trullench, dicunt Episcopum posse, dictis conditionibus concurren 1. Si quis voto castitatis ligatus, mori ximus, ni Bertam duceret, filios illeg relinqueret, aut orirentur inter co graves discordiæ, vel similia, 2. Si voto castitatis ligatus, virginem

ciat honor, nisi eam ducat, reparari non potest, & si pontificis dispensationem expectet, gravissimè timet grave damnum animæ, corporis, aut famæ, aut aliud grave detrimentum, vel ne interim ab alterius cognatis impetratur. Ita illi.

1967 Illud est certum; quòd in casibus, in quibus potest Episcopus dispensare, non debet dispenset quàm necessitas exigit; unde homo ea uxore non potest aliam ducere, sed tenetur votum servare. Et ea vivente; sacrilegè peccat contra votum, si aliam matrimonio agnoscat; aut si solus, vel extra vas proprium uxoris se polluat; aut tactibus impudicis ejus, periculo pollutionis se exponat.

1968 Item vota reservata ejus, qui est sub potestate dominativa, ut est filius respectu patris, &c. licèt possint à patre irritari, non possunt per hoc ab Episcopo dispensari quia potestas dispensandi est diversa à potestate irritandi; & Episcopis non competit, nisi per Superiorem, præmissis conditionibus concurribus.

1969 Abbatissæ & Priorissæ non possunt votum suarum subditarum dispensare, nec commutare, Possunt tamen irritare, quod efficiunt; quia licèt non habeant potestatem jurisdictionis, habent potestatem dominativam in subditas, tam directè, quoad earum voluntates, quàm indirectè, quoad materias illi subjectas: *v. num.* 209.

1970 In Parocho non datur jurisdictio ad dispensandum in votis. Mendo *in Epit. ver.* votum, *num.* 19.

1971 Episcopus non potest dispensare cum hæredibus in votis defuncti. Mendo *est. num.* 20. quia hæredes ad id tenentur, non vi voti, sed juris, aut contractus.

IRRITATIO

1972 *Est annullatio voti facta à potestate dominativa, qua quis suo nomine potitur.* Differt à dispensatione, & commutatione, quia hæc fit à potestate jurisdictionis, quam habet superior nomine Dei. Hinc fit 1. Quòd irritatio fieri possit à sæculari: dispensatio verò, & commutatio non nisi à persona Ecclesiastica, 2. Quod irritatio sine causa sit illicita, sed valida; quia fit ratione dominii, & nomine Proprio; unde sunt emissa cum tacita conditione consensus ejus, qui habet dominium. Dispensatio verò sine causa fit illicita, & invalida, quia fit ratione jurisdictionis, & nomine Dei, qui non approbat solutionem voti temerè factam.

1973 Irritatio est duplex, directa, *qua fit ab aliquo, quatenus est ei subjecta voluntas voventis*: & indirecta, *que fit ab aliquo, quatenus est ei subjecta materia voti.* Vota directè irritata nũquam reviviscunt: quia sunt extincta in radice: Vota verò indirectè tantum irrita reviviscunt, quando desinunt præjudicium afferre, unde solùm suspensa.

1974 Irritatio fieri potest per procuratorem. Ant. à Spir. Sanct. *de voto tr. 5. dis. 2. sect. 31. num.* 425. cum Castropal.

1975 Ad indirectè irritandum non requiritur causa, sed sufficit præjudicium, aut quòd materia non sit in potestate voventis.

Ad directè irritandum licitè requiritur causa. Sufficit, quia pater filium voto gravatum sentit. Tamb. Unde, sine causa irritans, non peccat, nisi venialiter, Lessius, Castrop. contra Ant. à Spir. Sanct. *de voto tr. 5. dis. 2. nu. 4.* cum aliis, qui neq; venialiter peccare dicunt.

SUMMUS PONTIFEX

1976 NOn potest directè irritare vota omnium Christianorum. Leander

de voto tr. 1. dis. 16. §. 2. ad qu. 8. quia non habet potestatem dominativam in omnes, sed jurisdictionis, licet supremam, quæ sufficit ad gubernandam Ecclesiam; alioquin nullus homo posset obligari alteri homini, nisi sub tacita conditione: *Si Papæ placuerit*: Unde solùm potest in omnibus Christianorum votis dispensare, aut ea commutare. Item non directè irritare vota Clericorum sæcularium; quia neque in illos habet potestatem dominativam, nisi circa res Ecclesiasticas, & circa concernentia ad illas.

1977 Potest directè irritare vota Religiosorum, & Monialium; quia hi specialiter Papæ subduntur ratione voti obedientiæ: Unde summus Pontifex est supremus omnium Religionum Prælatus; adeóque potestatem dominativam habet in Religiosos omnes.

1978 Aliorum autem vota solùm potest indirectè irritare, ratione materiæ, quatenus potest per potestatem præceptivam votorum executionem impedire. Leandr. *cit.*

PATER,

1979 ET in ejus defectu Avus paternus, tutor, & in horum defectu mater potest directè irritare vota filiorum impuberum, etiam castitatis, & religionis, ratione imperfectionis ætatis, quia in his tacita est conditio: *Si pater consentiat.*

Impubertas finem habet in maribus anno 14. completo.

1980 Imò potest ea irritare post pubertatem, si sint facta tempore impubertatis, & non confirmata tempore pubertatis, implenda tamen tempore pubertatis. Sanchez; quia hæc potestas irritativa fundatur in imperfectione ætatis, sub qua fuit votum emissum. Vide in matr. de imped. ordinis.

1981 Potest directè irritare vota filiorum puberum, quamdiu manent sub potestate patris, & non sunt emancipati; si illa præjudicent patriæ potestati; talia sunt vota, quæ domus perturbatur, aut filius infirmatur, &c. ut longa peregrinatio, immoderata jejunia, &c. Non potest irritare vota quæ præjudicantia, ut votum jejunii, orationis moderatæ eleemosynæ de proprio patrimonio Religionis, &c. quia filius pubes non emancipatus solùm in prioribus non est sui juris, bene verò in posterioribus.

1982 Idem potest curator datus minoritate, quoad vota spectantia ad bona temporalia, aut gubernationi domus præjudicantia. Tutor datur pupillo usque ad annum 14. completum: Curator datur minori anno 14. ad 25. completum.

QUÆRES

1983 *Mulier nobilis filiam infantem se eam daturam Deo in Religione, si obtineret. Eam obtinuit: & votum rata filia post septennium, matris suasu, hanc vovit; Pater nec consentiit, nec dissensit, sed tacuit: facta est puella pubes, ut cupiens eam, utpote unicam, dare nuptui (matre enixe exoptante) Votum irritat? Contraxit puella sponsalia; sed tam infausto exitu, ut inexcogitabiles sint miseriæ, lites; taliter, ut matrimonio desperato, vivo dolore affecti, unus post unam intra decim. dies, obiere parentes; & puella, eodem die, quo pater ad sepulturam, solam & humana ope destitutam se cernens, ad Monasterium confugit. Quid dicendum?*

DIcam, patrem potuisse post pubertatem irritare votum puellæ in impubertate emissum, ob tacitam conditionem, quæ in eo fuit: *si pater consentiat*: Quod votum puella (ut supponitur) non ratificavit post pubertatem. Nec ex dicendis obstaret licentia, si eam dedisset: *ut in num. 1689.*

Gravi-

Graviter peccavit mater; quia ob suum
rum, maximè à puella post septennium ra-
tionem, tenebatur suasionibus veris, & non
fictis, tum apud puellam, quàm apud patrem
vota adimplectionem curare; quod nedum
omisit, sed positivè utrique suum enixum de-
fectum de ea danda nuptiis ostendit, & cal-
lidè arte suasit, ut inde pater, absque ulla cau-
sa, nisi sanguinis passione, ad irritationem
non procederet. Hinc fortè infortunia. Sæpe
mulier fuit causa ruinæ.

Quòd si vir prolem fœmineam inhians,
votum uxore, Deo in Religione datum
vertim, similiter irritando, graviter contra
rum peccasset: *v. num.* 1826.

RATIFICATIO VOTI,

1984 UT habeatur, & novam obligatio-
nem inducat, tria requiruntur.
*Primo, ut vovens sit conscius debilitatis prio-
ris voti. Secundo, ut velit se de novo obligare
formaliter, perinde ac si nunquam obligatus
fuisset. Tertiò, ut ità dispositus, voce, vel sal-
tem mente præterita repetat, seu certè appro-
bet.* Ità Tamb. *tom. 1. pag.* 114. *cum Com.*
Aliquin dicetur, *voti renovatio*, seu *repeti-*
tio quæ novam obligationem non inducit;
ut votum, uti erat, relinquit: *v. n.* 1850.

1985 Si quis oblitus voti, v. gr. Religio-
nis in pubertate emissi, votum Religio-
nis post pubertatem emittat; verum votum
non veritum emittit, quod non potest à patre
irritari, quia est votum à priori distinctum,
& inde pendens ab illo.

PATER

1986 SI licentiam dedit filio vovendi, &
promisit se non revocaturum, seu
votum confirmavit; si votum sit personale,
potest validè irritare; quia per promissio-
nem, & confirmationem non potuit à se
abdicare propriam potestatem in filium; non
tamen licitè sed peccat mortaliter, licèt Ca-
stropal. velit, quòd peccet venialiter ratione
infidelitatis, nisi juramentum adjunxerit: si
verò solùm licentiam dedit, & promissionem
non addidit, non peccat irritando, quia li-
centia semper intelligitur sinè præjudicio
proprii juris Castropal.

Si autem votum, quod pater non irritare
promisit, sit reale, non potest pater validè il-
lud irritare; quia per licentiam simul, & pro-
missionem, rem illam filio donavit, & à sua
potestate abdicavit; quod facere potuit.
Tamb. *tom. 1. lib. 3. c. 16. §. 3. n. 15.*

1987 Ejectus à Religione, si in sæculo ha-
beat filios, non potest eorum vota irritare,
quia per professionem Religiosam amisit
potestatem dominativam. Sanch. 4. *Decal.*
c. 35. n. 50.

MATER

ETiam patre mortuo vota filiorum irritare
non potest, nisi tutrix sit, aut curatrix,
Com.

RELIGIOSORUM

1988 VOta [minimè Novitiorum] irrita-
re directè possunt Papa, Gene-
rales, Provinciales, & Superiores locales ab-
soluti, nempe Abbates, Priores, Guardiani,
Præsidentes, excepto voto transeundi ad Re-
ligionem strictiorem, *ex cap. licet de regu-*
laribus, quia quoad hoc Religiosus est sub-
ditus tantùm Pontifici. Posse tamen illud
commutare, ait Gobat. *tom. 3. de voto num.*
205. *v. n.* 1919.

Prælatus inferior non potest directè irrita-
re votum subditi à Superiore ratificatum.

DOMINUS

1989 VOta illa solùm irritare potest ser-
vo directè, quæ præjudicant ejus

servitio; in aliis enim servus est sui juris. Non potest dominus irritare vota servi tempore servitutis emissa, post eam tamen implenda; quia ei non præjudicant. Nec potest irritare vota servi ante servitutem emissa, sed solùm potest ea suspendere, quantum ad id, quod ejus servitio obstat.

VIR

1990 VOta uxoris tempore subjectionis emissa, & ipsi præjudicantia, potest directè irritare; est communis. Minimè, non præjudicantia. Castropal. contra Sanchez, qui tenet etiam ea posse irritare ratione totalis subjectionis uxoris erga virum, ità ut ejus vota censeantur semper sub conditione emitti: *si vir non contradixerit*: Excipitur votum Religionis, quando potest impleri, invito viro; nempe quando vir adulteravit, &c. quia in eo uxor non subditur viro. Sanchez.

1991 Potest directè irritare vota uxoris tempore subjectionis emissa, de re post subjectionem implenda. Bonac. quia sunt facta tempore, quo uxor est sub potestate viri. Non potest tamen irritare vota ante subjectionem emissa, tempore subjectionis implenda; sed solùm suspendere, si ipsi præjudicent. Idem dic de votis ab uxore, stante legitimo divortio, emissis; quia tunc non est in illis subjecta; unde facta reconciliatione suspendi possunt à viro, non irritari.

UXOR

1992 VOta viri sive ante, sive matrimonii tempore emissa, non potest directè, sed solùm indirectè irritare, quoad materiam promissam, si sibi, seu statui matrimonii præjudicet; quia vir non subjicitur quoad voluntatem uxori, sed solum quoad materiam, si sit præjudicans; nam vir est caput uxoris, non uxor viri.

Unde uxor potest indirectè irritare votum viri de gestando habitum Tertii Ordinis Francisci; sed vir, decedente uxore, tenetur illum deferre.

1993 Votum viri de uxoris licentiando filium potest uxor indirectè irritare; quia licentia concessa præsumitur ad sui beneplacitum. Si verò non revocare promisit, tenetur citè, nec validè potest irritare; quia per emissionem acceptatam cessit suo præjudicio, ob quod tantùm habeat jus irritandi. Idem plum de voto servi, quod promisit dominus non revocare: Sicut enim dominus potest integram libertatem servo donare, ita donatam, & acceptatam revocare; non ità de libertate circa partialem materiam dicendum. Tamb. de voto.

QUÆRES

1994 *Duo conjugati post consummatum matrimonium, mutuo consensu vota ad Castitatis, & Religionis emiserunt. An possit irritare, & Episcopus dispensare?*

DIco 1. Si mutuus consensus habetur (nempe puræ licentiæ; tunc potest (licitè revocari, & votum irritari; quia (ctum est) licentia concessa præsumitur neplacitum. Episcopus autem potest sare non in voto absolutè, sed ad debitum, etiam si Pontifex posset ad is, qui licentiam dedit, velit præstare, quiuntur, ut vovens ingrediatur Re nem; tunc namque non potest Epis petendum debitum dispensare. Tamb. 8. *de matr. disp.* 11. *à num.* 2.

1995 Si autem mutuus consensus rationem contractûs, quando scilicet licentiam intervenit pactum: *facias ut voveo, ut voveas.*

Dico 2. tunc non posse Episcopum sare, neque ad petendum debitum,

tatis necessitatis, puta ob periculum incontinentiæ, aut in educatione, & sustentatione filiorum, & Pontifex non possit adiri. Quòd si conjuges mutuo consensu remittant sibi hanc mutuam obligationem, qua se obligârunt ad mutuò vovendum; tunc potest Episcopus dispensare solùm ad petendum debitum, etiam si Pontifex possit adiri; quia per illam remissionem, etsi illicitam, matrimonium restituitur in statum priorem, quoad liberam facultatem pro utendi. Tenentur tamen ad castitatem conjugalem, & altero mortuo unus, qui remanet, tenetur votum implere, nisi adsit periculum incontinentiæ, aut aliquod impediens Religionis ingressum. Tamburi *cit. n.* 5. Ad id verò tenetur ratione votum castitatis, non ratione voti Religionis, quorum discrimen habes *cit. in n.* 1857.

1996 Dico 3. nec virum posse irritare votum uxoris, nec uxorem votum viri emissum mutuo consensu per modum contractûs. Tamb. *lib. 9. de matr. disp. 40. qua. 1.* Leander *de voto disp. 16. q. 131. ad 153.* cum communi, contra Palacios, & alios.

Probatur, 1. *auth. can. ex cap.* Quod Deo, 34. 5. quod est, D. August. *Quod Deo patri quisque voverunt, perseveranter usque in finem reddere debuistis, à quo proposito si ille lapsus est, tu saltim instantissimè persevera.* 2. ratione: quia per mutuum consensum, & contrariam, videntur cessisse juri suo revocando; ideóque nec licitè, nec validè possunt hujusmodi vota irritare.

1997 Si autem hujusmodi vota, conjuges mutuo consensu remittant sibi hanc mutuam obligationem, qua se obligârunt ad mutuò vovendum, seu mutuò consensu tradant mutuum corporum potestatem; tunc validè possunt talia vota irritare, imò & licitè, & ex causa. Ità iidem; quia per talem remissionem, licèt illicitam: *ut in nu.* 1975. matrimonium est restitutum ad pristinum statum, 1. Quia talia vota sunt facta tempore subjectionis, 2. Quia talis mutuus consensus, cessio juris, & obligatio est contractus humanus, qui nec ex se, nec ex jure aliquo positivo perpetuitatem inducit; unde sicut fuit mutuo consensu initus, ità potest mutuo consensu dissolvi; quo dissoluto, conjuges ex vi voti castitatis possunt reddere, non petere ante irritationem; facta verò mutuâ irritatione, restituuntur in pristinum, ità ut possint reddere, & petere. Leander. *cit. q.* 132.

Ubi pondera, in casu distingui mutuam obligationem ad vovendum, & mutuum votum; adeóque adesse duos contractus, unum inter ipsos conjuges ad vovendum, alterum inter ipsos conjuges, & Deum, cui votum emiserunt.

VOTA RESERVATA PONTIFICI

1998 SUnt quinque: *Castitatis perpetuæ, voti simplicis Religionis, & trium peregrinationem Jerosolymam, Compostellam, & Romam devotionis causa.* Ut sint reservata, debent esse absoluta, & perfecta: si in aliquo deficiant, licèt sint valida, non sunt reservata.

1999 Generaliter loquendo, non sunt reservata quinque vota etiam castitatis, & Religionis, 1. Si sint conditionalia, 2. Si pœnalia, 3. Si sint emissa ex metu etiam levi, 4. Si sub obligatione solùm veniali. In quibus casibus tenent in ratione voti, & solùm cadunt à reservatione: *v. n.* 2010. & 2011

Quintò, si adest dubium de eorum valore, sive dubium sit juris, quatenus v. gr. Quæstio est, An sit verè votum, an verè reservatum. Sive facti, quatenus dubium est, An adfuerint vera promissio, plena deliberatio, intentio, & alia ad voti, & reservationis rationem necessaria. Gobat. *tom. 3. de voto, num.* 330. cum communi; quia reservatio, ut

pote

potè odiosa, & gravis, est restringenda ad casus certos, perfectè voluntarios, & graviores: *v. n. 1789.*

2000 Et specialiter non sunt reservata, votum castitatis imperfectum, nempè castitatis conjugalis. Non petendi debitum. Non fornicandi. Non nubendi. Virginitatis pro prima vice. Votum expressum promittendi castitatem. Votum assumendi ordines sacros. Votum castitatis, de quo est dubium, an sit validum. Votum castitatis emissum ex metu etiam levi incusso ad illud extorquendum, & votum integræ castitatis, sed ad tempus, ad quod rationabiliter præsumitur ætas hominis perventura. Item votum castitatis, quod unus conjugum sine alterius licentia emisit; quia non est castitatis perfectæ, nam manet cum obligatione reddendi debitum. Vota utriusque conjugis non petendi debitum.

2001 Reservatum tamen est votum castitatis emissum usque ad octogesimum annum, vel à septuagenario per decem annos; quia cum ætas hominis regulariter ad octogesimum annum non perveniat, tale votum censetur perpetuum.

2002 Reservatum non est votum Religionis imperfectum: videlicet votum ingrediendi Religionem approbatam. Et votum Religionis ad tempus, eo modo, quo dictum est de voto castitatis,

2003 Votum ingrediendi Religionem equitum Militarium S. Joannis, non potest commutari, sed est reservatum; quia est vera Religio, emittens tria vota solemnia, obedientiæ, paupertatis, & castitatis perfectæ.

2004 Votum verò ingrediendi alias Religiones militares equitum D. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, non est reservatum, sed potest commutari; quia de illis est dubium, & quæstio; An sint veræ Religiones; & dicti equites emittūt votum castitatis imperfectæ nempe conjugalis. Rodr. *in sum. tom. 2. vot.* Leandr. *de voto v. n. 746.*

2005 Qui autem emisit votum Religionis, non satisfacit, ingrediendo Ordinem equitum S. Jacobi. Rodr. *in comp. t. 2. c. 40. n. 13.* quia, qui Religionem vovent, communiter intendunt statum vivendi communi, & à tumultu, fastu, ac curis laribus alienum.

2006 Votum Religionis strictioris commutari in laxiorem; quia votum Religionis absolutè est reservatum. Item votum perseverandi in Religione, prout distinctum à voto ingrediendi; nam votum Religionis reservatum est, quo quis vult ingredi Religionem, & in novitiatu eam finè tramperiri, aliter ex justa causa egredi. In hisque casibus non commutatur substantia, sed qualitas.

2007 Vota trium peregrinationum ex devotionis causa, sed ob alium fingr. ad osculandos pedes Pontificis, sunt reservata. Si quando vovisti, aliam expressè non cogitasti, præsumens ex devotionis causa. Qualitates peregdi, v. gr. pedester, &c. commutasunt, quia universaliter circumstantrinsecæ in votis reservatis non suntæ: sed substantia, v. gr. peregrinatio reservata.

2008 Executio voti reservati potest mutari, aut dispensari, quoad tempus, dilationem, quæ debet esse prudens, tanta, ut impediat executionem.

2009 Vota verè conditionalia, aut lia in materia reservata, purificata conne, esse reservata tenet Pontius, quia evadunt absoluta. Non esse autem reprobabile putant Leander, Tambur. & quia cum sint emissa sub conditione, vunt consensum imperfectum, utpote pendente

perbetem ab eventu futuro, nec purificatio conditionis facit, quin consensus fuerit imperfectus.

2010 Dixi *verè conditionalia*, quia si particulâ significet tempus, & æquivaleat particulæ *quando*, votum est absolutum pro præfato tempore, & reservatum: unde in hoc voto *Voveo castitatem si liberer à tempestate*, *vel infirmitate*, &c. si per particulam *si* intendat tempus executionis voti, votum est absolutum; si autem intendas salutem, &c. pro conditione, votum est verè conditionale. Ad quod dignoscendum, non potest aptior dari regula, quàm ex affectu voventis; si námque voverit affectu ad materiam voti, particula *si* æquivalet particulæ, *quando*: Si verò voverit affectu conditionis habendæ, putà salutis, &c. uti regulariter contingere solet, est vera conditio.

2011 Item conditio, ut votum cedat à reservatione, debet esse voluntariè adjecta ejusve amore, vel horrore, seu intuitu quorum; non sufficit, si sit naturaliter, aut ex dispositione insita. Unde votum castitatis impubere emissum, licèt sit conditionatum, hac conditione: *Si pater consentiat*, post pubertatem non potest à Confessario dispensari, aut commutari, sed est reservatum; quamvis pater possit illud irritare. Hac ratione vota solemnia Religionis intrà reservata, quamvis includant tacitam conditionem, qua Papa possit illa relaxare, *Castrodella n. 1961. & 1679. Gobat. tom. 3. de vot. num. 325. v. à num. 1979.*

2012 Si quis voveat sub disjunctione duo reservata, castitatem videlicet, vel Religionem, neutrum commutari potest; quia utrumque est reservatum.

2013 Si quis voveat sub disjunctione duo vota, quorum unum est reservatum, alterum non reservatum, v. gr. castitatem, vel jejunium, utrumque potest commutari; quia tunc propter illam libertatem, quam habet eligendi jejunium, castitas non est absolutè; & perfectè promissa: *v. n. 1835.*

2014 Factâ tamen electione reservati, scilicet castitatis, omisso non reservato, nempe jejunio, si partem reservatam elegisti per novum votum, erit reservatum; minimè, si absolutè elegisti sinè novo voto; quia tunc electio illa non est votum, sed simplex voluntas, & propositum eam partem servandi præ alia; adeóque votum illud tunc non est reservatum, sed remanet in sua natura, sicut priùs.

2015 Idem dic, si altera pars non reservata evadat impossibilis, v. gr. si vovens fiat impotens ad jejunandum; non enim tunc proinde altera pars, quæ est castitatis, evadet reservata; quia illa impotentia non mutat voti substantiâ sub qua erat antea: per accidens námque est alteram partem eligi non posse.

QUÆRES I.

2016 *An materia subrogata pro voto reservato sit reservata: Vovit quis absolutè castitatem, sed à Pontifice loco castitatis jejunium impositum fuit. An hoc jejunium possit commutari?*

ESse reservatum, & incommutabile, tenent Canonistæ: quia subrogatum sortitur naturam ejus, cui subrogatur. Non esse reservatum, ac proinde commutari posse, imò & dispensari ab Episcopo, aut Regularibus, docent Theologi, Sanchez, Castropal. & alii; quia materia reservata jam fuit à Pontifice in non reservatum translata; & fundamentum Canonistarum est verum in favorabilibus, non odiosis.

QUÆRES II.

2017 *Puella vovit B. Virgini perpetuam Virginitatem. An votum sit reservatum?*

RÉsp. Si puella promisit Deo, votum est verum, & reservatum. Si non cogita-

vit de Deo, vel si cogitavit, non cogitavit de promissione facienda Deo, sed solùm habuit intentionem honorandi B. Virginem, & illi soli se obligare; votum hon est reservatum. Gobat. *tom. 3. de voto num. 21. &* 327. quia non est verum votum. verum namque votum *est promissio facta Deo* & cultus latriæ; dictum autem votum est cultus hyperduliæ: *v. num. 269.*

2018 At, in dubio [ait Gobat] præsumendum est, promissionem esse factam Deo; quia ita regulariter fit. Unde promissio facta alicui Sancto, non est propriè votum, nisi promittatur Deo, de implendo, quod Sancto promittitur. At quia vulgò, & secundum communem usum vocatur votum, cadit supra illud privilegium commutationis, dispensationis, &c.

De voto agunt Scotus *in 3. d. 39. qu. un. lit.* O. *in 3. d. 37. q. un. lit. A. d. 38. q. un. litt. A. B. C.* Mastrius *d. s. 11. q. 3. n. 59.* Bonac. *tom. 2. pag. 278.* Joan. la Cruz. *pag. 29.* Busem. *lib. 3. tr. 2. c. 3.* Mendo *in Epit. ver. votum.* Aloza *ver. votum.* Cleric. *cap. 46.* Castropal. Tanc. Leander Ant. à Spir. Sanct. & Fagnanus sæpè citatus

DE III. PRÆCEPTO DECALOGI.

Sabbata Sanctifices.

2019 IN veteri Testamento erat Divino cultui designatus dies Sabbati, qui in novo fuit abrogatus, & pro eo ab Ecclesia institutus dies Dominicæ, Item præcepto ecclesiastico sunt assignata alia festa Domini, atque Sanctorum. Hoc præceptum præcipit cessationem ab operibus servilibus, à medio noctis antecedentis usque ad medium noctis sequentis, & obligat sub mortali: *v. num. 166.*

2020 Opus servile dicitur, *quod spectat principaliter ad laborem corporis, & magis ter fit ab operariis, ac servis, & licet saepe à dominis, potius fit à servis*: ut arare, agere, & alia artis mechanicæ opera, quæ borem corporis solùm requirunt.

2021 Ultra hæc sunt jure Canonico sub mortali prohibita quinque opera servilia, seu actus forenses: Mercatum, judicium civile, aut criminale, juramentum judiciale, omnis processus, & actus judiciales, exceptis illis, qui ob pietatem fiunt.

2022 Quoad mercatum, attendenda consuetudo locorum. *Clericatus c. 47. num.* Item testes possunt examinari die festi ramentum sit datum die præcedenti, causæ expeditio immineat ob bonum mune. *Clericatus cit. num. 37.* & judex amicabiliter partes componere.

2023 Ars liberalis dicitur, *quæ praeter spectat ad animum*: ut organa pulsare reas agere, digladiare, &c.

2024 Inter opera servilia, & artes les, sunt opera media, quæ non prohibetur, etiamsi fiant obluctum, ut venari, ri, iter agere, &c.

2025 Comediæ non sunt opera servilia. In aliquibus tamen locis, uti Romæ, citus prohibentur; quia illæ, & similes maximè animum à Deo avertunt, die quo deles debent erga eum occupari.

Die festo pugnare non est peccatum. Mado *n. 4.* quia non est opus servile.

2026 Qui pluribus diebus festis per cum tempus opus servile exercet, non mortaliter, etiam si modica illa simul le tempus constituant, quia præceptum affixum diei adeoque opera illa non nuantur moraliter; benè verò, si eodem festo per interpollatas vices parva opera exerceret, quæ simul constituant quantitatem notabilem temporis.

non peccat mortaliter, quia est causa, ut plures successivè laborent, etiam si totum diem occupent, dummodò singuli per modicum tempus laboraverint; quia opus unius non continuatur moraliter cum opere alterius, & sicut non peccant mortaliter operarii non laborantes, ita nec dominus præcipiens non laborare.

1017 A peccato excusat, 1. consuetudo: sic quæ excusantur Barbitonsores, & in pluribus locis Nundinæ, 2. Utilitas, nempè timor amittendi magnum lucrum, 3. Necessitas, sive communis, sive privata, propria, vel aliena, v. gr. si sine gravi incommodo, detrimento, aut periculo opus omitti non possit, 4. Pietas in Deum, ut Templum verrere, parietes paramentis ornare, minimè illis spoliare. Nec licet parietes fabricare, &c. nisi necessitas urgeat. Si causa sit dubia, petenda est dispensatio ab Episcopo. Cujus enim licentia est petenda in causa necessitatis Reipubl. publicum.

1018 *Hinc excusantur piſtores, Macellarii Pomarii, Popinarii, Instauratores pontium, viarum, Cymeteriorum non patiuntur, Coquinarii, &c. Piscatores Thunnorum, &c. qui certo tantùm tempore id possunt. Vindemiatores tempore vindemiæ. Sartores pro rebus necessariis in nuptiis, funeribus, &c. si aliter satisfacere non possint. Agricolæ, si laborent ad præcavendum damnum ob pluviam, aut tempus, quod prævident. Nucleri pendentes à ventis. Coctores calcis, &c. & quoties opus inceptum non potest sine damno interrupi. Servi, & serva coacti à dominis ut laborent, qui tamen debent illos deserere, si frequenter contingat. Iidem reficientes suas vestes, si aliis diebus non possint. Pauperes, & mendici, qui suam familiam alere non valeant, ut laborent, si sine scandalo faciant.* Communia.

1019 Cæterùm pro nuptiis, & aliis causis, quorum executio est in libertate dominorum omninò curare debent domini, ut vel executionem negotii post tot dies postponant, vel operariorum laborem per tot dies anticipent quod sufficit, ut dies festivi medii vacent; alioquin eos à peccato mortali non excuso, benè verò, si sine gravi incommodo nec postponere, nec uti supra anticipare valent.

1020 Denique à mortali excusat parvitas materiæ: talis erit, si labor unam, aut duas horas non excedat.

1021 Licitum est docere, scribere, & transcribere etiam pro pretio; quia non sunt opera servilia, sed liberalia. Nec pretium facit opus esse servile, si ex se tale non sit. Sicut econtra, non licet facere opus servile gratis; quia per hoc non cessat esse opus servile.

Plures inter liberalia comprehendunt pingere; non licet autem colores terere. Similiter licet characteres, seu typos componere, minimè tamen imprimere; quia componere magis exposcit applicationem mentis, quàm exercitium corporis; unde non est servile, sed liberale opus quod non valent efficere servi.

1022 *Licitum est iter agere, jumenta ducere, canere, sonare; quia servilia non sunt. Item ad vitandum otium, & recreationis gratia licitum est venari, aucupari, piscari saltem in fluminibus, & mulieres acupingere,* aut alio modo manibus laborare, ne tota die otio vacèt. Mendo *in Epit. ver. festi dies n. 6.* Itè licet iter agentibus jumèta suppellectilibus onusta ducere & ferrariis laminas ferreas pedibus imponere ob necessitatem.

1023 Probabile est, dominum posse licitè die festo injùgere mācipio infideli opera servilia, etiam in sui commodum, sicut quilibet potest ea injungere infantibus, & perpetuò amentibus, quia non subjiciuntur legi Ec-

clesiæ;&eadem ratione licitè potest dominus infideli ministrare cærnes die veneris. Cæterùm puto standum esse sententiæ negativæ, si labor mancipii sit incommodum ipsius domini, quia tunc servus laborat,ut instrumentum domini, adeóq; moraliter domino opus servile imputatur. Diana *p.5.tr.14.res.7.* famulos laborantes diebus festis jussu domini peccare, si absq; gravi detrimento recitare possint, vel eos deserere. Secus,si grave detrimentum paterentur, v.gr.quia alium non reperirent, cui inservire; tenet Clericatus,*c.52. n.8.*cum S.Ant.*p.2.tit.9.c.7.§.ult.*

2034 Licitum est advocato die festo informare Judices in scriptis;& civibus convenire ad consilia, ac personas ad officia eligere; quia non sunt opera servilia, nec aliunde prohibita: *v.in prop.52.*ab Innoc XI.*damn.*

2035 Ex Decl.S.Congr.Rituum 11.Martii 1690.Festum Annunciationis B.Virginis,si contingat feria 6.in Paraseve,transfertur unà cum Præcepto,&Officio ad feriam 2.post Dominicam in Albis; undè tunc, & non feria 6.tenentur fideles abstinere à servilibus,& audire sacrum.

Ex Decl. ejusdem S. C. R. 13. Septemb. 1692.si festum S. Joseph contingat feria 5. Majoris hebdomadæ, Officium Sancti est transferendum ad aliam diem juxta Rubricas,præceptum verò audiendi Missam, & vacandi ab operibus servilibus,non est transferendum,sed servandum eadem feria. 5.Adeóque celebrandæ sunt Missæ privatæ ante celebrationem solitæ Missæ Conventualis.

Scotus *in 3.d.9 37.qu.unic.litt.D.* Mastrius *dis.11.q.4.n.71.*Bonac.*tom.2.pag.327.* Joan. la Cruz.*pap.47.*Tamb.*to.1.lib.4.c.3.* Leander *to.3.tr.1.*Busemb.*lib.3.tr.3.dub.1.*Mendo,& Clericatus citati,

DE IV. PRÆCEPT DECALOGI.

Honora Patrem tuum, & Matrem tu

2036 Filii, & subditi respectiv re tenentur parentibus, a rioribus, amorem, reverentiam,& tiam: ita ut, si in his graviter peccent mortaliter, & debeant fessione circumstantiam aperire, trahunt malitiam specie distinctam peccant contra pietatem. Pietas est species, quæ ab illa distinguitur per respiciat Parentes,Patriam, & Con neos.

2037 *Filius mortaliter contra amor cat 1.si parentibus signa odii ostendat; tem, aut grave malum illis exoptet. cessitate corporali, aut spirtuali urgen & non subveniat: v.n.179.4. Si com res, eorum vota,legata,& testamenta pleat.*

2038 *Contra reverentiam, 1. S contumeliosis, &c. graviter offendat; etiam leviter percutiat. Imò etiam ad percutiendum deliberatè elevet; peres agnoscere nolit, & despicit. S justa causa nolit eos apud se habere. exteriùs se nosse dissimulet, modo de iis prospiciat, à gravi peccato excusatur in tali casu parentes non sunt rationa inviti,4.Si in foro externo etiam de mine accuset: excepto crimine hæresis, nis Patriæ,& conspirationis in Princip tom.2.n.268.*

2039 *Contra obedientiam, si in iis bonos mores, & gubernationis onus spe ubi res gravis est, sit inobediens, 2. Si*

expressum Parentis voluntatem ducat uxorem, sine indignam. 3 Si nupserit parentibus insultis. Si tamen consuluit, illi verò dimiserint, potest iis invitis nubere, si sponsa sit idonea; nam in electione sui status est sui juris. Bonac. & Busem.

2040 Filii puberes, minores tamen 25. annis, ex jure communi sunt sub parentis potestate, etiam si conjugati, & Sacerdotes. Jure tamen Castellæ, conjugati eximuntur post receptionem Ecclesiæ.

In casu extremæ necessitatis, filius priùs tenetur succurrere Patri, quàm suis filiis. Mendo, *ver. parentes num. 5.* quia plus illi debet.

PARENTES

2041 Præstare tenentur filiis institutionem, seu educationem, bonum exemplum, correctionem, & alimenta, ità ut si graviter defecerint, peccent mortaliter, etiamsi proles sit spuria.

2042 Mater tenetur prolem alere usque ad annum tertium. Deinde tenetur eam alere pater usq; ad emancipationem, & dotem dare filiæ, etiam volenti Monasterium ingredi.

2043 Pater tenetur alimenta præstare filiis secundum convenientiam status.

2044 Mater tenetur per triennium lactare filium, naturalem, aut spurium. Quòd si non possit, tenetur pater solvere expensas. Pro triennium tenetur pater illi alimenta dare etiam ex redditibus Ecclesiasticis, si alia bona non habeat; & filiam spuriam dotare. Si pater non valeat, obligatio cadit in magistratum, & in hujus defectum, tenentur avi, & ulteriùs ascendentes, primo loco ascendentes patris, secundo loco ascendentes matris; si verò nullus filius factus adultus, possit sibi consulere, & habeat, unde sustentari, tunc non tenentur parentes ad alimenta. Mendo *cit.* quia jus naturæ exposcit, ut necessitati provideatur; adeóque hac cessante, obligatio naturalis cessat.

2045 Et addidit Mendo: *Si dubitetur, quisnam è duobus sit pater filii illegitimi, uterque tenetur pro medietate eum alere; si unus nolit, alter non tenetur integra alimenta præstare, quia filius non habet integrum jus contra illum. Si autem alter sit ditior, aut nobilior, tenetur plus præstare, quàm minùs nobilis, aut dives, quia ex se divites, & nobiliores debent filiis præstantiora suppeditare alimenta.*

2046 Parentes mortaliter peccant, si exponant filios hospitali, nisi eos alere non possint; aut nisi adsit periculum infamiæ, aut gravis damni, si proles sit ex fornicatione, ut infra de Irreg. Natalium.

2047 Si pater, qui filium Hospitali exposuit ad vitandam infamiam, aut periculum damni, sit dives, utique non peccavit mortaliter, sed difficultas est, *An teneatur restituere expensas alimenti Hospitali?* Affirmant Sanchez, & Azorius apud Tamb. *tom. 1. lib. 5. cap. 3. §. n. 4. & 5.* & talem volunt debere tenere animum, quando exponit. Probabile putat Tamb. *cit.* cum Henriquez, & Dicastillo, quòd non teneatur; idque *ex præsumpta voluntate fundatorum; qui in Hospitalium erectione videntur cujuscunque generis necessitatibus voluisse consulere.* Addit tamen Tamb. sententiam Layman, id posse præsumi, si Hospitale sit dives, secus, si pauper.

2048 Regulariter non tenetur mater adultera declarare, quòd proles primogenita si spuria; quia bona fortunæ, quibus proles legitima privaretur, cedunt bono famæ, quo mater privaretur; nam est altioris ordinis. Tum quia vito vivente, aut fratre, &c. immineret inde grave damnum matri. Quod si imprudens mater declararet prolem esse spuriam, non teneretur proles ei fidem adhibere, quia cum talis declaratio repugnet natu-

rali pietati maternæ, non videtur carere suspicione aversionis ab uno, & specialitatis cum alio: *v. num. 39.*

2049 Conari autem debet mater damna legitimæ proli alio modo compensare, vel spurium suaviter inducendo, ut fiat Ecclesiasticus, si sit idoneus, vel de bonis propriis plus legitimæ proli distribuendo.

2050 Faciliùs à restitutione excusatur pater spurii; quia vel damnum ab adultera compensandum credit, vel quia rarò potest certò scire, prolem suam esse, & non alterius: *v. num. 40.*

LEGITIMA

2051 Debetur filiis legitimis, tam ex bonis patris, quàm ex bonis matris. Et è conversò, filii, si carent descendentibus, debent legitimam ascendentibus, nempe patri, aut matri, si adsint; quæ non debetur, nisi post obitum. Legitima, jure Cæsareo, si filii sint quatuor, aut pauciores, est tertia pars bonorum [deductus ære alieno, & expensis pro funere] æqualiter dividenda; si verò sint quinque, aut plures, est media pars bonorum; de aliis autem partibus extra legitimam parens potest disponere ad sui placitum. Pro quo sunt duo carmina.

Quatuor aut infra, dant natis jura trientē.
videlicet tertiam partem.

Semissem verò dant natis quinque, vel ultra.
videlicet dimidiam partem.

2052 Hic autem est sermo de bonis liberis ab ipsis nempè parentibus acquisitis, minimè de bonis vinculatis, ab Avis scilicet, aut Pro avis in testamento relictis cum vinculo, ut tali, vel tali forma, & conditione successivè transeant ad hæredes; de his námque hæredes non possunt in testamento disponere ad sui libitum, sed juxta vinculorum formam.

2053 Legitima non debet accipi toto cumulo hæreditatis, si sit debitis gravata; accipi debet ex eo, quod superest, deducto ære alieno, & expensis funeris. Basius in 2. *pag. 196. num. 5.* Constat ex ejus definitione; legitima enim definitur: *Portio quæ accepta à tota hæreditate, deductis prius alieno, & expensis, funeris.*

Vota autem realia, & legata à defuncto relicta, sunt quidem ab hærede solvenda; non priùs deducenda; prius enim ex cumulo hæreditatis [soloære alieno, ac expensis funeris prius deductis] est accipienda legitima. Ratio disparitatis est; quia vota, & legata oriuntur ex liberali dispositione defuncti, quæ nocere non debet hæredi priùs: debita verò oriuntur ex justitia commutativa, quæ nocet hæredi; nam nemo potest ex bonis alienis ditari; debita autem sunt bona aliena, adeóque nocent hæredi *q. 1839.*

2054 Testator non tenetur dare legitimam filiæ jam dotatæ; Molina *to. 1. de justitia, disp. 177. pag. 678.* quia Dos æquiparatur legitimæ. Imò nullam actionem habet filia dotata in officium testamenti; solùm petere potest complementum legitimæ ab hæredibus, & legatariis, si dos fuerit eâ minor.

2055 *Plures sunt casus, in quibus potest filium exhæredare, 1. Ob ingratitudinem, si gravem injuriam intulit patri, ejus vitæ insidiatus sit, aut manus injecerit. Si novercam, hoc est uxorem patris carnaliter cognovit, 3. Si cum gravi dispendio patrimonium bona dilapidavit, 4. Si testamentum aut codicillos parenti condi impedierit, 5. Si patri in carcere detento succurrere negavit fide jubendo, &c. patrem accusat: ut in n. 2058. 7. Si filia annum 25. vitam elegerit luxuriosam. Quæ similes causæ valent, quando filius alimenta à patre est, unde vivant; alioquin pater tenetur necessaria alimenta præstare.* Com. Scotus

*Aragon.in.lit.C.in 4.d.6.q.10.lit.E.dist.15. q.dim.P.KK.*Mastrius *in Theol. mor. dis.15. qu.1.*Bonac. *tom.2.* Joan. la Cruz. Tamb. *tom.1.lib.5.c.2.*Busenb. *l.3.tr.3.c.2.Clericatus c.49.*Mendo *cit.*

FRATER

2056 DIves tenetur alere Fratres, aut Sorores pauperes, etiam si sint uterini. Item tenetur sorores dotare, si non sint à Parentibus. Molina *de just. tom.3.dis.224.* Sur. *de alimentis tit.2.q.25.n.9.*& fratri decedenti abintestato illi succedunt. Rot. *par.19. recis.n.14.Clericatus c.51.*

OBEDIENTIA

2057 ESt virtus moralis inclinans ad implendum superioris imperium.

2058 Virtute voti obedientiæ tenetur Religiosus Superiori obedire quoad omnia, quæ præcipit secundum regulas, & constitutiones Ordinis, sive directè, & explicitè, sive indirectè, & implicitè.

2059 Ea dicuntur indirectè, implicitè in Regula contineri, quæ sunt valdè necessaria, sine quibus Regula commodè observari non potest. Adeóque non potest Superior quasvis asperas maceratiões præcipere, quamvis ad perfectam Regulæ observationem ordinentur. Busem. *lib.4.c.1.dub.4.*

2060 Hinc, non tenetur subditus obedire illis, quæ sunt contra Regulam; nisi superior sit talis, qui possit in ea dispensare, & causa legitima adsit.

2061 Nec in iis, quæ sunt supra, seu præter Regulam, ut essent notabiles macerationes, nisi præcipiantur in pœnam culpæ, aut defectus: nemque tenetur subditus obedire.

2062 Et subdit Busenb. *cit. Nec refert Regulam jubeant in omnibus obedire; id enim non de obligatione voti, sed obedientiæ perfectione intelligitur.* Ita Suarez, Sanch. 6. *mor. cap.2.* & Layman.

2063 Si Superior in iis, quæ præcipere potest, præcipiat, *In virtute Sanctæ obedientiæ: In virtute Spiritus Sancti: In Nomine Jesu Christi:* aut simili forma, tenetur subditus sub mortali obedire; quia intendit obligare, quantum potest. Sub veniali, vel nullo, si aliâ formâ utatur. Busenb. *cit.*

2064 Caveat tamen superior, ne sit levis in præcipiendo *in virtute Sanctæ obedientiæ*, quia hoc est præceptum formale obedientiæ, & superioris gladius, qui non nisi rarò, ex gravissima causa, & eximia prudentia, est evaginandus, juxta dicenda de casuum reservatione, & excommunicationis fulminatione.

2065 Nec peccat non obediendo, si rationabiliter credat superiorem non fuisse præcepturum, si veritatem sciviſſet. Alarius *n.20.*

2066 In dubio, an res, quæ præcipitur, sit licita; vel an adsit justa causa præcipiendi: subditus obedire tenetur. Alarius *pag.328. n.25.* Busen. *cit.* Quia superior est in possessione præcipiendi; & nemo est spoliandus jure certo per superveniens dubium.

2067 Non tenetur tamen obedire, si prudenter timeat grave malum, aut damnum ex impletione præcepti oriturum. Alarius *n.19.* Busen. *cit.* quia in dubio favendum est ei, de cujus damno agitur.

Omninò vide dicenda in peccato mortali, de inobedientia formali, & supra *n.201.*

REGULA S.P. DOMINICI

2068 NEc Fratres, nec Sorores obligat sub culpa mortali, aut veniali, sed solùm ad pœnam; nisi propter præceptum, aut contemptum. Constat ex initio Const. & docet D. Thomas 2. 2. *q.186. artic.*

artic. 9. ad 1. Fagnan. *lib. 3. cap. Explicari 3. de observ. jejun. pag. 618.*

2069 Pœna solet esse in ipsa constitutione taxata, it à ut trangressor debeat ex se pœnam implere; & tunc si non impleat, neque venialiter peccat, quia non tenetur sub culpa. Si verò ea pœna præcipiatur à Superiore speciali præcepto, tunc non implens culpa non caret; quia tunc præceptum est ab homine, & subditus ex voto tenetur Superiori obedire; nam pœna illa (ut supponitur) est explicitè, aut implicitè in Regula: *v. num.* 2057.

2070 Contemptus habetur, quando quis agit contra Regulam, in quantùm renuit subjici ordinationi Regulæ. D. Thomas 2. 2. *q.* 186. *ad* 3.

2071 Non erit autem contemptus, si contra Regulam agat ex concupiscentia, ira, aut alia passione, etiam si frequenter; frequentia enim non importat formaliter contemptum, sed solùm dispositivè; in quantum, qui frequenter contra legem agit, disponitur, ut tandem contra legem agat, renuens legi subjici, juxta illud Prov. 18. *Impius, cum in profundum venerit peccatorem, contemnit*; & tunc est contemptus formalis. Prologus Const. Ordin. Præd. Litt. N. vide infrà, de contemptu formali.

De Regula Clarissarum infrà, cum de jejunio.

De voto Obedientiæ, fusè agunt Donatus *tom. 3. tract. 17.* & Pelliz. *de Monialibus cap. 4. & 10.*

DE V. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non occides.

2072 *Homicidium est injusta hominis occisio.* Eodem præcepto prohibetur mutilatio: *Quæ est membri amputatio* & omnis læsio corporis.

HOMICIDIUM SUI IPSIUS.

2073 NEmini licet directè se ipsum occidere, aut mutilare; quia [illegible] Deus est nostræ vitæ, ac membrorum [illegible] Corporis Dominus. Hinc peccaret [illegible] ter, qui se ipsum castraret ad tentationes [illegible] dandas.

Imò peccant mortaliter, qui filios [illegible] consentientes castrant, ut sint apti [illegible] Caramuel. *in theolog. fund. à nu. 1601.* [illegible] verò à peccato excusant plures Doct. Tir. *lib. 6. §. 1.* Mastrius *disp. 11. num. 16.* [illegible] in horum castratione habetur utilitas; [illegible] inde fiunt sonori cantores pro servitio [illegible] publicæ, & Ecclesiæ ad divinas laudes; [illegible] utilitas compensat nocumentum illud [illegible] poris, & æquivalet necessitati; unde [illegible] necessitate corporis licitum est membra [illegible] abscindere, ità pro præfata utilitate [illegible] Adde, in praxi hos in toto Orbe Christ[illegible] permitti.

2074 Non licet damnato ad mortem [illegible] sumptionem venent, illud sponte sua [illegible] pato tempore sumere. Mendo *ver. Homicidium*; quia esset homicidium directum, [illegible] positivum sui ipsius.

2075 Homicidium negativum, [illegible] rectum: sui ipsius, tunc habetur, quando [illegible] aliquid facit, vel omittit, ex quo mors [illegible] quitur. Potest esse licitum ex bono, & [illegible] cienti fine. Licitum námque est, pro [illegible] Patriæ, Reipublicæ, Principis, aut alte[illegible] personæ Reipublicæ plus necessariæ, [illegible] se exponere.

2076 At non licet morti se exponere [illegible] vitam alterius privati, in quo non relu[illegible] catio publici boni; nisi sit amicus ità cha[illegible] quòd censeatur (ut vulgò dicitur) alter [illegible]

quo malo charitatis à se incipit. Et multo minùs licèt pro ejus bonis servandis.

2077 In nullo autem casu licet vitam spiritualem animæ periculo exponere.

2078 Damnato ad mortem non licet sibi malo mori ex inedia. Mendo *cit.*

2079 Licet autem se exponere periculo mortis, ubi est spes evadendi. Sic licet se longæ navigationi committere. Item licèt se disciplinis macerationibus, & jejuniis affligere, quamvis prævideat mortem anticipari. Mendo *cit.* quia est cooperatio valdè indirecta, & remota. Non licet autem ità indiscretè se macerare, ut adsit periculum proximum mortis, aut amissionis salutis.

2080 Aliquando licet aliquam causam ponere, ex qua indirectè sequatur mors, & sic licet tempore pestis infectis servire cum certo vitæ periculo; quia directè intenditur bonum publicum: 2. ad vitandum incendium licet ex se præcipitem dare; quia hic directè intendit vitare mortem diriorem.

QUÆRES.

2081 *An in bello navali liceat militibus, quibus nulla est spes hostes vitandi, navim incendere, aut perforare, & mari se committere, ne cum navi, & opulenta præda in hostium manus deveniant?*

Negat plures, quia est directa occisio sui, quæ nunquam licet. Mastrius *dis.* 3. *num.* 31. & *dis.* 11. *num.* 104.

Mutem licere, & non esse directam sui occisionem, tenet Busemb. & Tamb. *in dec.* lib. 3. *c.* 1. *num.* 8. *cum multis: Quia sine directa sui occisione potest* 1. *quis se objicere telo, quo alius, ad servandam vitam amici, aut Principis, vel ejusdem injustè damnati ad mortem vices subire:* 2. *potest in naufragio tabulam, quam pro se arripuit, amico cedere:* 3. *potest pulverem incendere ad evertendam turrim, & perdendos hostes, quamvis sciat se obruendum. Sic lib.* 1. *Machab. cap.* 9 *Eleazarus, ut turrim ligneam hostium Elephanti impositam everteret, Elephanti se supposuit, eumque gladio confodit, cujus lapsu ipse quoque corruendus erat, & corruit: ita pariter in casu proposito.*

2082 Ratio est, quia eo actu directè non intenditur mors, sed bonum publicum, ne hostis potiatur navi cum opulenta præda, quibus augeantur ejus vires in grave damnum Patriæ, & principis. Tum quia hoc præceptum includit duo, unum de non occidendo, & est negativum, quod semper obligat, ità ut nunquam, & in nullo statu liceat alicui directè se occidere; aliud de vita conservanda, & est affirmativum, quod proindè non obligat ad propriam, vel alterius vitam cum valdè gravi incommodo conservandam.

HOMICIDIUM ALTERIUS.

2083 LIcitum est occidere aggressorem suæ vitæ, vel alterius. Item in defensionem honoris, castitatis, vel alterius virtutis, ac bonorum necessariorum pro sustentatione vitæ, & conservatione status sui, & suorum; dummodò defensio fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Ratio est, quia hæc non est directa occisio, sed justa defensio; quilibet enim jure naturæ habet jus ad tuendam suam vitam, honorem, & bona.

QUÆRES.

2084 *An liceat privata auctoritate tyrannum occidere?*

SI nomine tyranni intelligatur ille, qui est legitimus Princeps, sed tyrannicè, & dirè regit, non licet, & oppositum asserere est hæresis damnata à Concil. Constantiensi sect. 15.

Si intelligatur ille, qui non est legitimus Princeps, sed invasor; absolutè affirmant licere plures Doctores apud Dianam *part. 5. tract. 4. resol. 21.* quos sequitur Masserius *in theolog. mor. disp. 8. q. 2. n. 27.* si majora non timeantur mala; quia licet occidere hostem, & hic est hostis gerens quasi continuum bellum cum Regno.

Dico cum Filliuccio *tom. 2 tract. 28. cap. 2. num. 14.* solùm licere, dum actu Regnum invadit, minimè postquam invaserit, præsertim si Regnum pacificè possideat; quia tunc res tam gravis non est remittenda privato judicio, sed spectat ad publicum totius Regni, seu capitum. Hanc sententiam tenet Diana *cit.* ritè addens, priorem non esse consulendam; nam est revera periculosa: *vide num. 298.*

MODERAMEN INCULPATÆ TUTELÆ.

2085 TUnc habetur, quando defensio, aut vitatio mali, aliter, seu alia via haberi non potest; sed aggressoris occisio est unicum, & singulare medium ad illam.

Hinc 1. Si dum te defendis, aggressor fugiat, non licèt eum insequi, & occidere. 2. Si potes mortem vitare fugiendo, & teneris fugere, ut tenetur Religiosus; nisi ex fuga prævideas te occisurum. Nobilis, & miles non tenetur fugere; quia fuga ei cedit in amissionem honoris, & grave dedecus. 3. Si aggressor, injuriâ jam illatâ, v. gr. alapâ jam inflictâ, actu fugit, non licèt eum occidere; quia id esset vindicta privata.

2086 Dixi, *bonorum necessariorum pro sustentatione vitæ, & conservatione status*; quia modicum incommodum in amissione boni temporalis non est mensurandum cum gravissimo damno vitæ aggressoris: talis est amissio unius, vel alterius aurei; imò & plurium, quot attentâ conditione personæ, invaditur, non sunt necessaria naturæ, statuitque proinde pro ejus conservatione licèt aggressorem occidere: *vide num.*

2087 In qua re [addit Cardenas] qui fugere non tenetur, nempe nobilis, miles, invadatur à fure, qui intendit lium modici valoris, v. gr. unius, aut tuor aureorum, ab eo eripere; potest defendere opponendo gladium, & non fur desistat, & fugiat, non potest eum qui, & occidere; si verò fur etiam gladium contra dominum rei educat vir ille potest se defendere defensione va, cum moderamine tamen inculpatæ læ; quia tunc est defensor non rei sed honoris, & vitæ; nam tunc fur evas gressor, non solùm contra rem matern sed contra ejus honorem, & vitam. si pallio jam ablato, fur fugiat, non dominus eum insequi, & occidere, qu jam injuria sit illata, non esset defensor ris, & vitæ, sed rei temporalis ergo quam non licèt vita furis compensare.

2088 Religiosus potest à fure se dere, clamando tamen, aut fugiendo, nimè defensione occisivâ; quòd si modo se defendere non valet, pallium relinquat, & eum Deo commendet *prop. 30. & 31. ab Innoc. XI. damn.*

2089 Non licet viro honorato occ invasorem, qui nititur calumniam aut infamias. Nec licèt alicui se defe defensione occisivâ, contra injustè impe tem; ne hæreditas adeatur, ne bona actu non possidemus, obtineamus, & milibus casibus. Ratio, inquam, est; cedit in maximum Reipublicæ disrum enim usurpatio juris Reipublicæ, quæ pterea Judices, & Tribunalia plura tuit, ut populorum injuriæ punitione

pellentur, & jura, ac bona illæsa servent. Nec sibi quilibet posset privata authoritate avertere mala impedienda alium occidere, quia tales hujusmodi injuriæ, vexationes, &c. sint quotidianæ, quotidiana essent homicidia, & sic publica quies, & pax maximè perturbaretur.

2089 Imò, si in his casibus potest authoritate publicâ malum impediri, cessat moderamen inculpatæ tutelæ, sine quo nullo pacto est licita occisio alterius; occisio, inquam in his casibus non est unicum medium, cum possit malum aliâ viâ reparari; demum nullus debet se sua vita securus; quia in causis, legibus, & actionibus humanis, homini proprii commodi amore obcœcato non desunt prætextus, atque colores, quibus censeat insidiatus, injustè impetitus, &c. *vide propos. 17. & 18. ab Alex. damn. & in propos. 32. & 33. ab Innoc. XI. damn.*

2090 Non licet uxorem, sororem, aut filiam in adulterio deprehensam occidere, nec mulierum; quia injuria est jam illata, & nunquam licèt injuriam jam illatam privatâ authoritate reparare; quoniam id spectat ad bonum publicum: hinc leges civiles, quæ id permittebant, sunt correctæ à Jure Canonico.

2091 Hinc adulteri reperti in fragranti crimine possunt se defendere contra maritum occidere volentem, etiam defensione occisiva, potiori jure, quàm banniti.

2092 Banniti enim, seu proscripti à principe cum licentia eos impune occidendi, possunt contra aggressores se defendere, etiam defensione occisiva. Tamb. *in dec. lib. 6. q. 1. §. 1. n. 8.* quia per sententiam Judicis amiserunt jus ad vitam tuendam; verùm tamen est, quòd possint sine peccato occidi.

2093 Si autem vir videat adulterum accedentem ad violandum sui thorum, si alio modo impedire non possit, potest se opponere gladio; & si ille fugiat [ut est verisimilius] non potest illum insequi, & occidere; quia jam injuria est impedita. Quòd si adulter sit audax, & suum gladium contra virum educat, & in usu gladii persistat; tunc potest vir se defendere defensione occisivâ; tunc námque defendit honorem, & vitam: ut *num. 2087. & in propos. 19. ab Alex. VII. damn.*

2094 Puella, & mulier honesta, si in sua pudicitia, & castitate opprimatur, non debet se occidere, aut mutilare, v. gr. linguam, &c. Quod si aliquæ sanctæ fecerunt, ex ignorantia, aut interiori Spiritus Sancti flamma egerunt, *n.* 2073. Nec tenetur oppressorem occidere. Debet tamen se defendere clamando, & quantum debiles ejus vires permitunt, se opponendo; quòd si alia via se defendere non possit, non tenetur, sed potest se defendere defensione occisivâ: *v. n.* 2083. tunc námque: *Si invita violabitur virginitas duplicabitur ad coronam.*

2095 Qui occidit hominem pro defensione suæ vitæ: ut *in num.* 2083. cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec peccat, nec evadit irregularis. In aliis autem casibus, licèt non peccet, fit irregularis ex defectu lenitatis: ita ex jure.

2096 Qui occidit Clericum deprehensum in fragranti crimine cum uxore, matre, sorore, vel filia, non est excommunicatus, sed peccat peccato homicidii. Mendo *ver. Adulterium nu. 2.* Quia Ecclesia [ait ipse] parcit tam diro dolori, nolens alium superaddere. Subdens, non contrahere irregularitatem, si occisus non sit Clericus, quia in hoc æquiparantur: ità ille.

2097 Non posse quem in defensionem proximi ejus aggressorem occidere, nisi ille proximus sit ei Superior, aut cognatione

conjunctus, tenet Tamb. *tom. 1. lib. 6. cap. 1. §. 1. n. 11.* quia charitas æquè militat pro vita aggressoris, ac aggressi.

2098 At Mendo *ver. Homicidium nn. 9.* inquit: *Ut defendat quis innocentem, aliter occidendum, seu ejus bona ingentia, si alia via nequeat eum liberare, potest aggressorem occidere, cum proximi unum sint nobiscum per charitatem. At non tenetur ex justitia quis [nisi ex officio ei incumbat] sed ex charitate, sub lethali succurrere necessitati extremæ proximi: nisi ipse ideo in simili periculo constituatur; tunc enim nullo modo tenetur.*

QUÆRES.

2099 *An liceat prævenire, occidendo illum, à quo quis est occidendus?*

REspondet Clericatus *cap. 58. duas esse opiniones,* quas refert Tambur. *in dec. lib. 6. cap. 1. §. 1. nu. 15.* & Azor. *lib. 2. cap. 1. quæst. 12. ubi affirmativam tenent, quando quis aliter vitam propriam defendere non potest ab aggressore armis contra se irruente.* Dixi armis; *quia si quis impetatur falsis accusationibus, aut injusto processu, non esset licitum occidere falsos testes, vel judicem iniquum*, juxtà contrariam opinionem damnatam à S. Congr. d. anno 1665. Mastrius *disp. 11. num. 110.*

DE MANDANTE, ET CONSULENTE.

2100 MAndans fieri homicidium, si ante executionem expressè, vel tacitè mandatum revocavit, & revocatio in notitiam mandatarii pervenit; si mandatarius adhuc homicidium exequatur, mandans non est homicida, nec irregularis, neque est excommunicatus, si occisus Clericus. Consulens verò homicidium, si revocato consilio, qui illud recepit, homicidium exequatur, est homicida, irregularis, & excommunicatus, si occisus est Clericus: item onere restitutionis pro furto. Ita contra Dian. *par. 3. tr. 5. res. 83. & 90. 2. res. 14.* & Tamb. *lib. 6. dec. cap. 4. §. 1.* Ratio est, quia mandatum fit in gratiam mandantis; unde si eo revocato mandatarius homicidium exequatur, non in vim mandati, sed nomine proprio illud exequitur, recipe, si revocatio non perveniat in notitiam mandatarii; quia tunc agit in vim mandati, & sic incurrit mandans.

2101 Consilium verò fit in gratiam consulentis, adeoque etiam eo revocato, consilium habet influxum; nam alius agit ex consilii, quatenus firmiter ejus memor dit. Excusatur autem consulens primò, si consilium revocavit addendo preces impetrandas; & videns, quòd hæ non sufficerent, monuit occidendum, ut caveat: 2. si fuit datum consilium, & facta suasio homicidii, aut furti, per se ipsum erat determinatus ad illud; tunc inquam consulens non homicida, irregularis, aut excommunicatus, nec tenebitur ad restitutionem pro furto, forte quoad excessum, si ille erat determinatus ad furandum v. gr. decem, & tu suasisti furandum viginti. V. infrà ver. *Qui restituere teneantur.*

Scotus *in 4. d. 15. q. 3. lit. G. dist. 15. litt. E. d. 33. qu. 2. litt. C.* Mastrius *in Tom. mor. disp. 11. q. 6.* Bonac. *tom. 2. pag.* Joan. la Cruz. *pag. 67.* Tamb. *lib. 6. lib. 3. tr. 4. c. 1.* Cardenas *dis. 21. Cleric. c. 58.* Mendo *cit.*

RESTITUTIO PRO HOMICIDIO.

2102 QUi fuit causa homicidii voluntarii injusti, mutilationis, aut nerationis, restituere tenetur læso, aut hæredibus expensas pro curatione vulnerum, lucrum, quod cessat ex officio, quod [illegible] exercu-

extare non potest, detractis expensis, quæ pro illo facere solebat. Ad nil autem tenetur, si occisor fuit provocatus ad pugnam, aut si ipsum aggressorem occidit: *v. n.* 2112.

2105 Pro vita, membro, cicatrice nil est restituendum; quia sunt bona superioris ordinis, quæ pecunia æstimari non debent, sed solum est venia petenda; nisi exinde sit damnum secutum, ut in puella, quæ ob deformitatem ex cicatrice contractam non potest nubere pari, illi debet damnum juxta prudentis æstimationem compensari. Lessius *de just. lib. 2. cap. 9. dub.* 23.

2106 An si quis innocens damnetur à Judice ob homicidium occultum ab alio patratum, teneatur homicida resarcire damna innocentis. Tamb. *lib. 6. c. 4. §. 1. cum de Lugo*; quamvis sint causa physica, aut moralis talis eorum. Nisi ejus fuisset arma ipsius innocentis, aut nisi homicida occisi cadaver in agro, vel in domum innocentis posuisset, ex quo indicio innocens damnatus fuisset.

2107 Pater non tenetur ad restitutionem pro homicidio Filii, nisi fuerit damnatus pœna pecuniaria circa legitimam. Nec dominus pro homicidio servi, nisi fuerit in culpa. Nec quis pro homicidio patrato in duello, nisi occisus fuisset coactus, aut deceptus. Tamb. *cit.* §. 2.

2108 Occisor non tenetur restituere pauperibus eleëmosynas, quas occisus illis elargiri solebat. Tamb. *cit. c. 4. §. 3. n.* 12. *&* 13. quia respectu illorum non læsit justitiam. Nisi eo animo occidisset.

2107 Si Occisor fuit pœna personali punitus, nunc hæres [si sit potens] tenetur resarcire damna filiis, uxori, & aliis descendentibus occisi, si illi sint pauperes; minimè si divites. Tamb. *cit.* §. 3. *n.* 14. quia isti solum sibi contenti pœna personali occisori, remittit.

2108 Qui à latronibus requisitis ostendit domum Petri, qui inde fuit ab illis occisus: non tenetur ad restitutionem, si id fecit coactus, bene verò, si sine coactione. Tamb. *cit. 4. n. 3.* Diana *par. 5. tract. 4. res. 63.*

2109 Homicidam non teneri ad restitutionem pro bonis spiritualibus, quæ occisus facere solebat, v. gr. pro Missa, quam celebrare faciebat; docet Lessius *de just. lib. 2. cap. 9. dub. 25.* contra Tamb. *cit. §. 3. n. 20. & 21.* qui affirmat, quia opera spiritualia habent certitudinem.

QUÆRES I.

2110 *Petrus pugna urgente, excitavit socios pro sui defensione, hinc unus ex sociis fuit occisus. An teneatur ad resarcienda damna hæredibus occisi?*

RESP. ad nil teneri, si pugna erat justa; bene verò, si injusta. Tamb. *cit.* §. 3. *n.* 19. ex de Lugo *de just. disp.* 12. *n.* 58. quia in secundo, non in primo casu, excitando socios, operatus est contra justitiam.

QUÆRES II.

2111 *Quis infecit vinum veneno pro inimico; supervenit amicus, qui bibit, & mortuus est. An sit homicida?*

RESP. non esse homicidam, nec inde irregularem, si eum monere non potuit, sine suæ propriæ vitæ periculo. Tamb. *cit. c. 4. §. 4. n.* 2. ex de Lugo *cit. disp. 8. n. 86.* quia tunc mors amici est illi involuntaria, cum præcavere non potuerit.

QUÆRES III.

2112 *Occisus ante mortem, remisit omne debitum homicidæ. An ejus uxor, & filii possit petere resarcitionem damni, quod patiuntur?*

RESP. posse. De Lugo *cit. disp.* 11. *nu.* 63. Tamb. *cit. c. 4. §. 3. nu.* 10. *&* 11. quia

remissio ab occisore facta locum habet in damnis præteritis usque ad ejus mortem ; minimè in sequentibus.

CONFESSARIUS.

2113 ULtra onus restitutionis, consultum est, ut pro pœnitentia occisori injungat Missas, Communiones, eleemosynas, & orationes pro anima occisi : v. gr. unam Missam, Communionem, & Rosarium singulis mensibus pro uno anno, & pro qualibet die anniversaria mortis singulis annis suæ vitæ, addendo pro primo anno jejunia, & disciplinas, magis, & minùs, juxta circumstantias, quas debet inquirere, putà si occisus fuerit Clericus, Sacerdos, si in loco sacro, si usus sit sociis auxiliantibus, si cum notabili sævitia, si mors fuerit repentina. Item interrogare debet, an habebat uxorem, filios, &c.

HOMICIDIUM CASUALE.

2114 QUi casu, seu præter intentionem alium occidit, vulneravit, &c. si fuit in culpa gravi, sufficientem diligentiam non adhibendo, est homicida, & irregularis ; quia homicidium est voluntarium in causa.

2115 Si verò non fuit in culpa, quatenùs nullo pacto periculum advertit, aut de eo dubitavit ; vel si advertit, sufficientem diligentiam adhibuit, & præcavit, quatenùs v. gr. antequam lapidem in viam projiceret, verbis, aut solito signo apposito transeuntes monuit : Plures tenent eum irregularitatem non incurrere, si dedit operam rei licitæ ; incurrere verò, si dedit operam rei illicitæ, ex qua secuta est mors, v. gr. si Clericus arma gerens, aut ad venationem pergens casu occidat alium. Probant ex *cap. Continebantur* ; ubi declaratus fuit irregularis Clericus, qui gestans retro falcem, casu occidit laicum, qui causa ludi supra ipsum Clericum equitaturus incautus saltavit, & falce interfecit.

2116 Probabilius mihi videtur, cum Sayana, Bonacina, Leandro ; & aliis, eum in foro conscientiæ irregularitatem non incurrere ob defectum voluntarii, quia hic defectum, v. gr. homicidium, sequatur ex illicito, ignorantia tamen facti adhuc à facto voluntarium ; adeóque excusat. Sayana. Textus Canonicus habet locum in foro externo, in quo præsumitur advertentia mortalis negligentia, quando homicidium sequitur ex opere illicito.

2117 Eum, qui ex errore occidit hominem pro alio homine, aut virum pro mulierem pro alio Clerico, ab irregularitate respectivè ab excommunicatione etiam Portellius, Fragosus, & Tamburinus. actio externa individualis homicidii voluntaria ; ille námque intendebat nem individualem, v. gr. Petri, unius homicidio solùm interno, non externo, est annexa irregularitas, & pro Clerico sura.

2118 Probabilius mihi est, quòd gularis, atque etiam excommunicatus cisus sit Clericus ; quia ratio formalis quam incurritur irregularitas, est occidi minis ; & ratio censuræ, est injuria Clericalis ; individua verò materialiter bent ad id ; unde quia in occisione ex facta Petri pro Paulo est intenta ratio lis hominis, & hæc est in Petro, irregularitas ; sic pariter de censura ne unius Clerici pro alio : *vide num.*

2119 Prætereà ex opposita opinione querentur absurda, quòd ex errore unam mulierem pro alia, & furans calicem pro alio, non peccaret peccato terno fornicationis, furti, aut sacrilegii

fœtûs occisio unius hominis est intenta, alia non intenta commissa; ità hic fornicatio uniuscujusque mulieris, & ablatio unius calicis est intenta, alia non intenta commissa: *v. num.* 577.

ABORTUS.

2118 NOn licet procurare abortum etiam ante animationem fœtus ad vitandam infamiam, aut occisionem; quia est ordinatio intrinsecè malum. Tum quia (ut ait Cajetan) procuratio abortus fœtus inanimati est gravior pollutione; quia fœtus inanimatus est propinquior generationi, quàm semen; ideóque cum pollutio voluntaria semper sit illicita etiam ad vitandam mortem, quia opponitur generationi; à fortiori semper erit illicitus abortus voluntarius, qui magis generationi repugnat. Item neque licet procurare abortum fœtus inanimati ad vitandam mortem ex puerperio: & licèt plures Doctores, ut Filliuc. & alii, affirment in hoc casu licere; ratio tamen allata æquè probat oppositum.

2119 At Clericatus *cap. 59. num.* 1. quæritur. An liceat prægnanti infirmæ pro tuendâ vitâ suâ procurare abortum?

2120 Resp. Si fœtus sit inanimatus, potest procurari ab ortus non directè, sed indirectè ad salutem matris consequendam. Si verò fœtus animatus; alii dicunt, neque directè, neque indirectè posse matrem pharmaca sumere ad recuperandam sanitatem, quamvis inde abortus sit sequuturus; quia debet præferre salutem spiritualem prolis sanitati & vitæ corporali. Alii distinguunt; si matre gravissimè à medicamentis, spes probabilis, quòd proles sit viva nascitura? tenetur mater abstinere; at si hæc spes cessaret, potest mater ad conservationem suæ vitæ sumere pharmaca, quamvis sequuturus sit abortus, quem evitari non poterat, si mater mortua esset. Mastrius *d disp. 8. num.* 30. & 31. & Tambur. *d. lib. 6. in dec. cap.* ¶. 4. Et novissimè Cardenas *in crisi theol. dissertat. 22. num. 21. & seqq.*

2122 Cujus ultimi dicti ratio potissima esse potest; quia ex una parte jam desperatur ortus prolis vivæ, & simul ex alia id non esset procurare abortum, sed vitam matris, quæ directè procurari potest, licèt abortus sequatur, dummodò directè non intendatur. Mendo *in epit. ver. Abortus num.* 1.

2123 Joan. de la Crux addit: *Licet applicare prægnanti medicinam per se causativam salutis, & si per accidens sequatur abortus; quia iste, sicut & occisio invasoris, reputatur effectus per accidens secutus ex salute prægnantis per se intenta; & sic potest prægnans saltare, currere, si hoc sit causa per se salutis, etsi aliàs sequatur abortus. Si constat matrem mori, & consequenter fœtum, licitè ei applicatur medicina æquè salutifera, & mortifera, maximè si fœtus non sit animatus; quia si mater, & fœtus periclitantur, tunc non fit injuria fœtui, si pro liberanda matre fit in ea talis experientia.*

2124. Nulla ex causâ licet adhibere remedia directè, ne mulier prolem concipiat.

2125 Procurantes abortum fœtus animati, effectu secuto, sunt homicidæ, reputantur proditores, juxtà dicta de immunitate *n.* 649. incidunt in excommunicationem latam à Sixto V. & Greg. XIII. Summo Pontifici reservatam. A qua possunt absolvere Episcopi, & Regulares virtute privilegiorum, exceptis locis, ubi Episcopi hunc casum sibi specialiter reservaverint, juxta dicenda de casibus reservatis.

2126 Item evadunt irregulares, etiam in dubio, an fœtus sit animatus, sicut in dubio homicidii.

2127 Hæc irregularitas non potest dispensari,

pensari, nisi à Papa. In casu occulto potest à Sacra Pœnitentiaria dispensari; sed in supplicatione, si ipse sit genitor fœtus, exprimi debet, quod fœtus erat à se genitus; aliàs dispensatio censetur subreptitia ex stylo Sac. Pœnit.

2128 Qui ratum habet, seu approbat abortum suo nomine factum, dictas pœnas incurrit, si approbet ante factum; minimè, si postquàm sciverit factum; quia in priori casu est causa influxiva, minimè in posteriori

2129 Mendo *cit. num.* 1. innuit, in recensitis Bullis Sixti, & Greg. ex ipsis verbis non ferri censuram contra fœminam procurantem abortum in se ipsa, sed in alia fœmina.

Vide *in prop. 34. & 35. ab Innoc. XI. damn.* Et infrà de irregularitate.

DUELLUM

2130 GRæcè Monomachia, *& est pugna inter duos ex condicto suscepta, hoc est designando arma, tempus, & locum, cum periculo vitæ, aut gravis vulnerationis.* Dicitur inter duos, quia inter duos contingere solet; unde etiam inter plures pugna potest esse duellum, si fiat ex condicto, & authoritate privata. Publica authoritate est licitum, ver. gr. ad terminandum bellum cum minori damno, ut contigit inter David, & Goliat. Diana *par 3. tract. 6. res. 1.*

2131 Differt à simplici rixa; quia hæc non fit ex condicto, sed ex aliquo subito casu.

2132 Non est duellum, si duo in Ecclesia contendentes dicant: *Egrediamur foras*, & ibi pugnent. Neosi quis videns suum inimicum armatum contra se venire, accedit ad se armandum, & redit ad pugnam. Nec si quis invitatus ad duellum respondeat, se indies iturum per suas vias, & semper esse promptum se à quolibet invasore defendere. Quia in his, & similibus casibus non [illegible] tur condictum, seu conventio præ[illegible] loco, & tempore.

2133 Non licet viro nobili accepta[illegible] ellum, ne vilis habeatur; quia duell[illegible] sit ordinatum ad occisionem, aut [illegible] vulnerationem, est ab intrinseco [illegible] Nec tunc est in casu defensionis sui [illegible] quia invitans non est aggressor. Et si [illegible] est injuria reparanda, non habetur [illegible] men inculpatæ tutelæ; quia adest [illegible] alia via, saltem via juris publici: vid. [illegible] 2. *ab Alex. XII. damn.*

2134 Contra duellum plures sun[illegible] næ, præsertim excommunicatio Pa[illegible] sententiæ, quas incurrunt duellantes [illegible] *si duellum sit privatum, & non adsit [illegible] ni, locum homini permittentes, hom[illegible] erimandantes, instigantes, auxilium, [illegible] um dantes, arma, equos, & alia [illegible] scienter subministrantes, ex compa[illegible] tores, & socii; etiam si illi, qui ad [illegible] stinatum pugnaturi accesserunt, [illegible] gnam non commiserint, si per se ipsu[illegible] terst, quominùs illa committatur.* [illegible] Gregor. XIII.

2135 Non incurrit pœnas duelli [illegible] rixa, & calore iracundiæ inimicum ad [illegible] lum invitat, & statim ad locum aptum [illegible] dentes simul pugnant. Clericatus *cap. [illegible] n. 6.* ex Sanchez *lib. 2. dec. cap. 39. n[illegible] aliis*; quia non pugnant præmeditatè, [illegible] prævia conventione, sed ex subito [illegible] iracundiæ; adeóque non ex condicto. [illegible] chez *cit.* addit, tunc fieri ex iracundia [illegible] re, quando inter invitationem, & [illegible] ad pugnam nullus actus medius inter[illegible]

2136 Non incurruntur pœnæ. 1. Si [illegible] vitatione præfiniatur locus, sed non te[illegible] 2. Si præfiniatur tempus, sed non locus. Si præfiniatur locus, & tempus, non [illegible]

vi pugnandum armis, sed pugnis. 4. Si dicta non audiatur, sed provocatus non accessit. Communis cit. ex Diana, Lezana, Salmanticensibus, & aliis. Constat ex definitione duelli num. 2130. quæ his casibus deficit. Insuper in ultimo casu non habetur effectus secundus de accessu, ut *in n.* 2134.

QUÆRES.

2137 *Duo viri nobiles, postquam injuriis ad invicem se affecerunt, decreverunt honoris causa mundum exire ad duellum, non animo occidendi, sed aliquos ictus fictè inferendi, una satim interpositis amicis; de eorum numero illis, & ad id requisitis, desisterent, & simularentur. Ita accidit, uti fuit inter eos cum amicis facta conventio. An incurrerint pœnas?*

Dico eos peccasse mortaliter malo exemplo, aut scandalo, præsertim si fuerint aliqui alii, qui eorum conventionem ignorant. Non incurrisse autem excommunicationem, & pœnas; quia hæ sunt contra verum, non fictum, & simulatum duellum: sunt enim contra duellum cruentum (ut aiunt.) in quo est periculum vitæ, aut gravis vulnerationis; quod nullum est in casu præsentis conventione, adsit moralis secus, quòd nullum sit periculum, sed indè potius vocilanda. Et licèt ad locum destinatum accesserunt, non accesserunt verè pugnaturi, & per ipsos stetit, quò minùs vera pugna committeretur.

Sotus *in 4. dist. 15. q. 3. dist. 25. q. 1. lit. E. Salmanticenses theol. mor. disp. 11. q. 6. disp. 10. num. 112. disp. 9. num. 100. disp. 8. q. 2.* Joan. de la Cruz, *pag. 67. 71.* Bonac. *tom. 2. pag. 347. num. 3. disp. 2. q. 2. punct. 10. pag. 190.* Tamb. *tom. 1. pag. 168. pag. 317.* Busemb. *lib. 3. tr. 4.* Cardenas *disp. 21. & 22.* Clericus, & Mendo *cit.*

DE VI. IX. ET X. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non adulterabis. Non concupisces uxorem proximi tui. Non concupisces rem proximi tui.

2138 LUxuria, *est inordinatus appetitus venereorum*; ex genere suo est mortalis, nec in ea datur parvitas materiæ; unde à mortali solùm excusare potest defectus plenæ advertentiæ, aut perfectæ deliberationis. Ejus septem sunt species: Simplex fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, raptus, sacrilegium, & peccatum contra naturam.

2139 *Simplex fornificatio est inordinatus concubitus soluti cum soluta.* Est ab intrinseco mala, & jure naturæ; quia ultrà pericula discordiarum, abortuum, occisionum, præsertim matris, & prolis quæ sæpe hospitali exponitur, per se (ait D. Thomas) opponitur educationi prolis, cujus cura magis spectat ad patrem, à quo est instruendus, & defendendus filius: Pater autem non est solicitus de instruenda, & defendenda prole, quam ex fornicatione habet; 1. vel quia considerat, quòd non sit legitima; 2. vel quia non est certus, an proles sit sua, cum sit ex vago concubitu; vel quia non habitat perpetuò cum prole, & fœmina. Unde ad rectam prolis educationem requiritur, ut proles sit nata ex determinata fœmina, cum qua vir permaneat, non ad modicum tempus, sed per totam vitam ex obligatione; quod habetur per contractum Sacramenti Matrimonii. Hinc concludit Apost. ad Corint. 6. *Nolite errare, neque fornicari, neque idolis servientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, &c. Regnum Dei possidebunt: vid. in prop. 48. ab Innoc. XI. damn.*

2140 Unde fornicatio est peccatum mortale: Et oppositum est hæresis damn. *in Clem. Adnostram, de hæretieis.*

2141 Qui commisit copulam cum soluta, non sufficit, si dicat: *Commisi grave peccatum contra castitatem cum soluta*; sed debet explicare in confessione copulam; quia sic non explicat peccatum, quod fecit; nam etiam soli tactus impudici cum soluta, aut morosæ delectationes internæ de ea sunt gravia peccata contra castitatem. Tum quia copula est actus principalis completus, ad quem cæteri tanquam dispositiones præviæ ordinantur *v. in prop. 25. ab Alex. VII. damn.*

2142 Copulam cum infideli addere simplici fornicationi malitiam specie distinctam in confessione aperiendam, tenent Nav. & de Lugo. Negant Diana, Filliuc. Mastrius, & Tamb. quia nulla apparet ratio specifica distincta; bene tamen major gravitas, ob quam reservari solet, & puniri. Nec id probat prohibitio matrimonii cum infideli; quia in matrimonio habetur major conjunctio, quàm in copula furtiva, & inde habetur periculum subversionis conjugis, & prolis.

STUPRUM.

2143 *Et defloratio puellæ virginis, ipsa invita*; tunc dicitur invita, quando vi, aut dolo, timore, aut ficta promissione matrimonii, &c. decipitur, & inducitur ad copulam; & tunc est speciale peccatum ob injuriam, quam stuprator infert puellæ, & parentibus; unde tenetur in foro conscientiæ illam ducere in uxorem, aut juxta sui possibilitatem, & prudentis arbitrio dotare, uti esset virgo; ad quod non tenetur in foro conscientiæ, sed solùm in foro externo, si ipsa libere consenserit precibus, sinè vi, aut deceptione; imò probabile est, tunc esse simplicem fornicationem, propterea non esse necessariò explicandam circumstantiam virginitatis ablatæ, seu amissæ; quia hoc mulier est libera, & *volenti, ac consentienti nulla fit injuria.* Sanch. de matr. *lib. 7. dist. 12.* Clericatus *cap. 68.* Mendo *in epit. ver. Luxuria num.* Reder *de pœnit. dis. 8. §. 2. q. 15.* contra Graffium.

2144 Si stuprum remansit occultum, & matrimonium æquè opulentum non dedivit, stuprator non tenetur dotare; nullum est damnum illatum.

2145 Clericatus *cap. 68.* ex Aemilio 30. loquendo de casibus, in quibus stuprator non tenetur dotare; ait, esse septem. 1. Si virgo non vivebat honestè, nec verecundiæ pudore. 2. Si puella patiatur se ab aliis carnaliter cognosci.

ADULTERIUM

2146 *Et inordinatus concubitus cum persona conjugata*; est totius justitiæ, & justitiam, ob injuriam conjugi est ejus corporis dominus. Unde conjugatam cognoscens duo adulterium mittit, in confessione exprimenda, injurias, & injustitias, unam propriam alterius conjugi illatam: *v. n. 2147*

2147 Malitia adulterii contrahitur si maritus in adulterium uxoris consentiat, quia injuria fit conjugi non absolutè consentiat, sed ut subest statui matrimonii, quem habet jus in conjugem, & debet fides conjugis, cui juri, & injuriæ cedere renunciare non potest: sicut [ut exemplificat Cardenas] si judex laicus Clericum suum Tribunal trahat, etiam ipso consente, imò requirente, est excommunicatus, quia adhuc injuriam committit in Clericum; nam injuria non fit Clerico absolutè consentiat, sed ut subest

...Clericali, ob quem habet jus immunita-
...debetur honor à laico, cui Clericus
...renunciare non potest; sic per ad-
...uxoris injuria irrogatur marito et-
...consentienti in adulterium: *v. in proposit.*
...*ab Innoc. IV. damn.*

2148 Maritus, si dum uxorem cognoscit,
...cogitet, & se delectet, malitiam adul-
...terii contrahit in confessione expri-
...mendam. Pro restitutione: *v. num.* 2049.

2149 Si sponsalibus initis, & matrimonio
...celebrato, sponsa rem habeat cum alio,
...tenetur in confessione aperire, se esse matri-
...monio promissam; quia committit injuriam
...proinde contrahit specialem malitiam
...quia sponsus, quia in existimatione
...hominum non censetur ille gravem injuri-
...am pati. Negant etiam alii de sponsa.

2150 Pœna adulterii ex Jure Canonico
...separatio thori, *cap. Ex litteris, de*
...*donat.* & amissio juris ad petendum debi-
...tum Uxori, *de matrim.* 2. Infamia, *cap.*
...*Solent 5. q. 1. 4.* Tertia, privatio dotis,
...*cap. Quamque*, & Gloss. ibid. *de donat. inter*
...*virum & uxorem.*

2151 Adultera autem non amittit dotem.
...si habuerit de consensu mariti. 2. Si ma-
...ritus adulteravit. 3. Si maritus occidat uxo-
...rem in adulterio deprehensam. 4. Si
...habeat filios ex primo marito. 5. Si aga-
...tur de bonis paraphernalibus. 6. Si solum
...basia, vel amplexus interceserint. Clerica-
...cap. 70. ex Antonello *lib. 6. cap. 33. n. 5.*

INCESTUS

...*Est inordinatus concubitus cum con-*
...*sanguinea, vel affini.* Affinitas, si sit
...copula licita, nempe matrimoniali,
...extenditur usque ad quartum gradum; si ex
...copula illicita, usque ad secundum. Incestus
...consistit in irreverentia, quæ sangui-
...nitati conjunctioni irrogatur.

2153 Hac ratione Tamb. citans pro se Filiuc. Cajet. & alios graves Doctores, tenet, incestum cum consanguineis non differe specie ab incestu cum affinibus, nec incestus cum alterutris ex prædictis in primo gradu usque ad quartum, ita ut nec conjunctiones, nec gradus sint de necessitate in confessione explicandi, sed sufficiat dicere: *Commisit incestum*; quia malitia incestus consistit in irreverentia, quæ fit conjunctioni; major autem, & minor conjunctio non variant speciem.

2154 Probabiliùs dico, gradus consanguinitatis differre specie à gradibus affinitatis, conationis legalis, & spiritualis, de quibus cum de matrim. & in eadem linea consanguinitatis primum gradum differre specie à reliquis tribus; quia hujusmodi incestus sunt contra diversas honestates; nam contra diversam honestatem est incestus cum matre, quam cum noverca, vel alia cognata cognatione legali, aut spirituali jure positivo imposita; honestas enim cum matre est jure naturæ. Pariter contra diversam honestatem est incestus cum matre, filia, & sorore, quàm incestus cum cæteris tribus gradibus: hinc in his gradibus dispensant Pontifices, non in primo; ac proinde est in confessione explicanda qualitas conjunctionis, an cum consanguinea, vel affini; & in eadem linea consanguinitatis est explicandus primus gradus, non reliqui: *v. nu.* 2186. Mastrius hic cum pluribus.

2155 Qui post copulam incestuosam vult contrahere in gradu prohibito, debet pro dispensatione recurrere ad Sacram Pœnitentiariam, uti supra *num.* 157. si tam copula, quàm gradus sint occulti.

2156 At si gradus est publicus, copula verò occulta, debet priùs petere à Datatia dispensationem gradus, & posteà à Sacra Pœnitentiaria dispensationem impedimenti ex-

ex copula incestuosa occulta. Sanchez *de matrim. disp.* 25. *n.* 11. & 12. Clericatus *cap.* 71. *n.* 10.

2157 Copula cum filia Confessionis non est incestus, quia nulla inde conjunctio contrahitur, nec sacrilegium, quia nulla injuria Sacramento infertur: *vid. tom.* 3. *n.* 601.

RAPTUS

2158 *Est quo persona aliqua invita, vel resistentibus ejus parentibus, aut illis, sub quorum cura est, abducitur per vim ad libidinem explendam, vel matrimonium contrahendum.*

Unde in raptu tria requiruntur. 1. Abductio personæ raptæ à domo sua, vel paterna, & in aliena detentio. 2. Requiritur vis; & sic contrahit etiam malitiam injustitiæ, alioquin erit fuga voluntaria. 3. Quòd abductio sit causa explendæ libidinis, vel ineundi matrimonium. Ex his sequitur. 1. Raptum à stupro differre; quia stuprum semper est cum virgine, raptus verò cum quacumque muliere; imò etiam cum adolescente, qui est pejor. Tum quia raptus addit abductionem è domo. 2. Sequitur, quòd si fiat alia causa, v.gr. redigendi raptam in servitutem, non est raptus, sed plagium, quod est species furti.

2159 Plagium, *est detentio hominis liberi in servitutem.*

2160 Ad raptum non requiritur vis absoluta, de qua alibi, sed sufficit ea quæ fit ex suasionibus, importunis precibus, ac blandimentis, aut fictis promissionibus. Clericatus *cap.* 69. ex Navar. Mendo *ver. Raptus num.* 2.

2161 Pœnæ contra raptorem ex Jure Canonico sunt. 1. Infamia; adeoque est irregularis, ut non possit Ordines suscipere, & beneficia. 2. Excommunicatio ipso jure, ex Trid. *sess.* 24. *de refor. c.* 9. quæ non est reservata. 3. Obligatio dotandi raptam, & raptor sit Clericus, est depositio à beneficio exercitio Ordinis; quæ tamen est per rendæ sententiæ. Clericatus *cit.*

Vide infrà *de matr. ver Raptus.*

SACRILEGIUM

2162 *Est peccatum luxuriæ, quo persona sacra, qualis est persona voti tatis Deo dicata, vel locus sacer* ambæ personæ; quæ peccant, sumitur duplex sacrilegium in confessione mendum, ob duas injurias, & irreve numero distinctas: *n.* 2146. & supra crilegio *à n.* 550. *ad* 562.

PECCATUM CONTRA NATURAM

2163 *Est illud, quo fit seminatio pugnantibus institutivo* Juxta horum modorum diversitat tuor sunt species peccati contra mollities, seu pollutio, inordinata bitus, sodomia, & bestialitas.

POLLUTIO

2164 *Est voluntaria seminis vas.* Est ab intrinseco mali opponitur generationi: *v. num.* 2150.

Et ex ipsis Ethnicis, Martialis lib. 42. sic Pontificum se polluentem

Hoc nihil esse putas? Scelus est sed ingens,
Quantum vix animo concipis esse
Ipsam crede tibi naturam dicere
Istud, quod digitis Pontice perdis

Vide *prop.* 49. *ab Innoc. XI. damn. n.* 239. 2174.

2165 Si in pollutione conjugatam junctam, voto castitatis ligatum, & cogret, debet circumstantiam expri-

quia ſpeciem malitiæ contrahit ex objecto: n. 2184. 2169.

2166. Qui actionem facit, ex qua præviſe ſe pollutionem paſſurum, non peccat, ſi actio ſit in ſe licita, adſit juſta aut honeſta cauſa eam exercendi, & alios habeat effectus licitos & honeſtos, ob quos ponatur, dummodò non conſentiat voluptati. Tamb. *lib. 7. dec. cap. 7. §. 2.* Mendo *ver. Pollutio.* Clericatus *cap. 73. n. 6. vide n.* 2188. & 2189.

2167. Pollutio in ſomnis involuntaria non eſt peccatum, quia eſt effectus naturalis: ſi tamen poſtea de ea, dum es vigil, complaceas, complacentia erit mortalis.

2168 Hinc non peccat, qui pollutionem involuntariam in ſomnis jam cœptam non impedit, ſi voluntariam in ea non complacet, nec conſentiat. Maſtrius *diſ. 11. n. 129.* Cucchus *cap. 73. n. 4.*

2169 Pollutio autem in ſomnis poteſt præterea cauſa præterita; & tunc, ſi pollutio ſecutura videatur ex cauſa illicita, aut vana, non neceſſaria, nec honeſta, quæ ſit cauſa proxima ex natura ſua ordinata ad Venerem, ut ſunt tactus, & aſpectus impudici, verba turpia, lectio, aut auditio turpium, tunc erit peccatum, licèt non ſit directè intenta, dummodò ſit prævisa, quia eſt voluntaria in cauſa, & indirectè volita: *vid.* n. 2188. Si verò res illa ſit tantùm cauſa remota, ut eſus calidorum, nimia comeſtio, agitatio ex itinere, &c. tunc pollutio ſecuta non erit peccatum mortale, niſi ſit directè, & expreſsè intenta; quia tunc eſt effectus per accidens, quatenus ſequens ex cauſa remota, non ordinata de ſe ad Venerem: effectus autem per accidens non imputatur cauſæ cum patienti: *v. n. 2215.*

INORDINATUS CONCUBITUS

2170 *Conſiſtit in modo non ordinario, ſive in copula licita, ſive illicita*; poteſt eſſe mortalis, ſi fiat cum periculo impediendi prolem; ſin minùs, erit venialis; imò ſi adſit ſufficiens neceſſitas abſque periculo, nullum erit peccatum in copula licita; quia procuratur jus proprium modo poſſibili.

SODOMIA.

2171 Perfecta, & propriè dicta, *eſt actus libidinoſus conſummatus inter maſculos, in vaſe non naturali.* Unde ad ſodomiam perfectam requiritur copula, & quòd peccetur contra ſexum, & debitum inſtrumentum. Hinc copula maſculi cum fœmina inter vas indebitum, & fœminæ cum fœmina cum effuſione ſeminis, eſt ſodomia, ſed imperfecta, & impropria; quia in prima non habetur identitas ſexus; in ſecunda habetur identitas, ſed non habetur vas indebitum, nec inter fœminas dari poteſt copula propriè dicta.

2172 Diana, Maſtrius, & alii tenent, complexum duorum maſculorum, quorum unus ſupercubet ſupra alium, ſicut ſupra mulierem, etiam cum affectu ad indebitum ſexum, & cum effuſione ſeminis, non eſſe ſodomiam, ſed ſimplicem mollitiem, cum cooperatione alterius maſculi, & quòd ſufficiat in confeſſione dicere *Pollutus ſum tactibus impudicis alterius hominis, & illum pollui faciens.* Mendo *ver. Luxuriam.* 18. quia circumſtantia incumbendi non mutat ſpeciem.

2173 Pariter ſimplicem mollitiem eſſe dicunt, ſi quis ſe polluat inter coxendices, brachia, ſeu alias partes fœminæ, quæ non ſint vas præpoſterum, & ſufficere, ſi dicat: *Pollutus ſum tactibus impudicis mulieris.*

2174 In pollutione cum alio exprimi debet ſtatus illius. Et in ſodomia, an ſit cum

masculo, vel muliere patrata; quia leditur diversa honestas.

2175 In nostra Diœcesi Panormitana sodomia est reservata; ad quod non requiritur frequentia, sed sufficit, si semel committatur; quia in reservatione non solùm dicitur: *Nefandum sodomiæ scelus exercentes*, sed etiam *semel committentes*.

2176 Requiritur autem, ut actus sit consumatus inter masculos cum effusione seminis intra vas præposterum; quia nomine sodomiæ reservatæ venit sodomia perfecta, non imperfecta, unde non venit sodomia facta inter fœminas, aut viri cum fœmina.

2177 Sodomia impuberis, si seminet intra vas, est reservata; quia est perfecta sodomia; nec tunc reservationi obstat impubertas; quia malitia supplet ætatem: *v. n.* 1979.

2178 Probabilius mihi est, quòd patiens comprehendatur sub reservatione; nisi sit impubes: 1. quia est complex ejusdem delicti sodomiæ perfectæ; nec dicitur præcisè sodomiam pati, sed etiam committere, quia tam agens, quàm patiens dicuntur ad commissionem sodomiæ concurrere.

2. Quia circumstantia agentis non mutat speciem, sed solùm aggravat intra eamdem speciem; unde circumstantiæ agentis, aut patientis, non sunt ex necessitate exprimendæ. Ita probabiliter Diana pluribus in locis, maximè *par.* 11. *tract.* 1. *res.* 11. & *tr.* 3. *resp.* 4. cum pluribus; quia uterque contra naturam peccat, & uterque alterius peccato cooperatur. Et quamvis agens se polluat, patiens ejus pollutioni cooperatur. Esse tamen explicandas, tenent Leander *de pœnit. disp.* 8. §. 3. *quæst.* 6. Quia agens se polluit, non sic patiens. Certum tamen est, quòd si patiens polluatur, tenetur hanc circumstantiam fateri, tam ipse patiens, quàm agens, qui est ejus cooperato tra[illegible]

2179 Probabile autem putat Tamb. cum aliis, quòd sub reservatione sodomiæ non veniat patiens, nisi exprimatur, sed sola agens; quia reservatio est odiosa, adeòque debet restringi ad sodomiam, quæ ex communi omnium consensu est perfecta, quæ est ex parte agentis, non patientis; licèt tamen probabilius sit, quòd patiens sit perfecta sodomita, id tamen non concedunt omnes. Tum quia jura magis puniunt agentem quàm patientem.

2180 Copula sodomitica non parit affinitatem, quia affinitas solùm oritur ex copula naturali.

2181 Si verò copula sodomitica sit inter conjunctis, debet explicari circumstantia incestus, dicendo *commisi incestum sodomiticum*; quia major irreverentia fit conjugi per copulam innaturalem, quàm naturalem; similiter si sit uxoratus, contra speciem adulterii, &c. An autem debeat exprimere qualitatem conjunctionis, consanguinitatis scilicet, vel affinitatis, & gradum v. gr. cum fratre, nepote, &c. Respondetur *in n.* 2153. & 2154.

BESTIALITAS

2182 Est *coitus hominis cum bestia*, qui est gravissimum peccatum inter omnes luxuriæ species; quia non servat ullam titatem speciei. Non sunt ex necessitate explicandæ species animalium, nec an sit mas aut fœmina, quia est differentia tantùm materialis in genere entis, non in genere moris.

2183 Ad hanc speciem reducitur coitus cum dæmone succubo, vel incubo; quia corpus à dæmone assumptum, non est vere corpus humanum; debet autem in confessione exprimi, quia ei superadditur malitia contra

Reli-

religionem, cum sit commercium cum dæmone Dei & nostro inimico. Debet tamen examinari, an dæmon fuerit sub specie fœminæ viri conjugati, aut voto castitatis ligati; quia tunc peccatum contrahit illam speciem malitiæ, ob affectum ad talem personam.

2184 Copulam cum fœmina mortua non esse peccatum fornicationis, nec bestialitatis, sed simplicis mollitiei, tenet Diana *p. 3. tr. 9. res. 1.* cum Tamb. quia fornicatio, & bestialitas est actio viventis cum vivente; unde solùm est pollutio cum inanimato instrumento, uti esset cum statua: instrumentum autem instrumentum, quo quis se polluit, non facit mutationem speciei; adeóque hanc circumstantiam non esse ex necessitate aperiendam, sed sufficere, si dicat: *Me polluo.*

2185 Dico tamen, quòd si talis non sistat in sola copula cum mortua, sed ulteriùs diriget affectum, & cogitationem ad mulierem illam, ut erat viva (quod est verisimilius) contrahit eam speciem malitiæ interiorem, quam objectum habet in se, nempè adulterii, incestus, &c. uti de pollutione dictum est.

2186 Mollities, sodomia, & bestialitas habent malitias specie distinctas; quia peccata non distinguuntur specie præcisè per oppositiones ad diversas virtutes, sed etiam per oppositiones ad diversas honestates ejusdem virtutis: sic contra quamlibet virtutem dantur duo peccata specie diversa, unum per excessum, alterum per defectum, ut prodigalitas & avaritia contra liberalitatem; mollities autem, sodomia, & bestialitas naturæ opponuntur, sed per dissonantias diversas, & contra honestates diversas: quis enim non videat diversam dissonantiam inclinationem, & repugnantiam naturalem esse in bestiali concubitu, quàm in sodomitico, & diversam in hoc, quàm in simplici mollitie? ac propterea distinguuntur specie non solùm in genere entis, sed etiam in genere moris: *vid. in propos. 24. ab Alex. VII. damn.*

2187 Prædictis speciebus addi solet

IMPUDICITIA,

Quæ consistit in tactibus, aspectibus impudicis, verbis obscœnis, cogitationibus, & similibus.

2188 Tactus impudici sunt illi, qui de se ordinantur ad Venerem: hujusmodi sunt oscula, tactus mammillarum, & partium inhonestarum, qui de se sunt dispositiones ad Venerem, ac proindè sunt peccata mortalia, & contrahunt eamdem speciem malitiæ, quam habet actus venereus, ad quem de se ordinantur, in confessione explicandam, nempè incestus, adulterii, &c. licèt actus perfectus non sequatur: *n. 2274. vid. propos. 40. ab Alex. VII. damn.*

2189 Tactus autem, & aspectus de se impudici à peccato excusantur, si fiant ex necessitate; v. gr. medendi, aut aliqua honesta causa, putà mundandi, &c. licèt exindè sequatur delectatio sensualis venerea, aut pollutio; dummodò non adsit consensus voluntatis, nec sit intenta in tactibus, licèt prævisa; quia necessitate, aut honesta causa existente, delectatio illa sensus, & pollutio, quæ sequitur, est effectus naturalis, & per accidens; homini autem prosequenti suum jus non imputatur effectus per accidens, & præter intentionem secutus. Busemb. *tr. 4. cap. 2. dub. 1. n. 5. & 6.* Si verò quis expertus sit, se sæpiùs cecidisse in expressum consensum mortalem, non obstante necessitate, & honesta causa, debet se à tali causa abstinere. Idem dico de confessario, qui audiendo peccata turpia in confessione experitur motus venereos sensus, hic non tenetur à confessione abstinere, nisi ad sit peri-

periculum consensus: quod colligitur, si sæpius expertus sit consensisse: *v.n. 2166.*

2190 Non est eadem ratio de aspectibus, & tactibus, quia tactus proximè causant commotionem spirituum vitalium, non sic aspectus; unde solùm aspectus partium inhonestarum sunt de se impudici, ac proinde aspectus mamillarum, curiositatis causa, sunt veniales, nisi adsit periculum delectationis venereæ.

2191 Aspicere congressum animalium, & maximè viri cum fœmina, aut illud studiosè sentire, vel voluntariè cogitare, est mortale ob periculum proximum delectationis venereæ. Secùs si ex abrupto, & casu repentino. Mastrius *disp. 11. n. 134.* Clericatus *c. 73. n. 18.* Idem dic de aspectu studioso mamillarum nudarum.

2192 Eadem ratione mortale est perfricare pudenda brutorum, non solùm ex fine venereo se complacendi, sed etiam solius curiositatis causa videndi semen. Dian. *p. 9. tr. 8. res. 31.*

2193 Aspectus mulieris pulchræ cum sola complacentia de ejus pulchritudine non est de se peccatum, nisi ad malum finem ordinetur. Cajet. *to 1. opusc. 14. q. 5.* quia pulchritudo est donum naturale Dei, nisi adsit periculum delectationis venereæ, propter quod non debet homo in hujusmodi aspectibus diu immorari: *n. 2274.*

2194 Verba turpia, & lectio turpium curiositatis, aut divertionis causâ, sunt venialia, si non adsit præfatum periculum, aut scandalum aliorum; à mortali autem non excuso, si non fiant per transitum, sed quis per longum tempus in iis immoretur, quia tunc regulariter adest periculum delectationis venereæ, & scandali aliorum.

OSCULA.

2195 Oscula considerari possunt ratione modi, vel ratione finis. Eadem respectivè dic de tactibus, & amplexibus.

Ratione modi oscula alia sunt superficialia, & instantanea, alia pressa, & morosa.

2196 Ex parte finis sunt quadruplicis generis. 1. Sunt oscula data in signum mutui affectûs, aut urbanitatis causa: hujusmodi esse solent oscula superficialia, & instantanea.

2. Sunt oscula ob delectationem veneream. Delectatio venerea est, quæ percipitur ex motu substantiæ seminis, vel ex partibus ordinatis ad illud.

3. Sunt oscula ob delectationem sensualem. 4. Sunt oscula ob delectationem mixtam, seu sensibilem. Et quamvis difficile sit, delectationem sensualem, & sensibilem distinguere, tamen tibi reddam, si attendas.

2197 Delectatio sensualis est illa, quæ consurgit, & sentitur in carne ex commotione spirituum generationi inservientium circa partes libidinosas: Delectatio mixta, seu sensibilis est illa, quæ in ipso osculo realiter, quæque percipitur ex tactu objecti modi morbidi proportionati potentiæ carnalivæ, & sensui tactus, præscindendo ab omni delectatione venerea, & sensuali, quæ in copulæ. Ubi (ut vides) delectatio sensibilis supponit, & subsequitur commotionem spirituum, delectatio verò sensibilis ab illa scindit; quòd si commotio spirituum, & delectatio sensibilis, quæ in osculo reperitur, eam præcedit ut causa.

2198 Hinc fit, quòd delectatio sensibilis ex osculo, inter solutos, est venerea, & mortalis; quia delectatio sensualis, quæ consurgit, & sentitur in carne ex commotione spirituum generationi inservientium, per se ex natura sua est ordinata ad copulam, & motum seminis.

2199 Non obstat, quod ait Galenus *14. de usu partium cap. 9. & 10. Venerea delectatio sola est, quæ ex motu substantiæ*

...mpiatur: Quia ibi loquitur de delectatione consummata, quæ oritur ex effectu completo, qui est venus. At non inde sequitur, quod delectatio sensualis, quæ ex commotione humorum in carne consurgit, non sit formaliter venerea; nam est causa apta nata movere seminis, actio autem in genere moris habet pro objecto effectum, & ab eo formaliter specificatur, ut constat exemplo actionum, furandi furti, infrà *ver. Qui restituere tenetur.*

2100 Adeóque Doctores communiter concludunt, delectationem veneream esse illam, quæ percipitur ex motu seminis, vel ex rebus ordinatis ad illum, puta ex commotione pudendorum; sive hæc habeatur ex oculis, tactibus, amplexibus, sive ex cogitatione copulæ, &c. Verricelli *tr. 4. q. 19. punct. 4. tr. 4. ref. 136.* Filliuc. Villal. & alios apud ipsos.

DIFFICULTAS

2101 Restitur solùm remanere posset de osculis, ob delectationem sensibilem, quæ in ipso osculo residet. Et quamvis alii plures scripserint, hujusmodi oscula ferè omnia venialia; secluso periculo ultimi consensus, & pollutionis: modò est omnino tenendum esse mortalia; quia oppositam propositionem damnavit Alex. VII. *in prop. 40.*

2102 Non dicas, Alexandrum nomine delectationis sensibilis, intellexisse sensualem. 1. Quia est voluntariè dictum; quoniam etiam ante damnationem Doctores semper delectationem sensualem à sensibili distinxerunt, ut videre est apud DD. *nu. 2200.* 2. Quia Pontifex aliquid novi, & quod docueris docebant, damnavit: Non est autem novum, sed indubitatum semper fuit, delectationem sensualem voluntariam inter solutos esse mortalem. Verricelli *cit. n. 3.* Et in delectatione venerea non dari parvitatem materiæ, modo dicemus. Ratio verò intrinseca est quæ sequitur.

2103 Dico 1. oscula pressa inter personas solutas ejusdem, & maximè diversi sexus, sunt peccata mortalia. Verricelli *cit.* Filliuc. *tom. 2. tract. 30. cap. 9. num. 179.* Lessius, & Salas apud ipsum.

Ratio est, quia ex osculo presso naturaliter oritur delectatio naturalis] sensibilis, quæ est formaliter, & intrinsecè venerea. Suadetur: Ex contactu enim presso oris ad os naturaliter oritur delectatio sensibilis, quæ ex natura sua est provocativa, & excitativa spirituum partium libidinosarum generationi inservientium, ex qua commotione naturaliter consurgit delectatio sensualis, de *n.* 2197. per se, & ex natura sua proximè, & immediatè ordinata ad motum seminis; igitur delectatio illa sensibilis, quæ ex osculo presso oritur, est intrinsecè venerea, utpotè per se, & natura sua ordinata ad motum seminis, licèt non tam proximè, & immediatè, uti delectatio sensualis; causa namque per se causæ, est per se causa causati; quod sufficit, ut in genere moris formaliter, & intrinsecè ab illo specificetur.

Unde D. August. *lib. 14. de Civit. Dei c. 16.* inquit: *Cum sint multarum rerum libidines, tamen cum libido dicitur, nec cujus rei libido sit additur, non fere solet animo occurrere, nisi illa, qua obscœnæ partes corporis excitantur: vide n. 2210.*

Ex quo fit, quòd hæc propositio: *Oscula pressa exercita inter solutos ejusdem, & maximè diversi sexus, sine malo fine sunt licita*, sit falsa, & erronea; quia aliàs esset vera hæc propositio: *Oscula exercita inter solutos ejusdem, & maximè diversi sexus, cum delectatione sensuali sunt licita*; quia hæc virtualiter continetur in priori.

2204 Probatur à fortiori: Tactus námque pressus mamillarum secundùm communem, & indubitatam sententiam Verricelli *cit. n.* 12. est venereus, & mortalis, ità ut in jure, *eap.* 1. §. 1. *Quibus modis feudum amittatur*; Vassallus tangens mammillas dominæ privetur feudo; & non alia ratione, nisi relata; quæ validiùs procedit in osculis pressis, cum sint tactus magis proportionati sensui, & allectivi carnis.

2205 Hinc de osculis pressis mentionem facit Ovidius epist. 2. *Oscula per longas jungere pressa moras*; eáque esse naturaliter cum delectatione, & suavitate conjuncta, ait Juvenalis satyra 6. *Ac mollia semper oscula delectent*. Unde Donatus in illud Terentianum: *O Thais mea*; ea vocat suavia, & libidinosa, his verbis: *Tria esse osculandi genera, osculum scilicet, basium, & suavium; oscula officiorum sunt; basia pudicorum affectuum; suavia libidinum, vel amorum.*

Sicque, quæ urbanitatis causa dantur, ut quæ more patriæ, dicuntur *pura Oscula*. Quæ ob pudicum affectum, ut inter parentes intimos, *Basia*. Quæ ob delectationem sensibilem, *Suavia*.

2206 Insuper gratis dato, quòd delectatio sensibilis non sit intrinsecè venerea, & libidinosa; negari in praxi non potest; quin talis sit extrinsecè ratione periculi proximi; nam in praxi regulariter, & ordinariè est cum commotione spirituum partium pudendarum, & inde cum delectatione sensuali conjuncta.

2207 Unde Plutarchus *de amor.* inquit: *Formosos intueri jucundissimum esse; tangere autem non sine periculo licere.* Clymacus *gradu* 15. *Ex solo tactu corpus coinquinatur, nihil quippe sensu isto gravius, nihil periculosius,* & S. Basilius *lib. de virg. Sicut tacto igne, subitæ bullæ, & ulcera nascuntur, sic bullæ in corde, & inflammationes è contactu generantur.* Idem ibid. *Formosarum oscula vitare oportet, non secus, quàm animalium venenatorum morsus; diffunditur enim per omne corpus.* Et S. Theodor. Studita mulierum tactus cavendos monuit: *Attrectavit quis nolens mulierem, & concepit libidine, foelus contraxit.*

2208 Non dicas, 1. oscula pressa posse à delectatione sensuali, ut in persona maximè frigida; adeoque in illa osculum delectationem sensibilem non esse venialem & mortalia.

Quia maximè frigidus, quamvis liberetur à commotione extrinseca carnis, non liberatur à commotione intrinseca sensitivæ appetitus sensitivi interni; non liberatur, inquam, à bullis in corde, de quibus Basilius.

Et oppositum est casus metaphysicè theoricus; minimè physicus, ac practicus. Quem si tu practicè experiaris, gratias agas; sed tua praxis [illegible] quam non credo [illegible] hi inservire pro doctrina non potest, [illegible] singularis, & per accidens; quorum [illegible] cium est de regulariter contingentibus [illegible] mandum.

2209 Non dicas, 2. te esse eximè [illegible] tum, assiduis macerationibus extenuatum atque in vita contemplativa perfectum.

Quia præsumptuosum potius te dicere uti talem, te reprehendit Hier. in Reg. [illegible] nach. *Ne in præterita castitate confidas. Sampsone fortior, nec Davide sanctior, Salomone potes esse sapientior. Memento per, quòd Paradisi colonum de possessione mulier ejecerit.* Et Augustin. *in lib. de Sanctâ laritate Clericorum: Experto credite, expertus loquor coram Deo, non mentior: Cedrus Libani, Duces gregum sub hac peste ceciderunt, de quorum casu non magis suspicabar, [illegible]*

An

Amnon, vel Hieronimi impudica turpitudine

2210 Dicta sunt vera, etiam si quis in osculis pressis non intendat; imò protestetur se solùm copulam, nec ulteriorem consensum; imò nec habere pro fine delectationem sensibilem; quia talis protestatio est contraria facto; nam delectatio sensibilis est naturaliter inseparabilis ab osculo presso, & naturalis via ac medium ad commotionem spirituum, & delectationem sensualem, ut constat *num.* 2203.

2211 Qua ratione, ex communi doctrina resolutione, vel copula, non sunt necessè exprimenda oscula, & tactus præambula; quia ex natura sua ordinantur tanquam via, & media ad illum. Ex jure autem, protestatio contraria facto nihil operatur: unde talis protestatio, & exclusio finis thesaurus, & color ad occultandum sub levitatis peccatum, & simplices decipiendum.

2212 Et eadem ratione, nemo dicit, non denunciandum Confessarium mulierem in confessione deosculantem, quamvis dicat se id facere absque malo fine; nonnisi quia habet inhonesta, quatenus osculum inter personas solutas diversi sexus est malum, & inhonestum.

2213 Ex his colliges, osculum pressum, de quo *n.* 2205. non esse indifferens, sed indifferens esse osculum in genere, & in communi ad superficiale, & pressum.

2214 Osculum namque superficiale, & substantiæum, potest esse licitum, ut modò exhibuit; & solùm erit malum extrinsecè ob intentionem operantis, si fiat non ex fine honesto, sed vel ob delectationem sensualem aut sensibilem; vel ratione periculi delectationis sensualis, & consensus venerei, quæ quis sæpe experitur.

2215 Opponens 1, paritatem de aliis sensibus, qui licitè delectationem percipiunt ex propriis objectis, quæ attingunt, ut auris de sonu, nasus de odore.

Resp. disparitatem esse; quia alii sensus ex propriorum objectorum attingentia percipiunt delectationem non prohibitam; oscula verò pressa, & tactus hujusmodi pressi sint per se nata causare commotionem spirituum, & delectationem sensualem jure divino prohibitam. Unde paritas solùm tenet quoad oscula superficialia ex honesta causa [de quibus modò] quæ quidem sunt licita. Imò si delectatio ex propriis objectis aliorum sensuum sit talis, & talibus adminiculata circumstantiis, ut per se, attenta qualitate personæ, sit nata causare in ea commotionem eorumdem spirituum, & delectationem sensualem veneream, erit pariter peccaminosa, ut *in n.* 2169.

2216 Opponens 2. consuetudinem primitivæ Ecclesiæ in danda pace ante Communionem, de qua Apost. ad Rom. 16. & alibi: *Salutate invicem in osculo sancto.*

Resp. consuetudinem primitivæ Ecclesiæ fuisse de osculo in danda pace, sed de osculo modesto, & sancto, quod ore clauso, superficialiter, & instantaneè dabatur, in signum internæ charitatis, & pacis; de quo Cyrillus Alexandr. *lib.* 1. Glaphyr. *pag.* 169. ait: *Osculum est symbolum perspicuum, eminensque nota benevolentiæ, & charitatis*: minimè de osculo presso, & moroso, quo voluptas hauritur.

2217. Hinc S. Clemens Alexandr. *lib.* 3. *pædagog. cap.* 11. inquit: *Ore modesto, & clauso benevolentiam animi ostendamus. Est autem quoque osculum incestum, veneno plenum, sanctitatem simulans. An nescis, quod etiam phalangia, si ore tantùm tangant, graves dolores hominibus afferant?*

2218 Insuper consuetudo non erat, ut viri

mulieres deoscularentur ; sed [ait] S. Clemens Rom. *lib. 2. const. c. 57.*) *Ut viri viros, & fœminæ fœminas, cum ad Eucharistiam accederent, oscularentur.* Imò mulieres non agebant in Ecclesiis promiscuè cum viris, sed separatim. Quia tamen, hac non obstante cautela, hominum malitia, fraudem aliquando contingere compertum est, osculum oris mutatum est in osculum sacræ tabellæ. Ità Eminentiss. Baronius ad annum 45. *v. num.* 2221.

2219 Oppones 3. praxim osculorum ex consuetudine patriæ, quæ viget in Galliis.

Resp. praxim allatam solùm posse habere vim in locis, ubi talis adest consuetudo; minimè in aliis regionibus, ut in nostris.

2220 Insuper in locis illis consuetudo est de osculis modestis, ore clauso, superficialibus, & instantaneis, ex honesta causa, ex causa, inquam, urbanitatis, ac in signum puri affectus. & amicitiæ: Amicitia enim à Phil. 8. Eth. describitur: *Mutua, & manifesta inter aliquos benevolentia, honestatis causa.* Et ideo sunt licita.

2221 Non est autem ibi consuetudo de osculis pressis, morosis, & studiosis, voluptatis causa, aut in quibus voluptas captetur. Ex quo fit, ut in Galliis, si quis det mulieri osculum pressum, & studiosum, homicidia sequantur, & iræ: *Quis est* (ait Augustin. in Psalm. 30.) *qui non irascatur, videns fratres insidiantes fratribus, fidem non reservantes osculo, quod infigunt sacramentis Dei?* Et in *lib. de amicitia cap. 6. tom. 4. Ipsum osculum tanta turpitudine fœdant, ut sic osculari nihil aliud sit, quàm adulterari.*

DE OSCULIS, AMPLEXIBUS, Tactibus, verbis turpibus, & similibus extra Matrimonium.

2222 PAter Busembaum. *tract. 4. c. dub. 1.* hæc habet.

Oscula, amplexus, compressiones mam. & similia non obscœna, si fiant tantùm aut moris patrii, aut amoris honesti, vel volentiæ augendæ causa, etiamsi delectatio nerea subortatur (modò in ea non delectetur) non sunt peccata. Less. Filliuc. l. 171.

Si verò ista fiant ex aliqua venialitate, joco, curiositate, levitate, petulantia, modò non cum delectatione venerea, nec causa; & si præter intentionem subortam repulsa, ac tunc abstinendo ab illis omnem culpam non excedunt. Vide Fill. hic. Sanch. *l. c.* Diana *par. 4. tract. 4.* n. *contrarium tamen est tutius.* Vide *c. 1. d. 12. n. 8.*

2223 *Aspectus verò, & subindè tactus tamen propter periculum adjunctum ectus, ex petulantia, vel curiositate, inhonestarum alterius corporis, ejusdem sexus, citra affectum, & periculum veneris, excusari posse à mortali, ut ut dò simul aliqui lavarent, vel lavant* Laym. *l. 3 sect. 4. ex* Sanch. *l. 5. mor. 13. & num. 27. & 28.* Trull. *d. c. 12.*

Verba turpia, lectio obscœnorum, comœdiarum turpium, cantiones gestus, litteræ, & dona amatoria, si fiant, ex curiositate, vel vano solatio, mortalia; secus tamen, si fiant, vel honesto, sive venereo, vel cum periculo spiritualis sui, vel aliorum. Sanchez *d. 4.* Filliuc. *t. 30. cap. 10. q. 3.*

2224 Joannes la Crux *in 6. præc. art. cl. 1.* de osculis, & tactibus, ait: *Ex se sunt peccata, cum licitè fiant sine*

nem patriæ, aut ob aliam necessitatem, etsi in eis sentiatur aliqua sensualis delectatio, dum non quæratur, sed permittatur, nec adsit periculum consentiendi in eam. Ita Victor & communiter, cum D. Thom. *art. 4. Quia delectatio causa est licita, & aliàs talis delectatio non acceptata evenit præter intentionem. Sic nec tenentur viri spirituales abstinere se à colloquiis spiritualibus cum fœminis honestis, etsi patiantur aliquas titillationes involuntarias.* Ita Med. *in sum.* §. 18.

2225 Verricelli *tract. 4. quæst. 20. n. 18.* habet: *Dico sextò, tangens, aut osculans ex honesta amicitia, aut ex more patriæ mulierem, vel juvenem, si sensibiliter delectetur, tamen delectationem non intendat æque principaliter, tunc ea delectatio non est venerea, nec vllatenus peccat, vel saltem venialiter tantum.* Sylvest. *ver. Delectatio, n. 7.* Bonac. *ver. Cogitatio morosa, n. 4.* Lessius *lib. 2. cap. 3. n. 56.* Comitolus *lib. 5. quæst. 22. n. 4.* Rebellus *p. 2. lib. 3. quæst. 19. sect. 3. n. 6.* Similiter Filliuccius *tract. 30. num. 78.* Salas *1. 2. quæst. 74. tract. 13. disput. 20. n. 131. Qui docent excusari à mortali, quamvis sentiatur turpis pudendorum commotio, dummodò deliberatè in eam non consentiatur.*

2226 Omninò tamen quoad oscula, amplexus, tactus, & similia extra matrimonium servanda, & tenenda volo dicta *à n. 2195. ad 2221.*

QUÆRES I.

2227 *Quid dicendum de sponsis de futuro?*

Dico 1. oscula, & amplexus superficialia, facta urbanitatis causa, seu in signum benevolentiæ, & sinceri affectus, sunt licita inter sponsos de futuro. Mastrius *dis. 11. q. 3. art. 3. n. 139. ad 142.* Cardenas *in crisi theol. tract. 5. de castitate cap. 16. n. 205. pag. 576.* Gobat. *to. 1. tr. 10. num. 671.* Allozza *ver. Luxuria n. 5.*

Ratio est, quia talia oscula non sunt mala ex objecto, nempe ex genere suo, & in ratione osculi; aliàs inter parentes, & filios, & inter alios more patriæ essent mala: *v. num. 2213.*

Non ex fine, quia finis est honestus, nempe sincerus amor, & urbanitas, quæ sunt virtutes morales, minime voluptas captanda: *v. n. 2220.*

Non ratione periculi proximi; quia hoc solùm habetur in osculis pressis, ex quibus regulariter oritur commotio spirituum carnalium, & delectatio venerea: & complacentia, quæ ex recensitis pudicis osculis ex honesto motivo factis oritur, non est complacentia carnalis, sed spiritualis, & moralis, ita ut [advertit Mastrius] *Potiùs sit voluptas, & gaudium mentis, quam affectio sensitivi appetitus.*

2228 Et in praxi oscula, & amplexus facta in signũ sinceri affectus, aut urbanitatis causa, regulariter separata experimur à commotione spirituum carnalium, & delectatione venerea; id inquam, frequenter experimur. 1. In osculis more patriæ, aut à parentibus factis. 2. Inter conjugatos ipsos, quando unus debet ab alio discedere aut ad alterum regreditur; imò etiam dum simul cohabitant, sæpe alter alterum deosculatur absque ulla commotione spirituum carnalium, & delectatione venerea, in solùm signum sinceræ benevolentiæ, aut in solamen ex conjunctione & propinquitate inter ipsos orta, utpote factos unam carnem; quæ propinquitas est tanta, ut ex Genesis 2. vir relinquat patrem suũ, & matrem suam, & adhæreat uxori suæ.

2229 Sic ab osculis inter sponsos in signum sinceri affectus, aut urbanitatis causa factis, facillimè separari potest omnis como-

tio carnalis, & delectatio venerea; per hoc enim, quòd sponsus consideret proximam propinquitatem, & proximè se futurum unam carnem cum sponsa, faciliter potest osculis uti ex solo præfato fine honesto; eò maximè, quia licèt copula inter ipsos futura sit venus, propinquitas, quæ ex illa oritur, est honesta, & naturalis.

Quòd si aliquis sponsus sit ita fragilis, ut in hujusmodi osculis ex fine honesto factis experiatur, se sæpè cadere in delectationem carnalem, & veneream, hic utique se abstinere debet ab illis; quia in eo ratione suæ particularis conditionis est periculum proximum; sed hic casus est per accidens, ac proinde resolutioni non officit; nec pro sponso ità fragili sunt damnandi peccato timorati, qui tale periculum in osculis non experiuntur, & lineam sinceri affectus, atque honesti motivi minimè transcendunt.

2230 Dico 1-1. oscula, amplexus libidinosa, seu ob delectationem venereamm inter sponsos de futuro, sunt mortalia. Verricelli *tr. 4. q. 23.* Fernandez, Angles, Rebellus, & alii plures apud ipsum.

2231 Contra Cajet. & alios, qui volunt esse venialia. Ita etiam Joan. la Crux *in 6. præc. art. 1. n. 4.* in verbis: *Imò & oscula, & amplexus libidinosi sine periculo pollutionis sunt licita sponsis de futuro, eò quod sponsus habet quoddam jus, licèt inchoatum, & imperfectum, ad corpus sponsæ, quod ad ista licentiam præbet. Et ista sunt velut principium promissarum nuptiarum.* Ita communiter, & maximè Cajet. 2. 2. q. 154. *ar.* 4. Med. Nav. *c.* 14. 18. *& cap. 16. n.* 12. Ledesm. *cap. 3. de matrim.*

2232 Ratio ficta nostræ sententiæ fundatur primò in regulâ generali, qua quævis delectatio venerea voluntaria excludit à Regno Dei, teste Apostol. ad Ephes. 5. *Omnis fornicator, aut immundus, non habet hæreditatem in Regno Christi, & Dei.* Unde ait: *Omnem immunditiam Apostolus dixit, ut includeret omnia ad venerem pertinentia.* Ita Verricelli.

2233 Status sponsalium, seu initi matrimonii, per sponsalia de futuro, eximit à dicta regula; quia adhuc non soluti.

2234 Nec dat jus inchoatum ad res sponsæ, ut constat generaliter in contractibus; inchoatio namque contractûs non jus dat ad usum rei, nisi quousque fiat effectus: tunc quidem solùm transfertur dominium rei, & qui non jam est dominus non potest ea imperfectè uti, cum adhuc aliena, licèt sibi promissa. Ita Verricelli, Rebello,

2235 Insuper (ut benè arguit Verricelli) si inchoatio matrimonii cohonestaret actus venereos sponsis, cohonestaret eosdem venereos pudendorum, & delectationem futura copula inter ipsos; quod communiter negatur; quia tactus impudici sunt mala ratio copulæ, & quia delectatio futuræ copulæ commovet spiritus generationi inservientes, & inde est quædam copulæ inchoatio, quod etiam verificatur de osculis venereis, quia etiam ex illis copula inchoatur, & ideo illa per se commovent spiritus generationi inservientes.

2236 Secundò fundatur in alia regula: *Cui non est licitus finis, non sunt licita media.* Cùm igitur præmissa oscula, & amplexus sint per se media ad copulam, quæ non est licita, sed mortalis sponsis; ita nec illa erunt licita, sed mortalia eisdem: *vide* & 2178.

2237 Dico 3. Oscula, & amplexus ad delectationem naturalem, & sensibilem quæ ex ipso osculo oritur, &

...ulos, & amplexus pressâ, sunt mortalia ...de futuro. Rodriquez *in sum. tom.* 3. ... 1. & Fernandez *part* 4. *c.* 2. §. 4. *& p.* ... §. 1. *n.* 11. contra Tamb. *tom.* 1. *lib.* 7. ... §. 5. *num.* 61. Dianam *p.* 2. *tr.* 17. *res.* 6. ... Segundez, Sanchez, & aliis, qui putave- ... nullum esse peccatum.

Rationes sunt eædem de *num.* 2203. *ad* ... *n.* 2230. Qui enim ponit causam per ... efficitur venerei cum prævisione illius, vir- ... effectum venereum procurare dici- ... non expresse eum non intendere affe- ... dat actum venereum nullum dare jus ... sponsalium, probatum est *à n.* 2233. ... Dico 4. Dormitio sponsorum de ... eodem lecto, imò & eorum coha- ... & pernoctatio, est mortalis ratione ... proximi. Sequitur ex dictis. Hinc S. ... Epist. 62. ad Pomponium ait: *... concubitus, ipse complexus, ipsa con- ... & osculatio, & conjacentiam duo- ... & fœda dormitio, quantum dede- ... omnis confitetur?*

In Diœcesi Neapolitana reservatur ... parentes permittentes his verbis: *... & sponsæ post contracta sponsalia, & ... matrimonium legitimè celebratum, car- ... inter se copulam habentes: Nec non ... consanguinei, affines omnes, ac sin- ... eandem carnalem copulam, vel sponso- ... habitationem, & pernoctationem per- ...*

QUÆRES II.

2239 *Quid dicendum de conjugibus?*

Respondeo, oscula, & amplexus pressâ, & ... venerea, atque tactus impudicos intra ... conjugios, extra actum conjugii, non esse ... licita, si non sit periculum pollutionis. ... communis. Idque ratione status conjugii, ... tas per ad finem, nempè copulam. Esse tamen venialia, in quantum sunt ob solam delectationem exercita. Ob rationem *de num.* 2280.

QUÆRES. III.

2240 *An in delectatione venerea deliberata detur parvitas materiæ?*

Respondeo non dari. Castropal. *tom.* 1. *tr.* 2. *dis.* 2. *punct.* 10. *nu.* 4. Diana *p.* 5. *tr.* 5. *res.* 5. & Doctores communiter, qui oppositam sententiam improbabilem vocare solent. Et quidem eam damnavit Clemens VIII. in Officio S. Inquis. ut referunt *cit.* Auctores.

2241 Firma ratio intrinseca est, quam adducit, & refert Verricelli *tr.* 4. *qu.* 16. *num.* 17. Ut sequitur,

„ Hanc delectationem veneream, quan-
„ tumvis levem, esse inchoatam pollutio-
„ nem, ostenditur ex Galeno *lib.* 14. *de usu*
„ *partium cap.* 9. *&* 10. dicente, *delectatio-*
„ *nem veneream fieri ex motu humoris serosi,*
„ *qui est substantia, & materia seminis, cum*
„ *per venas, & arterias spermaticas, per mo-*
„ *dum hederæ protensas, à venibus, ad vasa*
„ *pudenda descendere incipit, & per commoti-*
„ *onem spirituum genitivorum incalescit tam-*
„ *quam per causam efficientem instrumenta-*
„ *riam*: Sed hoc totum spectat ad inchoatio-
„ nem pollutionis, & ad mollitiem à Regno
„ Dei excludentem, 1 *Corinth.* 6. quare (ut re-
„ ctè arguit Rebellius) ea venerea delectatio
„ suapte natura, & ex fine operis ordinatur
„ ad pollutionem, imò est inchoata pollutio;
„ totus autem motus pollutionis secundùm
„ singulas sui partes est mortalis, nulla enim
„ inchoatio actus mortiferi, etiam in aliis re-
„ bus, venialis est, sed mortifera, cujùsmodi
„ est inchoatio occisionis, rapinæ, furti no-
„ tabilis, &c.

2242 Et deinde concludit, oppositam sententiam esse improbabilem, falsam, erroneâ, temerariam, periculosam, ac scandalosam.

QUÆ-

QUÆRES IV.

2243 *An plenè advertens in se cogitationes, & motus pravos cum delectatione sensuali, si illis nec consentiat, nec positivè resistat, sed negativè, & permissivè se habeat, peccet, & quomodo?*

IN hac re, & materia perdifficili quidem, ac delicata, tres sunt sententiæ.

2244 Prima affirmat, eum peccare mortaliter, quamvis certò credat se non consensurum. S. Antoninus 1.2.*tit.* 5. §: *in fine*, Bonac. *de matr. q.* 4. *punct.* 7. Riccardus, Valentia, & alii apud Verricelli *tr.* 4. *q.* 17. *num.* 1. Cujus rationes sunt, 1. Quia si non teneretur sub mortali tales motus reprimere, posset sine mortali in magna delectatione venerea perseverare, 2. Quia tales motus ex natura sua ad pollutionem disponunt, 3. Quia qui tales motus permittit, illos interpretativè vult; unde sicut qui illos intendit, mortaliter peccat, *ex num.* 2198. ità qui illos interpretativè vult.

2245 Secunda sententia docet, non peccare mortaliter, sed venialiter, nisi adsit, & advertat periculum proximum consensus, aut pollutionis. Cajet. *in sum. ver. delectatio, vers.* Magna tamen, Diana *p.* 2. *tr.* 17. *res.* 33. Medina, Corduba, & alii apud Verricelli *cit. num.* 2. Sanchez *in sum. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. hanc vocat communem, & D. Bonav. *in* 2. *dist.* 24. *part.* 2. *art.* 2. *quæst.* 2. *num.* 75. quamvis primam sententiam teneat, hanc probabilem vocat.

2246 Huic sententiæ adhæret Tamb. *tom.* 1. *lib.* 10. *c.* 2. ut sequitur.

„ De hac re non ego loquar, sed Castro-
„ palaus *tom.* 1. *tr.* 2. *disp.* 2. *part.* 10. §. 5. *n.* 3.
„ (legatur Joannes Sanchez, qui fusè idem
„ probat *disput.* 21.) qui sic habet: *Et si su-*
„ *pradicta sententia affirmans esset peccatum,*
„ *quando voluntas non reprimit, mo*
„ *cet, cum possit, valdè probabile sit, tam*
„ *probabilior mihi videtur non peccare*
„ *taliter voluntatem, quæ non reprimit*
„ *turpes motus, sed mere negativè se*
„ *los habet, dummodo adsit periculum*
„ *onis, aut ulterioris gravis consen*
„ *hanc sententiam* Cajetanus, Nav
„ Toletus, Philiarchus, & alii plur
„ refert Salas. *Et licet ipse noluerit sua*
„ *tem declarare, satis insinuavit esse*
„ *sententia, ut legenti patebit.*
„ *Probabilissimam esse affirmat*
„ Sanchez, *qui hanc reputat probabil*
„ *rigore metaphysico, practice tamen*
„ *cit esse veram. Præcipua ratio, qu*
„ *vet, est, quia hujusmodi motus ana*
„ *veniunt ita ut omnes coercere*
„ *aliquos difficillimum. Non est igitur*
„ *dum de divina bonitate, salutem*
„ *hominum his periculis exposuisse*
„ *salus æterna cujuslibet hominis*
„ *riculo exposita, si, cum à natura*
„ *lum proclivis, arctatus sit, non*
„ *admittere hos motus, sed etiam*
„ *mere, cum possit; obligaretur sani*
„ *ponere non difficilia ad reprimendum*
„ *videat hos motus consurgere, eò*
„ *tali, vel tali modo decumbit,*
„ *cubitu abstinere, imò surgere, &*
„ *liter verberare; quod certè est*
„ *& pauci admittunt. Deinde*
„ *taliter, si non evitat casus, ex*
„ *gnoscit hujusmodi motus pravos*
„ *nam si post quam excitati sunt,*
„ *reprimere, à fortiori tenebitur*
„ *excitentur, tenebitur ergo*
„ *nam non alloqui, nec videre,*
„ *omittere, quæ in omnium*
„ *sunt, vel solum venialia.*
„ *menta contraria sententia*

Nec Castropalaus, qui respondet ad ... quæque argumenta, quibus fundatur prima sententia, quæ, si libet, lege. Illud fatetur cum communi, esse veniale (lege Joannem Sanchez, *loc. cit.* qui *num.* 3. nec esse veniale contendit) si, cum possis, non reprimas, neque excusationem habeas, cur non reprimas, quia negari non potest, illos motus esse deordinatos, & ad copulam incitare. Excusatio autem sufficiens esset ea, quæ esset necessaria, vel utilis tibi, vel alteri; ut audire Confessiones, legere, studere, urgere loqui cum fœmina, equitare; & multo magis excusabit timor, ne dum attendis volendum positivè reprimere, crescat malum: tunc enim, imò & semper quibuscumque tentationibus consultissimum remedium est, statim avertere cogitationem ad alia objecta non illicita, præsertim quæ maximè afficiunt: id enim tunc non tantum est negativè se habere, sed certè reprimere. Quæ omnia, & etiamsi prævideatur pollutio, sed non intendatur, nec sit periculum consensus, dicta à nobis sunt sa-... *lib. 7. cap. 3. §. 5. à n. 48.*

2247 Ita ex Castropal. *to. 1. tr. 2. disp. 2. punct. 12.* qui sic habet:

„ Notandum item est, si ob causam necessariam, vel utilem tibi, aut alteri non reprimas hujusmodi motus, quales sunt, audire confessiones, legere, studere, locutio cum fœmina, equitatio, timor incidendi in turpiores delectationes, vel gravius tentandi, nullum peccatum admittis, etiamsi adsit periculum pollutionis, modò adsit periculum consensus, quia hanc pateris has delectationes, non ... Filiuc. Azor *tom. 1. institutionum moralium, lib. 4. cap. 6. qu. 5.* Salas plures referens ... *tr. 2. tract. 15. disp. 6. section. 3. n. 31.* Sanchez *lib. 1. in Decalog. cap. 2. 12.* Vas-

„ quez *disp. 108. cap. 3. in fine*, Coninch. „ *disp. 34. de matr. dub. 21. num. 111.* Lessi„ us *lib. 4. cap. 3. dub. 14. num. 94. & dub.* „ *15. n. 118.*

2248 Rationem, cur adsit peccatum veniale, dat etiam Verricelli *cit. nu. 15.* his verbis.

„ Sentiens turpem motum cum delectati„ one, quamvis omninò certus sit nullum „ subesse periculum, neque consensus, neque „ pollutionis; tamen nisi aliqua causa excu„ setur (de qua infra) venialiter peccat, eos „ pravos motus non comprimens: ita om„ nes contra Jo. Sanchez *disput. 21. n. 3.* Ra„ tio est, nam talis motus, cum delectatione „ venerea, est de se inordinatus, & turpis, „ & ex natura sua allicit ad consensum, & di„ sponit ad pollutionem, saltem remotè; ergo „ tenetur voluntas eos positivè comprimere: „ tum quia id omnium fidelium sensus osten„ dit, qui passim se accusant de negligentia „ in resistendo: sed si motus esset sine ulla „ prorsus delectatione, tunc puto nullatenus „ de ipso curandum, ut rectè docet Joan. „ Sanchez, ubi supra, *nn. 18.* & infra pro„ babo.

2249 Ipse tamen Doctissimus Verricelli *cit. num. 4. ad 21.* tenet, hanc secundam sententiam esse probabiliorem absolutè loquendo, rarissimè verò tutam in praxi, ac proinde.

2250 Quantum ad primam partem, solvit argumenta in oppositum, dicens, tunc non reprimere motus illos turpes, & delectationem veneream non voluntariè procurata, esse materiam gravem, quando adest periculum proximum consensus, aut pollutionis. Nec ea disponere ad pollutionem, nisi remotè, si non sint voluntariè, & libere procurata. Nec aliquid dici interpretativè, aut virtualiter volitum, nisi quando quis potest, & tenetur impedire.

2251 Et Castropal. qui absolutè absque distinctione de veritate speculativa, & practica, secundam sententiam tenet, *tom. 1. tr. 2. dis. 2. punct. 10. §. 5. n. 4.* addit: *Admitto gratis, in contractibus idem esse judicium tacitè & expressi propter præsumptum consensum: at in peccatis nequaquam; nunquam enim tibi licèt aliorum peccata velle, licèt tamen illa non impedire; & Deus peccata permittit, non tamen illa vult.*

2252 Ibid. addit, mortale esse hos turpes motùs velle, aut procurare; quia sic sunt initium, & causa pollutionis; minimè verò illos non procuratos, nec volitos permittere. Et voluntatem non esse sub mortali obligatam impedire quamlibet pugnam appetitus sensitivi, sed illam, quæ sit talis, ut constituat voluntatem in periculo proximo ad consentiendum.

2253 Quantum ad secundam partem de veritate practica, Verricelli *cit. à num. 16.* inquit:

„ Dico septimò, in praxi rarò excusatur à „ peccato mortali is, qui veneris delectatio- „ nibus, ac titillationibus positivè non resi- „ stit, & comprimere negligit, vel saltem „ formalem displicentiam de illis non habet. „ Unde consultissimum, imò sæpe necessa- „ rium est, de his tamquam de dubio pec- „ cato se accusare ante sacram communio- „ nem. Ratio est, quia non resistens pravis „ motibus, & delectationibus, frequenter „ verè, & formaliter, nedum interpretativè „ consentit; non cognoscit autem se consen- „ sisse, quia actu reflexo non avertit con- „ sensum; unde tunc mortaliter peccat, non „ ex eo quia non resistit, sed quia verè, & „ formalissimè consentit; unde rectè docue- „ runt gravissimi Doctores, ut Joan. Gerson. „ Cancellarius Parisiensis, Gregorius de „ Valentia, Thomas, Sanchez, Sayrus, & Alphonsus Rodriquez, rem esse fatis[super]culosam, neque tutum esse communica[re] sinè confessione: referam in re tanti momenti verba Doctorum.“

2254 Alphonsus Rodriquez, *exam. spir. par. 3. tract. 4. c. 4. docet*, [ut] doctissimos viros latere, an subsit peccatum mortale; unde S. Bonaventura, in [sua] *disciplina* acriter reprehendit eos, qui verecundia putantes non esse mortale, omittunt hæc confiteri, & sæpe [sic] communicant.“

2255 Denique, tertia sententia tenet eum non peccare mortaliter, si [tan]tum quam displicentiam habeat, licèt [non] delectationem veneream non repellat, [aut] ejus causam removeat, dummodo [certus] se non consensurum. Ita plures Doctores D. Bonav. *cit.* relati, eique adhærens [Sanch.] *in sum. lib. 1. cap. 2. num. 13.*

2256 Hæc sufficiat ex gravissimis Doctoribus retulisse, nam plurium mentem [ex] gistrorum exemplo motus, in hac re [non] discipuli munere fungi, quàm Magis[tri].

2257 Illud certum est, eum peccare mortaliter, si adsis, & advertat periculum [con]sensus, aut pollutionis, [nec] credat se non consensurum in delectationem veneream, & pollutionem [pro]pterea ait Verricelli eodem [loco] quo quis tenetur pollutionem [non] tenetur etiam causas per se influentes illam auferre, nisi causa aliqua necessitatem excusat: *v. n. 2189.*

2258 Ad dignoscendum, quòd [sit] periculum proximum, primum signum [est] experientia, qua quis in simili commotione & delectatione positus, expertus est, [se] sæpius consensisse, aut pollutionem [con]tam esse Secundùm, si commotio, & delectatio sit gravissima, ac ità vehemens,

nonnullùm irritata, judicio prudenti advertit, ei esse proximam pollutionem. Ad hoc juvant etiam dicta de occasione proxima.

2259 In casu igitur periculi proximi, tenetur quis sub mortali positivè resistere, & pravos motus reprimere, utendo remediis, de quibus modo, *à n.* 2165.

QUANTUM AD SIGNA

2260 COnsensus præstiti, vel non ab eo, qui positivè non restitit, extra casum periculi proximi;

2261 Sed à viro prudenti [ut doctè innuit Vericelli] considerandæ quatuor, 1. Qualitas motus. An sit timoratæ, vel laxæ conscientiæ. 2. Qualitas delectationis venereæ. An fuerit levis, vel gravis; brevis, vel diuturna, actualis. An rationabilis, ut auditio Confessionum, studium &c. Vel irrationabilis, ut curiosus aspectus, turpis lectio, aut locutio &c. An aliquam ejus delectationis dederit, vel habuerit, vel nullam.

2262 Si persona est timoratæ conscientiæ, potius mallet mori, quàm fœdari; nunc cogitatio, motus parvus, & delectatio fuit levis, probabile est non fuisse consensum; quia vir timoratus haud ità faciliter in consensum ruit.

2263 Idem dicit, 1. Vericelli *cit. n.* 3. & 5. Si fuit gravis, & diuturna, causam tamen non removet ex rationabili motivo, ut studio necessario, auditione confessionum. Et tunc ob rationem probabilitatis, quòd non adfuerit consensus, non teneatur confiteri; consulendus, ut confiteatur.

2264 Idem etiam dicit, 2. Si causam non removit sine rationabili motivo; ut esset aspectus curiosus, lectio, &c. ipse tamen dederit aliquam delectationis habuit; *Quia dicit, aliquam quidem resistentia, quæ quamvis sit inefficax ad tollendam delectationem, efficax tamen est ad cohibendum consensum.* Ità ille cum Sanchez.

Et solùm dubium esse de consensu, & inde, quòd teneatur confiteri, si displicentiam non habuit.

Huic autem secundo dicto nullo pacto adhæreo; quia aliud est loqui de motu turpi, & delectatione naturaliter ortis, aliud de ortis ex causa libera, non necessaria, de qua *n.* 2189. ut est curiosus aspectus, lectio non necessaria, &c. tunc quidem, gravi motu turpi, & delectatione urgente, tenetur quis causam removere; quia cum nulla subsit ratio, quæ cohonestet non remotionem causæ, recurrunt dicta superius 2250. de delectatione libera, & procurata.

2264 Denique addit Vericelli *cit.*

Sic si diu restitisti, frustrà tamen, quia adhuc durant, experientia tamen didicisti eos pravos motus seipsis cessare; neque venialiter peccas, si non curas: ità S. Th. 22. *quæst.* 35. *art.* 1. *ad* 4. & in primam ad Corinthios, *cap.* 6. *q.* 6. Curiel. 1. 2. *q.* 74. *art.* 8 *dub.* 2. §. 3. *ibidem.* Pesantius *art.* 10. *disput.* 5. Azorius *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 6. *quæst.* Joan. Sanchez *in selectis disput.* 21. *num.* 11.

Qui etiam scrupulosus est, & scrupulis cruciatur, cum resistere nititur, & causam amovere; si resistere non curat excusandus est, & probabile est non consensisse. Ratio est, quia justissima causa non resistendi, aut causa delectationum non amovendi, est evitare scrupulorum cruciatum. Alia vide infra de requisitis ad peccatum mortale.

DE ARMIS AD PUGNANDUM
Contra tentationes carnis, & pravos motus.

2265 PRimò, est fuga occasionis initio pugnæ. Teste August. *serm.* 250. *de Temp.*

Temp. Apprehende fugam, si vis obtinere victoriam; nec sit tibi verecundum fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. Et Hier. *Epist. 22. Dum parvus est hostis, interfice.*

2266 Secundo, est fuga otii; otium namque est omnium libidinum seminarium. Hinc Ezech. *cap. 16.* dicitur: *Iniquitas Sodomæ, superbia, satietas panis, abundantia, & otium.*

Adeoque tunc quis animum alio divertat, aut se occupet in lectione librorum, vel operationibus, & exercitiis manualibus, &c.

2267 Tertiò, est implo ratio Auxilii Divini, & Intercessionis Sanctorum. Scriptum namque est Sapientiæ, *cap. 8. Cognovi, quod non possum esse continens, nisi Deus det: id circo adii Dominum, deprecatus sum illum.*

Imploret igitur Divinum auxilium. Se signet signo Crucis. Orationes jaculatorias ad Deum dirigat: *Confige timore tuo carnes meas, à judiciis enim tuis timui. Ne permittas me Domine à te separari.*

Ad Christum Crucifixum mentis oculos convertat: *Tu Domine Deus meus, & Jesu dulcissimè, pendes in patibulo, & eo voluptati operam dabo: Moriar, moriar priusquam te Redemptorem meum offendam.*

Ad Virginem confugiat, dicendo: *Sub tuum præsidium, & Virgo singularis, inter omnes mitis, nos culpis solutos, mites fac, & castos.* Ter signo Crucis in fronte, ore, & corde se signans, dicat: *Per Sanctam Virginitatem tuam, & immaculatam conceptionem tuam, & Purissima Virgo, munda cor, & carnem meam.*

Ad Angelum Custodem: *Angele Dei, qui custos es mei, &c.*

Ad Sanctos, maximè ad D. Hieronymum, oratione, qua ipse utebatur: *Timui incidere in opprobrium, si à carne superatus fuero: ergo Domine, ut hoc opprobrium à me auferas, & sime à carne tentari permiseris, non permittas succumbere.*

Quartò, est consideratio quatuor Novissimorum: *Momentaneum, quod delectat, æternum, quod cruciat.* Sint tibi in memoria hæc tria verbia, quæ tradit Verricelli: *Nunc, Statim, Nunquam: Nunc* possum peccare, *Statim* descendere in infernum. *Nunquam* inde exire.

Quintò denique juvant moderatæ pœnæ, mortificationes externæ, disciplinæ.

DELECTATIO MOROSA

2268 *Est delectatio deliberata de re turpi, quæ præcise consumitur in interiùs*, vel *est consensus voluntatis in illicitos appetitus sensitivos.* Unde dicitur morosa, non à temporis mora, quia enim potest consistat in actu interno, potest consumi in instanti; sed ex mora rationis, & deliberationis sufficientis, ut sit peccatum: nempe per longum tempus detineris in delectatione actus pravi, v. gr. copulæ, quam oppugnas, sed non plenè advertas ad malitiam grandem ipsius delectationis, nec plenè consentias, ea detineri, non erit delectatio morosa, nec peccatum mortale Omnino, *vide Illustrissimum* 2260.

2269 A desiderio differt, quia desiderium aut consensus in copulam illicitam, vel actus voluntatis efficax, qui consummatur tenditur in ipso opere externo fornicationis. Delectatio verò morosa de eadem copula, quam mente quis cogitat, sistit solùm, & consumatur interiùs, & non transit ad exequendum exequi id, de quo quis delectatur.

2270 Difficultas est, an in delectatione morosa explicari debeat in confessione persona, circa quam delectatio versata est, nempe, quòd sit conjugata, conjuncta, Deo

sum. Affirmat magis communis opinio; quia delectatio morosa habet ex natura sua conversionem in actum externum, ac proinde continet speciem malitiæ actus externi, v.g. adulterii, incestus, aut sacrilegii.

2271 Ita Cajet. 22. q. 154. art. 4. Rodr. tom. 3. c. 101. n. 3. Bonac. de matr. q. 4. punct. 8. n. 18.

2272 Probabile autem est, non esse explicandam circumstantiam personæ, sed sufficere si dicatur: *Delectatus sum toties de copula illicita illam cogitando, non desiderando.* Ita Vincentii quæst. 5. Castropal. tract. 2. disp. 2. punct. 10. §. 4. Diana part. 1. tract. 7. res. 18. Suarez, Reginal. Tannerus, & alii apud Verricellum, qui hanc opinionem probabilem vocant, dicentes, præter malitiam circumstantiæ, non habere aliam malitiæ speciem cum ipso opere.

Attamen (docte ait Verricelli) quia objectum delectationis morosæ non est opus externum, ut ponendum à parte rei cum promissione; sed est ipsa cogitatio operis, eoque quatenus cogitatum delectat; ergo cogitatio ipsa non sit injuriosa conjugi, vel aut consanguineæ, &c. non habet ea respectu malitiam adulterii, aut incestus, &c.

2273 Tum quia in tantum id debet explicari desiderio, & gaudio copulæ illicitæ, quia desiderium est voluntas efficax actus externi venerei, qui desideratur; & gaudium est voluntas efficax approbativa actus externi venerei patrati, ac proinde specificantur ab actu externo; delectatio verò mere est voluntas ineffica x, quæ sistit, & concluditur in sola interiora delectatione, sine conversione ad actum externum, ac proinde non habet eadem species causa.

2274 Confirmatur, quia delectatio morosa solùm tendit in actum venereum mente conceptum, minimè in circumstantiam personæ conjugatæ, &c. adeoque solùm contra castitatem opponitur, & sola castitas per eam violatur, minimè jus conjugatæ, conjunctæ, aut Sacræ; & consequenter delectatio morosa non variatur specie ex variatione personarum, nisi tendat in personam, seu opus externum, ut subest formaliter illi circumstantiæ, putà si quis delectaretur de copula, ut est copula conjugatæ, sacræ, *&c. v. numer.* 2286.

2275 Idem est dicendum de aspectibus, quorum delectatio venerea sistit solùm interiùs, & non transit exteriùs ad desiderandas mulieres, quæ affectu venereo aspiciuntur. In tactibus verò impudicis, & osculis, explicanda est circumstantia personæ tactæ; quia sunt actus externi, adeoque per eos non sistitur in sola delectatione interna.

2276 Delectatio verò de copula sodomitica, contrahit speciem malitiæ sodomiæ in confessione explicandam; quia est de copula innaturali, quæ est extra genus copulæ naturalis.

2277 Ligatus voto castitatis, si morosè delectetur, debet circumstantiam suæ personæ explicare, quia peccat contra votum: *ut in num.* 1855. De conjugato affirmat Vasquez, quia in matrimonio præstatur fides conjugi non collocandi corpus, nec mentem in aliena. Negat Castropal. *tom.* 1. *tr.* 2. *disp.* 2. *punct.* 10. §. 4. *num.* 4. Diana *part.* 5. *tract.* 13. *res.* 99. Gaspar. Hurtadus, & Verricelli *tract.* 4. *quæst.* 5. *num.* 5. quia quòd in matrimonio præstetur fides de non collocanda mente in aliena, etiam sine desiderio procedendi ad extera, non probatur: ita ille.

LECTA-

DELECTATIO COPULÆ CUI LICITA?

2278 PEndet ex hoc principio: *cui est prohibitus finis, sunt prohibita media*, seu: *cui non est licita operatio, non est licita voluntas inde derivata*: & è contra: *cui non est prohibitus finis, non sunt prohibita media, &c.* hoc præmisso.

2279 Conjugati morosè delectantes de copula præterita, vel de copula cogitata ut præsenti, in absentia alterius conjugis, absque periculo pollutionis, non peccant mortaliter, sed venialiter; quia in statu conjugii non est prohibita copula, ita nec ejus delectatio.

2280 Peccant autem venialiter; quia opus conjugii ob solam delectationem exercitum, est peccatum veniale; nam opus conjugii est à natura institutum ad duos fines, ad procreandam prolem, pro conservanda specie, qui est finis principalis, & ad sedandam libidinem; qua ratione nullum peccatum committit, qui opus conjugii exercet ob delectationem, si eam ordinet ad procreationem prolis tanquam finem principalem; peccat tamen venialiter, qui ob solam delectationem illud exercet, quia exercet more brutali, pervertendo ordinem à natura institutum; & consequenter voluntaria, & deliberata cogitatio, quam habent conjugati de copula præterita, si non habeat aliud motivum, nisi solam delectationem, non potest à veniali excusari: *v. in prop. 9.* ab Innoc. XI. *damn.*

2281 Vidua morosè se delectans de copula præterita habita in statu conjugii, peccat mortaliter; quia viduæ hic, & nunc in statu viduitatis est prohibita copula, ita & delectatio de copula. Eadem ratione peccant mortaliter sponsi de futuro, si delectentur de copula futura, licèt enim talis copula non mala in ratione effectus, & ut ab operante procedet; est mala in ratione objecti, objectu ejus, cui objicitur, si objicitur in hoc & tempore, quo sit ei prohibita; hac ratione pollutio nocturna involuntaria non est peccatum, & delectatio voluntaria de illa mortalis.

2282 Diana *p. 3. tr. 5. resp. 77.* Bonac. Tamb. cum multis tenent, 1. Viduam licite gaudere posse de copula conjugali præterita & desiderare futuram; sic pariter desponsatus desponso; nullo tamen modo in præsenti delectari: quod intelligunt de puro delectationis, minimè de desiderio conjuncto cum aliquo affectu actuali malo, vel de desiderio, quod sit causa efficax pollutionis, & de quibus non prout confunditur cum delectatione, sed prout coincidit cum approbatione; quia idem sit gaudere de copula conjugali præterita, ac eam approbare. Ratio est, quia delectatio morosa ex se influit in libidinem, & motus sensuales parit; non sic approbatio, & purum desiderium, 2. Licitum esse ob pollutione naturali nocturna, & involuntaria non delectari, sed de ea habita gaudere, & aliquem honestum finem nempè ad sedandas, vel ob sedatas tentationes carnis, ad exonerandam, vel ob exoneratam naturam ob sanitatem, &c. quia talis pollutio neque objectivè est mala, nec gaudens, & placens, non gaudet, & placet de pollutione, sed de sanitate: idem dicit de desiderio. Id de pollutione negant Sanch. & Rodriquez in Summa, quia pollutio est objecto mala.

2283 Id certum est, nullo pacto pollutionem nocturnam, & naturalem procurare, etiam ad sanitatem obtinendam, quia tunc esset voluntaria in causa, & ab initio eo mala.

2284 Si die Sabbati delecteris de comestione carnis, aut illam desideres, præcisa per intellectum, seu non intellecta die Sabbati, non peccas: quia separas malitiam, dum præscindis circumstantiam prohibitionis, seu lex quæ est prohibitio. Peccas verò, si desideres comedere carnes pro die Sabbati, etiam si eodem retractata voluntate non comedas; quia tunc non præscindis, sed concernis circumstantiam diei Sabbati: in primo in quam dies Sabbati habet rationem temporis, qui exstat, & sit actus desiderii; & ideo non transfundit malitiam in actum, quia concomitanter se habet in 2. se habet ut terminis se habens ex parte objecti, ut ejus circumstantia, & ideo transfundit malitiam in illum.

2285 In qua re datur regula: in objectis malis, quia prohibitis, de iis per se consideratis delectari non est peccatum mortale, nisi delectatio fiat de re ipsa, in quantum prohibita, quia malis, ut est adulterium, homicidium, &c. quia in primis potest objectum participari à malitia, non sic in secundis.

2286. Complacentia, seu delectatio de re peccaminosa, est peccatum, & contrahit eandem speciem, & qualitatem malitiæ objecti: verò sit de modo, aut aliqua circumstantia in se non peccaminosa, v. gr. de dexteritate, industria, inventione &c. in furando, &c. non est peccatum mortale, & aliquando neque veniale.

DESIDERIUM REI ALIENÆ

2287 Est peccatum contrahens malitiam injustitiæ, furti, si fit de re alienanda obtinenda via illicita, & cum damno domini: secus si videns v. gr. vestem Petri, simplex desideres, vel eamdem emptione, donatione, aut alia via licita obtinendam. Decem namque præcepto prohibentur in concupiscentia, quæ septimo præcepto prohibentur in facto; unde eo prohibetur deliberata voluntas aliena usurpandi, retinendi, aut damnum inferendi.

Scotus *in 2. d. 42. q. 4. lit. L. in 3. d. 15. q. un. lit. H. in 4. d. 15. qu. 2. litt. LL.* Mastrius *in Theol. mor. disp. 11. q. 7. & q. 8. num. 151.* Joan. la Crux. *p. 87. 6. præcept.* Bonac. *to. 1. pag. 265. pag. 366. pag. 377.* Tamb. *tom. 1. pag. 183. & 297.* Busem. *lib. 3. tr. 4. cap. 2.* Diana in pluribus locis, Castrop. Verricelli *cit.* Clericatus *cap. 118.*

DE VII. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non furtum facies.

CAPUT I.

De Justitia, & Jure.

2288. DE jure pro lege sumpto dictum est, cum de legibus, modò jus *est potestas legitima ad aliquam rem obtinendam, vel retinendam, aut ad aliquam functionem faciendam*: est duplex in re, & ad rem. Jus in re *est illud, quod per ipsam rei traditionem acquiritur.* Jus ad rem *est illud, quod aliquo justo titulo habetur ad rem, ut ejus traditio fiat.* Jus in re dat actionem in ipsam rem, ità ut habens jus in re, habeat actionem ad eam sibi vindicandam, à quocumque possideatur. Jus ad rem dat actionem in personam, ut rem, quam v. gr. vendidit, donavit, &c. tradat. Præcipua juris species est dominium.

DOMINIUM

2289 EST *facultas disponendi de re tanquam sibi subjecta*: est duplex, jurisdictionis, & Proprietatis: Dominium jurisdi-

jurisdictionis *est potestas gubernandi sibi subditos, præcipiendo, prohibendo, præmiando, vel puniendo.* Dominium proprietatis, *est facultas de re aliqua disponendi tanquam sua.* Hoc est duplex, plenum, seu perfectum, *& est facultas libere, & licitè disponendi de re etiam in proprium commodum, & quoad omnes usus, à lege, vel conventione non prohibitos.* Imperfectum, *est illud, quod, vel habet proprietatem rei sine fructibus*, & dicitur dominium directum, *vel habet fructus sine proprietate*, & dicitur dominium utile. Tale habet usufructuarius, verbi gratia domus, fundi, &c. cujus habet tantùm usum, & fructum; rei tamen dominium residet penes ejus dominum directum.

2290 Ususfructus *est jus utendi re aliena, & percipiendi ejus fructus salva ejus substantia.* Sic usufructuarius est maritus respectu dotis uxoris, cujus dominium, & proprietas penes uxorem, aut ejus filios residet.

2291 Jus utendi, *est facultas utendi re aliena non tamen percipiendi fructus, & salva ejus substantia.* Hinc qui habet jus utendi equa, ea uti potest ad arandum, at non potest de ejus pullo disponere; qui verò habet ejus usumfructum, potest utrumque; unde usufructuarius disponere potest de fructibus rei tam pro se, quàm pro aliis, vendendo, donando, &c. non sic usuarius.

2292 Usus facti, *importat nudum usum rei, absque jure, aut dominio utentis.* Differt ab usuario, quia usuarius habet jus utendi, ita ut si ab usu rei impediatur; potest illum ex justitia exigere; non sic, qui habet simplicem usum facti. Ita Religiosi omnes in particulari. Franciscani verò tam in particulari, quàm in communi habent simplicem usum facti, sicut volucres cœli circa res, quarum pro sustentatione proprie [illegible] muntur, v. gr. in cibo, potu, ac vestitu parari potest usus à dominio, ut [illegible] Franciscanis, qui quidem possunt [illegible] ad manducādum, at non possunt [illegible] ponere, alteri vendendo, donando, imò usum, quem habent, dependenter voluntate domini habent, qui est Sum Pontifex, qui in se dominium suspre mosynarum, & rerum omnium pro necessitatibus sublevandis à fidelibus [illegible] nistratis.

2294 Jure naturæ omnia sunt c nia. Unde dominia fuerunt introd distincta jure gentium post Adæ pecc ut sic pax, & humana societas con retur.

USUFRUCTUARIUS

2295 NOn potest usumfructu sensu proprietarii dom dere, aut alio modo alienare; quo at, illum amittit, & proprietario *l. Si usufructu vers. & si extraneo, jure dotium*; quia est jus pers rens, quod inde non potest in alium ferri, aliàs posset usufructuarius fe juveni concedere; quod est in præ proprietarii.

2296 Quamvis autem usufructu nari non possit, potest ejus commod utilitas alienari; & sic licitè usufru fructus vineæ vendit; quia id non est re usumfructum, sed fructum vineæ, que emptor fructum vineæ percipit, nomine proprio, sed usufructuarii ac Castrop. *de justitia tr. 32. disp. un. punct 3. num. 4. & 5.*

2297 Fructus pendentes, & non lecti per usufructuarium in ejus vita,

sit generis, sive naturales, sive industriales, sive civiles, ad proprietarium spectant, vel *Si usufructuarius 13. ff. quibus modis ususfruct. amitt.* Franch. *dec.* 168. Ant. à Spir. Sanct. *de jure, & dom. tr.* 10. *disp.* 2 *sect.* 3. de Molin. & Sanchez.

2298 Difficultas est de fructibus maturatis, & non exactis; pro quibus quidem variant Doctores, qui tamen distinctione conciliantur.

Vel enim sunt naturales, & percepti. Et hi ad usufructuarium spectant, & ejus hæredes, ex Fagundez, *l. defuncta, ff. de usufructu*, Castillo *de usufructu, cap.* 77. *num.* 9. Antonel. *de temp. leg. art.* 46. *num.* 9. Salon. *in leg. divortio num.* 22. In hujusmodi namque fructibus tempus perceptionis metitur, & quòd sint à solo separati per usufructuarium, aut per alium nomine, ipse Antonel. *cit. num.* 5. Castillo *cit. num.* 4. Quidem docet, etiam si fructus essent perceptioni, & recollectioni proximi, *ex l. Aristo*,

2299 Vel sunt fructus civiles, qui de die in diem percipiuntur. Et isti etiam ad usufructuarium spectant, ejusque hæredes post ejus mortem, ita ut possit eos alteri cedere, donare, & in testamento, aut alio modo de illis disponere. Bald. *c.* 1. *in fine de pace ten. in ord. feud.* Franch. *dec.* 168. *num.* 11. *& Add.* num. Peregrinus *art.* 49. *num.* 100. In hujusmodi namque fructibus non attenditur tempus à solo, sed solùm cessio obligationis, ita ut id, quod in naturalibus operatur separatio, in civilibus operetur cessio obligationis. Et sicut in naturalibus tempus separationis attenditur, ita in civilibus tempus, quo incipiunt deberi; cum igitur contractu inito fructus debeantur de die in diem, de die in diem usufructuario cedunt; adeóque licet non essent pro illa rata temporis exacti, usufructuario acquiruntur, ejusque, accessionis hæredum lucro pro illa rata temporis cedunt. Usufructuarius, inquam, est verus, & realis fructuum maturatorum dominus; unde cum prædicti fructus sint maturati tempore illius dominii, pro eo remanent non exacti, & pro ejus hæredibus, eo mortuo.

DOMINII PROPRIETATIS ACQUISITIO.

2300 AD acquirendum dominium rei, quæ antea nullius erat, sufficit sola ejus apprehensio; quia quod nullius est, *jure gentium* occupanti conceditur. *Sic animalia ferocia, & sylvestria, quæ antea nullius fuerunt, vel si alicujus fuerunt, naturalem libertatem recuperarunt, fiunt primò occupantis, sive in proprio fundo capiantur, sive in alieno. Non tamen animalia de se mansueta, & domestica: ut gallinæ, columbæ, anseres domestici, & fera usu mansuefacta; hæc enim licèt longius aberrent, quandiu retinent consuetudinem redeundi, sunt sui domini, eique restituenda, si capiantur.*

2301 Columbaria est licita, adeóque ad nil tenetur dominus pro columbarum cibo.

2302 Feræ, & volucres venatione captæ in fundo alieno, sunt capientis, quia nec sunt pars fundi, nec ibi suam naturalem libertatem amiserunt, ac proinde nullius sunt, & ita primo occupantis. Si autem redditus fundi consistat in venatione, non sunt capientis, sed domini fundi.

2303 In venatione, si fera, aut volucer sit ita leviter vulneratus, ut fugere possit, tunc, si alius eum fugientem capiat, est capiétis; quia naturalem libertatem non amisit. At si vulneravit, quantum satis fuit ad capiendum,

& vulnerans esset eum fugientem insecuturus, & sine dubio capturus, est vulnerantis, nec alius potest illum prævenire, quia adest moralis certitudo comprehensionis. In dubio, an qui vulneravit, esset capturus, est capientis, quia censetur suam naturalem libertatem habere. Si verò ita laqueo sit irretitus, ut fugere non possit, tunc, si alius eum dissolvat, non est dissolventis, sed ejus, qui laqueum paravit, quia per suum instrumentum eum quasi manu apprehendit: & volucer naturalem suam libertatem amisit.

2304 Thesaurus *est vetus depositio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum habeat.* Si inveniatur casu in fundo proprio, est inventoris; si in alieno, dimidium est inventoris, & dimidium domini fundi. Si inveniatur arte magica, totus est Fisci Regii in pœnam delicti, sed post sententiã. Si in loco publico, vel sacro, dividi debet cum fisco, vel Prælato, cujus est locus. Si non casu, sed data opera quis sine licentia domini effodiens eum inveniat in fundo alieno, tenetur totum reddere domino deductis expensis. Hæc de jure naturæ, communi, & canonico, atque in foro conscientiæ. Pro foro autem externo attendendæ sunt pragmaticæ, & consuetudines propriæ Regnorum, quæ solent totum principi concedere.

2305 Sciens, in alieno fundo esse thesaurum, potest fundum communi pretio sine ullo onere emere; quia thesaurus non est pars fundi, nec vendito fundo spectat ad dominum fundi. Adducit Tambur. paritatem de Pharmacopola, qui emere potest vili pretio fascem lignorum, ubi adesse cognovit herbam pretiosam communiter ignotam. Nec obstat lex unica, *Cod. de thesauris*, quòd thesaurus in alieno fundo inventus dividendus sit, ut dimidium sit domini fundi, quia supponit eum dominum fundi, tempore, quo fit inventio thesauri. Cabrer. 6. 32. *dis. un. punct.* 17. Tamb. to. 1. l. 4. *c.* 1. §. 3. Qui plura, & fusè.

2306 Ad acquirendum autem dominium rei, quæ antea alicujus erat, requiritur semper titulus, & regulariter traditio; liquibus casibus in jure expressis non requiritur traditio, ita 1. In beneficiis Ecclesiasticis sufficit sola collatio, & acceptatio. 2. In donatione, aut venditione factâ Reipublicæ, Civitati, aut locis piis, 3. In legato. 4. In hæredibus.

2307 Titulus, in quo fundatur dominium rei, quæ antea alterius erat, est communi, & humano est multiplex, ut est bellum, præscriptionis, conjunctus alicujus contractus civilis.

BELLUM

2308 QUando justum, dictum est n. 103. In bello justo bona mobilia sunt immobilia, sunt Principis; secundum jure gentium sunt capientium; jure autem civili sunt priùs ponenda in communi, & postea à Capitaneo dividenda militibus juxta merita, ut sic animosiores fiant, & adsit consuetudo, ut unusquisque, quod capit, retineat; vel ut mobilium pars sit Principi, aut communitati.

2309 Excusantur milites triremium navim Turcarum ascendentes, aliique se surripiunt; nam Princeps non præsumitur irrationabiliter invitus, sed potius præmittere ad animandos milites qui pro eo periam exposuerunt vitam; eo maximè quòd major pars illi cedit. Hinc Duces videre sciunt, & dissimulant; expressè autem non concedunt, ne libertate militari, licentia nata, omnia pro se surripiant. Bonac. *de contract. q. 2. p. 4. n. 9.*

2310 Co-

2310 Cæterum praxis est, ut quidquid ex una parte superiori navis, vulgo *sopra coverta* sit militum.

2311 Repressalia sunt licita, si certò constet civibus unius regionis esse illatum damnum civibus tuæ regionis quod non possit alia via compensari.

2312 Si bellum sit injustum, bona capta per illud non sunt restituenda, non communia, sed propriis dominis, si fieri possit.

2313 Bellum sit ex utraque parte injustum, tamen inde capta non sunt restituenda, sed compensantur. Alarius *lib. 7. ver. Bellum*, 4.

2314 Bellum putatum justum constet postea fuisse injustum, tenentur ad restituendum ea, quæ extant; aut in quæ facti sunt ditiores, si non extent.

2315 In bello justo, licet hostes, quos innocentes putas, aggredi; quia ipsa aggressio est licita. *Sotus.* Non licet tamen eos ex insidiis occidere; licet verò spoliare, aut quæ ad debilitandum hostem, nec est onus restitutionis.

2316 Mobilia, imò & immobilia in bello capta, si compensationem damnorum excedant, non sunt restituenda, sed retineri possunt punitionis titulo. Molina *disput.* 2.

2317 Urbis fidelium non debet in prædam dari, nisi id necessarium judicetur ad perficiendum bellum, ad milites animosiores reddendos, & hostes terrendos. Molina *disp.* 2. Et tunc ea in prædam data, omnia bona possunt diripi, etiam innocentium; quia cum urbis belli non tenetur illud discutere, sed ipsa Urbs hostis præsumitur. Cajet. *ver. Bellum vers.* 4.

2318 Bona Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum non possunt diripi, nec occupari; quod si fiat, sunt restituenda, & reparanda damna; quia non sunt membra Reipublicæ temporalis, nec hostes, ac inde ob delictum Civitatis, aut Principis, eorum bona occupari non possunt. Occupari tamen possunt victualia intra Monasteria deposita ab hostibus.

2317 In bello justo licet Urbem incendere, si aliter capi non potest, quamvis multi innocentes cum nocentibus occidantur; quia non directè occiduntur. Sotus *de just.*

2318 Item possunt à Principe repeti expensæ pro recuperatione factæ.

2319 Hostibus victis licitum est tributa imponere in compensationem, aut pœnam.

2320 Obsides, vulgo *Ostaggi*, si sint de numero nocentium, violata ab hostibus fide possunt occidi. Vict. *num.* 55.

2321 Capti in bello justo possunt fugere, at non possunt dominis insequentibus vi resistere.

2322 Post adeptam victoriam, non licet innocentes occidere; fiunt tamen servi capti in bello cum infidelibus.

2323 Clerici, & Religiosi possunt sacramenta ministrare. Item urgente necessitate mœnia, & portas custodire; imò ad id in repentino bello tenentur, *ex cap. Si venit.* At non licet propria manu pugnare, nisi se defendendo: *v. num.* 723.

„ 2324 Si aliqui ad Ecclesiam confugiant, „ ut inde pugnent, possunt à præliantibus ex „ adverso invadi, occidi, & extrahi, quin „ violetur immunitas; quia illi inde pugnantes se reddiderunt immunitatis exortes: ita „ Mendo *num.* 7.

Similiter si Princeps sit Clericus, potest ex justa causa indicere bellum, milites congregare, ad pugnam incitare, & alia requisita parare; at non potest propria manu pugnare.

2325 Licitum est bellum indicere hæreticis ob solam hæresim, in quantum turbant pacem Ecclesiæ, & Reipublicæ. Barbaris: ob barbariem. Infidelibus, si immolent innocentes, aut humanas carnes edant, vel si fidei Prædicatores nolint admittere, vel eis transitum ad alias provincias denegent. Et Idololatris ob solam idololatriam, & juris naturæ violationem. Ita Mendo *in Epit. num.* 10.

2326 Miles peccat mortaliter, si fugiat, aut suam stationem relinquat, etiam si instet vitæ periculum; nisi nulla sit spes, ut possit conservari.

2327 Militi ægrotanti debetur stipendium.

2328 Capitanei non possunt titulo, compensationis pro stipendio dimidiato, aut malè soluto, tot militum ficta nomina scribere, quot sufficiunt ad supplendum stipendium. Arsdekin *tom. 2. p. 2. tr. 6. quæst. 1.* contra Lessium, quia est contra regulas compensationis, ob maximum, & evidens damnum Reipublicæ, & Patriæ, quæ inde periclitari posset.

2329 Arsdekin *cit. duo notat*, 1. Principem Fermensem aliquibus Patribus Societatis respondisse, non esse faciendum scrupulum Capitaneis ob quatuor, aut quinque *plagas mortuas*, 2. *Usu in militia recepto Capitaneis concedi locum mortuum pro duobus, aut tribus famulis, & unum pro signifero, & si famulos alios non habeat.*

At hoc secundum notatum non est componendum cum primo; quia esset defectus notabilis militum, circa quem non posset rationabiliter præsumi indulgentia Principis.

2330 Non possunt Commissarii capitaneis, & militibus aliqua oppida onerare, ut ab alus, quæ se redimunt, pecuniam accipiant. Arsd. *cit. qu. 6.* Quia teneretur [illegible] tiam distributivam servare, ut æqua[illegible] tum fieri potest, loca graventur; [illegible] tem ob pecuniam ab aliis acceptam [illegible] reliqua loca gravarentur, quod est [illegible] nisi pecuniam illam in gravatorum levi[illegible] impendant.

2331 Pabulatio non est licita in [illegible] & aliis in terra non hostili, amico[illegible] licet, aut subditorum ejusdem Princ[illegible] si pabula sufficientia advehantur, aut [illegible] sint emi, quia non plus juris habet [illegible] aliena pascua, quàm ad alienum pa[illegible] Lessius.

Si autem pabula, quæ ducuntur, [illegible] ciant, & non possint ob inopiam [illegible] vis non desint, qui dicant, adesse [illegible] consuetudinem liberè pabulandi, [illegible] pro utilitate Provinciæ bellum [illegible] quantum hoc onus sit commune, [illegible] pensetur emolumentis perceptis, & [illegible] piendis, ut refert Arsdekin, *cit. q. 7.*

2332 Rectius dico cum eodem [illegible] ta est pabulatio ratione extremæ [illegible] qua omnia fiunt communia; cum [illegible] men, ut cum primum exequi potest, [illegible] compensatio illi, qui enorme damnum [illegible] passus; ratio est, quia extrema [illegible] transfert absolutè dominium in indigen[illegible] in rebus ordinariis, quæ purum bonum [illegible] vatum alterius concernunt; in rebus [illegible] extraordinariis, seu magni pretii, non [illegible] fert absolutè dominium, sed solùm [illegible] ut indigens sublevetur; quod obtinet [illegible] test per mutuum, aut accommodatum, [illegible] tionem præstat æquitas, & prudentia, [illegible] um moderatrix legum, quæ nec sinet [illegible] ob extremam necessitatem indigentis [illegible] pauperentur familiæ; hoc namque [illegible] grave Reipublicæ damnum; inde est [illegible] bonum publicum, quod privato præva[illegible]

Qui

QUÆRES.

2333 *An merces, & bona mobilia extraneorum inimicorum, quæ reperta fuerunt intra terram captam hostium, possint jure belli incorporari.*

Certum est ex dictis, jure belli justi bona capta hostium, sive mobilia, sive immobilia, incorporari, & ipsos hostes captos fieri servos, aut captivos, si sint Christiani. Ubi præmisso.

2334 Dico non posse incorporari, si constet de bona extraneorum, sed reddenda eorumdem dominis. Molina *dis.* 121. *Con.* 3. quia Rex nullum habet jus in illos, cum eorum partes Reipublicæ inimicæ.

Unde, si putans invincibiliter esse hostium bona fide incorporaverit, deveniendo postmodum, quòd sint bona extraneorum, tenetur dominis restituere bona, quæ extant, aut, in quo factus est ditior.

Veniet illa scienter ementes tenentur restitutionem, uti ementes à fure. Quod si non constet, possunt emere; quia ad finem spectat considerare, an sint bona aliena.

PRÆSCRIPTIO,

2335 Seu usucapio, *est acquisitio dominii rei alienæ per possessionem ejus certo temporis spatio legibus definito continuatum.* Ad cujus præscribendum rem tres conditiones requiruntur, 1. *Bona fides*, ut quis probabiliter putet rem esse suam, seu nesciat esse alienam. Unde ex Reg. 2. de Regulis juris, *Possessor malæ fidei nullo tempore non præscribit.* 2. *Titulus*, saltem probabiliter præsumptus, v. gr. successionis, donationis, emptionis, &c. 4. *Continuatio possessionis per certum tempus à lege præscriptum.*

2336 Pro mobilibus, ut sunt vestes, pecunia, animalia, naves, &c. requiritur tempus trium annorum cum titulo, & bona fide. Nisi sint res furtivæ, de quibus infra.

2337 Pro immobilibus, ut sunt prædia, domus, &c. inter præsentes, qui scilicet in eadem civitate, aut territorio habitant, requiritur tempus decem annorum cum titulo. Inter absentes, qui scilicet in diversis territoriis habitant, tempus viginti annorum, si adsit titulus. Rectè addit Pirhing. *lib. 2. tit. 26. §. 2.* Quòd si præscribens sit per partem temporis præsens, per partem absens, sit servanda proportio absentiæ, & præsentiæ; ita tamen, ut anni absentiæ duplicentur, adeoque, si qui rem immobilem usucapit, sit per quinque præsens, reliquo tempore absens, quindecim anni ad eam præscribendam requirantur.

2338 Res furtivæ, & res vi possessæ nunquam præscribuntur, nisi purgato vitio, ita ut non solùm ipse fur, sed neque quivis alius secundus, aut tertius bonæ fidei possessor, qui ab eo quovis titulo accepit, usucapere potest; quia res est vitiosa, & infecta.

2339 Vitium rei purgatur dupliciter. Primò, per reditum rei ad dominum; si enim res ad suum dominum redeat, potest postea ab alio bonæ fidei possessore tempore ordinario usucapi. Secundò, per bonam fidem, & tempus longissimum, videlicet triginta annorum. Et ita qui rem à fure, aut à vi possidente, bona fide accepit, & maximè tertius, qui non à fure, sed ab alio bonæ fidei possessore accepit, potest rem illam præscripere, minimè tempore ordinario, sed extraordinario triginta annorum, *ex l. omnes, & leg. sicut rem, Cod. de præscript. 30. annorum*, Card. de Lugo *tom. 1. de just. dis. 7. sect. 8.*

2340 Qui idem probabiliter docet *n.* 151. de ipso fure, quòd possit rem illam præscribere

bere tempore triginta annorum post bonam fidem supervenientem. Potest enim fuit advenire bona fides, puta si confessarius putatus doctus ei diceret, se potuisse licite rem illam accipere, tunc inciperet esse possessor bonæ fidei, & ex tunc inciperet præscribere, non quidem tempore ordinario, sed extraordinario; vitium namque intrinsecum rei obstat ad præscriptionem ordinariam, minimè ad extraordinariam longissimi temporis cum bona fide. De Lugo *cit.*

2341 Res immobiles sine titulo, sed cum bona fide, tam inter præsentes, quàm absentes, præscribuntur tempore triginta annorum, si sint privatorum. Pirhing. *cit.* Hæc de rebus privatarum personarum.

2342 Contra Principem, Fiscum, & Ecclesiam, pro immobilibus requiritur majus tempus, de quo Juristæ, de Lugo, & Pirhing. *cit.* fusè.

Contra Ecclesiam Romanam pro immobilibus requiritur spatium centum annorum contra Ecclesiam inferiorem spatium quadraginta annorum. Pro mobilibus sufficit idem tempus trium annorum, quia pro illis nulla Ecclesia habet privilegium, Can. *ult. & penult. 16. qu. 3.*

2343 Quibus positis conditionibus, si postea compareat dominus, non potest rem ab eo, qui eam præscripsit, repetere quia jam translatum est dominium; quæ lex præscriptionis introducta est jure civili in pœnam negligentum, & ne rerum dominia diu incerta, ac suspensa remaneant, ut sic consulatur paci, & obvietur litibus, ob quod bonum publicum Princeps, qui habet potestatem disponendi de rebus privatorum ob bonum commune, legem præscriptionis constituit. Fagnanus *lib. 3. c. si quis num. 53.*

2344 Qui sunt dominii incapaces, uti Religiosi, non possunt circa res corporales præscribere. Item res sacræ non possunt præscribi. Servitus non potest præscribi, sicut verò à servitute mancipii præscribitur spatium annorum viginti. Debita præscribuntur per spatium triginta annorum *num. 244.*

CONTRA ONUS MISSARUM

2345 PRobabilius mihi est contra Sacerdotem quòd non possit dari præscriptio. 1. Quia sicut onus missarum non potest contra Sacerdotem præscribere, quatenus patitur æquitas, ut qui bona fide putat se servum, advertens se non esse servum, servitute perduret; ita nec Sacerdos hæres potest contra onus Missarum præscribere, quatenus pietas Christiana non patitur ut animæ defunctorum in Purgatorii tribus detentæ, omnino destituantur auxiliis illis, quibus ipsæ in hac vita, antequam ipsis consuluerunt, & Sacerdotes, ut videtur, inde gaudeant, unde ipsæ plorant. 2. Quia ex jure res pupillaris durante statu pupillari præscribi non potest, anima in Purgatorii, quoad suffragia eis debita, pupillæ, quia sicut pupilli ob defectum statutis non valent; unde sicut negligentia, aut carentia tutoris non potest præjudicium pupilli, ita nec negligentia aut carentia hæredum, &c. in detrimentum animarum; adeoque contra eas non datur præscriptio, nam præscriptio est introducta in pœnam negligentium jus propriorum; negligentia autem negligentium potest imputari hominibus, cum alia voce clamare non valeant, ut si illa Job *c. 19. Miseremini mei, &c.*

EXEMPLUM PRÆSCRIPTIONIS

2346 SUnt novem anni, quo Petrus bona fide, & titulo successionis

dominum quamdam, & percipit fructus, quos scit esse Pauli præsentis, ad quid tenetur?

Puto teneri restituere domum, quia non fuit elapsum decennium, item & fructus illos ultimos qui non compleverunt decennium, si extent, aut id, in quo ex illis locupletior est ditior; non tenetur autem restituere fructus priorum seu annorum priorum, quia cum eorum sit elapsum tempus triennii, jam sunt præscripti; tenetur inquam restituere fructus triennio infra, minimè à triennio supra: si verò sit elapsum decennium, ad nil tenetur, quum domum præscripsit, & fructus, proinde acquirit, ex re sua acquirit: *v. à num. 1538.*

CONJUNCTIO

2347 Rei unius cum re alterius potest contingere quatuor modis. Per alluvionem, adjunctionem, confusionem, commixtionem.

ALLUVIO

Duplex, *Latens*, qua pars fundi unius insensibiliter fundo alterius adjungitur. *Patens*, qua pars fundi unius vi fluminis in agrum fundum transfertur. Augmentum fundo factum per latentem alluvionem, est ejus, cui adjungitur; per patentem, est ejus, cujus erat.

Insula per alluvionem de novo nata. Si sit nata in alto mari, quod sub nullius dominio est, est primi occupantis. Si in medio fluvio duorum dominia dividente, dividitur inter eorum dominos. Si in eodem fluvio, sed propè meum agrum, est tuum. Si propè agrum tui vicini, est illius.

ADJUNCTIO

2348 Est, qua res unius adnectitur rei alterius, ut si pars vestis unius consuatur vesti alterius, seu gemma unius annulo alterius. Adjunctio est rei, quæ discerni potest, & separari; aliàs erit confusio, vel admixtio.

Res adjuncta est domini, cujus erat, eique restituenda, quia discerni potest, & separari.

Ædificia, & plantæ solo alterius bona fide adjuncta, sunt domini fundi; qui tamen tenetur solvere expensas. At si mala fide adjunxisti, nil tibi debetur.

CONFUSIO

2349 Est, qua res unius rei alterius conjungitur, ita ut non possit discerni pars, quæ unius sit, & non alterius; ut cum vinum unius miscetur cum vino alterius; lana unius cum lana alterius, ex quibus, pannus intexitur. Si confusio est facta casu, aut de consensu utriusque domini, est res dividenda pro rata. Si est facta uno volente, altero nolente, aut nesciente, res est ejus, cujus est major pars, cum onere reddendi æstimationem partis materiæ alterius; quia pars minor erit accessoria, ac proinde sequitur principalem. Idem dic de pretiosa pictura in vili tabula alterius: tunc inquam tenetur pictor reddere pretium tabulæ, Econversò si pictura sit vilior. Si sint æquales, resolve ut modò de admixione, *num. 2353.*

ADMIXTIO

2350 Est, qua res unius conjungitur rei alterius, ita ut quamvis possit physicè pars unius assignari, non potest faciliter dignosci. Ut cum triticum, aut pecunia unius miscetur cum tritico, aut pecunia alterius.

Si admixtio est facta casu, vel de utriusque domini consensu, est res dividenda pro rata.

Si

Si est facta uno volente, altero nolente, aut nesciente; tres regulas tradunt Doctores. Tamb. *tom. 1. lib. 8. tract. 3. cap. 3. §. 4. à num. 16.*

2351 Prima est. Si pars, quam admisces, sit notabilis, & animum expressum habuisti non acquirendi dominium cumuli; cumulus in tuo hordeario non erit in tuo solo dominio, sed utriusque, & teneris restituere ex cumulo pro tua; quia dominium non acquiritur sine voluntate acquirendi.

2352 Secunda. Si pars sit notabilis, & voluntatem habuisti acquirendi dominium, tunc eris dominus totius cumuli, ita ut res alterius per conjunctionem transierit in tuum dominium, ut non tenearis eam in individuo restituere; quia ita te habes, ac si rem alterius v. gr. frumentum consumpseris, aut pecuniam expenderis; unde solùm teneris ad æquivalens, uti quando rem alterius consumis. Idem dic, si eam voluntatem nec includis, nec excludit; quia tunc ad est voluntas implicita.

2353 Tertia. Si pars alterius cognosci faciliter potest, sed non separari sine totius destructione, ut si filis aureis tuæ vestis sint immixta, & intexta fila argentea alterius, tunc videndum est, quod sit principalius, *ut innu.* 2349. Si partes sint æquales, tunc potior est ratio nolentis, aut nescientis; qui tamen, si rem pro se eligat, tenetur ad æquivalens. Semper verò favendum est rei, ne destruatur. Ita Tamb. *cit.* Vide infra *tit. Causæ excusantes à restitutione.*

JUSTITIA,

2354 Quæ est præcipua virtus ex quatuor Cardinalibus, definitur: *Constans & perpetua voluntas jus suum unicuique tribuendi*: dividitur in legalem, distributivam, & commutativam, *legalis est, quæ inclinat ad observantiam legum, quæ bonum commune ordinatæ: distributiva inclinat ad distribuenda subditis bona communia, nempe honores, dignitates, & præmia proportionem meriti, & conditionis; commutativa est, quæ inclinat ad parem & conservandam æqualitatem rei alterius inter bona privata privatorum.* Legalis ordinat partes ad totum, distributiva totum ad partes, commutativa partem ad partem in mutuis commerciis humanis; & hæc justitia propriè dicta habens pro objecto strictum, nempe jus proprietatis, & rei æqualitatem arithmeticam dati, & accepti; distributiva verò solùm respicit æqualitatem geometricam, quæ inter proportionem versatur, intendens præmium, aut munus juxta proportionem meriti, & conditionis personæ; unde sola justitia commutativa violetur, onus restitutionis parit; secus autem distributiva, si violetur, non aut nisi restitutionis ratione sui, sed ratione virtutis commutativæ si ei sit adjuncta.

EXEMPLUM

2355 Si quis mille aureos relinquat in monte Pietatis detentis diversis pauperibus juxta cujusque inopiam, tunc illi incumbit distribuendi cura, formam justitiæ distributivæ servare tenetur, hoc modo, ut pecuniam non nisi puellis detentis distribuat, & tali forma, ut ea portio pecuniæ, quam una puella accipit ad pecuniam alteri tradendam, quæ caritur inter inopiam unius, & alterius; justitiæ ratio sit habenda; quòd si distributor talem non servet proportionem, committit justitiam distributivam peccat simul, & contra commutativam, ob pecuniam, quæ ei competebat ex donatione alterius; cum ea ordinator hanc proportionē in distributione

habuerit, perinde est, ac si singulis cer-
tis peccatis summam assignasset: ita Ma-
sius.

Soto in 1 d. 17. q. 2. litt. LL. in 3. d. 34.
art. 1. litt. L. in 4. d. 15. q. 2. M. d. 46. q. 1.
Bon. 3. Mastrius in Theol. mor. disp. 3. q. 1.

CAPUT II.

De Contractibus,

1358 CContractus *est pactum, ex quo ultro, citroque oritur obligatio*, seu *est reciproca consensus duorum, aut plurium signo externo expressus*: alterius partis definiente consensu, nullus est contractus.

1359 Contractus est invalidus, 1. Si contrahentes sint inhabiles, aut si eis non concedatur libera administratio suorum bonorum, ut si eis resistat jus positivum; unde nulli contrahunt Religiosi, filii familias, videlicet sunt sub patria potestate, & non sint emancipati, uxores, furiosi, prodigi, pupillus pubertati proximus, & minor non habens curatorem, contrahentes sine tutoris, aut curatoris authoritate, valide contrahunt in suum commodum, minimè in suum commodum; alterum sibi obligant, sibi non se obligant.

1358 Secundò. Si contractus celebretur sine solemnitate substantiali à lege requisita illa defectu irritante; imò tunc contractus est invalidus, etiam si fuerit initus cum ignorantia solemnitatis: hinc matrimonium contractum cum aliquo impedimento dirimente, etiam ignorato, est nullum; quia talis solemnitas, & conditio à lege requisita, se tenet ex parte formæ contractus, forma autem est de essentia rei, seu contractus; adeóque sine illa etiam ignorata res subsistere non potest.

1359 Tertiò. Contractus initi ex metu gravi injustè incusso ab alio homine ad finem eos extorquendi, sunt invalidi jure naturæ, etiam si interiùs, qui metum passus est, consensum habuerit; & consequenter per eos non transfertur dominium, aut usus. Villalobos, Diana, Leander, & alii contra Castropal. & de Lugo: ratio non est, quia deficiat libertas, & consensus; quia sicut eum non tollit metus gravis justè incussus, ita nec injustè incussus: sed ratio est, quia si contractus meticulosus esset validus jure naturæ, ex injustitia oriretur justitia, quod implicat; obligatio inquam, quæ est actus justitiæ, oriretur ex contractu per injuriam extorto, adeóque injusto. Tum quia, qui per metum gravem injustum contractum extorquet, si ex eo aliquid habet, tenetur sub mortali id statim restituere, etiam ante sententiam judicis, quod non esset verum, si contractus non esset invalidus jure naturæ.

1360 Dices, ex commu. doctrina baptismus, & cætera sacramenta, matrimonio excepto (de quo in num. 1649.) validè suscipiuntur, non obstante metu gravi injustè ab alio homine incusso ad finem illa extorquendi.

Resp. disparitatem esse; quia Sacramenta (matrimonio excepto) non sunt radices, nec actus justitiæ, nec inducunt obligationem justitiæ, sed religionis, aut alterius virtutis; & ideo ad eorum validitatem non requiritur consensus, qui sit contractus, sed sufficit consensus liber, & voluntarius simpliciter, sicut ad meritum, & peccatum, qui consensus stat cum coactione, & metu gravi explicato: contractus verò est radix justitiæ, & ex eo oritur obligatio justitiæ, unde ad illum requiritur consensus, qui sit contractus, qualis non est consensus coactus, sed perfectè voluntarius, & liber; nam coactio, & injuria, cum sit actus injustitiæ, non potest causare consensum, qui sit radix justitiæ.

2361 Clericis, & Religiosis est prohibita negotiatio per se ipsos, minimè facta per alios; quia *Clement. 1. de vita, & honest. cleric.* opponit particulam *personaliter*, tum quia si fiat per alios, non habetur distractio ad terrena, quæ est finis legis.

Negotiatio est, *cum quis rem sibi comparat eo animo, ut integram, & non mutatam cariùs vendendo, vel permutando lucretur.* Quæ est valde distractiva, & indecens, & ideo prohibita clericis.

Non est eis prohibitum, si emant pecora, quæ pascuis suis saginata vendant; vel si greges alant, ut fœtus, lac, lanam vendant, quia vendunt fructus suorum prædiorum, aut suarum rerum. Nec si emant agrum cum fructibus immaturis, eosque vendant. Nec si id, quod ad proprios usus emerant, postea mutato, consilio, cariùs vendant: ita Busem.

2362 Contractus validus obligat in conscientia, & si lædatur, ad restitutionem.

2363 Contractus alii sunt nominati, qui habent proprium titulum, seu nomen, ut emptio, mutuum, &c. de quibus modo; alii innominati, qui proprium titulum non habent, sed explicantur his verbis: *do, ut des: facio, ut facias: do, ut facias: facio, ut des.*

De vi, metu, dolo, aut errore in contractibus, *vide num.* 1645. *ad* 1668.

PROMISSIO

2364 Est actus, quo quis sponte, & liberaliter pollicetur alteri aliquid dare, vel facere. Promissio vera, & libera, quæ non est simplex propositum, seu ostensio animi, & voluntatis aliquid faciendi, sed qua unus alteri obligatur, idque ostendit per signa externa, & in materia licita, pariter & donatio, si fit acceptata, obligat in conscientia, & sub mortali, si materia sit gravis. Scotus *in* 4. *d.* 28. *qu.* 1. contra plures tenet non peccare mortaliter, sed solùm mendacem, & infidelem. Non obligat ante acceptationem, etiam si sit Ecclesiæ, nisi sit facta Deo per votum, quia obligatio ex alterius parte non sit dependet, nec obligat promissio mera, terna; quia contractus obligatorius debet se signis externis expressus: *v. dist. 88. mento, & voto.*

DONATIO

2365 Est *datio liberalis, seu translatio dominii alicujus rei mobilis per justitia in alium*; quod si non fiat liberaliter, sed pro retributione, erit *venditio*, aut pro alio *commutatio*; si fiat solo verbo officio, & sit acceptata, dicitur imperfecta, si fiat verò cum rei traditione, dicitur perfecta, & transfert dominium in re. Non acceptationem potest revocari, etiamsi sit facta per publicum instrumentum.

Conditio impossibilis, aut turpis apposita, habetur pro non adjecta.

2366 Donatio omnium bonorum inter vivos, est invalida jure civili; quia efficit prodiga, & privat potestate testandi. Sed facta Ecclesiæ, non potest jure civili impediri. Mendo *verbo Donatio, num. num.* 2362.

2367 Donatio non solùm acceptata, sed etiam tradita, revocari potest ex jure civili in pluribus casibus, & 1. Donatio facta inter vivos, ob enormem ingratitudinem donatarii, nimirum si donatarius atrocem injuriam donatori intulerit, si eum verberaverit, si scienter grave damnum in ejus bonis intulerit, aut si inopia laborantem non alerit; donatarius autem non tenetur ad restitutionem, nisi post sententiam, quia hæc est pœna, unde ingratitudo debet à judice probari.

Secundo

2368 Secundò, donatio facta causa mortis potest à donatore usque ad mortem revocari, sicut legatum, & testamentum; quia omnis implicitam conditionem, *nisi revocet*.

2369 3. Si donatio facta à patre fuit tanta, ut non relinquat filiis, quantum petit legitima eorum portio, dicitur inofficiosa, hoc est contra officium pietatis; & hæc si est facta extraneis filiis, revocatur tantùm usque ad legitimam aliorum; si sit facta extraneo animo defraudandi filios, revocatur tota. Si non sit facta animo defraudandi filios, vel sit pia Ecclesiæ, aut causæ piæ, revocatur usque ad filiorum legitimam.

2370 Si verò donatio facta à Patre, aut avo, non excedat id, de quo disponere potest, non tenetur filius in partitione hæreditatis illud computare; quia talis donatio terminatur morte. Imò si sit donatio remuneratoria, quæ facta extraneo valeret, etiam filio valet, nec indiget morte confirmari. *Ita, ver Peculium*, Mendo *ver. Filius*, num. 10.

2371 4. Si donatio facta à Rege enormi damnum lædat; potest ab ipso, aut successore revocari, 5. Prole carens, si magnam partem bonorum donavit, revocare potest, superveniente prole.

2372 Donationes inter vivos inter conjuges sunt prohibitæ à jure, cujus ratio est, *ut mutuus amorem conjugalem sine pretio foveant*. Valent tamen, 1. Si fiant causa mortis, 2. a tempus soluti matrimonii, 3. si causam piam, aut sint remuneratoriæ, 3. si non donet marito causa dignitatis obtinendæ, aut publici muneris exercendi, 4. Si maritus condonet dotem, aut faciat contradotem, seu ob justam causam augeat uxoris dotem. Vel si aliquid annuum, aut mensale det uxori ob vestimenta, & alias necessitates, Vel si ingrediatur Religionem, & in ea profiteatur, 5. Si sit dives, & modicè donet.

2373 Donatio inter sponsos de futuro valet, si non fiat in tempus futuri matrimonii.

1374 Qui invalidè matrimonium contraxit, potest, quæ donavit uxori, revocare; quia ex errore, & motivo matrimonii donavit; debet tamen compensare damnum pudoris.

Vide *num.* 1892. *largit. mun. à num.* 990. *& to.* 2. *num.* 130, *ad num.* 136.

Scotus *in* 4. *d.* 30. *q.* 1. *litt. B. & E. dist.* 15. *q.* 2. *lit.* 1. Mastrius *in Theol. mor. dis.* 4. *qu.* 1. *&* 2. Joan la Cruz 7. *præc. pag.* 103. Bonac. *tom.* 2. *pag.* 556. *pag.* 744. Tamb. *tom.* 2. *pag.* 244. 255. Busem. *lib.* 3. *tr.* 5. *cap.* 3. Diana *p.* 1. *tr.* 8. Clericatus *c.* 145, *n.* 17. 18. Mendo *ver. donatio.*

MUTUUM,

2375 QUod secundum nominis Ethimologiam idem est, quàm, *de meo tuum sit*, definitur: *contractus, quo rei numero, pondere, vel mensura constantis dominium, & usum à mutuante in mutuatarium usque ad certum tempus transfertur, cum obligatione restituendi eamdem, vel similem in specie, & bonitate.*

2376 Commodatum est, *quo usus alicujus rei alicui gratis conceditur sine translatione dominii.* Qui usus, si precibus petenti conceditur, dicitur *Precarium.*

Qui pecuniam alicui commodat, non ad usum, sed ad pompam, potest lucrum accipere; Clericatus *cap.* 83. *num.* 16. quia non est mutuum, nec accommodatum; sed locatio materialis pecuniæ.

2377 Depositum est, *quo aliquid alteri custodiendum traditur sine usu, sive cum pretio, sive sine pretio.*

2378 Locatum est, *quo alicui traditur usus*

alicujus rei sine translatione dominii ad tempus, sed adhibito aliquo pretio annuatim solvendo. Qui dictum usum rei, v. gr. domus, concedit, dicitur locator? qui eum recipit, dicitur conductor.

2379 Emphyteusis est, *contractus rei immobilis, cujus tantùm dominium utile seu indirectum transfertur in accipientem retento directo apud concedentem, cum pacto certæ pensionis proprietario annuatim solvendæ in recognitionem domini directi.* Qui accipit, dicitur *Emphyteuta*; qui concedit, *Proprietarius.*

2380 Feudum est, *contractus rei immobilis, cujus tantùm dominium utile, seu indirectum transfertur in accipientem, retento dominio directo apud concedentem, cum onere non aliquid solvendi, sed exhibendi directo domino fidelitatem, & obsequium personale* Unde feudum differt ab emphyteusi, solùm, quia in hoc debetur pensio realis, in illo fidelitas, & obsequium personale; feudum concedendi solet Vassallo à Principe ob ejus merita, aut præclara gesta, & si concedatur hæreditarium, transfertur ad hæredes. Qui concedit dicitur, *infeudator*, qui accipit, *feudatarius.*

2381 Emphyteusis, & feudum differunt à locatione, 1. Quia locatio, seu conductio fieri potest tam de re immobili, quàm mobili; illa verò solùm de immobili, 2. Quia in locatione nullum dominium, sed purus usus rei transfertur; in illis verò transfertur dominium utile, 3. Quia emphyteusis fit ad longum tempus, quod non sit minus decennio ex jure; locatio verò fit ad brevius tempus, alioquin erit emphyteusis. Differunt à venditione, & emptione, quia in his transfertur omne dominium rei tam directum, quàm indirectum; in illis verò solùm dominium indirectum, seu utile. Denique differunt à libello, quia contractus libellarius dicitur ad libellum dicitur, quando Emphyteuta, vel feudatarius rem, quam in emphyteusim, vel feudum accepit, simili contractu tradit tertio, adeoque dicitur subemphyteusis, & subfeudum, ad quod, si ad id necessarium fiat, requiritur consensus domini directi.

2382 Si res conducta absque culpa conductoris aliquo casu fortuito reddatur inutilis, non tenetur conductor solvere pensionem, nisi pro rata temporis, quo ea usus est. Si superveniat sterilitas, & sit tanta, ut colonus nihil recipiat ex prædio conducto, liberatur à pensione; si sit parva, non tenetur ob considerationem; si sit magna, diminuendi pro rata pensionem, nisi aliud conventum sit; vel nisi sterilitas unius anni compensari possit fertilitate alterius anni, quæ observari solet in locationibus ad plures annos. *Sterilitas* tunc dicitur esse, quando deficit æstimatione expensarum, & seminum, vel non supersunt fructus, qui sufficiant ad solvendam dimidiam pensionem.

2383 Conductor, si ob justam, & ingentem causam sit coactus rem conductam relinquere, v.gr. ob pestem, &c. ante tempus determinatum supervenientem, non tenetur integram pensionem solvere, sed pro tanto temporis, quo ea usus est.

2384 Potest conductor ante tempus determinatum expelli, si re conducta abutatur, damnificando, vel meretrices adducendo, aut aliud turpe ibi exercendo cum scandalo, aut si domus reparatione indigeat, remittendo pensionem pro rata, & demùm, quando debitam pensionem non solvat.

2385 Si res perit in mutuo, mutuans perit; in depósito autem, accommodato, locato, deponenti, accommodanti, & locanti perit, quia res domino perit, nisi pereat per depositarii, &c. aut nisi sit depositarius ex

officio; qui in omni eventu tenetur ad
dum: unde, si latro simul te spoliet veste,
habes accommodatam, & pecuniâ,
habes mutuam, teneris restituere pe-
non vestem. De culpa vide infra de

396 Pignus, *est contractus, quo alicui tribuitur ob majorem crediti securitatem.* habet rationem depositi in gratiam differt ab hypotheca, quia *pignus* de re mobili, *hypotheca* de re immobili, ut domus, &c. quæ obligatur creditori, manet apud debitorem.

397 Non potest quis uti pignore, sicat depósito, nisi de consensu expresso, vel domini; quia pignus datur ad securi-& depositum ad custodiam, non ad

398 Habens in pignus prædium, si illud meretur, deductis expensis, & laboribus, computare in sortem principalem quia res domino fructificat. Excipi, 1. Pignus datum pro dote, quia mari-fructus ad sustinenda onera matri-2. Si pignus sit res feudalis, & detur dominium directum; quia res do-fructificat. Vide quid restituendum, *bus sit bonæ fidei.*

399 Item excipitur contractus *à godere*, danti Petro pecuniam ad fruendum, Petro domus pariter ad fruendum, pecunia tibi reddatur, non teneris domus in sortem principalem com-sed potes illis frui, usquequo pecunia reddatur; requiritur tamen, ut pro pe-data sit tibi lucrum cessans, aut alius ex dicendis, alioquin erit usura, ex mutuo; quia circa pecuniam dominium utile distinctum à dire-non sit ex se fructifera. In rebus au-in quibus datur dominium utile à dire-cto distinctum, licitus semper est contractus *à godere*, quia est quidam contractus locationis; unde licitè Petrus dat Paulo domum ad habitandum, & Paulus Petro viridarium ad fruendum; tunc namque Paulus uti conductor domus dat pro annua pensione Petro fructus viridarii: *v. n.* 2493.

2390 Si quis verò pecuniâ, quam depositam habet, ludat, & lucretur, non tenetur lucrum restituere; quia est fructus merè industrialis.

2391 Fidejussio, *est contractus, quo quis suo periculo suscipit alterius fructum, aut debitum, præstiturus ipse, aut soluturus, si alter non faciat.*

Principali non solvente, non tenetur fidejussor in conscientia solvere, donec per viam justitiæ exigatur; quia talis præsumitur animus fidejubentis.

Et creditor prius debet in judicio agere contra debitorem, nisi sit manifeste non soluturus, aut fugerit.

Fidejussore solvente, tenetur debitor ei solvere, & compensare damna ratione fidejussionis secuta.

Obligatio fidejussoris transit ad hæredes. Bonac. Mendo *ver. Fidejussor*: *v. n.* 1839.

Fidejussor esse non potest, qui non habet bona, aut qui non habet administrationem suorum bonorum. Unde fidejubere non potest Religiosus, nec mulier nupta, quæ neque potest fidejubere pro marito. Auth. *Si qua mulier*. Clericatus *c.* 145. *n.* 19.

Nec minor, Imò si minor contrahat, invalidus est contractus; nec fidejussio, si adveniat, tenet. Mendo *cit. n.* 9. *v. n.* 2357.

Scotus *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 2. *litt. K*, Mastrius *disp.* 4. *quæst.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 4. Bonac. *tom.* 2. *à pag.* 680. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 9. *tract.* 4. 6. & 7. Clericatus *à cap.* 78. *ad* 88. Mendo *ver. Fidejussor*.

USURA

2392 E*St lucrum quæsitum ex mutuo vi mutui.* Quod est iniquum, cum mutuans acquirat lucrum ex re non ampliùs sua. Tum quia pecunia numerata non est pretiosior numeranda; nam (ait Scotus) pecunia non est ex natura sua fructifera, sed solùm ex industria utentis, qui in mutuo non facit suam industriam esse alterius: *vid. in propos. 41. ab Innoc. XI. damn.* Hinc usura est mala, ac prohibita jure naturæ, & divino. Ezech. *cap. 18. Ad usuram non commodaverit*; & Lucæ 6. *Mutuum date nihil inde sperantes.* Dicitur: *vi mutui*; quia si lucrum accipias non vi mutui, sed aliquo justo titulo, qui contingat in mutuo, non committes usuram.

TITULI JUSTI LUCRI IN MUTUO

2393 PRimò, *ratione damni emergentis*, exigi potest licitè lucrum, quia beneficium alteri præstare cum tuo damno, est pretio æstimabile, & dignum compensatione. Requiritur, ut damnum timeatur rationabiliter eventurum, & quòd lucrum taxetur arbitrio prudentis experti, juxtà probabilitatem damni. *Exemplum damni emergentis.* Si, ut mutues centum, quæ pro emptione vini mense Octobris paraveras, cogaris mense Februarii illud cariùs emere, diceris pati damnum in illo majori pretio.

2394 Secundò, *ratione lucri cessantis*; quia à proxima negotiatione se abstinere in gratiam mutuatarii, est pretio æstimabile; nam cessat lucrum, quod inde speratur.

Tres conditiones requiruntur. 1. Ut lucrum cessans sit in spe certa, aut probabili proxima; quod evenit, quando pecunia est negotiationi applicata, aut proximè applicabilis. Non sufficit lucrum in potentia remota; quia est nihil tam in re, quàm adeoque non est vendibile.

2. Ut in mutuante sit vera voluntas ad negotiandum, ut verum sit dicere: *eximè possem, & vellem negotiari, sed facio in gratiam mutuatarii*, quia tunc proxima respectu recusantis æquè ac si non esset. Si recuses negotiationem velis mutuare petituris, sic dispositis non essent, qui mutuum peterent, negotiationem, exigendo lucrum, usuram; quia tunc vis mutuum cusando negotium, & sic lucraris Si verò sis ità dispositus, ut si non mutuum peterent, verè velles negotiationem, potes exigere lucrum; quia sas in gratiam mutuatarii, & verè est causa, ut lucrum cesset.

3. Ut non exigatur, nisi quant spes lucri cessantis, deductis expen riculis. Unde si lucrum est certum gere æquale. Si sit spes probabilis, igere minùs lucro sperato juxta nem prudentis experti; quia spei crandi centum non valet centum. regulam dat Lessius, videlicet, ut mittas mutuatario de lucro cessante, tum dedisses pro contractu assecu lis lucri sperati; unde si speres, quo craturus quindecim centum, pro assecuratione solveres quinque, mutuatario exigere decem. Praxi est, ut exigantur septem pro centum.

2395 Si habeas duas portiones unam in cassâ otiosam, alham negot expositam, aut proximè exponibile si mutues otiosam, & lucrum exig ram committis; secus si mutues negoti destinatam. Quia ex hac, non ex crum cessat.

2396 Tertiò, *ratione periculi*,

...ficiam proportionatum judicio experti. Tutius est, quod accipias tantum, quanto alterum similem negotiationem assecuturus, videlicet tria, aut quatuor pro centum quolibet anno. Si tutum pignus accepis, cessat periculum.

2397 Quartò *ratione fidejussionis*; quia potest tertius suscipere onus assecurationis mutui, & inde lucrum assecurationis mutuatario exigere; ita potest in se suscipere ipse mutuans, quod onus assecurationis sit pretio æstimabile. Potest tamen mutuans offerre pro assecuratione sui mutui, non potest obligare mutuatarium ad eligendum ipsum, & non alium in fidejussorem; quia omne onus pretio æstimabile circa mutuo ex vi mutui est usura: hæc autem usura est mutuare obligando mutuatarium ad remutuandum: *v. de societate. 2418.*

2398 Quintò, *ratione gratitudinis*, licet mutuans sperare, etiam si illud speres, & animum habeas ipsi mutuatario manifestes. Scotus *in 4. dist. 15. q. 2. litt. O.* quia non accipiendo mutui, sed titulo gratitudinis, qui est actus virtutis; & illud sperans, speras licitum. Non licet autem illud exigere tanquam debitum ex gratitudine, quia tunc mutuatarium obligares, & non relinquis omnino liberum, ut in primo casu; adeóque opponis vi mutui.

Si verò ultrà ostensionem animi de spe gratitudinis, adhibeas preces importunas, ut ingratum non apprehendere facias mutuatario mutuum, & amplius non mutuaturum, si non sit gratus: vel si deducas gratitudinem in pactum, ut dicas; *Do tibi mutuum cum pacto, ut si mihi gratus*; usuram committis, quia preces importunæ causant involuntarium: sic pactum tollit rationem gratitudinis, quæ est sola obligatio naturalis, & inducit obligationem justitiæ: *vide num. 1220. & in propos. 42. ab Innoc. XI. damn.*

2399 Sextò, *ratione pœnæ conventionalis*, ut mutuatarius solvat, ver. gr. quinque pro centum, si tempore præfixo non reddat mutuum; quia in contractibus pœna justè imponitur inconstanti, & licet cuilibet se servare indemnem. Requiritur autem, quòd si in mora culpabili; unde si differatur solutio per hebdomadam, aut reverà mutuatarius sit impotens, excusatur à pœna, nisi factus sit impotens, quia prodigè vixit, futuram moram prævidens.

2400 Septimò, *ratione contractus innominati, do, ut des.* Exemplum: Petrus dat tibi centum hoc pacto, ut si moriatur intra decem annos, tu nihil ei, ejusque hæredibus reddere debeas; si autem vivat, tenearis reddere illa centum, & alia centum, nempè decem pro singulis annis; licitus est contractus, quia par est utriusque periculum amittendi, & spes lucrandi; hic autem non est contractus mutui, sed ludi sortis, qui est licitus.

2401. Octavò, *ratione promissionis, & obligationis mutuandi*; licitè potes lucrum à mutuatario accipere, si te illi obliges ad mutuandum, quando voluerit. Pasqual. *99. mor. canonic. centuria 3. pag. 3.* Tamb. *tom. 2. lib. 9. tract. 1. cap. 3. §. 2. num. 5.* Molina, Toler. & alii. Ratio potissima est, quia obligatio, quam quis in se suscipit ad mutuandum, ex una parte est gravamen distinctum, & separabile à mutuo; nam regulariter datur mutuum sine obligatione mutuandi; ex alia parte est pretio æstimabilis, adeóque licitè vendi potest. Quòd sit pretio æstimabilis, probatur ratione insolubili: Si mutues obligando mutuatarium ad remutuandum, ex communi, & certa doctrina, usuram committis, non alia ratione, nisi quia obligatio ad remutuandum est gravamen à mutuo distinctũ

pre-

pretio æstimabile: *v. num.* 2414. Igitur obligatio ad mutuandum est gravamen distinctum à mutuo pretio æstimabile; & consequenter, si est verum, quòd usuram committas, si hujusmodi obligationem mutuatario imponas, verum esse debet, quòd usuram non committas, si lucrum exigas, ex quo hujusmodi obligationem in te suscipias.

Quæ obligatio assumpta est tanti oneris, vt si ex vna parte quis requirat ab alio pecuniam ad licitam negotiationem cum probabili pingui lucro, v.gr. de triginta pro centum; & ex alia parte, is, cui se obligavit ad mutuandum, petat mutuum, & ille aliam pecuniam non habeat; tenetur negotiationem rejicere, & mutuare petenti, non obstante longè majori lucro cessante; alioquin peccaret mortaliter, & teneretur ad restitutionem præteriti lucri, quod fortè à mutuatario ratione hujus tituli recepit; vnde si se obligando talem animum non habeat, sed oppositum, contractus erit usurarius, & mutuum palliatum: *v. num.* 2394.

Tum quia unus ex titulis, quo per plures Sacerdos pro Missa justè stipendium accipit, est obligatio, quam assumit ad Missam applicandam pro hac determinata persona, cum posset pro alia. Item potes aliquid exigere pro promissione, qua te obligas alicui ad quid intra annum vendendum.

2404 Ex hoc titulo lucrari potes quinque pro centum quolibet anno, quia tanti à prudentibus æstimatur obligatio suscepta mutuandi; quæ accipi possunt pro rata parte singulis mensibus; quod etiam contingere potest, quando mutuum accipitur ad menses.

2405 Totum corroboratur ex Montibus Pietatis, ubi deponentes pecuniam ad mutuandum, possunt licitè exigere à Monte quinque pro centum pro singulis annis, ex hac obligatione, quam in se suscipiunt mutuandum. De quo modo.

2404 Non potes lucrum exigere: Ex *voluntate mutuandi*; quia licet non [illegible] gatus ad dandum mutuum, supposito quòd rogatus, aut misericordia motus, mutuum dare, obligaris ex lege [illegible] non faciendam misericordiam virtute loquitur Scot. *in 4. dist. 15. q. 2. lit. T.*

2405 Item non potes lucrum exige- *obligatione non repetendi mutuum* [illegible] *certum tempus*; quia quando vendis [illegible] tionem non repetendi mutuum usque tum tempus, nil vendis, nisi tempus, non est tuum. Tum quia concessio [illegible] temporis est mutuo intrinseca: *v. n.* [illegible] *ab Alexan. VII. damn.*

9. RATIONE MONTIS PIETATIS

2406 MOns Pietatis, *est summa [illegible] pecuniæ, vel tritici, [illegible] muni posita, destinata ad mutuandum [illegible] tibus, capitali salvo.* Tres habet conditiones. 1. Ut mutuum detur ad certum tempus. Ut mutuatarius det pignora [illegible] apud administratores, quæ, mutuatario fixo tempore non solvente, vendantur, retenta à Monte portione sibi debita, qua ipsi mutuatario reddita. 3. Ut mutuarius pro rata pecuniæ mutuatæ, & tempus quid solvat singulis mensibus pro Monte conservatione domus, & Montis.

2407 Montes Pietatis sunt duplicis generis, alii sunt erecti ex eleemosynis [illegible] liberè donatis, & legatis ad effectum mutuandi pauperibus, seu indigentibus, [illegible] est Mons magnus Panormi. Alii verò [illegible] fectum eleemosynarum sunt erecti [illegible]

Debitores apud ipsum depositis ad finem mutuo indigentibus; tales sunt plures Monti à sanctæ memoriæ Summi Pontificis.

2408 Mons utriusque generis exigere potest à mutuatariis duo, aut tria pro centenario, quantum sufficiunt, ut servetur indemnis, quæ inserviunt pro laboribus, & stipendiis Ministrorum, ac pro expensis necessariis pro conservandum Montem.

2409 Quòd si de expensis necessariis pro eo tempore aliqua summa supersit, restituenda est mutuatariis; & quia isti non cognoscuntur, restituenda est pauperibus. Item deperit compositio per Bullam Cruciatæ, inquit. Sed melius est, si restituatur ipsi Monti, diminuendo imposterum lucrum pio prudenti, nimirùm si exigebantur tantùm quinque, usquequò satisfactio fiat.

2410 Officiales Montis pecuniam distractam in alios usus, quàm pauperum, ad quos destinata, incurrunt excommunicationem Pauli V. Papæ reservatam per Bullam anno 1615. *Onerosa.*

DIFFICULTAS EST,

2411 *An Mons Pietatis, ultrà id, quod est necessarium pro expensis, possit mutuatariis exigere quinque pro centenario?*

Certum est, id non posse Montem Pietatis primi generis; id namque prohibet Leo X. in Concil. Lateran. *sess.* 10. quia sic Mons lucrum reportaret vi mutui; & simul defraudaret piam intentionem legantium, qui summam apud Montem deponunt, ut indigentium miseria sublevetur, non ut gravetur lucro Montis. Hac ratione (ait Pontius) licitum esse Monti se servare indemnem, adeòque tantum exigere, quantum expenditur pro expensis necessariis ad Montem; non est autem licitum inde lucrari.

2412 Difficultas solùm habet locum in Montibus secundi generis, pro quibus.

Respondet Pasqual. Montem posse exigere quinque pro centum, quæ tenetur solvere ipsis deponentibus pecuniam, qui licitè possunt tale lucrum reportare ex pecuniis apud Montem depositis. Pasqualig. *in dec. mor. dec.* 185. & 186. & *in qq. mor. cent.* 3. *à pag.* 1. *ad* 14. D. Anton. Bonac. & alii apud ipsum. Ratio est, quia ex una parte potest Mons exigere à mutuatariis id, quod ob eorum commodum solvere tenetur, ut servetur indemnis; quoniam non debet ob eorum commodum pati damnum: debet autem solvere quinque pro centum ipsis deponentibus; nam isti suas pecunias non deponerent mutuandum, nisi allicerentur lucro; alioquin cessaret publicum bonum indigentiæ populorum sublevandæ, & enormes usuras, præsertim Hebræorum, excludendi; qui est finis erectionis Montis.

2413 Ex alia parte, lucrum quinque pro centum ex pecuniis supra Montem Pietatis depositum est justum. Quia Paulus III. per Bullam incip. *Charitatis opera*, editam 10. Julii 1549. concedit deponentibus pecunias supra montem Pietatis Ferrariensem: *Quod possint absque aliqua conscientiæ scrupulo percipere quinque pro singulis centenarius, etiam si aliàs pecunia sine ullo lucro esset otiosa permansura. & non fructificatura.* Imò narrat Pontifex, id etiam concessum fuisse à Sede Apostol. Montibus Bononiensi, & Mutinensi.

2414 Quantum ad titulum justitiæ præfati lucri, tres assignat Pasquall. *cit.* 1. Est obligatio quam deponens in se suscipit ad mutuandum, quæ est pretio æstimabilis: *v. n.* 2401. Nec officit, quòd in depositatione nulla fiat expressa mentio hujus obligationis, quia deponens implicitè intendit finem Montis, qui

est se exponere mutuaturum ; ob quem finem, ut provideat de mutuis, offert lucrum deponentibus; quod virtualiter non est aliud, quàm obligare illos, ut mutuent. 2. Est finis publicæ utilitatis, in concursu autem juris privati cum publica utilitate, cedit jus privatum, quale est jus matuatarii de non solvendo aliquid ultra sortem. 3. Est ratio supremi dominii, qua Princeps supra mutuatariorum bonis certam pensionem in remunerationem assignat, pecuniam apud Montem ad mutuandum deponentibus, utpote bene meritis communitati, & inde Principi.

Addit tamen Pasqualig. *cit.* hujusmodi Montis erectionem fieri debere authoritate Summi Pontificis, tam ob scandalum usuræ vitandum, quàm quia in dubiis quoad mores ad ipsum spectat circumstantias cognoscere. Ac proinde non posse personam privatam Montem erigere, inde lucrari ; licitum namque est cuilibet ex mutuo se servare indemnem ; at non inde lucrari, nisi aliquis justus titulus adsit distinctus à mutuo. Ita ferè discurrit Pasqualig.

2415 Dictis addo, Montes in pluribus Italiæ locis esse mixtos, in quantum summa, quæ mutuatur, est conflata non solùm ex pecuniis depositis, sed etiam ex vectigalibus, aut aliis publicis redditibus ; & tunc dici potest pecuniam deponentes lucrum quinque pro centum reportare ratione census realis super vectigalibus, aut redditibus publicis fundati.

COROLLARIA DEL BENE
Par. 2. dub. 259. de Inquisit.

» 2416 EX his sequitur, quòd etiam
» persona privata possit hujus-
» modi Montem instituere, tametsi pecu-
» niam illam sub onere alicujus census acce-
» pisset, & à mutuatariis exigere, quan-
» opus fuerit, ut se indemnem præs-
» etiam si 8. vel 10. in centum ab illo
» geret ; dum enim hoc totum in
» commodum agit, potest exigere, quan-
» opus est, ut se indemnem præstet.
» autem hoc totum in commodum
» agat, patet : quia non solvunt, nisi
» in centum, cum alioquin usuraria
» rent 35. & fortassè plus.
» Non obstat, quòd eo plus
» Monti solvant, quo diutius
» nent ; quia par est, ut plus ad
» tis contribuant, qui diutiùs illis
» dis fruuntur, quorum pignora
» stodiuntur.
» Neque obstat secundò, quòd
» pignora minùs molesta, ut
» quid aliud aureum, tantumdem
» quantum qui dant pignora
» vestes ; quia debuit certa quædam
» qualis ratio respectu omnium
» nam cum ob varias circumstantias
» test ubiqui servare æqualitas,
» neratim determinari aliquid, quod
» mè videtur accedere ad justum.
» Sequitur secundò, quòd proinde
» sit, ut passim per loca hujusmodi
» erigantur, quia ex ipsis multiplex
» Reipublicæ provenit.
» Primò, impeditur peccatum
» & hominibus maximè detestabile.
» Secundo, pecunia remanet
» cum alio exportetur ; solent enim
» esse exteri, qui patriam mutant,
» divites ad illam redeunt.
» Tertiò, cives divites habent
» ubi securè, & fructuosè possunt
» suam collocare, emendo scilicet
» super Montes fundatos.
» Quartò, pauperes in omnem

...ſua negotia poſſint ſtatim habere pecu-
...niam numeratam cum modico intereſſe,
...decimo 5. 6. 7. 8. 9. vel 10. in centum,
...cum aliàs quin uſurariis multò plus ſolvere
...cogantur.

Quintò, venditis pignoribus, reſtituit-
...ur, quod ſortem, & detrimenta ſuperat;
...cum uſurarii totum pretium pignoris,
...etiamſi multò pluris valeat, ſibi retine-
...ant.

PETES.

247 PAnormi mulierculæ quædam vulgò dictæ *Impegnature*, & *Mezzaniere* ſuis laboribus ad deferenda pignora apud Montem, & mutuum à Monte ad mutuatarium, accipere ſolent decem grana pro uncia. Quæritur, an inſcio domino poſſint mutuare de propriis, & ſibi retinere grana decem pro uncia, quæ aliàs mutuatarius recepiſſet pro Monte? Certum eſt, non poſſe retinere omnia grana decem, quia remotis laboribus [ut ſuppono] non adſint, nec ullus juſtus titulus, palliarent uſuram, dum ex mutuo recipiendo. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 19. At ſi recipiant minùs, quàm decem grana pro uncia, videtur, quòd poſſint; quia mutuo liter gerunt rem domini, qui aliàs expendiſſet decem; atque præſumitur non mutuare, ſed libens; adeoque reciperet non mutuum, ſed vi voluntatis domini.

Dico tamen non poſſe; quia pignus apud mulierculam non eſſet ita ſecurum, ſicut apud Montem; adeóque ratione hujus periculi dominus præſumitur rationabiliter invitus.

10. RATIONE SOCIETATIS CUM TRIBUS CONTRACTIBUS.

2418 COntractus ſocietatis, *eſt conventio plurimorum contribuentium aliquid ad commune lucrum.* Per ly, *aliquid*, intelligitur pecunia, res fructifera, ut animalia, panni, &c. labor, & induſtria; ita ut unus, vel plures ponant pecuniam; alius, vel alii laborem, & induſtriam, vel ſinguli ponant pecuniam, & induſtriam.

2419 Tres conditiones requirit ſocietas, ut ſit licita. 1. Ut fundetur in negotiatione licita. 2. Ut ſervetur æqualitas inter ſocios, ſcilicet, quòd expenſæ, etiam pro infirmitate, à ſocio, ob negotia ſocietatis contracta, damna ſine gravi culpa ſocii facta, & lucrum ſint communia; ita ut negotiatione completa, deductis expenſis, & damnis ſine levi culpa ſocii factis, & ſecluſa ſorte, nempe pecunia domino reſtituenda, lucrum, quod remanet, dividatur pro rata inter ſocios, ut ſicut ſe habet ſors ad ſortem, ita lucrum ad lucrum: poteſt enim contingere, quòd plus valeat induſtria, & labor, quàm pecunia, præſertim quando ſocii, qui ponunt laborē, ſunt plures. 3. Ut pecunia ſtet periculo ponentis; ità ut ſi pereat caſu cum leviſſima culpa ſocii, ponenti pereat; quia per contractum ſocietatis non transfertur dominium, ſicut in mutuo, ſed ſolùm uſus fructiferus pecuniæ in ordine ad communem negotiationem, & lucrum, taliter quòd ſocii non poſſint pecuniam in ſocietate expoſitam extrahere ad proprios uſus. Ex quo fit, quod ſi tradas pecuniam mercatori, ut exponat ad cambia, mercaturas, &c. hoctamen pacto, ut periculum pecuniæ ſtet mercatori, ſed lucrum dividatur; contractus erit uſurarius, quia

non societatis, sed mutui. Hæc est natura puri contractus societatis.

2420 In societate tamen fieri potest, ut quis suam sortem servet indemnem, & insuper certum lucrum percipiat, si ad contractum societatis adjungantur alii duo contractus, assecurationis sortis, & assecurationis lucri sperati. Assecuratio, *est contractus, quo quis alienæ rei periculum in se suscipit.* Hoc præmisso: *v. num.* 2397.

2421 Declarantur, & suppono te dedisse Paulo tercentum aureos contractu societatis ad negotiandum, tuamque pecuniam esse æqualis valoris cum industria Pauli. Insuper, quòd spes lucri judicio prudenti sit de sexaginta aureis.

In hoc casu ex vi contractus societatis debentur tibi una cum sorte triginta aurei, qui sunt dimidium lucri sperati; at quia in te est periculum sortis, facis, ut Paulus illud in se suscipiat, tibi assecurando sortem, pro cujus assecurationis, & oneris suscepti compensatione, de tribus partibus lucri sperati ad te pertinentis relinquis unam, nempè decem aureos: & quia adhuc in te remanet periculum, & incertitudo lucri, facis, ut Paulus illud in se suscipiat, pro cujus oneris pretio, ex præfatis tribus partibus relinquis aliam partem, pro te retinendo tertiam certam, nempe lucrum decem aureorum certum, & non plus; quia lucrum incertum non plus valet, quàm tertia pars certa. Ita proportione servata discurras in aliis casibus.

Qui tres contractus, sicut sunt liciti celebrati cum tribus personis, ità si celebrentur cum eadem persona, quia nec unio, nec identitas personæ destruit substantiam contractus. Tum quia hi contractus assecurationis sortis, & lucri, magis propriè dici solent venditionis, qua assecurans vendit suam obligationem præstandi alteri damnum indemnem.

2422 Hoc contractu uti possunt negotiantes, ut sustententur, quia tunc lucrum certum reportabunt ex suis pecuniis sine periculo sortis, & sine usura, quia non ex mutuo, namque mutuum transit in societatem per tribus contractibus.

PETES.

2423 *PEtrus bona fide celebravit contractum usurarium, an possit ejus lucrum, quatenus si injustitiam alterius, alium contractum licitum cum eodem, cum alio celebrasset?*

Resp. posse lucrum tantum exigere, quantum per contractum licitum haberi esset; quia ex una parte talis mutuum, cum procedat bona fide, præsumitur velle illud sine usura, & contrahere omni modo quo modo, quo potest; adeóque cum revera justus titulus, quatenus potuisset jubere contractum societatis, metæ, &c. celebrare, censetur implicitè illum voluisse, etiam si negotiet de justo titulo, & contractu illo communi regula, quando actus uno modo valet, & altero valet, censetur factus eo modo, quo valet. Ex alia parte, adest ex mutuatarii consensus in dando lucro, ideo habetur consensus ex parte utraque contrahentis sufficiens ad justum contractum.

2424 Non potest autem lucrum exire, si mala fide contractum usurarium celebravit; quia licèt ignoret alium contractum justum, quem potuisset inire, celebrando contractum, quem usurarium sciebat, tamen presse contrahere voluit usurario contractu.

De usura, agunt Scot. *in 4. dist. 15. quæst. N & Y.* Mastrius *in theol. mor. disp. 1* Joan la Crux *pag. 171.* Tambur, *tom. 1.*

mall. 1. & tom. 1. lib. 8. tract. 3. cap. 8. Bus. lib. 3. tract. 3. cap. 3. Bonac. tom. 2. à pag. 17. Cardenas disp. 23. & 25. Clericat. 79. Mendo ver. Usura.

CENSUS

2415 *Est jus percipiendi pensionem aliquam annuam, vel menstruam ex alterius utili, & fructifera, super qua fundetur.* Qui censum vendit, dicitur *Censuarius*; qui censum emit, & exigit, dicitur *Censualista.*

2416 Dividitur in reservativum, & consignativum. Reservativus, *est quo quis transfert suam in alterum, quoad dominium directum, & utile, servata sibi pensione annua super eadem re.* Ut cùm quis dat alteri suum prædium cum onere, ut sibi certam pensionem annuam solvat. Liquet in benefactis Ecclesiasticis, quæ concedi solent annuatione reservata.

2417 Consignativus, de quo in præsenti sermo, & Pontifices loquuntur: *Est quo quis sibi vendit jus percipiendi annuam pensionem super rebus suis fructiferis immobilibus, aut mobilibus, vel super persona sua, manente integro dominio tam directo, quàm utili apud venditorem.*

2418 Hic dividitur in realem, personalem, & mixtum. Realis est, *qui fundatur super fructifera, ut domo, prædio, &c.* Personalis est, *qui fundatur in ipsa persona*, quæ tenetur pensionem obligat, non ut persona, sed ut fructifera est, quatenùs suo labore, & industria est utilis, & potest aliquid acquirere, unde pensio duci possit. Mixtus est, *qui immediatè super re, & persona fundatur*, ita ut si res pereat, maneat obligata persona ad censum solvendum, ad differentiam census realis, in quo, pereunte re, perit etiam census.

2419 Item census alius est redimibilis, alius irredimibilis; & denique census realis, alius perpetuus, alius temporaneus; & hic alius vitalitius, scilicet durante vita, alius ad tot determinatos annos, decem, v. gr. viginti, &c.

2430 Ad censum jure naturæ requiruntur mutuus contrahentium consensus, & justum pretium, attentis conditione rei, in qua census fundatur, quantitate pensionis, & temporis, ad quod emitur, & aliis circumstantiis, ex quibus judicio prudenti crescat, aut decrescat valor juris ad pensionem: *v. num.* 2435.

2431 Jure autem Canonico, præsertim B. Pii V. in Bulla: *Cum onus Apostolicæ*, anno 1569. plures conditiones requiruntur, quarum præcipuæ, sine quibus contractus etiam in foro conscientiæ est irritus, sunt.

2432 Prima, & principalior, ut census non fundetur, nisi super re immobili, & fructifera; hujusmodi sunt domus, prædia, vectigalia, & alii redditus fundati supra Civitatem, oppidum, pascua, piscationes; item officia perpetua fructifera; hæc, inquam, habentur pro immobilibus; adeóque super illis potest constitui census. Hinc prohibitus est census personalis, aut supra animalia, quia sunt mobilia; persona namque hominis est mobilis, de qua Job 7. dicitur: *Ventus est vita mea.*

2433 2. Ut pereunte sine culpa censuarii re in totum, aut in partem, ita ut non producat fructus sufficientes, nisi ad partem pensionis, census etiam in totum, aut in partem pereat. Quod spectat ad naturam contractus census: *v. num.* 2425.

2434 3. Ut non fiat pactum restringens libertatem censuarii ad alienandam rem, nec pactum aliquid solvendi censualistæ pro

facultate vendendi, quam sibi reservaverint, neque ratione laudemii.

2435 *Laudemium*, est certum pretium à novo emphyteutâ solvendum in recognitionem dominii proprietatis, quod habet dominus directus fundi; solvitur (ubi talis consuetudo adest) in alienatione voluntaria, v. gr. venditione rei ad emphyteusim concessæ ab emphyteuta facta. Pretium laudemii ex jure est quinquagesima pars rei, ex consuetudine solet esse trigesima, aut decima, juxtà varias regiones; unde attendi debet consuetudo. Non solvitur in alienatione necessaria, ut quando in re emphyteutica succedit hæres. Quando Pater aliud non habens, eum dat in dotem filiæ, quando res emphyteutica redit ad primum emphyteutam, nec quando plures, qui eam habent, inter se dividunt. In alienatione autem census non est solvendum laudemium. Census enim ab emphyteusi differt, quia in emphyteusi residet apud dominum solum dominium directum, ac proprietatis, & transfertur dominium utile, seu usufructuarium; in censu verò residet apud dominum utrumque dominium, & solùm transfertur in censualistam pars juris ad fructus, nempè ad certam pensionem exigendam ex dominio utili ipsius domini: *v. n.* 2379.

2436 Censuarius autem rem vendere volens, monere debet censualistam, si rem ipse emere velit eodem pretio, quia est præferendus; quo recusante, potest liberè alteri vendere, cum onere ejusdem census solvendi; sed tenetur ex natura census curare, ut venditio fiat personæ, à qua census sit æquè solvendus; nam si census sit in periculo, ne solvatur, fit injuria censualistæ, seu emptori.

2437 4. Ut census sit redimibilis ex parte censuarii, irredimibilis verò ex parte censualistæ. Potest censuarius pensionem mere eodem reddito pretio capitali, amendo censualistam ante duos menses censualista non potest invito censuario tere pretium capitale.

De censu utrinque redimibili, an sit tus in foro conscientiæ, fusè agit V... *tr. 3. à q. 12. ad 14.*

2438 5. Ut pensiones solvendæ, arcursæ non solutæ non possint poni in tem, seu pretium capitale; imò ut causa temporis, v. gr. &c. possit augeri sus semel constitutus.

2439 6. Ut non fiat pactum, ut censarius, non solvendo censum, teneatur re lucrum cessans; expensas, interesse; ut res ei cadat in commissum. Per hoc prohibentur pacta, & pœnæ, quæ solent in aliis contractibus; at non prohibetur, quin emptor possit à venditore fidejussiones, & pignora tam propter quàm pro evictione, videlicet propter quod subit emptor, ne ob aliquod jus us evincatur, hoc est, auferatur ab ad fructus prædii, quod emerat; naturæ quilibet habet jus ad rem quanta potest securitate, tractandum *num.* 2460.

2440 Cæterùm Nicolaus V. in Cocip. *Solicitudo Pastoralis*, edita die tembris 1452. concessit Regno Sicil creatione census apponi possint que pacta; hinc apponitur pactum, su negatæ solutionis census, vendendium ad discursum, & inde fit adjudde qua plura; & fusè egi, omninò *in tom. 2. à num.* 138.

2441 Quantum ad conditiones V. requisitas in creatione census, T... *2. lib. 9. tract. 2. de censibus* ait, B... Pii solùm obligare in terris Summ...

ge, & ubi fuerit fortè promulgata, & recepta minimè in Gallia, Germania, Belgio, & Regno Siciliæ, ubi non fuit promulgata, nec recepta. Insuper ejus prohibitionem dicunt in præsumptione fraudis, & usuræ; adeoque, si hæ revera non sint, contractum in foro conscientiæ esse licitum, si cætera adsint: Judices verò in foro fori judicare debere secundum jus Pontificium.

Unde concludit, censum personalem esse licitum, & justum; quia æquivalet censui reali. *Nam* (ait ille) *contractus hic est emptio fructuum, seu lucri, quod homo sua opera acquirere potest: sicut ergo omnes concedimus, censum realem esse licitum, quia per illum emitur jus ad percipiendos fructus agri, domus, piscinæ, &c. ita concedere debemus, licitum, emere jus ad fructus, quos homo suam, & opera facere potest.* Hac ratione ista persona venditur, aut locatur, ut liquet de bovis, & famulis. Fusè Verricelli *num.* 1. 2. 10.

PROPRIUM JUDICIUM, ET PRAXIS.

2442 UT autem census personalis, præciso jure Pontificio, sit jure naturæ justus, attendi debet in praxi, an persona, à qua emitur census, sit revera fructifera, & sufficiens ad sustinenda onera census. Audio namque (si est verum, quod complures mulieres mihi retulerunt) Confessarios quosdam indiscriminatim viduis census personalem concedere; & re examinata reperio, eas pecuniam ad censum dare mulierculis pauperibus, quarum labor, licet assiduus vix est sufficiens ad miserrimè sustentandam propriam vitam, quàm ad sustinenda onera census.

Contractum censum expositum, etiam sine Pontificio secluso, esse jure naturæ injustum, illicitum, & palliatam usuram, clarè ostendo, Census realis fundatus super re immobili non fructifera, aut si fructifera, insufficiente tamen ad sustinenda onera illius census, vel quia reperitur gravata aliis censibus, vel ex alio capite, est injustus, illicitus, & irritus jure naturæ; igitur à fortiori talis erit census personalis fundatus super persona non fructifera, seu insufficiente ad sustinenda onera census; eò maximè, cum dicatur æquivalere censui reali; hinc si rem attentè consideres, mecum reperies, talem viduam, etiam solo jure naturæ inspecto, lucrum reportare, non ex vi veri census, sed veri mutui; non ex jure alterius ad fructus, quod emerit, sed ex pecunia, quam illi tradiderit, & sic usuram, ficta census facie, palliare. Dico quæso, quod jus ad fructus illa emit, aut quos fructus sperat ex sterili? *vide num.* 2433.

Enim in praxi hodierna usuram ritè à Summis Pontificibus, præsertim à B. Pio V. in censu personali præsumptam, & Pontificiæ prohibitionis justitiam.

Non deficiunt probis Confessariis ex jam recensitis capita, quibus possunt facillimè viduas, aliasque honestas mulieres absque usuræ periculo juvare.

QUANTITAS PENSIONIS IN CENSU

2443 COnstituitur attentis circumstantiis: *de n.* 2430. Solet esse quinque, septem, aut octo pro centum, juxtà varias locorum consuetudines, quæ sunt attendendæ. Nicolaus V. *cit. inn.* 1440 concessit Regno Siciliæ, ut esse possit decem pro centum, seu unius pro decem, at non plus.

2444 Philippus verò II. pro Regno Siciliæ restrinxit taxam ad quinque pro centum cum

cum clausula irritante, ut *in tom. 2. Pragm. Reg. Sic. tit. 46. pragm. 3. de censib. Ordiniamo, e comandiamo, che di quà innanzi non si possa in detto Regno di Sicilia imponere, constituire, ne fondare di nuovo rendita nessuna di soggiugationi, o censi redimibili, ne ricattare a meno prezzo di ventimila il migliaro, che è il beneficio di cinque per cento, e che li contratti di rendite, o censi, che d'altra maniera si faranno, siano nulli, e di nissun valore, & effetto, e non si possa per virtù di quelli dimandare, ne ricuperare in giudicio, ne fuora, più che à detta ragione, e rispetto.*

At in Regno Siciliæ observatur plures census fundari, & subjugationes fieri, ac permitti ad septem pro centum: *v. tom. 2. num. 149.*

2445 In censu temporali potest exigi major quantitas, quàm in perpetuo; quia jus perpetuum ad fructus rei, cum pariat majores fructus, quàm temporaneum, est majoris pretii, & valoris; & ideò cariùs emitur isto.

Mastrius *in theolog. mor. disp. 5. quæst. 3. num. 95.* Joan la Crux, *pag. 184.* Bonac. *tom. 1. pag. 641.* Tamb. *tom 2. lib. 9. tract. 2.* Busem. *lib. 3. tract. 5. cap. 3. dub. 9.* Clericatus *cap. 93.* Mendo.

CAMBIUM

2446 *Est commutatio pecuniæ pro pecunia.* Commutatio pecuniæ pro re, dicitur *Emptio.* Commutatio rei pro alia re diversæ rationis, v. gr. frumenti pro oleo, dicitur propriè *Permutatio.* Commutatio verò pecuniæ pro pecunia, *Cambium.* Qui dat ad cambium, ut lucretur, dicitur *Campsor*, Qui recipit ad cambium, & dat lucrum, *Campsarius.*

2447 Cambium est duplex, reale: *Quo pecunia realiter cum alia pecunia commutatur*: Et siccum, de quo infrà. *Reale*, et plex, minutum, seu manuale, & locale per litteras.

2448 Cambium minutum est: *Quo pecunia minor præsens cum majori præsenti commutatur, vel è converso*; ut cum mutatur moneta argentea cum aurea, & currens cum extera & non currente cum vetere. Est licitum, si sit reale, ut necessarium Reipublicæ; homines enim pè indigent commutare pecuniam magnam cum minuta pro usu commodo ad negotiandum, ac necessarias emendas; & sæpe gent commutare minutam cum majori majori facilitate ad eam alio transportandam, aut recondendam.

Hinc potest ex cambio licitè percipi moderatum lucrum, tam à campsario ex officio, quàm à privato, ob labor. & obsequium, quod præstant ad custodiendum ad pecuniam numerandam, ad quæ & tenendas pecunias diversi generis commoditatem communitatis putant.

Minùs tamen exigere debet publicus; quia pro hoc contractu alii tituli, præsertim, quia hic est Reipublicæ ad mutuandum, & inde lucrum, ut posset, suas pecunias ad negotiandum applicare. Uterque debet minus re, quàm ex cambio locali; quia in non habetur transportatio virtualis, sed pura commutatio manualis.

2449 Cambium locale, seu per est: *Quo commutatur pecunia præsens absenti, vel est, quo Campsor dat hic pecuniam Campsario, ut eam recipiat alibi certo lucro, vel quo Campsarius dat hic pecuniam Campsori, ut eam recipiat alibi lucro Campsoris.* Exemplum utriusque Petrus indigens pecunia Panormi, cum

Campsore Panormi, ut ipse Campsor illam pecuniam correspondentes recipiat Romæ, ubi Campsarius habet. 2. Campsarius Panormitanus indigens pecunia Romæ, suam pecuniam consignat Campsori Panormi, ut eam à Campsoris correspondentibus recipiat Romæ. Utrumque cambium fit ad petentium, & in gratiam, ac commodum Campsarii.

Potest inde à Campsore licitè exigi justum lucrum, juxta æstimationem experti, & consuetudinem; in qua re magis experti sunt ipsi Campsores. In cambio locali plures habentur tituli pro lucro, nimirum labor, & merces indetinendo telonium & famulos in uberiorem paratos, in conservandis correspondentibus in locis, aut nundinis, detentio pecuniæ Campsarii, quæ si transmitti deberet, Campsarius expensas pateretur, atque pericula, item transportatio virtualis pecuniæ, quæ fit per litteras, & correspondentes de uno in alium locum in commodum Campsarii petentis.

Campsor autem privatus, debet minus lucrum exigere, quàm publicus, ob minores vires. Uterque debet minus recipere, quàm cum transportatione reali. Denique uterque debet magis, vel minus lucrum reportare, juxta majori, vel minori distantia locorum. Licet tamen ultrà lucrum cambii, plus exigere juxta valorem materiæ monetæ, si pecunia Campsoris sit majoris valoris intrinseci, quam moneta Campsarii; & è converso compensare tenetur, & remittere æquivalens, si moneta Campsarii sit majoris valoris intrinseci.

2450 *Quando uterque cambientium reportat ex cambio æquale commodum, is, qui petitur ab altero, potest abillo lucrum cambii recipere: v. gr. Ego egeo pecunia hic Panormi, sed habeo Romæ, tu habes Panormi, sedeges ea Romæ: si tu me prævenias, petendo à me cambium Romam, possum à te pecuniam ad cambium recipere, & lucrum cambii reportare; quia verè sub eo onus in tui gratiam pretio æstimabile, & libero te onere, periculis, & expensis transmittendi pecuniam, quod non est minùs pretio æstimabile, quàm si pecunia non indigerem.* Ita ferè Bonacina *tom. 3. disp. 3. quæst. 5. pun. un. n. 25. de cambiis.*

2451 Cambium siccum est, *quando fingitur solutio facienda alibi, se revera fit in eodem loco.* Exemplum. Campsor dat Campsario Panormi centum aureos à Campsario solvendos Romæ, fiunt litteræ Romam, sed vel sunt fictæ, vel non mittuntur, vel si mittuntur, nihil operantur, eò quòd Campsarius non habet actu, aut proximè pecuniam Romæ; totum id scit Campsor; hinc veniente tempore solutionis faciendæ, Campsarius solvit Campsori Panormi cambium cum lucro, nempè centum, & quinque aureos. Dicitur cambium siccum, hoc est, nullum habens humorem, quatenùs caret justo titulo fructificandi, sed est mutuum palliatum, & usura; quoniam lucrum reportatur ex pecunia præsenti tradita cum pecunia præsenti, & dilatione temporis. Item contingit, si Campsor recipiat ad cambium Panormi pecuniam solvendam Romæ, aut ad nundinas, vulgò *alle fiere*; sed præfixo tempore eam solvit Campsario Panormi, eò quia non habet pecuniam, aut correspondentes Romæ, seu in nundinis.

2452 Cambium per litteras cum recambio, si sit reale, est licitum cum lucro. Habetur, quando, v. gr. fit cambium Panormi Romam, & veræ litteræ Romam mittuntur, ibique suum sortiuntur effectum; deindè Romæ fit recambium Panormum, & pariter aliæ veræ litteræ mittuntur, quibus pecunia Panormum recambitur.

Mastrius *in theol. mor. disp. 5. quæst. 3. nu. 116.* Joan. la Crux, *pag. 192.* Bonac. *tom. 2. pag. 649.* Tambur. *tom. 2. lib. 9. tract. 3.* Busem. *lib. 3. tract. 5. cap. 3. dub. 10.* Clericatus *cap. 93.* Mendo.

EMPTIO, ET VENDITIO

2453 *Est contractus constans reciproco consensu mercis pro pretio, & pretii pro merce.* Uterque contractus mercis traditione completur, & utriusque justitia in æquali valore mercis, & pretii consistit. Unde substantialia venditionis sunt tria, *consensus, pretium, & merx.*

Vendi potest omnis res pretio æstimabilis, quæ est sub venditoris dominio. Hinc res spiritualis supernaturalis vendi non potest; quia non est pretio æstimabilis.

2454 Res vendita, si pereat, aut fiat deterior post traditionem, perit, aut sit deterior emptori; quia domino perit. Si verò ante traditionem, tunc, si res empta sit determinata in individuo, v. gr. hæc domus, hic modius frumenti, hæc ovis, &c. perit emptori, eique fructificat, nisi perierit culpa venditoris aut nisi aliter conventum fuerit. Si autem sit indeterminata in individuo, v. gr. si emas decem oves ex grege, decem modios tritici ex granario; vel si emas rem determinatam in corpore, indeterminatam quoad mensuram, v. gr. unum modium tritici ex hac massa; tunc ante traditionem, vel mensurationem, perit venditori: ita est definitum ex jure ad dirimendas lites. Cæterùm jure gentium dominium acquiritur, statim ac habetur utriusque contrahentis consensus absolutus. Hinc in Ecclesiis & locis piis, dominium acquiritur ante traditionem.

2455 Si res eadem sit vendita pluribus, est ejus, cui est tradita, si pretium solverit; si nulli sit tradita, debetur ei, qui prius emit; alter verò habet actionem in venditum.

Emens nomine proprio, sed ex pecunia alterius, tenetur restituere pecuniam, fecit suam rem emptam, nisi sit empta ex cunia Ecclesiæ, pupilli, aut minoris, re, vel curatore, ex pecunia militis, si sit empta ab uxore, aut marito ex sibi ab altero eorum donata. Ita ex nech. hìc.

2456 Fructus pendentes vendi tempore, sive maturi sint, sive non, ptorem spectant, nisi aliter conventum rit; quia sunt pars rei emptæ.

2457 Res aliena vendi potest, si ig tur esse alienam. Res furtiva ab emente fide præscribi non potest, nisi spatio ordinario triginta annorum. Fenech. *in cap. Nihil extra, de præscript. n.* 58

2458 Venditor tenetur sub onere ti mortalis, & restitutionis damni, nere de notabili vitio rei emptori ignorantem, v. gr. si equus sit fu fectuosus, si domus sit ruinosa, si adustus, &c. Non tenetur illud manifes si vitium est manifestum, nempe si e claudus, cæcus; tenetur autem de pretium judicio experti.

2459 Pariter scienter emens vili rem pretiosam, v. gr. gemmam à rustico loris ignaro, tenetur ad restitutionem mæ, aut majoris pretii; quia rusticus vendit voluntariè, cum valorem ignor *v. num.* 2505.

2460 Item venditor tenetur monere ptorem de evictione, si adsit peric *Evictio est rei propriæ ab altero possessæ peratio: v. num.* 2439.

2461 Pretium rei est duplex, legitim *Quod est à lege, vel Principe definitum* naturale: *Quod ex prudenti hominum matione constituitur.* Pretium *legitimum*

...ctionem indivisibili, *naturale* verò habet ...tudinem; dividitur enim *in summum*, ...*mum, & infimum*. Intra latitudinem humanæ prudentiæ pretii emens, aut vendens, justo pretio emit, aut vendit. Hæc latitudo inter ...pretia tutò fieri potest usque ad quinque, aut sex pro centum; sed potius attendi debet praxis.

2463 Crescit pretium; 1. ex penuria mercium, ex abundantia pecuniæ; 3. ex multitudine emptorum; hinc licet exteris carius vendere, quia augetur copia emptorum; 4. ex ...expensarum, quæ fiunt in comparandis & conservandis mercibus, & maximè ...provenit lucrum cessans, damnum emergens, aut periculum in commodum emptoris.

2464 E contra decrescit pretium, 1. ex ...ubertate mercis, 2. ex inopia pecuniæ, 3. ex ...titudine emptorum. Item crescit, & decrescit pretium ex modo vendendi: hinc fæ...ces venditur ad minutum, & vilius ...mensal, & in magna quantitate; quia ...emptor facit venditorem ad alias merces ...emas expeditum, eumque liberat curis, ...sumptibus in iis servandis, retinendis.

...Item plutis res venditur in officinis, sed ...emitur à venditore quærente per vicos ...emptorem, seu à sponte offerente; nam *merces ...vilescunt*; pro tertia parte per ...usque ad dimidium per alios; quod ...modum est nimis laxum.

2464 Ille, cui datum est aliquid vendendum determinato, v. gr. medio, aut infimo, ...vendat supremo, probabile putat Bu...ius, quod possit retinere excessum, quia ...dominia acquisivit, minimè, si sit tradita ...vendendam pretio indeterminato, meliore ...potest; tunc namque utilitas cedit ...emptori.

...Quæres, si mercator famulo, aut alteri personæ mediæ ementi pro domino pannum, v. gr. aut aliam rem minoris pretio consueto, idque faciat in gratiam ipsius famuli, sartoris, &c. ut sic eum ad suam officinam alliciat; potest famulus excessum illum pro se retinere, quia illi est liberaliter à mercatore donatum. Famulus autem has debet observare conditiones: 1. ut mercator revera non illo minori, sed majori pretio sit aliis consuetus vendere; alioquin famulo donaret de non suo: 2. ut famulus rem tradat domino pretio consueto: 3. ut fecit diligentias ordinarias, an sit alius, qui minori pretio sit consuetus aliis vēdere. Quòd si minoris emit ob diligentiam extraordinariam, v. g. quia Panormo Montem regalem perrexit ubi res vilius valent; tunc pro se retinere potest excessum. Tamb. *tom. 1. pag. 258. n. 10.* quia non tenetur ad diligentias extraordinarias.

2465 Peccat mortaliter, qui tempore messis emit frumentum, & vinum, in tam excessiva quantitate, quæ caritatem causet, ut sic carius vendat.

2466 Licitum est rem vendere pretio currente, quamvis venditor sciat pretium mercis esse intra brevo tempus minuendum, quia pretium tunc currens est simpliciter justum; seclusis tamen mendaciis, dolo, aut fraude, quibus emptor alliciatur.

2467 Quando circa mercem contingunt pretia, nempè legale, & naturale, diversa, non potest exigi legale, si est majus, quia pretium legale est taxatum à Principe in gratiam emptorum, ne excedatur, minimè ne secundùm prudentum æstimationem minuatur. Et ita si pretium legale frumenti est sex aureorum pro modio, naturale verò quinque, non possunt exigi sex.

2468 Si pretium legale est notabiliter minus, est distinguendum. Si tempore benigno frumentum, v. gr. erat taxatum pretio mode-

rato, v. gr. quinque aureorum, postea ex pluviæ defectu, aut ex alia causa supervenit magna sterilitas, tunc standum est pretio naturali prudenter ab expertis impositio; quia Princeps non potest taxare pretium ad purum placitum, sed attentis prudenter circumstantiis relatis, ex quibus rerum pretia crescunt, & decrescunt; nam pretium debet commensurari merci, ut sit justum; unde pretium legis tunc, si non mutetur, incipit esse injustum, & nullam obligationem pariens in conscientia. Quòd si Princeps sterilitate attenta, & omnibus pensatis, pretium augeat, tunc omnino standum est pretio legali, ne in tyrannidem vertatur mercatorum aviditas.

2469 Licitè possunt minoris emi pecunia anticipata credita, sive matura, sive immatura, si sint periculosa, litigiosa, dubia, aut difficilis exactionis; & quidem minoris, pro qualitate periculi, dubii, &c. æstimatione prudenti. Nec obstat, quòd emptori facilis sit crediti recuperatio, ob amicitiam, quam v. g. habet cum Principe quia amicitia Principis non debet illi nocere; unde lucrum cedit tuæ industriæ.

2470 Difficultas est, si credita sint secura, ac facillima, & nullus adsit titulus lucri cessantis, damni, expensarum, &c. Affirmat. Tambur. posse licitè minoris emi, quia minus valet jus rei, quam res. Eadem ratione subdit, posse ipsum debitorem anticipata pecunia minoris extinguere suum debitum immaturum.

Dico, non licere, sed esse usuram, quia implicite mutuatur pecunia minor pro exigenda majori, mutuantur decem pro exigendis, v. gr. quindecim futuris pro solâ temporis dilatione. Tum quia pecunia numerata non est pretiosior numeranda: *v. num.* 2392.

2471 Multò magis non licet debitor noris extinguere sua debita matura, quinetur ex justitia ea statim & complere re. Item ipse debitor non potest minotinguere debita, ex hoc capite, quod difficilia, si ipse est difficultatis causa; quin reportaret lucrum ex culpa, & pedimento, quod ipse tenetur tollere.

2472 Denique non potest quis vecreditum, quod certo scit non esse solvendum, quia nullius est pretii, & affirmatintrinsecæ.

2473 Petes. *An rei extraordinaria tatis immiscerì possit aliquid, ita ut lis cæteris vendi solitis, & vendi pro to?* Non est difficultas de mixtione connaturalis, qualis in frumento est aliquorum seminum, quæ in arcis mento nasci solent; ut in aliquibus mixtio aquæ vino, quæ fieri solet, vinum fit, & quæ ad vini perfectionem quiritur; sed de mixtione materiæ pernæ, quæ fit ex industria.

2474 Absolute affirmant licere *tom. 2. d. 3. de contr. q. 2. punct. 6.* Arsdeckin. cum aliis asserentes, licere generoso vino aquam, & electo tritico deum miscere, & pretio taxato vendi communi, si mixtio fiat cum cautela immodico excessu, sed ita, ut tritic æquale tritico, & vinum vino, quod in foro vendi; quod Bonacina limitat no, quod venditur ad minutum, in magna quantitate, quia illud brev sumitur, hoc diu retinetur, adeóque mixtum, fit acetum.

Ratio affirmationis est; quia nullum damnum, nec injuria infertur emptori, non teneatur illi tradere res majoris fectionis, quàm ab aliis passim ven Et sicut venditor potest mensurata

gando aliaratione non potest justum pretium emptore extorquere, ita pariter in casu solum tenetur merces tradere æquivalentes pretio.

2475 Tamb. *tom. 2. lib. 9. tr. 5.* mixtionem concedit frumento electo, negat mixtionem aquæ vino generoso; quia in frumento mixtio ordei, lolii, &c. potest discerni, & inde segregari ab emente, & utente. Non sic aqua in vino; quod proindè, licèt evadat aquæ roboris vino communi, evadit tamen deterioris virtutis; nam est minùs utilis ad alia medicamina, & plures effectus, ad quos homines vino puro uti solent. Adde, hujusmodi miscentes aquam vino rigorosè non. Concedit autem Tamb. vino generoso addi aliud vinum debile, sed purum miscetur, ut sic fiat æquale communi vino.

2476 Prima opinio affirmativa non est audienda; quia attentà venditorum cupiditate, aperit viam ad furta. Tum quia generositas vini compensatur multitudine emptorum.

2477 Panormi taxari solet quolibet anno mense Novembris duo pretia legitima, unum majus pro vino de vicis Panormi, vulgò *de Padroni*, aliud minus pro vino aliorum locorum, vulgò dicto *di Facchini*: & juxta quia vinum de vicis Panormi est majoris valoris intrinseci, tam quoad generositatem, quam quoad sanitatem, cæteraque conditiones. Non sic est vinum, quod à posterioribus venditoribus vendi solet, quia illud defertur ex Sala Parthenici, & aliis vicis extra Panormum, vinum longè deterioris conditionis generantibus. Hinc fit, quòd licèt pretio posteriori vino taxatum sit minus, nequeant venditores sine culpa mortali, & onere restitutionis, illud vendere aqua mixtum.

EXPENDUNTUR CASUS PRACTICI

CONTRACTUS EMPTIONIS AD METAM.

2478 IN Sicilia frequens est, quo quis anticipata pecunia, v. gr. mense Januarii frumentum mense Julii consignandum emit, pretio, quod valebit juxtà metam suo tempore à publico magistratu communitatis post collectionem prudenter statuendam, ea lege, ut qui supplere debebit, suppleat. Hic contractus est licitus, quia est veræ emptionis. Usurarius esset, si tu pecuniam, v. gr. massario dedisses, non titulo emptionis, sed titulo mutui, seu præstiti, cum onere, ut massarius teneatur tempore messis eam solvere in frumento; quia mutuum pecuniæ exposcit, ut solvatur pecunia, & tu obligâsti ad frumentum: liquet ex definitione mutui: *num.* 2375.

Massarius est, qui è suis segetibus fructus, v. gr. frumentum, vinum, &c. collecturus expectat.

MASSARIUS

2479 HIemis tempore indiget pecunia ad colendos agros, ideò anticipatò vendit merces suo tempore colligendas, & eodem tempore consignandas.

QUÆRES I.

2480 *An mercator in Sicilia licitè emere possit à massario frumentum pretio anticipato, & determinato, independenter à meta?*

RESP. posse, si nulla sit fraus; quia est verus contractus emptionis, & venditionis, de cujus substantia non est, quòd actu pretium solvatur, & quòd actu res consignetur; sed quòd emptor sit obligatus determinato tempore solvere, & venditor determinato

tempore rem consignare. Nec obstat in Sicilia pragm. ad oppositum, quia est edita ob præsumptionem fraudum, & usurarum; unde non obligat pro foro interno, sed externo. Potest igitur mercator tempore hiemis determinato pretio emere frumentum colligendum, & consignandum tempore æstatis. Idem dic de aliis fructibus. Diana *par. 3. tract. 5. res.* 115. Tamb.

2481 Triplex pretium excogitari potest. 1. Quod currit tunc, quando fit contractus. 2. Quod curret tunc, quando fiet collectio, & consignatio. 3. Tale, quod ab ipsis contrahentibus nunc, quando fit contractus, determinatur, independenter ab eo, quod currit nunc, aut curret tunc,

2482 Primum pretium in casu frumenti, & similium, non est in mentem revocandum, cum sit inevidens damnum emptoris; tempore namque hiemis, quando fit contractus, frumentum solet cariùs emi, quàm tempore æstatis, quando fit collectio; adeóque non potest præsumi, quòd mercator velit à massario frumentum emere cariùs, quàm valet tempore traditionis.

Dixi, *in casu frumenti, & similium*; quia in casu rei, quæ est plus valitura tempore traditionis, determinare pretium, quod currit, quando fit contractus, est usura; quia justum pretium illud, quod res valet tempore traditionis; unde si equum valiturum post annum centum & decem, emas centum, quantum valet, quando fit contractus, idem est, ac si nunc des centum, recepturus post annum centum & decem ratione temporis, & anticipatæ solutionis, quod est usura. Si verò adsit lucrum cessans, damnum emergens, vel periculum non habendi rem emptam, aut finceram, &c. tunc utique poterit aliquid proportionatum ultrà accipi.

Primum ergo pretium in rebus, quæ plus valent tempore traditionis, est injustum, si adsit lucrum cessans, &c. in rebus verò, quæ plus valent tempore contractus, quam conditionis, ut in casu frumenti, & similium non est prudenter præsumendum.

2483 Secundum pretium est justum. Justum pretium est illud, quo res valet tempore traditionis.

2484 Tertium pretium independenter lucro cessante, & periculis, est justum, determinetur pretium illud, quo frumentum aut res tempore consignationis probabiliter creditur valitura. Imo quando probabile futuri pretii non potest haberi, constituitur determinatum pretium, non ad mentem ementis voluntatem, sed alterius experti arbitrio; tunc namque par est in emente, & vendente periculum, uti ludus fortunæ.

2485 Potest mercator præter contractum licitè accipere à massario pignus quodlibet habet jus negotiandi circa illam majori cautione, qua potest.

2486 Augmentum, quod frumentum solet in horreo à die collectionis usque ad diem traditionis in contractu præfixum est massarii, postea verò mercatoris, quia minium actu transfertur per traditionem, unde mercator fit frumenti dominus, quando ipsi frumentum traditur, esto emptum postea. In Sicilia frumentum præfigitur consignandum die 11. Augusti, mensura imponi solet postea mense Octobri, prout eam D. Franaisci; in pluribus verò locis imponi solet post diem 15. Augusti.

QUÆRES II.

2487 *An qui massarius non est, possit contractu ad metam cum mercatore, vel eo, qui mercator non est?*

RESP. qui massarius non est, licèt spem careat, certò tamen sperat frumen-

emptionem, aut alia via habere, licitè posse hunc inire contractum, etiam cum eo, qui mercator non est; quia quilibet habet jus emendi id, quod certò speret se habiturum, pariter & emendi id, quod prudenter speret. Ille verò, qui nullâ viâ potest fructum habere, non potest hunc contractum inire sine peccato, & perjurio, quia simile vendere, cum revera nil vendat. Nec mercator id sciens potest lucrum metæ accipere, aliàs committeret usuram ob mutuum palliatum, vel furtum: *v. num.* 2495.

QUÆRES III.

2488 *An liceat mense Januarii vendere, & assignare frumentum massarii ad pretium mensis Maii, quo tempore ob distantiam à nova messe, major est frumenti penuria, solvendus pretium?*

Dicitur, quòd non, quia justum pretium est, quod currit, quando res vendita traditur.

Non licere, si verè frumentum eras conservaturus, & venditurus mense Maii, & in gratiam Massarii id scientis, vendas mense Januario; ratio est, quia verè cessat lucrum. 1. quia mercator erat venditurus mense Maii, quando pretium erat futurum majus. 2. Quia frumentum intra illud tempus crescit in horreo mercatoris; unde incrementum deductis expensis potest peti solvendum hanc patet solutio ad rationem in oppositum, quia frumentum mense Januarii venditum, & consignatum, non est purum frumentum mensis Januarii, sed frumentum Januarii conservandum, & vendendum mense Maii inde mense Januarii valet pretio mensis Maii. Si verò non eras conservaturus, usuram committis; quia lucrum reportas ex dilatione temporis.

2489 Ex variis autem pretiis in variis diebus mensis Maii, non licet mercatori exigere supremum, sed illud, quod curret majori parte mensis Maii, quia illud cessat; nam eo pretio erat probabiliter venditurus, quod communiter currit. Quòd si currat pretium legitimum; tunc illud solùm exigere potes, quod taxatur, non vulgare. At si tanta sit pretii varietas, ut designari non possit pretium majoris partis mensis, non potes petere supremum; quia non es certus te supremo pretio venditurum: nec debes infimum; quia fortè potuisses majori vendere; debes igitur petere medium, quia sic attenditur ementis, & vendentis ratio.

Potest tamen fieri conventio, & pactum de certo pretio, quod prudenter tunc curret, illud mense Januarii determinando; quia si nulla sit fraus, par est utriusque periculum; unde hujusmodi venditioni, & emptioni accedit ratio justi ludi: ut *in n.* 2484.

QUÆRES IV.

2490 *An possit mercator tempore hiemis dare frumentum cum pacto, ut solvatur pretio currente tempore æstatis, si tunc plus valebit, quàm nunc, & si valebit minus, solvatur pretio currenti nunc?*

RESP. esse usurarium contractum, quia non est par utriusque conditio; potest autem absolutè vendere pretio currente tempore hiemis, quando fit traditio, ut constat, præfata clausula non apposita; nam si mercator potest vendere frumentum tempore hiemis pretio tunc currente, & solutione actuali, à fortiori solutione dilata, quia dilatio solutionis est in beneficium emptoris.

QUÆRES V.

2491 *Mercator mense Decembris dat pecuniam massario, cum pacto, ut mense Augusti*

sti consignet tantum frumentum ratiocinandum uno aureo minus pretio justo mense Augusti currente, aut per metam taxando. An contractus sit licitus?

Resp. esse usurarium, & mutuum palliatum, nisi adsit lucrum cessans, periculum, aut alius justus titulus ex recensitis, quia mercator reportat lucrum certum ex pecunia anticipatò tradita; tum quia emptio extra limites justi pretii est injusta. Licitus est, si sit emptio frumenti consignandi mense Augusti; pretio tunc infimo.

2492 Hinc usuarius est contractus, quo quis dat pecuniam alteri pro tanto tritico, aut alia re proprio tempore consignanda quatuor tarenis minus pretio, quod tunc curret, nisi adsit aliquis justus titulus ex dictis, aut sit intra lineam infimi pretii.

QUÆRES VI.

AN CONTRACTUS A GODERE,

2493 *Quo Petrus dat tibi pecuniam, v. gr. centum aureos, tu verò das illi domum, cum pacto, ut quisque fruatur datis, donec tu reddas pecuniam; possit licitari per contractum venditionis, & pacto retrovenditionis, quatenus videlicet tu vendas domum Petro centum aureis, cum pacto, ut post decem annos, Petrus eodem pretio tibi revendat domum?*

Videtur, quòd sic; quia in contractu emphyteutico tu potest dare domum Petro, & percipere annuum censum, & tamen Petrus post decem annos tenetur tibi reddere domum; ita & ibi.

Resp. non posse, juxtà dicta *num.* 2389. quia in contractu venditionis transfertur dominium directum; ita ut completa emptione, & venditione, res si pereat, pereptori; & in casu periret Petro; contractu à godere; hinc erit vendita, & contractus mohatra.

2494 Non tenet paritas contra phyteutici; quia in hoc venditur, tur ad tempus dominium utile, fructum ex re fructifera, nempè cujus dominium directum proprietarium. Tum quia phyteuticus fit supra rem fructiferam; pecunia vero, nec bilis, nec fructifera: *v. à num. num.* 2389.

QUÆRES VII.

2495 *An contractus inter exerceri solitus, quo pecuniam ad usu di riti, di tela, di sargetta, &c. eitus?*

Contractus sic efformatur: Da una alteri tarenos septem, rum pretium, quo à mercatoribus solet ulna sargettæ; ipsa tamen nam unam sargettæ, quæ tarenis valet, vendit tarenis duodecim, ut mulier altera, quæ emere ditrici solvat grana duo qualibet que ad extinctionem tarenorum cim; & ita per tempus quatuor quod ad complendam solutionem tur, venditrix lucrum reportat quinque. Ita similiter de contracta *di riti.*

Resp. esse in se contractum mutuum, surarium; quia cum revera *sargettæ* extet, contractus est mutuus, nempe pecunia tradita, ob solam tempo nem, palliatus contractu emptionis ditionis.

2496 Dixi *in se*; quia si adsit peric

quentus, qui pecuniam dedit, tutum pignus accepit, vel adsit lucrum cessans, &c. nunc quidem potest quid tueri supra tantum septem, quos dedit, reportare, sed proportionatum lucro cessanti, aut periculo, juxta regulas dicta de periculo, & lucro cessante. Immò tam excedens, ut ex septem per quatuor menses accipiat quinque, quod in nullo accipere ex centum datis septuaginta duos excogitari ne potest scelus majus, iniquitate ultrà *v. num.* 2487.

QUÆRES VIII.

AN CONTRACTUS A PAGARE, & CONSIGNARE

2497 *Sit licitus;*

Petrus Mercator mense Januarii vendit emptori centum modios tritici, quos retinebat consignandos mense Julii, quando ei solvit pretium; tenetur autem mercimentum dare, quoties emptor petit, medio tempore à Januario ad Julium pro tempore frumentum stat periculo, & expensis mercatoris; eo verò elapso, potest venditor cogere emptorem, ut frumentum accipiat, & protestari, quòd aliàs omne interesse, expensæ, & periculum stent pro emptorem.

Dicam autem non est illud, quod currit mense Januarii, nec quod curret mense Julio, sed tribus tarenis, v. gr. plus eo, quod currit mense Januarii, quando fit contractus, dato hoc tunc pretium est quinquaginta, pretium tantum quinquaginta tribus tarenis. Ita præmisso.

2498 Respondet Diana *p. 1. tr. 8. res. 65.* & communiquia est verus contractus emptionis, & venditionis: & illud plus trium tarenorum accipitur, 1. Pro expensis, labore, & periculo, quæ mercator subit ex eo, quòd est obligatus frumentum conservare ad mensem Julii. 2. Quia par est in utroque periculum lucrandi, & perdendi; nam mense Julio pretium potest esse majus, vel minus.

EMPTIO REI PECUNIA ANTICIPATA, ET VENDITIO REI AD CREDITUM, SOLUTIONE PECUNIÆ DILATA.

2499 Dico 1. Te non posse minoris justo pretio rem emere, ex hoc præcisè, quòd pecunia anticipata emis; quia lucrum reportas ex tua pecunia anticipato tempore in totum, aut in partem soluta. Justum autem pretium est illud, quo res valet tempore traditionis, de quo fusè dictum est: *num.* 2482.

2500 Dico 2. Te non posse cariùs ultrà justum pretium rem, v. gr. pannum, &c. vendere, ex hoc præcisè, quia ad creditum vendis; quia lucrum reportas nõ ex pretio panni, sed ex dilatione temporis, quod non est tuum; unde venditio ad creditum cariùs justo pretio est virtualis mutuatio. Nec potest sic vendentem juvare lucrum cessans. 1. Quia ad creditum vendens plures vendit merces, & plures habet emptores, quàm si pecunia numerata venderet. Quia sic se liberat à pluribus periculis, quibus sunt expositæ merces, si diu invenditæ in officina detineantur; pannus enim est expositus cariei; & quò diu detinentur, eò magis deperdunt. 3. Quia qui pecuniâ numeratâ emit, vult pretio infimo emere; qui verò ad creditum vendit, potest pretio supremo vendere, & ità intra limites justi pretii lucrari; quæ si attentè considerentur, compensant venditori lucrum cessans, ac proinde vendens ad creditum, non potest ex vi lucri cessantis lucrari. Et solùm posset quid moderatum supra justum pretium ratione periculi

amittendi rem vēditam, & pretium, si venditor prudenter tale periculum cognoscat; sæpè namque contingit, Vt ementes pannum, aut telam credito, postea aufugiant, aut se abscondant insoluto pretio; quod periculum cessat, si venditor accipiat tutum pignus, aut vendat personæ, de cujus fidelitati suspicari non potest.

Scotus *in* 4. *d.* 15. *qu.* 2. *à litt.* P, Mastrius *disp.* 5. *q.* 1. *num.* 11. Joan. la Crux, *ag.* 146. Bonac. *tom.* 2. *pag.* 592. Busemb. *lib.* 3. *tract.* 5. *c.* 3. *dub.* 8. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 9. *tract.* 5. *tom.* 1. *lib.* 8. *tract.* 3. *cap.* 7. *tr.* 5.

CONTRACTUS MOHATRA

2501 *Est, quo quis emit credito, & pretio supremo merces à mercatore, easque eidem retrovēdit pretio infimo, aut viliori* Declaratur exemplo.

2502 Petrus indigens pecunia, petit mutua centum scuta à mercatore, qui respondens se pecuniam non habere, offert suas merces: inde vendit Petro quantitatem panni pretio summo justo, quod supponitur scutorum centum: Petrus autem, quia indiget non Panno, sed pecunia, pannum emptum venditioni exponit pretio infimo, quod supponitur nonaginta quinque, aut nonaginta; quo pretio eundem pannum redimit mercator ipse, qui vendidit, sicque lucrum reportat scutorum quinque, aut decem pro centum. An talis contractus sit licitus?

Resp. esse licitum, si verè intendant emere & vendere, & nullum sit pactum explicitum, nec implicitum retrovenditionis eidem personæ, quæ vendidit; quia tunc contractus est vera emptio, & venditio, quæ nullo jure iis prohibetur. Cardenas *d.* 24.

Nec ex hoc, quòd idem mercator pannum redimat pretio infimo, indè lucrum reportans, committit usuram. 1 Quia cum non adsit pactum retrovenditionis, mercator casualiter, ut unus de populo. 2. Quia testis tertius sic emere, cur non ipse, qui vendidit eò maximè, quia si ipse emat, eum à labore quærendi emptorem. Nec quando vendidit, cognovit ex indigentia emptoris, se fore redemptorum, dummodo interceserit allatum pactum, nec expressum nec implicitum, cujusmodi esset intentio obligandi ad retrovendendum; quia tunc adest intentio lucrandi ex mutuo. Moderati solent talem extra dimittere, quia extra quærat emptorem, & si non inveniat redeat.

2503 Si verò præcesserit pactum retrovenditionis, aut implicitum retrovenditionis, contractus est usurarius, & mutuum palliatum; quia cum emptio, & venditio sit libera, pactum, seu contractus de intendendo eidem, satis dat intelligere animum mercatoris, quòd circuitu illo velit lucrum reportare ex mutuo. Tum quia supposita retrovenditione justo pretio supremo facta, mercatori est onus de retrovendendo à mercatore impositum. Hinc meritò contractum eiusmodi cum cōtractu prævie inito de retrovendendo eidem damnat Innoc. XI. *prop. sit.* 40. *ab Innoc. XI. damn.* & vocatur contractus, *dello stocco*, quatenùs fraudulenter circuitu puncti cædit corporis substantiam animæ salutem.

MONOPOLIUM

2504 *Est, quo unus, vel plures mercatores inter se propria auctoritate conveniunt, ut coemendo merces certi generis, eas carius divendant, efficiendo, ut vix alibi emi possint.* Est injustum, & obligat ad restitutionem damni, nam hujusmodi Monopolium damnum inferunt aliis mercatoribus faciendo, ut vendant, & civibus, ut cariùs emant, ob paucitatem venditorum.

2505 Licitum autem est Principi ex justa causa concedere uni, aut pluribus, ut ipsi soli res mercesve vendant, dummodo necessaria populo humano non desint, nec Ecclesiastici graventur. Debet autem tunc princeps rem ipsam expertorum judicio taxare, ne emptores æquo graventur. Justa causa potest esse ut facilis curam habeant, de abundanti rerum copia populo necessaria providere, quæ alioquin deficere posset. Sine justa causa non potest id concedere Princeps, absque alterius injuria.

Molina in theol. mor. disp. 5. q. 1. n. 33. Tam. *tom. 3. tract. 3. cap. 7. §. 12.* Busem. *lib. 3. dub. 8. num. 9.* Clericatus *cap. 91. num. 6. tr. 8. ref. 1.*

TERRAGIUM

2506 *Est redditus, qui per Dominum terræ ex ejus fructibus, à Massario temporalionis percipitur.* Hic contractus in Regia practicatur. Regia namque Curia [illegible] de terris, quas administrat nomine Regis, aut Baronis [illegible] loquendo de terris [illegible], seu in emphyteusin concessis, [illegible] habent dominium indirectum, reservato dominio directo penès Regem; quæ [illegible] vocantur terræ feudales, & de- [illegible] feudum unum in plures partes [illegible] quatuor, sex, &c. inter Massarios [illegible], eorum onere totidem solvendi terra- [illegible] partes illas terræ serant, & colant, [illegible] Regiæ Curiæ, aut Baroni solutis [illegible] superest, ad ipsos Massarios pro suis la- [illegible], & sustentatione spectet.

2507 Quantitas terragii solvenda attendi [illegible] ex pacto, vel consuetudine. Notandum est, ut solvatur salma una [illegible] salma terræ per Massarios æsti- [illegible], & mensurandæ. Quòd si adsit pa- [illegible] stabit standum est; ita tamen, ut Massarii non graventur; unde pactum, ut sic justum, est faciendum de peritorum judicio, qualitate, seu bonitate terræ, & aliis circumstantiis considerandis attentis.

2508 Terragium exigi debet in fructibus, qui ad victum hominis necessariò deservire debent, nimirùm in frumento, vino, & leguminibus. Juxta consuetudinem autem, aut conventionem exigi potest in pecunia, quia est æquivalens, & etiam in hordeo, si in terra seminatum sit hordeum; quia virtualiter spectat ad victum hominis, cum etiam animalia, quæ hordeo vescuntur, victui hominis inserviant. Muta *super constit. Panorm. cap. 84.*

QUÆRES I.

2509 *An debeatur domino terragium pro eo anno, quo terra non fuit seminata, sed solum in ea fuerunt facta novalia?*

REspondeo deberi. Muta *cit. num. 16. 17. & 18.* quia aliàs id cederet in damnum domini & utilitatem seminatoris, qui haberet usum novalium, & insuper anno sequenti terra ei uberiùs fructificaret.

2510 Novalia verò erunt seminatoris, aut ejus, per quem facta fuerunt; ita ut cui velit, ea vendere possit: dominus tamen habebit in eis prælationem.

2511 Eo autem anno, quo terra non seminatur, nec novalia fiunt, nullum terragium debetur, juxta *num. sequen.* dicenda. Neque debetur in casu sterilitatis; quæ tamen est regulanda, juxtà dicta *num.* 2382.

QUÆRES. II.

1512 *Baro dedit Massario sex salmas terræ, tres seminandas, alias ut eo anno quiescant reliquendas, sed quod pro his tribus unum solum terragium solvat, ità quod eo anno quatuor terragia solvat. An quartum terragium sit justum, & licitum?*

REspondeo, resolutionem pendere ex peritorum prudenti æstimatione, & judicio; si enim ordinariè, & regulariter experitur, quòd terra illa, quæ uno anno inseminata relinquitur, altero anno (ex quo quieverit) reddat fructus uberiores, sufficientes ad compensandos labores, & expensas Massarii, & insuper ad solvendum quartum terragium pro anno quietis; tunc erit justum, & licitum; quia quies illa cedit in utilitatem Massarii. Si secùs, est injustum, & iniquum.

QUÆRES III.

1513 *Vassallus unius Baronis reperit sub ditione alterius Baronis terragia minori pretio. An proprius Baro possit licitè eum impedire, & obligare ad recipiendas proprias terras solito pretio?*

REspondeo posse, neq; hoc est inducere servitutem vassallis; ratio est, quia Barones tenentur Regiæ Curiæ solvere consuetas contributiones super valore, & fructibus terrarum feudalium, & demanialium, seu super dictis terragiis; ad quas contributiones concurrere tenentur omnes Barones, & Vassalli, nedum jure civili, verùm etiam naturæ, cum inserviant conservationi Regis, & Regni. Datâ autem eâ libertate Massariis unius Baronis vassallis, accipiendi alterius Baronis terragia, minori pretio, relictis proprii Baronis terragiis, solito, & justo pretio, id cederet in detrimentum, nedum proprii Baronis, sed etiam Reipublicæ, & Regis; quia Baro non teneret vassallos, qui proprias terras recipere inde sine fructibus manerent, & terragiacerent, atque adeò consuetas contributiones solvere non valeret.

1514 Non potest tamen Baro dare Massario terras supra ejus vires, putà tres, quas vix est habilis ad duas excolendas.

DE VENDITIONE OFFICIORUM SÆCULARIUM.

2515 OFficia sæcularia, quæ nullam jurisdictionem habent annexam, sed nudum ministerium, putà scribæ, tabellionis, & similium, posse licitè vendi, non dubium; quia nullo jure est vetitum. Rebuffus Selecta, *lib.* 1. *qu.* 19. Adeóq; officialis non stringitur ad officia administrationem, ac jurisdictionem habentia.

De his fusè agit Bardi *cit* sed clarè omnem restringit P. Tamb. *to.* 1. *lib.* 3. *tit.* 3. *§.* 3. ut sequitur.

„ 2516 Non solùm Principes supremi „ etiam quilibet Princeps Regi subditus, „ Marchio, &c. imò, & Senatores „ tatúmque Prætores possunt vendere „ cia sæcularia; Officia, inquam, quæ „ solutè ipsorum sunt, vel ipsis absolu„ ta. Ita S. Tho. *opusc.* 21. *ad Ducissam Bra„ tiæ*; Azor. *to.* 3. *lib.* 8. *c.* 7. *q.* 3. Valquez „ *de benef. c.* 2. *§.* 3. *dub.* 14. Less. *c.* 31. *dub.* „ 4. Fagund. *de contract. l.* 5. *c.* 25. *de j.* „ *tom.* 2. *de just. d* 34 *sect.* 3. Ratio est, „ quilibet potest vendere id, quod est pro „ æstimabile, & suum est. Notanter, „ saria, dixi, quæ etiam sunt ea, quæ „ scopus, si fortè sit Marchio, ut talis, „ ut Marchio, absolutè dare potest; de „ siasticis enim Officiis hìc nihil agimus, quæ

„ juſtas ſententias protulit, vel quid ſimile
„ tu electior omninò reſtituere debebis; ſic de
„ Lugo *to.* 2. *diſ.* 34. *ſect.* 4. *n.* 49. quia ipſe
„ non peccavit culpâ Theologicâ, peccâſti
„ tu, dum ſciens, vel ſcire debens, indignum
„ Officialem elegiſti.

VENDITIO ELECTIONIS AD OFFICIUM, VEL AD LEGATUM.

„ 2517 ILlam difficultatem pertinentem ad
„ Juſtitiam diſtributivam huc redu-
„ camus: An ſcilicet Senatoribus, vel cui-
„ cumque, qui cum non ſint domini aliquo-
„ rum Officiorum, vel legati, vel pecuniæ,
„ frumenti, panis, &c. curam tamen habent
„ ea diſtribuendi ad ſuam electionem; an, in-
„ quam, integrum iis ſit, aliquid accipere ab
„ illis, qui eliguntur, eo prætextu, quòd
„ cùm Senator potuiſſet alium eligere, tamen
„ hunc elegit: cum enim hæc electio ſit pre-
„ tio æſtimabilis, poſſe illam competenti pre-
„ tio vendi aliquis exiſtimabit;

„ Reſpondeo, eſſe diligenter diſtinguen-
„ dum, vel enim ſermo eſt de pecunia ſimili-
„ buſq; rebus temporalibus, quæ ſint diſtri-
„ buendæ ex voluntate Teſtatorum, Funda-
„ torum, Prædeceſſorum, &c. vel de officiis,
„ quæ à Repub. vel Senatoribus debent Civi-
„ bus determinatæ conditionis conferri: & in
„ utroque caſu diſtributor, ut dictum eſt, nul-
„ lum Jus habet, niſi eligendi, non autem ſit
„ dominus, ſive Officii, ſive pecuniæ diſtri-
„ buendæ. De ſingulis ſeparatim: nam quia
„ Sanch. *l. c. conſ. c.* 1. *dub.* 56. (vide etiam *ibid.*
„ *p.* 38. *n. præſert.* 27. & 28.) ea nõn diviſit, ani-
„ mos legentium non ſedat ejus doctrina.

„ 7. Aſſero primò: Quando diſtribuenda
„ eſt à te pecunia, vel quid æquivalens, non
„ potes accipere quidpiam propter electio-
„ nem unius potiùs, quàm alterius; ſi acci-

„pias, peccas, & accepta restituere teneris.
„Ità de Lugo *ibid. dub. 56.* Ratio convincens
„est, quia sic re ipsa non dares totam summam distribuendam. Si enim testator, jussit,
„ut puellæ V. G. nubili darentur à te centum
„aurei, tu verò velles decem exigere ab illa,
„quia eam elegisti, jam non centum dares, sed
„nonaginta. Neque dicas, eam libere dare;
„ne id dicas, inquam, nam satis involuntariè
„eam dare præsumendum est. Certè ità regulariter contingit, si pactum præcedat: ut fusè alibi. At verò si post acceptos numeratósque integros aureos, nullo præcedente pacto, sinè ullo metu, aliquid ex grato animo
„verè, & libere tibi dare illa vellet, non repugno; sed quæso te, id quando erit?

„ Assero secundò: Quando distribuendum
„est officium, non potes licitè hunc potiùs
„eligere, quàm illum, quia ab hoc accepisti
„pretium: verùm si proportionatum pretium accipias, ad restitutionem non teneris.
„Ità de Lugo *to. 2. de just d. 34. sect. 3. nu. 37.*
„*d. 9. n. 37.* insinuat Less. *lib. 2. cap. 14. dis. 9. nu.*
„*64.* Ratio est, quia quamvis tu obligeris
„dare officium alicui, veluti in genere, non
„tamen obligaris dare huic homini particulari: cum ergo hæc electio sit sub tuo dominio, & sit pretio æstimabilis, illam modorato pretio vendens, non facis contra Justitiam, & ut suppono, neque Reip. damnum
„infers, quia idoneum eligis.

„ Dices: Hæc ratio eam probat, id non esse
„illicitum. Respondeo, saltem tunc esset
„mortaliter illicitum, quando adesset lex sub
„mortali obligans, ne electio fieret, nisi gratis, vel quando data esset tibi electio ea lege, ut gratis, ac sinè pretio exhiberes. Sed neque in hoc casu obligareris ad restitutionem
„accepti (supponimus autem à lege non invalidari donationem, sed solùm prohiberi)
„quia non peccares contra justitiam commutativam, sed vel contra obedientiam, vel
„milem aliam virtutem. In eodem tacemu
„su, quo peccares mortaliter, adverto, si tu
„à te electione, pecuniáque recepta, ad
„esset res integra, ut resiliri ab electione
„collatione officii posset, te obligari sub
„tali ad rescindendam electionem, pe
„niámque reddendam, & ad gratis de
„eligendum, ne scilicet peccatum mor
„continuares; nam si irrescindibilis est
„ctio, ad nullam restitutionem teneris
„tunc ejusmodi restitutio, nec peccatum
„commissum, nec electionem irrevoca
„ter jam factam impedire posset.

„ Urges: Adsunt leges prohibentes, qu
„ponit per extensum Sanch. *l. 2 cons. cap.*
„*dub. 56.* Cur ergo dictum est (quando
„esset lex) Respondeo, quia (ut recte notat
„de Lugo *t. 2. de just. dist. 34. sect. 3. nu.*
„hæ leges solùm loquuntur de emtore
„quoad distribuendam pecuniam, ut sub
„æquivalens, non verò quoad distributa
„prædicta officia.

„ Anno superiore delegati sunt à Regno
„per hoc Regnum nonnulli viri, nobiles
„censerent, seu describerent numerum
„marum, seu capitum Regni, eorúmque
„vitias: concessáque iisdem est facultas ab
„scendi sibi aliquot ministros, quibus solv
„returstipendium sui laboris, nempe unus
„reus, vel quid simile pro quolibet die. Q
„dam ex his nobilibus, quandoquidem
„concedebatur hunc ministrum potius eligi
„re posse, quàm illum, quæsivit à me, an
„psi liceret exigere pecuniam ab eligendo
„ità ut dimidium aureum pro singulis dictis
„ipse sumeret, dimidium minister?

„ Respondi, nequaquam licere, sub pœna
„restitutionis. Rationem duxi ex hactenus
„allata doctrina: nam ejusmodi electio ad
„officium, seu ministerium relatum ad illum
„decer-

determinatam pecuniam à Protege tantam, non est concessa absolutè viro nobili, sed sub ea conditione, ut ministeraretur integrum aureum: quare hæc electio reducitur ad priorem illam distributionem pecuniæ integre dandam electis, *dictum n. 7.* Atque adverte, eodem peccato contra justitiam peccaturum eundem nobilem virum, si ab initio acciperet aliquod præmium pro ejusmodi electione: nam tunc præter tota merces illi ministro justè à protege attributa nequaquam daretur; partem enim ejus sibi vir ille nobilis jam anticipatò perciperet.

TESTAMENTUM

2518 *Est nostræ voluntatis justa sententia de eo, quod de bonis suis vult fieri post mortem suam cum institutione hæredis.* Duplex, *Scriptum*, quod fit scripto cum subscriptione testium; & *Nuncupativum*, quod sine scriptura coram testibus. Ad scriptum requiruntur ex jure septem testes, *qui sint liberi, masculi, puberes, ratione pollentes, non infames, non pauperes, nec infideles.* In testamento militis, aut ad pias causas sufficiunt quinque. In testamento ruris facto sufficiunt duo, si plures haberi non possunt.

Dictum sine solemnitatibus juris valet, & stat in foro conscientiæ.

2519 Testamentum potest semper usque ad mortem revocari. Si fit juratum, potest valide revocari, sed illicitè; validè, quia testator potest eo ipso tollere obligationem, quam ex juramento contraxit; illicitè ob irreverentiam juramenti, quod proinde est adimplendum, quando potest sine peccato servari. Hic faciunt casus addendi de voto *num.* 1892. & de donationis revocatione.

Filio testamentum patris irritatur superveniente filio posthumo, quem pater non instituit hæredem. Item non solùm irritatur agnatione naturali, videlicet nativitate posthumi, sed etiam agnatione civili, videlicet, si quis post conditum testamentum adoptat aliquem in filium, aut filiam. Bonac. *tom. 2. de contr. dis. 3. quæst. 17. punct. 5.* ex pluribus juribus.

Testamentum autem, in quo fuit prætermissus legitimus hæres, non irritatur quoad omnia, sed solùm quoad institutionem; adeóque legata, substitutiones, & fideicommissa servari debent ab eo, qui succedit. Bonac. *cit.* ex pluribus. Quia *utile per inutile non vitiatur.* Si autem testamentum rumpitur, quia prætermissus filius posthumus ignoranter, controversia est apud Doctores.

2520 *Testari possunt omnes puberes, usum rationis, & liberam bonorum administrationem habentes, nisi a lege prohibeantur. Religiosi, & servi testari non possunt: quia quidquid Monachus acquirit, Monasterio acquirit, & servus domino; nec damnati ad mortem, ex jure, nec uxor, nisi ad pias causas, nec filius familias de bonis adventitiis sine patris consensu, nisi sit clericus, etiam primæ tonsuræ. Potest testari ad pias causas de peculio castrensi, aut quasi. Nec cæcus sine testibus; nec pupillus, nisi sit doli capax, & juramento firmaverit; nec in bello justo captus; nec obses apud infideles: vide n. 2601.*

2521 Instituì possunt hæredes tam personæ privatæ, quàm comunitates, si sint hæreditatis capaces.

2522 *Testator non prohibetur, omissis consanguineis collateralibus, constituere hæredem quemvis extraneum. Et quamvis spurius jure civili à testamento excludatur, potest jure canonico pater illi alimenta relinquere, & filiam indigentem dotare: v. n. 2527.*

2523 *Hæc conditio testamento apposita si filia non nupserit, in ea quæ nunquam nupsit. Item: si non intrabit Religionem, habetur pro non apposita.*

2524

2524 *In dubio testamenti judicandum est testatorem id voluisse, quod si adesset, dicturus crederetur. Arsdekin.*

2525 Recta ratio, & æquitas dictat, ut pater, & mater id, quod supereſt extra legitimam, detractis rationabilibus legatis, & remunerationibus, æqualiter inter filios dividat, aut proportionaliter, videlicet plus uni, si justa ratio exposcit, in quantum v. gr. unus est magis habilis ad lucrandum, aut est applicatus muneri, putà studiis, & inde plus egeat.

2526 Cæterùm non peccant mortaliter, si ex specialiori amore, de eo, quod supereſt, plus uni filio, quàm alteri relinquant, nisi faciant ex odio. Diana *part. 1. tr. 8. res. 83.* ubi addit, quòd si in morte odium deposuerit, & illius pœniteat, sit absolvendus, licèt testamentum revocare non velit; quia solùm contra charitatem peccavit, minimè contra justitiam commutativam; quia parentes tenentur filiis ex justitia ad solam legitimam, ità ut totum id, quod supereſt extra legitimam, possint de rigore justitiæ relinquere extraneo. Hic autem est sermo de bonis liberis, minimè de vinculatis, de quibus *num.* 2052.

2527 Qui non habet filios, nec nepotes de linea recta, qui succedant in stipite, sed consanguineos collaterales, videlicet fratres, sorores, consobrinos, nepotes ex illis, &c. potest de rigore justitiæ omnia sua relinquere extraneo, eúmque instituere hærrdem; nec peccat mortaliter, secluso scandalo, gravi aut extrema eorum necessitate: Et in casu necessitatis potest eorum sublevare necessitatem, & cætera extraneo relinquere. Diana *cit. res. 85. & p. 5, tr. 3. res.* 114. Bonac. *de contr. dis. 3. qu. ult. punct. 4. num.* 13. Sa, Silvester, & alii plures apud Dianam, contra Homobonum: quia nullum jus ad illum obligat, nec naturale, nec divinum, nec [illegible] *v. n.* 2056.

2528 Non obstat lex Cæsarea [illegible] consanguineo ab intestato moriens [illegible] re proximiorem in sanguine; nam id [illegible] pit, non quia ita exigat jus naturale, [illegible] data in præsumptione rationabili, [illegible] lex præsumit voluntatem defuncti [illegible] se; Beja *p. 1. casu 57.* soli namq; filii [illegible] redes necessarii, qui jure naturali [illegible] quantum ad legitimam parentibus [illegible] bus; quoad omnia autem bona ab [illegible] decedentibus.

2529 Hæc dicta procedunt de rigore [illegible] stitiæ. Ratione tamen æquitatis, & [illegible] æquum est, ut consanguineis collaterali [illegible] aliquam portionem distribuat, ut [illegible] jurgia, lites, invidiæ, maledictiones, & [illegible] lia mala, quæ inde solent oriri.

2530 Imò Joan. Valerus *in diffus. morius q; fori*, addit, cessare etiam æquitatem, [illegible] nem, sua bona relinquendo Hospitali [illegible] nasterio pauperi, si consanguinei [illegible] res, at non extremè indigentes, & [illegible] aut Monasterium sit magis pauper. Sed [illegible] Monasterium sit dives.

2531 Denique pater, si sine justa [illegible] dum vivit, bona vendat, aut alio modo [illegible] cum præjudicio legitimæ filiorum, [illegible] cat contra justitiam, sed charitatem; [illegible] *cit. res.* 84. quia filii non habent jus in [illegible] tatem patris, patre vivente: *v. n.* 2363.

2532 Executor testamenti est ille, [illegible] statore fortè dubitante de fidelitate [illegible] committitur facultas exequendi ab ipso [illegible] posita. Excedere debet annum 17. æta- [illegible] test esse unus, vel plures, mas, vel fœmina [illegible] etiam Religiosus de sui Prælati licentia, [illegible] prohibitum Franciscanis de Observantia, [illegible] Capuccinis ex jure; eorum autem acta [illegible] valida, sed illicita.

1533 Potest autem testator eis committere electionem executorum, & facultatem eligendi executores, ità ut ab ipsis executorem consilium petere teneantur. Rodriq. *to. 3. q. 70. art. 2.*

1534 Executores pecuniam ad distribuendum pauperibus acceptam, applicare possunt illis, eis consanguineis, aut amicis, si egestatem patiantur; vel suo Monasterio pauperi, si sit Religiosus; quia per onus assumptum non redditur deterioris conditionis.

1535 Non debetur illis salarium, quia est officium voluntarium pietatis, & amicitiæ, ne illi impedirentur à propriis negotiis, & ne quid lucrum cessaret, aut damnū emergeret, vel nisi non sint simplices executores, sed unum administratores bonorum, tunc enim utroq; casu debetur illis salarium assignandum à judice, nisi aliquid singulis annis minus à testatore relictum.

1536 Hæres tenetur solvere vota realia debita non ex vi voti, sed justitiæ, similiter onera mixta, ex ea parte, qua sunt realia, & mixta à parte, qua sunt personalia, ut infra dicemus: ut concurrentibus aliis defuncti bonis, solvere debeat, 1. Æs alienum debitum, 2. Expensas funeris, 3. Integram legitimam sive ascendentibus, sive descendentibus debitam, 4. Vota, & tandem legata; quia prior fuit obligatio voti, quæ votentem astringebat, quàm legatum, quod tunc hæredes obligat.

1537 Hinc hæres adeundo hæreditatem, non commoda, sed etiam onera realia defuncti in se transfert, cum duplici tamen beneficio, 1. Ut non obligetur supra vires hæreditatis, 2. Si sit hæres voluntarius, seu non necessarius, *cui legitima portio non debetur*, ut deductis expensis funeris, & solutis debitis, quartam partem hæreditatis, sive sit unus, sive plures, obtineat, quæ dicitur: *Quarta Falcidia.* Quòd si eam non obtineat, ex legatis, non tamen piis, detrahere potest jure legis Falcidiæ.

1538 Hæres verò necessarius, *cui debetur hæreditas ab intestato*, potest suam partem legitimam ex bonis testatoris absolutè detrahere, estò non sufficiant ad solvenda legata; quia hæres necessarius sua legitima privari non potest: *v. n. 2051.*

1539 *Hæres fidei commissarius, ut post certum tempus restituat hæreditatem alteri per leges non impedito, potest, quando ipse, aut ejus hæres hæreditatem restituet, sibi retinere quartam partem, quæ dicitur Trebellianica; & computentur in istam quartam partem fructus percepti: nisi iste hæres fideicommissarius sit hæres ex descendentibus legitimis; quia tunc præsumitur testatorem, ultra dictam quartam, voluisse illos fructus illi applicare.* Ita Joan. de la Cruz. *v. n. 2603.*

1540 Si bona defuncti non sufficiant ad omnia vota, aut legata pia solvenda, sunt diminuenda, sed solvenda omnibus pro rata, quia tunc par est omnium ratio, & jus ad solutionem. Vidal. *de legatis inquisit. 1. n. 24.*

1541 Concurrentibus legatis non piis, & piis, etiam pro celebratione Missarum, omnia esse pro rata diminuenda, & solvenda, si hæreditas ad omnia non sufficiat, tenent Donatus *tom. 4. tr. 7. qu. 105.* Verticelli *tr. 8. misc. quæst. 64.* at rectiùs de legatis piis, præsertim pro Missis, negat Diana *p. 7. tract. 10. res. 14.* quia ritè præsumitur, testatorem velle salutem propriæ animæ omnibus aliis præferre.

LEGATUM

1542 *Est donatio à testatore relicta, & ab hærede præstanda.* Differt à simplici donatione, quia legatum est donatio facta causa mortis. Aliud dicitur profanum, quia

ad profanos usus. Aliud pium, quia ordinatum ad pios usus, & animæ suffragium, v. gr. ad maritandas puellas, ad eleemosynam, Missas, &c.

2543 Culpa hæredis in non restituendo debita defuncti existentis in Purgatorio, non nocet animæ defuncti, quæ non debet pati ex culpa alterius. At negligentia hæredis in satisfaciendis legatis piis graviter nocet, in quantum privat animam suffragiis & satisfactionibus, quibus pœnæ purgatorii abbreviarentur.

2544 Hæres legatum pro anima relictum tenetur sub mortali solvere, non solùm per decem annos, sed per totum tempus à testatore præscriptum; quia tempus, quo animæ in Purgatorio detinentur, est nobis omninò occultum, & soli Divinæ Justitiæ, simul & Clementiæ reservatum; adeóque non potest à nobis sine temeritate præscribi. Hinc ex una parte rejicienda est opinio Soti, quod animæ non detineantur in Purgatorio, plusquam per decem annos. Ex alia dictum illud: *Quòd pro uno peccato veniali sit in Purgatorio luenda pœna unius anni, & pro uno mortali septem annorum*, est vulgi, & mulierum; quia nulla auctoritate Scripturæ, Conc. Traditionum, aut Patrum munitum, ut observat Bellarm. *v. in prop.* 43. ab Alex. VII. *damn.*

2545 Legatarius, si post judicis monitionem fuerit per annum negligens in adimpliendo aliquod onus ei à testatore relictum, privatur legato, & illud applicatur pro anima defuncti. Mendo *ver. legatum n.* 6. Item legato privatur post judicis sententiam, si leganti jam mortuo fuerit injurius, eum graviter infamando, aut cum illius vidua uxore rem habens: *v. n.* 2571.

2546 Si legatarius sciens, & potens, legatum per triginta annos non petat, hæres legantis contra rem legatam præscribit in pœnam negligentiæ illius. Legatario autem absente, non comparente, quia nescivit, aut non valuit, legatum est solvendum ejus hæredi. Mendo *cit. n.* 6. 7.

2547 Notarii autem tenentur sub mortali intra tres menses legata, manifestare, etiam nullo requirente, & eis ignorantibus. Vidal. *de legatis* n. 1. *n.* 64.

2548 Si legato sit apposita conditio impossibilis, aut contra bonos mores, vel honestatem, absque eo, quòd conditio impleatur, quia talis conditio ex jure habetur pro non apposita. Mendo *cit.*

2549 Legatum annuum relictum uxori donec castè vixerit, amittitur per fornicationem publicam, minimè per occultam, ut per osculum. Mendo *cit. n.* 14.

„ 2550 In legato de alimentis aliis, non „ niunt cibus, potus, vestes, lectus, „ habitatio, & ea, sine quibus vita non „ potest, minimè reliqua. Item legatum „ centum modii tritici, qui ex talis agro „ anno colligentur, si pauciores colligantur, „ hi solùm debentur: ità Mendo *cit. n.* 18. 22.

„ 2551 Quando in testamento legatur „ centum Petro, & alia centum pauperi, „ licèt Petrus sit tunc pauper non petat „ hæc centum ei dari: quia clausula pauperis non refertur ad specificata. Item, „ relicta sunt centum Petro velut amico, non „ affini, qui tempore testamenti erat dives, „ & tempore mortis testatoris redierat „ pauper; tunc aliquid petenti ei concedendum „ secundis centum, nam non fuit specificatum „ ut pauper. Prætereà si testator vivendo „ navit v. gr. Hospitali proprietatem bonorum, reservans sibi usumfructum, & „ hoc leget quantitatem piis operibus, petenti ex his aliquid applicari eidem H[ospitali]

…ſpitali; quia hæc non ſunt prolata in …lem diſpoſitione, in qua locum habet …dictum axioma: *Clauſula Generalis non …ſtringitur ad ſpecificata.* Mendo *num.* 8. *v.* …*num.* 2517.

REGULÆ IN LEGATIS SERVANDÆ

2551 SUnt plures, 1. Quòd legata ſint juxta conſuetudinẽ loci intelligen- …*L. Mevii, ff. de leg.* 3. 2. In legato ad …quitas facilis eſt extenſio, & larga in- …pretatio. Bart. *in L. Titio*, §. *Seja. ff. de …auro, Argento legato.* Abbas *in cap judican- …de vſur.* 5. In dubio eſt favendum piæ …cui. *L. ſunt perſonæ. ff. de Relig. & ſumpt.* 4. in …ſtem inſpiciendum eſt, quod eſt veriſimi- …lt Regulis *juris in* 6. 5. Pro expreſſo …neri debet, quod teſtator diſpoſuiſſet …rrogatus fuiſſet, *L. Titius*, §. *Lucius*, …*ſubſeriſ.* Vidal. *de legatis inquiſ.* 2. *vide* …*num.* 2524.

Legato principali cenſetur legatum …ceſſorium; hinc legata domo, veſte, …cenſetur legatum viridarium annexum, …ornamentum veſtis. Quòd ſi acceſſo- …ria non extant, adhuc debetur principa- …, quia ornamenta non ponuntur taxati- …ie accelſoriè; ſecùs, ſi ponantur ta- …ie. Acceſſoriè; ponimtur, ſi dicatur: *Relinquo Petro lectum cum ſuis ornamentis*, …ſic non exprimendo ornamenta. Taxati- …e, ſi dicatur: *Relinquo Petro lectum, qui …ſex ornamenta habet.* Tunc non deberi le- …ctum, ſi ornamenta non extent, tenet …Sanct. Spir. Sanct. *de teſtam. tr.* 10. *diſ.* 16. *ſect.* …*num.* 146.

EX HIS RESOLVES.

2552 LEgatum relictum pro maritandis virginibus, poteſt ab executore ap- …pro maritandis virginibus in confer- …aliud detentis Vidal. *cit. num.* 4.

2554 Legatum relictum pauperibus in ge- nere, debet præcipuè diſtribui conſanguine- teſtatoris, ſi conſtituantur ſub talibus cir- cumſtantiis, ut non poſſint ſecundùm ſuum ſtatum, & conditionem commode, & hone- ſtè vivere. Vidal. *cit. num.* 26. Quia hi di- cuntur pauperes. Baldus *in l. ſi quis ad decli- nandum colum. 2. C. de Epiſt. & Cler.* Cui acce- dit voluntas teſtatoris rationabiliter præſum- pta, ex Regula 5. *de num.* 2552.

2555 Imò ipſe executor, cui eſt injunctum onus eleemoſynam pauperibus diſpenſandi, ſi eſt pauper, poteſt partem æquam, & ratio- nabilem ſibi applicare. D. Th. 2. 2. *q.* 32. *art.* 9. *ad* 3. Vidal. *n.* 27. Quia licèt ut executor ſit miniſter ad diſpenſandum, ut pauper habet jus ad eleemoſynam cum reliquis pauperibus

2556 Legatum relictum pauperibus in ge- nere, aut Monaſterio, diſtribui debet pauperi- bus & Monaſterio loci, ubi teſtator domicili- lium habebat, niſi aliud expreſſerit, aut ex ejus mente colligatur. Vidal. *cit. nu.* 34. Quia major affectus teſtatoris præſumitur ad pau- peres ſui loci. Cui accedit praxis.

Si in loco ſint plura Monaſteria, conferẽ- dum eſt pauperiori. Niſi teſtator committat hæredi poteſtatem eligendi pauperes, aut Monaſterium; tunc namque non tenetur eli- gere pauperiores, nec Monaſterium, aut pau peres loci. Ant. à Spir. Sanct. *de teſtamentis tr.* 10. *diſ.* 16 *ſect.* 13. *num.* 341.

2557 Legatum pro virginibus maritandis poteſt dari virgini illi, quæ habet dotem, ſed non ſufficientem, ut commodè maritari poſſit, dummodò reliquas conditiones ha- beat in teſtamento expreſſas. Vidal. *cit. num.* 29.

2558 Legatum pro maritandis Orphanis dari poteſt puellæ habẽti parentes paupere, & inutiles, quæ eam dotare non valent, Vidal. *cit. nu.* 30. Diana *p.* 4. *tr.* 4. *reſ.* 140. quia Orphana dicitur puell- habens patrem inu-

tilem: desumitur *ex cap. inter catera de transl. Episc.* ubi Glossa *vers. inutilem*, inquit *inutilem mortuum reputari*: Unde Ecclesia viduata dicitur, quæ inutilem habet Episcopum. Tum quia idem militat testatoris motivum, qui reliquit legatum Orphanis, in quantum nullum auxilium à suis parentibus habere possunt. His accedit praxis. Itē potest conferri expositis, Mendo *n.* 20. quia cum parentes ignorent, æquè sunt, ac si non haberent

2559 Eadem ratione legatum pro viduis pauperibus dari potest mulieri habenti virum inutilem. vidal. & Diana *cit.*

2560 Legatum pro puellis pauperibus posse dari viduis pauperibus, tenet. Vidal. *cit. n.* 32. dicens, ita fuisse decisum per S.C. Neapolitanum. & citat Dianam *p. 3. tr. 6. res.* 29.

2561 Legatum pro dotanda paupere posse dari pauperi nuptæ absque dote, tenet Mendo *ver. legatum nu.* 20. quia idem motivum legantis reperitur.

2562 Legatum pro maritanda virgine conferri potest puellæ clam corruptæ. Vidal. *cit. num.* 23 *& com.* quia no mine virginis venit puplicè, & in foro externo reputata Virgo.

2563 Legatum relictum generaliter pro maritandis virginibus, debetur eisdem, si moniales fiant. Clericatus *c.* 102. *n.* 4. Barb. *de off. & potest. Episc. allegat.* 83. *n.* 27. contra fragosum *p.* 3. *l.* 5. *d.* 8. §. 11. *n.* 353. & Lugo *d.* 24. *n.* 294. apud Ant. à Spr. Sanct. *cit. n.* 753. Ex voluntate testatoris moraliter certò præsumpta, quæ fuit, suam velle suffragari animam, quæ per electionem Religionis à legataria factam per melius juvatur. Cui accedit praxis. Hinc Diana *p.* 5. *tr.* 14. *res.* 35. nostram sententiam tenendam docet tanquam probabiliorem, tam ex Theologis, quàm ex jurisconsultis, ratione, & praxi.

2564 Qua ratione legatum relictum uxori quamdiu statum vidualem servaverit, eidem in conscientia debetur, si Religionem ingrediatur; eò maximè, quia verè statum viduale servare dicitur. Tidal. *cit. n.* 35.

2565 Viri tertii Ordinis S. Francisci regialiter viventes, & mulieres ejusdem dinis etiam non collegialiter, sed in p domibus viventes, quæ tamen vitam bem, aut castam vidualem ducunt, e voto castitatis de ordinarii licentia e consequi possunt legatum pro Monac lictum. Diana *p.* 1. *tr.* 2. *res.* 84. Franc. del Castillo. & Riccium apud qui de mulieribus recensitis oppo nent. Ratio est; quia dictæ mulieres lentem statum Monachalem servant, tione gaudent immunitate personali legio fori, juxta *dicta nu.* 748. adeoq sunt consequi legatum pro Monac ctum. Ita fuisse decisum per Rector baræ, & Montis Pietatis Panorm Diana *citat.* Imò ipse *del castillo* iam fuisse decisum per Rectores rum, & in Curia Panormitana. Bartholus *in l. commodissimè, ff. de hum.* quia loquitur de ingressu minimè de simplici Monachatu.

Non possunt autem dictum legatum sequi mulieres tertiariæ, quæ nec ter vivunt, nec expresso voto, uti stitatem servant. Quia cessat ratio, & statoris, qui est Religio.

2566 Legatum relictum determinæ minæ maritandæ, potest illi conferri, pore testamenti, aut post conditum mentum, ante mortem testatoris, & huc testator viveret, fuit data in matri um; quia tunc legatum videtur factum peculiarem affectum ad personam, q cessat, postquam est nuptui tradita. N test autem illi conferri, si legatum sit pro maritandis mulieribus incertis, &

minatis. Bonac. *tom.2.de contractibus dis.3.q.17.punct.*8.§.4.*n.*7. quia testator non movetur ex affectu ad personam, sed ad miseriam pauperum sublevandam, ut statum pauperem iuvant; qui finis cessat, matrimonio ante testatoris mortem inito.

2567 Legatum relictum determinato pauperi, aut determinatæ puellæ, si sit factum pro anima testatoris, aut pietatis causa, danda est alteri pauperi, si ille ante collationem sit mortuus; quia durat causa legati, nempe pietas, & suffragium minimè, si sit relictum bonum talis determinatæ personæ; quia ibi est affectus, qui cessat. In dubio, præsumptio stat pro causa pietatis, nisi pauper determinatus fuerit consanguineus; quia præsumitur, quòd prævaleat affectus sanguinis. Ant. à Spir. Sanct. *cit. n.*750. *v.*2585.

2568 Si pauper moriatur, executore in mora existente, tenetur executor solvere hæredibus, quia pauper legatarius habet jus additum à morte testatoris, & hæres succedit in re pauperis. Ant. à Spir. Sanct. *cit.*

2569 Ex his sequitur, quòd si quis relinquat legatum D. Antonio Determinati loci, & is non existat, legatum debetur Ecclesiæ Parochiali testatoris. Quòd si duas Parochias habeat, debetur illi, à qua Sacramenta accepit. Si duæ sint Ecclesiæ talis nominis, confundum est pauperiori, nisi habeat potestatem eligendi: *ut in n.*2556.

LEGATUM CESSAT

2570 PRimò. Si legatarius præmoriatur leganti. At si moriatur post testatoris mortem, debetur hæredibus, legatario etiam hæreditate non adita: *ut in n.*2568.

2571 Secundò. Per notabilem ingratitudinem legatarii post legatum, nisi posteà ex præcepto vel tacitè se reconciliaverit. Et quamvis hæres non constet ingratitudinis habuisset tempus revocandi, imò & feciisset codicillum, & non revocaverit, adhuc censetur revocatum. Ant. à Spir. Sanct. *cit. sect.*15. ex Sanch. *v.n.*2545. & 2868.

2572 Tertiò. Si legaverit rem alienam, putans esse suam.

2573 Quartò. Cessat extincta re legata per ipsum legantem. Unde si quis, postquam legavit triticum, quod in horreo habebat, illud consumpsit, ad nil tenetur hæres, Ant. à Spir. Sanct. *cit. sect.*13.*n.*745.

2574 Quintò, legatum conditionale cessat, si purificetur conditio, antequam firmetur legatum morte testatoris: *v.num.*2566.

JUDEX COMPETENS

2575 IN legatis piis est Episcopus loci, etiam respectu laicorum, & contra laicos, ex juribus sequentibus, Insuper ipse est legitimus ultimarum voluntatum, & piorum legatorum executor, tam ex jure Civili, quam Canonico, *ex cap. Nos quidem. cap. si hæredes, & cap. tua nobis de testam.* & ex trident. *sess.*22 *de refer. c.*8. Si alius executor non sit à testatore dispositus, vel si sit malè dispositus, aut déficiat. Bonac. *tom.2.de contractibus dis.3.q.*17.*punct.*8.§.10.

2576 Hinc non potest testator prohibere, ne Episcopus curet sua legata impleri; quia licèt liberum sit ei legatum condere, non est liberum Episcopum potestate à jure concessa privare.

Eadem ratione, si testator legatum condat sub conditione, quòd si Episcopus ei se ingesserit, sit nullum; Episcopo se ingerente in executione, legatum non cadit, nec transit ad hæredes legantis; quia talis conditio, cum sit contra jura habetur pro non apposita. Bonac. *cit.* contra: Molfesium: *v.n.*2548.

2577 Potest Episcopus hæredes negligentes ad solvenda legata pia cogere per censuras

præfixo termino beneviso, putà unius anni, aut sex mensium.

2578 Eamdem potestatem habet circa legata non pia, si non sit præventus à judice laico; quia compulsio hæredum, aut executorum circa legata prophana, est mixti fori. Abbas *in cap. si hæredes num. 7. Clericaeus cap. 102.*

DE COMMUTATIONE LEGATORUM.

2579 Legata ad unum usum relicta non possunt in alium usu converti absque justa, ac rationabili causa, ac legitimi Superioris consensu. Bonac. *tom. 2. de contr. disp. 3. quæst. 17. §. 9.* Quia testatoris voluntas est servanda tanquam lex, *cap. ultima voluntas 13. qu. 2.*

2580 Summus pontifex potest validè (quidquid sit, an licitè) sine causa commutare, etiam in opus minùs pium.

2581 In legatis prophanis superior legitimus est princeps supremus; hic potest ad alium usum prophanum convertere ex justa causa.

2582 In legatis piis est summus Pontifex, uti supra: Et Episcopus loci ex justa causa, aut necessitate, sine gravamine hæredis, & injuria loci pii.

2583 Hinc Episcopus potest commutationem de uno in alium usum concedere. Primò. Quando voluntas testatoris non potest de jure, aut de facto impleri in propria specie. Quia voluntas testatoris nec præsumitur, nec est contra jura; nec est illicitè executioni danda.

2584 Secundò. Quando voluntas testatoris potest de jure, & de facto impleri, potest Episcopus ex justa causa, aut ex necessitate commutare.

2585 Justa causa erit, 1. Si legatum factum ad unum usum, non possit commode impleri, 2. Si pecunia ad illum usum legata sufficiat, 3. Si Testator non satis exposuit quomodo sit expendendum legatum, potest Episcopus declarare, 4. Si legatum sine commutatione, aut dispensatione caderet caducum. Et sic, si quis pro anima legâsset centum Rosæ, ut monialis fieret, hæc autem nubat, aut moriatur; tunc deberit alteri puellæ, quæ monialis fiat, ut cari. Dixi *pro anima sua*; quia si legatum esset Rosæ relictum intuitu, & affectione sonæ, tunc ea mortua evaderet caducum, & cederet hæredi legantis, *ex* [illegible] Nam legatum non extenditur de persona in personam, quoties est electa industria personæ. Bonac. *cit.*

2586 Justa causa erit potior, si ob necessitas. Necessitas erit, 1. Si legatum factum ad usum parùm utilem, v. g. [illegible] gendam Ecclesiam, quæ minatur ruinam, tunc poterit applicari reparationi ejusdem nam utiliùs gerit rem Ecclesiæ, & ubi [illegible] 2. Si sit ne cessaria expensio in aliud, [illegible] est nec essarium ad executionem legati, [illegible] si legatum sit pro celebratione Missarum, Ecclesia indiget sacris vestibus, aut [illegible] reparatione; tunc potest legatum ad [illegible] converti in sacrarum vestium emptionem, [illegible] reparatione. Eadem ratione legatum [illegible] relictum pro fabrica templi, potest ad [illegible] expendi pro ornamentis, & aliis divinis cultui necessariis.

3. Si commutatio non sit perpetua, [illegible] tempus, potest Faciliùs justa concurrens causa fieri. *Et sic* (ait clericatus, *c. 102. n. 15* [illegible] nentissimus D. meus Cardinalis Barbarinus Episcopus Paduanus, *me proponente, in Curia coram Eminentia Sua, dispensando concessit legatum annuũ relictũ pro ornamentis Ecclesiæ Parochialis Baptistæ* [illegible] *Despazzi in Ecclesia Parochiali Baptistæ* [illegible]

...ulcri annos expendi pro ornamentis Altaris ...sacramenti, attento, quòd Altare Deipa... ...mè ditissimè ornatum: Altare verò SS. Sa... ...monterat ornamentis omnino destitutum, ...ulterat facilior via providendi illius nu...

...587 Legatum tamen pro virginibus ma... ...nitis non patitur commutationem cum ...o opere pio. Ant. à Spir. Sanct. *de testam. ...rt. 10. disp. 16. sect. 13. num. 753.*

...Hæc docent Doctores communiter, maxi... ...Sylvest. &c. & Vericelli *tr. 1. q. 17.*

...588 Imò Vericelli *cit. nu. 5.* addit, quòd ...publicus hæres, aut executor irrequisito ...ordinario, legatum in alium usum converte... ...aut aliquo modo mutare, si causa à testa... ...invocata adsit, aut de novo occurrat, qua ...cuivis prudenti est moraliter certus, quòd ...testator eam cognovisset, sic legâsset, & ...voluisset; quia hæc non est propriè com... ...mutatio aut dispensatio, ad quam requiritur ...superior authoritas, sed interpretatio per ...solum, quæ est omnium moderatrix le... ...quamque quilibet privatus juxta pru... ...entis regulas facere potest.

...Imò sicut hæres potest declarare volun... ...defuncti, quando est de eâ verisimiliter ...informatus; ità à fortiori poterit eam decla... ...re, quando naturalis rationis ductu, est mo... ...raliter certus de eo, quod in tali casu interro... ...gatus responderet, si viveret. Ità Vericelli, ...& exemplificat, ut sequitur.

...589 Explico tali exemplo: testator lega... ...vit mille, ut construatur Ecclesiæ sacratium, ...quod deinde ab alio constructum est, sed inte... ...rim fuerat Ecclesiæ tectum; quis dubitat ...posse hæredem sinè ullâ authoritate Epi... ...scopi, ex solo consensu Rectoris Ecclesiæ, ...illud tectum? Sic testator legavit mil... ...le, ut quinque virgines suæ Civitatis nu... ...bilis centum, captâ Civitate, & in servitu-

„tutem redactis virginibus ab infidelibus, „quis dubitat posse hæredem ea mille ad i„psas redimendas convertere? Neque video, „ad hæc necessariam esse Episcopi authori„tatem; sed tantùm consensum Rectoris „Ecclesiæ, quando certæ Ecclesiæ factum est „legatum.

„590 Item *in q.* 18. subdit. Infertur se„cundò ad casum, de quo nuper interroga„tus fui: testator legavit annua centum in „eleemosynam panis pauperibus certi oppi„di à quodam Ecclesiæ Rectore distribuenda, „redditus isti diu inexacti, jam simul solu„ti, ascendunt ad mille aureos. Quæritur „an Rector possit hæc mille convertere in „capitale, ut perpetuò major sit panis elee„mosyna? Respondeo affirmativè, nam te„stator supponebat tertias annuatim solvi; „aliter enim disposuisset, si cogitasset eas „simul aliquando solvendas, ascendere ad „summam ducatorum mille; etenim conje„ctura, & interpretatio voluntatis defuncti „deducenda est ex his, quæ testator præsup„ponit, ut ait Castillus Soto major *quotid. „controv. lib. 5. cap. 83. nu. 4.* & ex his quæ „prudentes homines in simili casu fecissent „*l. quoniam. C. de natur. alibus liberis.* Præterea „quando testator legat notabilem pecuniæ „quantitatem ad alimenta pauperum, tunc „nisi se aliter expressè testator declaret, non „est ea pecunia simul distribuenda, sed ad „honestum lucrum deputanda, ut ex red„ditibus annua alimenta inde proveniant; „eleemosyna enim perpetua utilior est ani„mæ defuncti, ac communitati pauperum, „ut in terminis docent Castren. *in l. Divi*, „*ff. ad l. falcid.* ubi Bartol. Angel. & Imola, „Alexander *consil.* 100. *in fine lib.* 1. Lupus *in „cap. per vestras in* 3. *not. ab. vers.* 7. *infertur „nu.* 1. *de donation. inter virum, & uxorem* „Rota Romana *decis.* 742. *num.* 2. *part.* 1. *in „novis.*

„ *noviss.* Surdus *de aliment tit. 4. quæst. 9.*
„ *num. 13.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 157.*
„ *num. 33.*

„ Neque refert, fortè ex hoc præjudicari
„ particularibus aliquibus pauperibus; nam
„ testator communitati pauperum ejus oppi-
„ di, imò magis animæ suæ prospexit; com-
„ munitati autem pauperum, & animæ testa-
„ toris utilior est eleemosyna perpetua, ut in
„ simili loquentes de anticipatione cum præ-
„ judicio futurorum pauperum, docent Vasq.
„ *opusc. de testamentis cap. 9. §. 3. dub. 1. nu. 76.*
„ Rodriq. *in summa to. 2. cap. 156. nu. 5.* Dia-
„ na *par. 8. tract. 5. resol. 51.*

2591 His de rationibus Ant. à Spir. Sanct. *de Testamentis tr. 10. disp. 16. sect. 13. n. 752.* ait, legatum distribuendum quotannis alicui Hospitali, aut Monasterio, posse totum simul ei dari justa concurrente causa.

2592 Et legatum relictum pro carceratorum liberatione quolibet anno, posse expendi, ne quis in carcerem detrudatur; quia certum est, quòd esset proximè carcerandus.

2593 Et Busem. de legatis ait: *Ad Episcopum autem, hæredem, & executores pertinet per Epikejam interpretari non esse à defuncti voluntate alienum, si aliqua mutatio fiat, v. gr. si pecuniam reliquerit ad calices emendos pro Ecclesia, quæ calice non eget, poterunt eam applicare ad casulas, aut alia ornamenta, quæ magis ad Ecclesiæ usum conducunt.*

QUÆRES I.

2594 *An. Si pro opere à testatore hæredi præfixo, v. gr. pro Oratorio construendo, non fuerit requisita tota summa pecuniæ legata, id, quod supereſt, possit ab ipso hærede retineri?*

REspondeo posse, si summa pecuniæ fuit legata demonstrativè; non posse, si fuit legata taxativè. Bonac. *tom. 2. de contr. bus disp. 3. quæst. 17. §. 9. num. 5.* Tunc enim summa pecuniæ legata taxativè, seu demonstrativè, quando ex verbis, aut circumstantiis dignoscitur, mentem testatoris fuisse, ut tam illam summam suam vel exonerationem conscientiam, aut suam animam suffragiis verò dicitur legata demonstrativè, cum dignoscitur, mentem testatoris fuisse, nisi demonstrare executionem operis quod præfigit; quod maximè dignoscitur prudenter judicetur legasse etiam ad personam hæredis, in quantum excedentem legaverit, voluisse in tuitionem, ne hæredem gravaret in operis completione.

QUÆRES II.

2595 *Petrus reliquit duodecim puellis annua unciarum viginti pro duodecim earum bus quolibet anno maritandis. Una puella consanguinea Petri interrogatur per; cui cum esset oblata occasio venis, & non haberet dotem sufficientem opportunitatem amitteret, unumex unciis unciarum viginti in spe dotandi, sibi matrimonium peractum. An dictum possit ei conferri jam maritatæ?*

REspondeo posse. Sequitur ex dictis 2554. 2557. & 2561. Ratio est quia legatum habuit effectum legatum tentum, non aliter, quàm si prius illud consecuta esset; nam ejus virtute ter nupsit.

Cui accedit praxis, & consuetudo tis Confraternitatum, pro maritandis Confratrum relictis, quæ ab ipsis jam tatis obtineri solent, ex eo quia in priùs assignaverint, & eorum virtute rint.

Secundò; quia dicta puella est

gatum in tertio gradu legantis, pauper, & inops; unde locum habet moraliter certa interpretatio per Epiheïam voluntatis ipsius defuncti, qui si viveret, & puellam suam consanguineam in statu inopiæ cognosceret, ne dum hic, sed melius, & utiliùs ad ejus favorem disponeret, *juxta dicta in nu.* 2552. 2558. & 2568. Imo eam esse cæteris non consanguineis præferendam, sequitur *ex num.* 2554.

PRIVILEGIA FRATRUM MINORUM QUOAD LEGATA

2596 CLemens IV. 21. Julii 1265 *Const.* 4. *Virtute conspicuos*, §. 27. Eugenius IV. *Debet debitum*, & Sixtus IV. 21. Augusti 1471. *Const.* 6. *Regimini*, concesserunt Ordini Minorum:

„ Ut liceat Fratribus vestri Ordinis, eum de prioribus locis suis ad alia loca se transferunt tam ædificia, seu omnem ædificationem, materiam locorum, quæ dimittunt, (debitis Ecclesiis dumtaxat exceptis) „ secum libros, calices, & paramenta secum ad alia loca transferre, & ædificia ipsa cum „ aliis, & aliis ad eadem loca pertinentia, „ vendere Ecclesias, per personas ad hoc à Sede Apostolica deputatas, vendere ipsoque pretium in aliorum locorum, ad „ quæ dicti Fratres se transferunt, ædificationem, seu aliàs in eorum utilitatem convertere secundum quòd eis melius videbitur expedire, cum ipsa propria & alia loca fratrum ad Nos, & Apostolicam Sedem spectantes, & immediatè pertinere noscantur: „

Ibi. num. 1145.

2597 Sixtus IV. & Leo X. apud Sorbo *ver. Legatum* num. 1. & *ver. cummutare anu.* 1. *ad* 3. & Turrielli *tr.* 1. *q.* 17. *num.* 1.

„ Concesserunt, quòd Prælati Fratrum Minorum Observantium possint res donatas „ apud viventes; insuper legata facta locis „ nostris ad unum usum, commutare in alium, „ sine scandalo tamen illorum, ad quos solu- „ tio legatorum pertinet, aut à quibus res sunt „ donatæ. „

2598 Leo X. in Const. 6. *Merentur*, recenset Bullas Nicolai III. & Clem. V. & declarat, Fratres Minores de Observantia licitè retinere posse domos amplas, & spatiosas, insuper paramenta multiplicia, ac pretiosa; assignans pro ratione, quia sunt in proprietate S. Sedis; Fratres sunt tantùm custodes, & solùm usum habent, non fructum; quare in nihilo regulam violant; & decens est, in celebrioribus solemnitatibus decentioribus paramentis divinam honorare majestatem.

De legatis Fratrum Minorum fusè actum est à *num.* 1185.

CODICILLUS.

2599 E*St ultima voluntas minùs solemnis de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, coram quinque testibus declarata.*

2600 Potest quis mori cum pluribus codicillis inter se non contrariis, sed non cum pluribus testamentis; quia testamentum posterius ex jure tollit prius.

2601 Religiosus professus non potest revocare testamentum ab ipso ante professionem factum; quia testamentum non potest revocari in totum, nisi per aliud testamentum nec in partem, nisi per codicillum. Religiosus autem professus nec facere potest testamentum, nec codicillum; quia codicillus est testamentum parvum, qui à testamento differt per hoc, quod non requirat solemnitates, nec tot testes, sicut testamentum. Tum quia in codicillo nec instituitur, nec tollitur hæres: *v. num.* 2609.

2602 Cæteri autem possunt testamenta, & codicillos revocare usque ad mortem; quia ex

ex jure voluntas testatoris perambulatoria dicitur usque ad mortem.

SUBSTITUTIO FIDEICOMMISSORIA

2603 *Est illa, per quam hæres ab intestato, aut testamento constitutus, gravatur restituere hæreditatem, vel partem ejus aliquotam. v. gr. dimidiam, tertiam, aut quartam partem alteri.*

Ille, cui est facta substitutio, dicitur fideicommissarius. Dicitur substitutio fideicommissoria, seu fideicommissum; quia testator fidit hæredi, & ejus fidei committit hæreditatem alteri restituendam.

Hæc substitutio non est directa, sed obliqua, in quantum fideicommissarius non capit bona hæreditaria directè à testatore, sed ministerio hæredis primò instituti, & gravati.

Non solùm primus hæres potest gravari, ut hæreditatem, aut ejus partem fideicommissario restituat; sed etiam ipse fideicommissarius potest gravari, ut alteri fideicomissario restituat; in quo casu actiones utiles transferuntur in hunc posteriorem fideicommissarium: *v. n.* 2539.

2604 Licèt per codicillum non possit instituì directè hæres, potest institui fideicommissarius; quia potest hærædi directo jam instituto imponi onus restituendi alteri hæreditatem, vel ejus partem.

2605 Fideicommissum non potest fieri, nisi de bonis liberis; minimè de bonis alienis, aut alteri obligatis. Hæc Bonac. *tom. 2. de contractibus disp. 3. 17. punct.* 4. Ubi plura.

De testamento, & legatis fusè agunt Mastrius *disp. 4. qu. 2. art.* 3. La Cruz. 7. *prac. pag.* 132. Diana *p. 8. tr. 5. part. art.* 10. *tr.* 15. *res.* 11. *part.* 5. *tr.* 3. *res.* 20. *part.* 3. *tr.* 5. *res.* 60. & alibi. Tamb. *tom. 2. de Bulla Cruc. c.* 18. §. 2. Bonac. *tom. 2. de contractibus disp. 3. qu.* 17. 18. & 19. Ant. à Spir. Sanct *tr.* 10. *disp.* 16. Verricel. Busen. *lib.* 3. *tract.* 5. *c.* 4. Clericatus. Mendo *sub propriis titulis.*

SPONSIO

2606 *Est contractus, in quo duo de re te, aut eventu alicujus rei tes, sibi invicem aliquid spondent, qui sit, qui veritatem assecutus fuerit.* vulgò dicitur *Scommessa.*

Ut licitè fiat, quatuor conditiones rit, 1. Ut fiat super re dubia, 2. Ut sit in re, quæ spondetur cum æquali ne, 3. Dubius eventus in utroque, uterque eodem sensu accipiatid, de quo tatur.

LUDUS

2607 *Est contractus, quo ludentes periculo exponunt, pro quo quirendi rem alterius.* Est triplex, ingeniosus, & mixtus. Ludus meri est prohibitus: hinc ludus alearum, qu in fortuna, & casu, quàm in industria tus, est prohibitus laicis sub venali, sub mortali; si tamen frequenter, gum tempus ludant; secus, si per brev pus, recreationis causa, & absit scan Fenech. *de ludo n.* 15. ait, legem Can quoad culpam, *videri per dissuetudin gatam, si non avaritia, sed veræ recr causa ludatur ad aleam, & sine scanda* Scotus *in* 4. *d.* 15. *q.* 2. *litt. X.*

2608 Conditiones ludi, ut sit licitus quatuor, 1. Ut ludens non utatur fraude, 2. Ne alter alterum compell per vim, aut verbis contumeliosis, 3. dens disponere possit de re, quam ludo nit, 4. Ut sit æqualis conditio colludent

2609 Tenetur restituere, qui vicit contra conditiones ludi, ut asser

luser se plane ignarum lusus, & sic alterum dolo imperitiorem provocaret, qui aliundè habere noluisset; hic enim dolo, & fraude a-git.

2610 Non tenetur restituere, qui utitur aliarum illis, quas regulæ lusus, & consuetudo recepta patitur, cum uterq; sciat tales astutias licitas, & sic tacitè in illas libere consentiat; gr. 1. Si potiores ch artas habens, & securus de victoria, augeat sponsionem, vel timulet metum, ut adversarius augeat, 2. Si sciens se inferiores chartas habere, dissimulet, augeatq; sponsionem, ut sic relinquatur sibi, uderat appositum, 3. Si inspiciat chartas ius ex sola illius negligentia, & absque ite, secùs, si ità se collocet, ut possit videre, ei alium constituat, à quo admoneatur, 4. chartas discat nosse inter habendum, quas non signaverat, nec noverat; secùs, si ante signaverat, vel noverat ignorante socio.

2611 Religiosus potest aliquid moderatè alienare, sicut potest aliquid moderate de superioris licentia donare. Uxor potest aliquid ludo exponere juxta sui status conditionem. Similiter filius, quia censetur patrem velle ei honestam recreationem concedere. Item potest filius ludo exponere bona adventitia, vel quasi; minimè profectitia, & adventitia, sine consensu patris; *v. tom. 2. n. 168.* Uxor exponere potest bona paraphernalia: *n. 2. n. 119.* Demq; servus potest ludo exponere pecuniam propria industria acquisitam, vel à domino acceptam cum permissione, ut pro suo libito expendat; vel si de peculio ob alimenta tradita, servus parcè vivendo aliquid sibi reservet: *v. n. 2626.*

2612 Qui ludit cum iis, qui alienare non possunt, jam relatis, peccat, & vincens restituere tenetur totum illud plus, quod illi alienare non possunt; quia acceperunt rem alienam invito domino. In ludo autem filii familias pater non solet esse invitus, nisi quoad modum, nisi jactura sit cum nimio excessu.

Econversò, qui alienare non possunt, si vincant, restituere tenentur illud plus, quantum alienare non poterant, quia non servatur æqualitas colludentium, dum vincere voluerunt, & perdere non potuerunt; excipitur; si collusor sciat illum alienare non posse, tunc vincens non tenetur restituere, *quia scienti, & consentienti nulla fit injuria.*

2613 Qui ludo lege humana prohibito perdidit, non tenetur in conscientia solvere, nisi se soluturum juraverit; si verò vicerit, non tenetur restituere ante sententiam Judicis.

2614 Ludere pro Psalmo, vel oratione Dominica recitanda, non est peccatum, nec irreverentia: *v. n. 2400.* Scotus *cit.* Mastrius *in Theol. mor. disp. 9. n 78.* Bonac. *tom. 2. pag. 509.* Tambur. *tom. 1 lib. 8. tr. 2. c. 9. §. 1.* Joan. la Cruz. *pag. 129.* Busenb. *lib. 3. tr. 5. c. 3. dub. 13.* Clericatus *c. 101.*

CAPUT III.

DE FURTO.

2615 FUrtum *est ablatio, seu detentio occulta rei alienæ invito rationabiliter domino.* Rapina *est occupatio rei alienæ cum violentia.* Unde supra malitiam injustitiæ furti addit injuriam violentiæ.

2616 *Plagium est furtum hominis liberi scienter venditi, vel empti.* Plagium, & rapina addunt malitiam specie distinctam in confessione explicandam: *v. n. 288.*

2617 Furtum quantitatis notabilis est mortale, parvæ veniale. Et quia malitia furti consistit in detrimento, quod proximo infertur, quantitas ad mortale sufficiens haud meliùs desumitur, quàm per respectum ad personam, quæ damnificatur. Hinc

QUANTITAS INTER EXTEROS

2618 Est gravis ad mortale sufficiens, 1. Si à paupere fureris duos julios, seu duos tarenos Siculos cum dimidio: inter pauperes veniunt artifices illi, qui vivunt ex labore diei, & tantum uno die lucrantur, quantum ad unius diei victum sufficit, 2. Si à valdè divite fureris unum scutum, 3. Si à persona media, seu communi, fureris quatuor julios, seu quinq; tarenos Siculos: inter personas medias, seu communes, veniunt personæ illæ, quæ non sunt pauperes, nec valdè divites, sed commodæ, quæq; plus uno die lucrari solent, quàm ad unius diei victum sufficiat. A præfatis tribus generibus personarum minus auferre est veniale. Auferre à Principe ditissimo duos aureos non est mortale; mortale tamen est auferre à mendico unum julium, seu tarenum Siculum. Similiter mortale est acum auferre à Sartore, qui alium non habens omittit operam illius diei; nam infert notabile damnum.

2619 Aureus nummus, seu scutum aureum, licèt crescere, & decrescere soleat, regulariter tamen importat tredecim julios cum dimidio, seu tarenos decem & septem cum dimidio.

PLURA MINUTA FURTA

2620 Committens, furando per plures vices modica, sive ab eodem, sive à multis, deveniendo ad quantitatem notabilem, peccat mortaliter, etiam si in prioribus furtulis non habuerit animum deveniendi ad quantitatem notabilem; & tenetur sub mortali ad restitutionem, non totius quantitatis ablatæ, sed illius, quæ complevit quantitatem notabilem: reliqua verò, quæ remanet, cum remaneat materia levis, sicut antea, remanet sub onere restitutionis, solùm sub venial[e] cut antea. Et licèt furans modica à multis etiam deveniendo ad quantitatem notabilem, inferat leve damnum singu[lis] fert grave damnum communitati, quæ, & ipsi domini sunt rationabiliter gravat[i] viti nolentes, quòd multi dicentur hoc m[odo] furandi modica à singulis, eò maximè, id est contra publicam, & singulorum securitatem, ac indemnitatem, quorum data libertate, possent venditores in[ter] bus vendendis, quid parvum sumpsi[t] gulis.

2621 Major tamen quantitas requ[i]ritur ad mortale, quando quis per repetitos [ac] sempet modica furatur ab eodem, qui minus detrimentum patitur, & est mi[nus] vitus, quam furando simul; nonnulli [ex] quantitatem esse debere dimidio [aur]ei. Et major requiritur, quando quantitas a multis, modica à singulis; unde [Lu]Sanchez, & Rebell. dicunt, non peccat[um] taliter eum, qui in Civitate populosa [ex] modica à multis, si non deveniat ad quan[ti]tem unius aurei.

2622 Item ad peccatum mortale [in] titis furtulis requiritur, quòd sit com[mu]moralis temporis; secùs si intercedat [ma]gnum temporis intervallum. Magnum [tem]poris intervallum, & interruptio mor[alis] aliquibus (apud Tamb.) reputatur, si [ma]num, & alterum furtulum intercedat [an]aliis, si sex menses; ab aliis, si unus, [ad]quindecim dies; sed rectè Tamb. ad[mo]taxanda quantitate, & temporis inter[val]his, & similibus casibus, meliorem [re]desumendam esse à prudentia, consi[de]damnum proximi, aut communitatis, [qui] involuntarium.

2623 Casus, in quo plures furan[tur] guli modica, sed simul ab eodem, verò,

uvæ racemum ex eadem vinea, resolu-
tom. 2. n° 1 E.

624 Dices : onus restitutionis ex deli-
, ut in casu injustæ acceptionis, non
ligat sub mortali, nisi adsit culpa mortalis;
in damno illato per plura furtula non
culpa mortalis, bene verò venialis : er-
non oritur ex illo onus obligans ad resti-
tionem sub mortali. Minor probatur, quia
singulis furtulis latrunculus iste non pec-
nisi venialiter; infinita autem venialia
non possunt integrare, aut conficere unum
tale.

Negon. concessa majori, negando mino-
am pro cujus claritate est distinguendus ca-
si vel iste latrunculus in ultimo furtulo con-
ente cum prioribus quantitatem notabi
advertit ad præcedentia furtula, vel non;
advertit, peccavit mortaliter in ultimo fur-
o, quod licèt in se sit quid modicum, re-
ctis antecedentia, cum quibus moraliter
unitur, constituit damnum notabile, & ita
mortale.

Nunc advertit, sed advertit postea, sub-
ungor; vel quando advertit, habuit ani-
um non restituendi, & tunc incœpit pecca-
re mortaliter, ut injustus detentor quantitatis
otabilis; vel habuit animum restituendi, &
unc licèt non peccaverit mortaliter, tenetur
b mortali ad restituendum ad præcaven-
am culpam mortalem, quam incurreret, si
stituere nollet; & hoc pacto onus restitutio-
in casu oritur ex culpa mortali; nec sequi-
, quod plura venialia integrent unum
rtale, quia peccatum mortale committi-
, vel in ultimo furtulo, vel in voluntaria
detentione totius summæ notabilis; furtula
enim sunt actiones talis naturæ, ut possint in-
ter se continuari moraliter ad constituendum
unum damnum notabile; *v. prop.* 38. ab In-
noc. XI. damn.

QUANTITAS FURTI INTER DOMESTICOS.

2625 QUantitas furti filiorum, & uxoris ad mortale sufficiens, debet esse major, & talis erit, si quantitas *in num.* 2617. assignata pro exteris dupliciter. Sed in hac re aptior regula est prudentia. Item in furtis filiorum, & domesticorum, debet attendi, an pater, maritus, dominus sit liberalis, dives, amans, si furtum sit de esculentis, non de pecunia, & si de pecunia, non frequenter, sed rarò, tunc enim solet esse minùs invitus; & sæpe filius in furto notabili pecuniæ à peccato mortali excusatur, quia prudenter dignoscit, attentis conditione, & amore patris, patrem non esse invitum quoad substantiam furti, sed quoad modum, quatenus clam rapuerit, ad vana expenderit, &c.

2626 Hac ratione famuli sæpe à mortali excusantur in furto comestibilium, quæ domo non exportant, neque devendunt, sed ipsi domi consumunt, nisi sit cum excessu. Similiter (ait Less.) *Furta minima famulorum ex comestibilibus, quæ claudi non solent, non coalescere, si non ad vendendum, sed ad comedendum accipiant*; domini namque regulariter sciunt, & dissimulant. Confessarii tamen in hac re nec debent esse laxi, ne famulorum libertas in excessum prorumpat, nec tam asperi; sed uti debent prudentia, famulos à similibus dissuadendo; & optimè faciunt, si injungant, ut in compensationem, majorem famulatum dominis præstent, quando furta non sunt nimis dominosa dominis, & famuli sine magna difficultate restituere non valeant.

2627 Uxor sinè consensu viri potest moderatas eleemosynas facere, & moderatas donationes, seu largitiones liberales ad conservandam decentiam sui status, juxta mortem aliarum mulierum similis conditionis; nec officit,

si vir prohibeat, quia est irrationabiliter invitus. Tambur. cum aliis concedit uxori, cujus vir est mediocris patrimonii, ut insumere possit duo pro centum pro eleemosynis, & alia duo pro liberalibus largitionibus; imò plus si vir sit ditissimus: semper tamen potior est regula prudentiæ.

2628 Filius, si notabilem summam de bonis parentum furripiat, illis rationabiliter invitis, peccat mortaliter, & restituere tenetur; quòd si non possit, debet eorum rationem habere in divisione hæreditatis cum aliis fratribus, nisi alii fratres pariter simile quid rapuerint.

2629 Et sicut peccat mortaliter uxor furripiendo notabilem summam invito rationabiliter marito de bonis mariti, aut quorum est usufructuarius, & administrator, atque ad restitutionem tenetur; ità & maritus, & si pariter furripiat de bonis paraphrenalibus uxoris: *v. to. 2. num. 169.*

2630 *Non peccat uxor subducendo aliqua, vel compensationis causa, si vir sit prodigus, quia is tunc facit uxori injuriam, partem ipsius profundendo; vel pro victu, vestibus, cæterisque, sibi, vel familiæ necessariis, quæ mariti sæpè non intelligunt, & frustra ab illis peteventer.* Busem.

2631 *Sinè furti crimine potest uxor succurrere necessitati sui patris, aut matris, aut prolis ex alio matrimonio, etiam nolente marito, ex bonis propriis, aut communibus, dummodo post mortem viri, ea quæ largitur, in sua portione computet; quia illa jure naturæ tenetur eos alere, & maritus debet in hoc consentire; quod aliqui ad uxores, fratres, & sorores probabiliter extendunt.* Busem. & Arsdekin.

2632 De quantitate furti Religiosorum sufficiente ad mortale, communiter Doctores discurrunt, sicut de quantitate furti filiorum: *v. n. 625.* Attendi etiam debet Monasterii opulentia. Fagundez cum N. N. ut peccare mortaliter Religiosum, si de bo Monasterii dimidium scuti furetur, & si donet.

2633 Id mihi verum est, majorem titatem requiri, ut peccet mortaliter paupertatem malitia proprietarii, peccet mortaliter contra justitiam furti; quia malitia furti concernit tertii, adeóque superior est magis invi litia proprietarii, & malitia furti sunt cie distinctæ, prior contra paupertat sterior contra justitiam; quæ sæpe sunt in eodem actu, ut cum rem Monasti superiore retines, aut extra donas; re rem tibi à sæculari datam, invito retines, aut extra das; *nam quidquid chus acquirit pro Monasterio acquirit.*

2634 Separantur, ut cum res recipis in tuos usus consumendam, sive intus, sive extra, ad tui placitum buendam, tunc contra paupertatem non contra justitiam, malitiam contrahis, non furti; quia stante luntate dantis, Monasterium dominium rei. Rodriq. *in sum. tom. n. 27. & 29.* Sotus, & Aragon. tenent sum non committere furtum mortale quando ascendit ad summam dicerum: *v. à num. 2617.* At hæc opinio sit habere locum quoad malitiam rii, est tamen laxa, & non practicand malitiam furti. Hinc si de rebus com tis, aut maximè alterius Religiosi fu quam dimidium scutum argenteum, pecces mortaliter malitiâ proprietar taliter peccas malitiâ furti.

2635 Revera tamen licèt pro ma prietarii major quantitas ad mortale ratur, quàm pro malitia furti, cert tradi non potest, sed pro utraque est

prudentiæ consideratis circumstantiis sufficienter expressis, & superioris involuntario. Horum quidem quantitas ad mortale requiritur, tres, quam Religiosus extrahit, sit de acquisitis proprio labore, & industria, aut de stipendio extero donatis, quàm si non sic. Maior, si rem prædictam detineat, non ad dispendium extra, sed ad consumendum ad proprios, præsertim necessarios usus; quia in istis bus superior est minùs invitus. Et magis, si Monasterium Religioso de necessariis non provideat.

1636 Basemb. *lib. 4. cap. 1. dub. 4.* addit: *Si Prælatus sciat subditum aliquid accipere, revera, vel expendere, & non prohibet, cùm facile possit, tacitè consentire videtur.* Unde Sanchez *mor. cap. 19.* ait: *Si in aliqua Religione invitando viget aliqua recipiendi, vel expendendi sine licentia, id excusari per tacitam licentiam Prælati, qui id tolerando consuetudinem habilitèr declarat: ut à n. 990.*

IN EXTREMA NECESSITATE

2637 NOn est fur, nec peccat, qui rem alterius furripit; quia in extrema necessitate omnia sunt communia; ità ut necessitate ipse indigens, sed alius (si de suo non habeat) possit furripere ad eum sublevandum; quia tunc furripit nomine indigentis, & ut quo instrumentum. Tamb. *tom. 1. lib. 8. tract. 2. cap. 6. §. 2. nu. 2.* Anton. à Spir. Sanct. *de rest. in 2. disp. 9. sect. 9 num. 417. v. nu. 406.* Qui vero in gravi necessitate rem alterius furripit, licet ob id, peccat mortaliter: constat, *ex cap. 3. de furtis: Si quis ob necessitatem famis, aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, vestem, aut panes pœniteat per hebdomadas tres & si reddiderit non cogatur jejunare.* Ratio est, quia sola extrema necessitas facit rem alterius communem, unde in gravi necessitate res alterius non sit tua, & inde non potes eam accipere invito domino; hinc qui extremè indigenti non subvenit, contra justitiam peccat, & charitatem; qui verò graviter indigenti non subvenit, peccat solùm contra charitatem. Tum quia opposita opinio aperit viam furtis, quia nullus fortè ex infima plebe esset, qui se in gravi necessitate existere non affectaret; adeóque meritò est damnata *propos. 36.* ab Innocent. XI. : *v à n. 2739.*

2638 Difficultas est: *An qui in extrema necessitate rem alterius furripuit, teneatur eam restituere, si in pinguem fortunam deveniat?*

Affirmat Navarrus; quia extrema necessitas nil aliud requirit, nisi ut sic indigens sublevetur: sufficienter autem sublevatur per mutuum, aut accommodatum cum onere restituendi in casu pinguis fortunæ, absque eò, quòd dominus re sua spolietur.

Negat verò Scotus *in 4. d. 15. quæst. 2. litt. KK.* quia extrema necessitas facit omnia esse communia, adeóque transfert rei alterius dominium in extremè indigentem, quantùm ad eam convertendam in proprium usum; ac proinde non tenetur ille sibi præjudicare per mutuum, aut accommodatum. Quod intellige in rebus ordinarii, minimè extraordinarii pretii: *ut in n. 2332.*

2639 Fatetur autem Scotus citatus, quòd, si res consumpta in extrema indigentia, sit ab eo rapta non urgente extrema indigentia, sed ante, teneatur eam restituere deveniendo ad pinguem fortunam, quia onus restitutionis tunc habuit ortum ex radice delicti quod proinde accedente extrema indigentia, non extinguitur, sed suspenditur. Plures tamen apud Tambur. adhuc hunc à restitutione liberant omnino tamen sentio cum Scoto: *v. num 2338.*

2640 Item qui in extrema necessitate rapuit, & totum non consumpsit, tenetur restituere

tuere, quod remansit. Quòd si totum consumpsit, ipse tamen, urgente necessitate extremâ, aliunde habebat, sed non poterat uti suo; iste utique, quando est expeditus, tenetur id, quòd rapuit, restituere, quia hic non dicitur fuisse in extrema necessitate simpliciter, sed secundùm quid; unde pro eo habet locum opinio, & ratio Navarri. Casus contingere potest in eo, qui bona possidens carceribus detinetur, aut captivus evadit, qui proinde suis rebus uti non valet, & sic in extrema constituitur necessitate.

COMPENSATIO

2641 Est licita, si tres interveniant conditiones, 1. Si non speres faciliter rem tuam, quam alius detinet, apud Judicem obtinere; sed difficulter, & gravibus expensis, ob debitoris potentiam, aut Judicis injustitiam, vel negligentiam, & maximè si exinde inimicitiam debitoris timeas, 2. Si non adsit periculum alicujus damni, aut infamiæ tui, aut alterius innocentis, 3. Ut opportuno tempore tuos hæredes, aut debitorem, vel ejus hæredes moneas, debitum jam esse solutum, ne iterùm tuis hæredibus solvatur; his conditionibus adhibitis, licitè potes occultam compensationem adhibere, rem alterius surripiendo, aut detinendo pro tua re, quam certò injustè ille detinet; quia tunc non es fur, sed justus compensator; quilibet enim habet jus ad recuperandum suum indemnis. Qua facta compensatione, res alterius in tuum dominium transit, ità ut, si pereat, tibi pereat.

QUÆRES

2642 *Petrus mittit Paulo tibi debitori donum, an possis illud pro te retinere in compensationem:* Resp. cum Tamb. te posse, si donum sit acceptatum à tuo debitore; quia tunc accipis rem debitoris ad quam habes [illegible] Non posse, si non sit jam acceptatum [illegible] accipis rem Petri, in quam non habes [illegible]

FAMULUS

2643 COmpensari non potest pe[illegible] quòd putet operam suam e[illegible] jorem salario, quod recipit; quia [illegible] tat sub dubio, vel probabiliter; [illegible] bio, non potest dominus spoliari [illegible] certa per jus dubium alterius; [illegible] ter, adhuc adsunt rationes probab[illegible] domino, qui proinde non potest spoli[illegible] sessione certa per privatum judicium [illegible] partis; sed est remittenda res judicio [illegible] vel prudentis, & docti Confessarii, [illegible] considerare debet.

Et præsertim considerare debet, [illegible] ductione famulorum triplex dari [illegible] supremum, medium, & infimum, [illegible] mercibus; quod mensurari non[illegible] integra sustentatione ipsius famuli, [illegible] familiæ, sed cum valore laboris, [illegible] dinem, 3. Si famulus rogavit dom[illegible] suo famulatu; quia *merces ultro* [illegible] 4. Si stipendium sit tenue, sed domin[illegible] set alios, qui pro eodem salario [illegible] tunc famulus occultè se compens[illegible] num inferret domino; non sic si [illegible] alios non habuisset: *v. n.* 2739.

2644 Si famulus paupertate coact[illegible] famulatum venderet pretio tenui, [illegible] simo, & non essent alii, qui pro eo [illegible] concedit Tamb. *tom. 2. pag. 490. n. 6.* [illegible] posset famulus se resarcire, quia [illegible] causa damni emergentis domino, [illegible] est defraudandus famulus justa merce[illegible]

2645 Puto autem eum se resarcire [illegible] posse; quia in conventione expresse [illegible] navit domino partem justi stipendii, [illegible] dem libere; nam non fuit coactus co[illegible]

gratis tenui liberè elegit tanquam medium ad propriam paupertatem sublevandam. Tum quia hic videtur ultroneus venditor sui famulatus: & dominus, si famulus renuisset, licèt alium non invenisset, vel tali famulatu se privasset, vel alio modo providisset. Si verò in conductione non fuerit expressè facta conventio pretii tenuis, nec famulus habuit intentionem condonandi partem justi stipendii nec, succedente tempore solutionis, dominus tenuè salarium solvat, potest se resarcire, quia nemo præsumitur velle servire gratis; tenetur autem pro sequenti tempore suam mentem de non serviendo tenui pretio dominæ declarare, aliàs tenui salario consentire videtur.

2646 Quoties autem famulus est moraliter certus de injustitia domini, & majori salario sibi debito, quod aliter commodè obtinere potest, tunc potest licitè per occultam compensationem se resarcire; quia tunc non simpliciter putans, sed certò sciens, dominus habet jus ad reparandum jus proximi tenuè læsum.

2647 In tali casu erit famulus, 1. Si invitus tenuè domino coactus dolo, minis, &c. ad servitium pretio minori infimo justo, 2. Si dominus pretium minus solvat, quàm fuerit pactus conventū, 3. Si dominus salariū solvat non in pecunia, sed in aliis rebus, quibus non eget, & quas cogitur vendere viliori pretio, vel si eget, dominus tradit cariori pretio, famulus solet emere benigniori, quia tempore opportuno, quo solent inferiori pretio vendi, quare patitur damnum, & nihilominus non vult tales merces domino recusare sive proprio damno, 4. Si dominus ultra famulatum, super quo est facta conventio, alium extraordinarium famulatum imponat, qui distincto salario solet conduci; tunc potest famulus se resarcire, quia nemo præsumitur velle servire gratis, nisi id expresserit, aut intentionem serviendi gratis habuerit.

2648 Id dixi de famulatu extraordinario, nempè de alio famulatu notabili, qui à persona distincta, & pretio distincto fieri solet; quia sunt plures ordinarii famulatus, qui ultra conventum à famulis gratis præstari solent dominis, adeòque non possunt licitè de illis se resarcire: *v. in prop. 37. ab Innoc. XI. damn.*

2649 Dominus non tenetur in conscientia salarium famulo in infirmitate solvere, sicut non tenetur conductor pensionem solvere, quando non utitur re conducta ob defectū locatoris. Valdè tamen laudo piam consuetudinem, quæ Panormi extat, quamplurium nobilium, qui integrum salarium famulis in infirmitate solvunt; cæteros ad opus charitatis tam sanctum enixè moneo.

QUÆRES I.

2650 *Dominus volens plures tabulas deà pingere, vocavit pictorem; at quia fuerunt discordes in quantitate pretii, et ad pingendum se obtulit famulus, qui perfecit picturas, sed nullum ei fuit solutum pretium. An possit occultè se resarcire?*

RESP. posse, si non fuit facta conventio, nec habuit intentionem pingendi gratis, quia *dignus est operarius mercede suâ*; & quando agitur de labore, & opera notabili, nemo præsumitur velle præstare gratis, nisi expresserit. At non debet sumere pretium, ut alii pictores, sed minus, uti ultroneus venditor suæ industriæ, & operæ. In quo pretio computari debet defectus famulatus, si notabiliter ob picturam à famulatu defecerit: *v. num. 2463.*

QUÆRES II.

2651 *An liceat Christianis furripere à Turcis & Mauris?*

UT solita claritate procedam, dicam prius de Christianis existentibus in partibus Turcarum, & Maurorum, postea de Turcis, & Mauris existentibus in partibus Christianorum. Quantum ad Christianos existentes in partibus Turcarum, & Maurorum.

2652 Certum est, quòd Christiani, qui injustè ab infidelibus captivi detinentur, cujusmodi sunt, qui detinentur à Turcis, aut Mauris, licitè possint à dominis particularibus furripere, quantum sufficit, ut redimantur, & est necessarium ad fugam, & iter ad suos. Ex Decr. S. Congr. S. Officii 13. Augusti 1630. apud Dianam *p. 5. tr. 13. res. 98.* & Peyr. *de Privil. pag. mihi* 330.

2653 Quòd autem servi Turcarum possint tam à suis dominis, & ab eis, quibus sunt injuria affecti, seu capti, furripere quæcumque voluerint docet Diana. *cit.* Idque nedum ratione compensationis injuriam captivæ libertatis, &c. & damnorum in suis negotiationibus, & bonis, ob absentiam à patria; verùm etiam jure belli, & expræsumpta Christianorum Principum voluntate: Turcæ namque sunt publici hostes, & Christianorum dominia, ac bona tyrannicè usurpaverunt, & possident. Unde Principes Christiani habent contra eos jus perpetuum bellum gerendi, bonis spoliandi, & compensandi; at quia non valent ex se ipsis id immediatè ad æqualitatè præstare, rationabiliter præsumuntur illud privatis fidelibus concedere, maximè ad hostium vires debilitandas. Unde *in part. 7. tr. 7. res.* 11. concludit: *Sed me consulente, servi Christiani à Turcis fugientes, bona ab ipsis sublata secum deferant & expendant, etiam in quacumque maxima quantitate.*

2654 Imò eadem ratione in p. 5. tr. 13. Molina idem extendit ad Christianos in terris Turcarum manentes, cum hac tamen limitatione, ut non adsit scandalum, damnum aliorum Christianorum, mendacium, perjurium, aut fractio fidelitatis, quam tenetur, qui sub fide Regia ibi manetur, aut negotiantur. Et aliqui putant tur Diana etiam in his casibus peccare dem Christianos bona Turcarum sumpta non teneri tamen ad restitutionem. Quia contra Charitatem, Religionem, fidelitatem peccant, non contra justitiam commutativam. 2. Quia restituendo augerent vires hostibus Ecclesiæ. 3. Quia quoad modum, quoad substantiam retinetur consensus Principum Christianorum. Addit tamen:

2655 Sed ego hanc sententiam non approbarem, in casu, quo inter Christianos & Turcas adesset tempus treguæ, alicujus salvi conductus; in his enim casibus non potest præsumi consensus Principum quoad substantiam, neque quoad modum. Ita Diana.

2656 Quantum autem ad Turcas existentes in locis Christianorum, quidquid maneant (omninò dico non posse Christianos illorum bona furripere sine peccato, onere restitutionis, si pacificè in nostris degant: Nam (seclusis scandalis, & malis, quæ quidem vitari non possent, sed) rantur ratione treguæ, salvi conductus, ut publici negotiatores sub fide Regia recurrit doctrina P. Dianæ *de nn. 161.* quia negotiatores solvunt super mercibita vectigalia principibus Christianis promissio, & pactum est contractus, qu

dicit obligationem justitiæ. Vel morantur, ut
personæ privatæ, sive liberi sive servi, &
non sint subditi Principibus Christianis;
licitè quoad hoc sunt uti alii subditi tra-
bunt.

2657 Ex dictis sequitur non peccare Chri-
stianos in terris Turcarum existentes, fraudem gabellas à Turcis impositas; nec in ter-
ris alterius Principis infidelis, qui injusto
titulo possidet terras injustè Principi fideli
ablatas. Diana *par.7.tract.7.resol.65.v.num.*
207.

QUÆRES III.

2658 *An uxor possit licitè vivere ex bonis mariti furto vel per usuram acquisitis?*

Resolutionem dat Verricelli *tr.3.q.32.n.4.* Negatione alterius casus: *An scilicet so-
ror pauperrima possit licitè vivere ex cibis à
sorore adultera emptis ex pecunia ab adultero
data, dummodo ipsa eorum adulterio, aut
fornicationi cooperetur?* Et est, ut sequitur:
„ Posse excusari hæc mulier ex altero capi-
te, & suppono probabilem esse opinio-
nem, licitè posse uxorem vivere ex bonis
mariti per usuram acquisitis: ita Navarr.
cap.17.num. 268. Vasquez *de restit.cap.* 11.
*dub.*5. Molina *tom.2.disput* 330. *§. de uxore,*
disp. lib. 3. *tract.* 3. *cap.* 11. *in fine.* Con-
cap.lyst. v. Usura 8. *quæst.*2. Quam tamen
opinionem ego cum aliqua restrictione ad-
mitterem, nempè si pecuniæ usurarum el-
lem confusæ cum aliis mariti, vel ab isto
acceperit in emptionem ciborum, quia pe-
cuniæ post confusionem, & cibi empti sunt
in dominio mariti; secùs esset de ipsis pe-
cuniis usurariis in individuo extantibus,
quia enim pecunias, utpotè alienas, mu-
tare consumere, & expendere nequit. Ra-
tio hujus opinionis est, quia cum pecuniæ
sint fungibiles, & cibi empti, sint in dominio
„ mariti, qui ex justitia tenetur non solùm
„ restituere usuras, sed etiam ex justitia tene-
„ netur præbere alimenta uxori, ista non pec-
„ cat, si accipiat, quod est sibi ex justitia de-
„ bitum, etiam cum præjudicio creditorum,
„ seu solventium usuras.

„ Eodem modo dici posset in casu nostro:
„ soror adultera, cum sit minùs pauper, te-
„ netur ex justitia alere sororem pauperrimam
„ Gloss. & DD *in l.qui filium ff. ubi pupil. educ.*
„ *debeat.* Surdus *de alim. tit. q.* 25. ergo ista
„ soror pauperrima innocens non peccat,
„ si accipiat cibos emptos ab adultera ex
„ pecunia furatâ, modò ipsam individuam
„ furatam pecuniam non accipiat.

De furto, aguntScotus *in 3.dist.38.quæst.un. litt.A, in 4.dist* 15. *q.2.litt.KK*, Mastr. *in theo. log.mor.disp.9.q.1.* Joan. la Crux *pag.*140. Bonac. *tom.2.pag.*535. Diana *p.5.tr.* 13. *res.* 98. *tr.5.res.*34. *par.1.tr.6.res.*34. *& alibi.* Tamb. *tom.1.pag.*216. Busemb. *lib.3. tr.5.* Cardenas *dis.*23. Mendo, *de furto sacrilego: vide nu.* 460. *& 254.n.*1521.

CAPUT IV

De Restitutione.

2659 Restitutio, secundùm nomen, ex D. Thoma, *est alicujus in sua pos-
sessione, aut dominio iterata statutio.* Secundùm rem, per Juristas: *Est actus justitiæ quo repa-
ratur ad æqualitatem damnum proximo illa-
tum per injuriam.* Per Scotum *in 4. dist.* 15 *q.
un. litt A A. Est reductio justitiæ commutativæ
ad æqualitatem.* Injuria, alia est materialis, quando damnum est illatum inadvertenter, aut bona fide; alia formalis, quando est illatum scienter, ut cum scienter quis rem alterius surripuit, aut si bona fide accepit, accedente mala fide retinet, & non vult restituere.

2660 Obligatio restitutionis solùm oritur

ex justitia commutativa læsa; unde si læsio sit contra charitatem, aut aliam virtutem, non obligat ad restitutionem. Imò neque ad restitutionem obligat justitia distributiva læsa, nisi sit ei annexa justitia commutativa: *v. num.* 2355.

Hinc Prælatus conferens beneficium non curatum digno, omisso digniori, peccat mortaliter, sed non tenetur ad restitutionem; quia solam justitiam distributivam lædit. Si verò relicto digniori conferat digno beneficium curatum, & peccat, & tenetur ad restitutionem; quia lædit justitiam commutativam; nam eo ipso, quòd Prælatus indicit concursum, fit contractus quidam innominatus: *Do, ut des*; ac proindè Clericus ad examen accedens, si suo competitori prævaleat, acquirit jus strictum ad petendum, ut illi detur: *v. num.* 1281. quod est objectum justitiæ commutativæ.

2661 Ad beneficia autem, ex Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 1. promovendi sunt *digniores*. Nec dicas Concil. per ly, *digniores*, sumere comparativum pro positivo, aut id dicere solum ad excludendos indignos; quia est extorta expositio, dum Conc. clarè utitur comparativo, illudque replicat: *Digniores, & Ecclesiæ magis utiles*: *v. in prop.* 47. *ab Innoc. XI. damn. vide num.* 1282. *& seqq.*

2662 Quod si in concursu duo reperiantur æqualis meriti, non potest Prælatus aliquid ab uno recipere, ut illi præalio conferat; & si accipiat, tenetur restituere, quia ex Jure Can. beneficia sunt conferenda gratis: *v. in prop.* 22. *ab Alex. VII. damn.*

RADICES RESTITUTIONIS

2663 SUnt quatuor. 1. Ex injusta acceptatione, aut retentione. 2. Ex re accepta. 3. Ex damno illato. 4. Ex contractu. *Injusta acceptio* habetur, cum quis rem alterius scienter invito rationabiliter dom[ino] surripit; & dicitur possessor male fidei *accepta*; cum quis rem alterius bona fi[de] cepit, seu possedit; & dicitur possessor [bo]næ fidei, qui statim ac advertit, & ver[i] cognitionem, rem esse alterius, tenet[ur] restituere, ut infrà, aliàs incepit esse inju[s]tentor: *Damnum illatum*; ut cum qu[is] actionem injustam damnum alteri inf[e]occidendo, segetes comburendo, &c. *contractu*, & hoc dupliciter. 1. Ex [con]ctu injusto, qui si fuit ad vertenter injus[to] lebratus, æquivalet injustæ acceptioni: [si] na fide, rei acceptæ. 2. Ex contractu [bo] sed postea læso, vel ob pacta, & conv[en]nes non observatas, vel ob moram culpab[i]in solvendo, elapso termino.

2664 Obligatio restitutionis ex debi[to] nempè ex injusta acceptione, seu ex re[te]ex re accepta superveniente malitia, [et] damno illato, & ex injusto contra[ctu] oritur in foro conscientiæ, nisi aliud [ex] justa externa, quæ sit peccatum mor[ta]quia pœna debet esse porportionata cu[l]unde pœna gravis, qualis est de restitu[i]re gravi sub onere peccati mortalis, [et] supponere debet culpam mortalem, [ha]se debet culpa efficaciter, & effectivè [ad] justitiam commutativam, qualis est [ea] injusta externa. Unde, qui damnum [ci]sus in suis bonis sine culpa mortali [in]putare debet fulmen de cœlo cecidi[t]tem suam consumpsisse; reputatur, [ut] casus fortuitus. In foro externo sufficit [cu]pa legalis. Tamb. *tom.* 1. *lib.* 4. *tr.* 3. *cap.* 2. [§.] ex Com.

2665 Hinc 1. qui habuit voluntatem [ef]cacem rapiendi, aut retinendi rem alteri[us] sed retractata voluntate non fecit, non [te]tur ad restitutionem, quia peccavit [in]ter, sed peccato interno, per actionem [ex]

ullum, non extremam, sed internam, contra suum præceptum.

2666 1. Qui furatus est quid modicum, animo continuandi usque ad quantitatem notabilem, sed ad eam non pervenit; non tenetur sub mortali, sed solùm sub veniali ad restituendum illud modicum ablatum; quia licèt peccavit peccato mortali interno, culpa extrema non fuit gravis. Similiter non tenetur ad restituendum, si damnum grave intulit, v. gr. intendit segetem, venenum dedit; sed sinè culpa, aut cum sola culpa veniali, ratione inadvertentiæ, aut indeliberationis actus. Omnino vide. *tom. 2. à num. 116.*

2667 Obligatio verò restitutionis ex contractu facto, oritur etiam sub mortali ex sola culpa juridica, sinè culpa theologica, seu mortali; quia non oritur ex delicto, sed ex contractione, & pacto in ipsa natura contrahentibito. Mastrius *disp. 7. quæst. 2. num. 8.*

2668 *Culpa juridica* (ait Fenech.) *est omissio diligentiæ, quam quis adhibere tenetur. Est triplex, lata, levis, & levissima: lata est omissio diligentiæ, quam communiter adhibent homines ejusdem conditionis, vel majoris eorum; ut si quis librum commodatum rapuerit in loco publico, unde surripiatur. Tunc dicitur perisse culpa lata commodatario. Levis est omissio illius diligentiæ, quam homines diligentes suæ conditionis adhibere solent; ut si rem commodatam reliquit in cubiculo, quod non obserata; tunc dicetur perisse culpa levi illius. Levissima est omissio illius diligentiæ, quam homines diligentissimi suæ conditionis adhibere solent, ut si rem commodatam reliquit in cubiculo, quod putavit obseratum, & non tentavit, an esset bene clausum, & re-vera aperat clausum; tunc dicetur perisse culpa levissima.*

In contractibus factis in favorem solius dantis, ut est depositum, non venit, nisi dolus, & culpa lata. In contractibus factis in favorem solius recipientis, ut est commodatum, venit etiam culpa levissima.

2669 In contractibus factis in favorem utriusque, tum dantis, tum recipientis, ut sunt pignus, venditio, locatio, &c. venit culpa lata, aut levis, sed non levissima; unde si commodas Petro equum ad invisendum communem amicum, tenetur Petrus ad restitutionem, si equus pereat ex culpa lata, aut levi; minimè, si ex levissima. Tamb. *v. nu. 649.*

2670 Depositarius, si salarium accipiat, tenetur etiam ex culpa levi; quia tunc depositum evadit factum in gratiam utriusque; tunc námque, cum depositarius accipiat pretium, tenetur ex justitia rem depositam majori diligentia custodire.

2671 Eos, qui ex officio ad impediendum damnum tenentur & non impedierunt, non teneri ad restituendum, nisi ex culpa lata, ait Bertaldus; quia non tenetur quis in suo officio ad diligentiam majorem ea, quam homines talis professionis solent ordinariè adhibere.

2672 Casus fortuitus, *est inopinatus eventus rei, quem humana providentia prævidere non potest, neque impedire; ut mors equi absq; ullâ culpa, tempestas maris, ruina domus, naufragium, vis fluminis, & similia.*

2673 *Nullus tenetur regulariter ad damnum, quod intervenit casu fortuito, nisi in tribus casibus. 1. Quando culpa præcessit casum, ut qui equum commodatum usque Florentiam duxit Bononiam, & in itinere Bononiam versus raptus est à latronibus; tunc enim culpa præcessit. 2. Quando præcessit mora culpabilis, & per hanc pretii apud commodatarium; dummodo tamen non esset etiam res peritura apud dominum; licèt in foro externo etiam tenere-*

tur si esset peritura apud dominũ casu fortuito
3. Quando intervenit pactum, quo quis se obligavit ad casum fortuitum. Ità Fenech.

2674 Obligatio restitutionis ex contractu injusto, nedum oritur ex culpa mortali commissa in celebratione contractûs, sed etiam ex culpa juridica contra innocentem, etiam si hæc contingat postea sinè peccato, putà quia ad malitiam gravem non advertit; alioquin pejoris conditionis esset, qui justè contraxit, eo qui injustè, si sola culpa juridica illum obligaret, non istum. Unde si Petrus minis coëgisset Paulum ad locandum ei vili pretio equum, tunc si equus conductus moreretur ex sola culpa juridica conductoris, teneretur conductor, nedum ad restituendum pretium justum conductionis ex injustitia contractûs, sed etiam pretium equi ex culpa juridica, in casu non solùm lata, aut levi, sed etiam levissima; quia hic contractus locationis, qui aliàs fit in gratiam utriusq; in præsenti est factus in gratiam solius recipientis.

2675 Qui utitur deposito, aut locato, v.gr. pecunia, equo, &c. & hac causa pereat, aut fiat deterior, tenetur restituere, quia excessit modum depositi, & locati.

2676 Commodatarius non tenetur restituere lucrum perceptum ex negotiatione pecuniæ in commodatum ad pompam acceptæ. Clericatus *c.* 82. *n.* 18. quia ex sua industria provenit: *vide n.* 2376.

Quod procedit à fortiori; quia neque fur tenetur restituere lucrum perceptum ex negotiatione pecuniæ furtivæ, nisi dominus esset pariter ex ea lucraturus; quia tale lucrum ex sua industria procedit.

Tenetur tamen restituere lucrum, quod ex re ipsa fructifera commodata percepit, putà partus ex illa natos; aut lucrum, si eam locavit. Clericatus *cit.* Quia hi fructus domino cedunt: *v. n.* 2694.

QUI RESTITUERE TENEANTUR.

2677 AD restitutionem tenentur non solùm qui proprio facto damnum inferunt tertio, accipiendo, damnificando; sed etiam, qui effectu & cum effectu ad damnum alterius cooperantur, qui continentur hoc versu:

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Isti restituere tenentur in solidum, tum in defectum exequentis, si sine cax, ut damnum fiat; & id non sed certò sciant.

Priores sex cooperantur positivè, riores tres privativè, quatenus tenentur stitia, seu officio, damnum impedire, impediunt.

Jussio, significat eum, qui jubet, sive expressè, sivè tacitè, & signis, fieri. Qui ratum habet damnum factum, ad restitutionem non tenetur, lum sui præcessit mandatum, aut quia ratihabitio præsens non est præteriti.

Consilium, significat consulentem, restitutionem tenetur in defectum tis: *v. n.* 2100.

Consensus, significat eum, qui dat, ut furtum fiat, qui est fautor.

Palpo, qui approbat, & laudat.

Recursus, qui dat refugium, & tem.

Participans, qui est socius, adjutor nis, partem prædæ recipit, facit pro cubias, instrumenta ad furandum defer alio modo cooperatur.

Resem. ait, præfatos non teneri ad restitu-
tionem, si efficaciter tantùm concurrant, non
substantiam, sed ad circumstantias, & mo-
dum actus damnosi, v. g. si quis tantum im-
pedit alium, ut citiùs, vel animosiùs, hoc, vel
illo loco, vel modo noceat.

2678 *Mutus*, qui silet, *non obstans, non manifestans*; non tenentur restituere, sed lo-
quendo peccant contra charitatem, si non te-
neantur impedire ex justitia, & comodè pos-
sint. Tenentur autem ad restitutionem, si im-
pedire teneantur ex justitia, nempè ex contra-
cto officio. Tales sunt Principes, & Ma-
gistratus, qui possunt, & negligunt impedire
furtum.

2679 Tutores non impedientes damna
pupillorum, aut aliorum, quorum curam ſu-
gerunt. Famuli, qui negligunt impedire
furtum, & custodes gabellarum, si permittant
defraudare gabellas; imò si non manife-
stent illum *qui causam damni dat*, *damnum*
quod fieri videtur: *vide propositum* 39. *ab In-*
nocentio damn. Dicti custodes tenentur resti-
tuere damnum, quòd domini patiuntur ex de-
fectu solutione gabellarum, minimè ex de-
fectu solutione pœnæ. Bonac. *tom.* 2. *de rest.*
disp. 1. *q.* 2. *pun.* 11. *n.* 11. Quia mercatores
ad hoc non tenentur, nisi deprehensi:

2680 Præfati si non impediant vero me-
tu gravioris mali proprii, aut suorum, putà
mortis, &c. nec peccant, nec ad restitutionem
tenentur, quia licèt per cooperationem sint
causa physica, non sunt causa moralis damni,
dum dati, quitenùs hoc non imputatur tunc
moraliter, quia justitia eos non obligat
ad conservanda, & custodienda bona alte-
rius cum prudenti periculo jacturæ boni pro-
prii aut ordinis: valida est ratio: *de num.*
Sic imò Arsdekin *in tom.* 2. *pag.* 331. *n.* 7.
dicunt tener de positivo cooperatore ad fur-
tum per actionem ex se indifferentem, putà
tenendo scalam, &c. in casu metus gravioris
mali proprii.

2681 Casus: *Plures officiales, quibus ex of-*
ficio, & justitia incumbit cura exigendi annuos
reditus cujusdam domini, unitim fraudant,
& summam fraudis pro singulis dividunt,
eamq; dant etiam uni, cui fraus displicet, a-
deòq; ipse non fraudat, sed portionem ab eis ac-
cipit, quia rationabiliter timet mortem, si se
manifestet nolens, prudenter discernens eos
partè sibi dare, ut sint tutiores, ne manifestен-
tur; ipse autem suam portionem fraudis, quam
recipit occultè, restituit domino: quæritur an
peccet, & teneatur ad restitutionem in solі-
dum?

Respondeo, non peccare, nec teneri ad re-
stitutionem in solidum; quia iste utiliter ge-
rit rem domini; nam alii supponuntur deter-
minati ad furandum; unde si hic non adesset,
& portionem non reciperet, eam pro se fur-
riperent illi, & propterea etiam ea privaretur
dominus, cui iste restituit. Tum quia iste non
dicitur fur, nec cooperatur ad furtum; non
quidem per portionem, quam recipit, quia
eam non recipit ad retinendum, sed ad red-
dendum domino, ac ad mortem vitandam;
nec per portionem aliorum, ad quam coope-
ratur; quia illa respectu aliorum, non respectu
hujus est furtum; nam respectu hujus domi-
nus non est invitus, & si invitus, non ratione
b liter invitus; quia non potest dominus ratio-
nabiliter; & justè prætendere, ut suus officia-
lis rem suam custodiat cum jactura boni su-
perioris ordinis: *v. n.* 229. & 231.

2682 Si determinato ad majus malum in-
ferendum determinatæ personæ, quod non
potes avertere, consulas minus malum infe-
rendum eidem, v. gr. determinato ad occi-
dendum Petrum, consulas, ut furetur, aut
eum verberet; & determinato ad furandum
centum à Petro, consulas, ut furetur quin-

quagin-

quaginta ab eodem; nec peccas, nec ad restitutionem teneris; quia geris utiliter rem domini, qui non est rationabiliter invitus. Peccas autem, & ad restitutionem teneris in defectum furis, si consulas minus malum inferendum alteri, de quo ille non cogitaverat, quia tale consilium est in præjudicium, & damnum tertii, quòd illud passurus non erat. Si verò fur est determinatus ad furtum, sed anceps manet, an debeat furari à Petro paupere, vel à Paulo divite; si non potest averti, licitum est consulere, & monere ingenere: *Majus malum esse furari à paupere, quàm à divite*; quamvis enim illicitum sit facere malum, ut veniat bonum, v. gr. committere usuram, ut inde redimatur vita captivi, non est illicitum, determinato ad majus malum consulere minus: *v. à n. 376.*

2683 Confessarius, si culpabiliter omisit monere pœnitentem de restitutione, peccavit mortaliter, & tenetur monere pœnitentem, si ex ejus taciturnitate motus fuit ad credendum se non teneri: non tenetur autem, si non moneat ipse in defectum pœnitentis restituere; quia *non tenetur ex officio, & justitia prospicere bonis temporalibus aliorum, sed bono spirituali pœnitentis.* Fenech. Si vero positivè dissuasit restitutionem debitam, vel suasit solutionem indebitam culpabiliter, tenetur monere de errore, aliàs tenebitur ipse restituere in pœnitentis defectum; si inculpabiliter, tenetur monere, si commodè, potest; aliàs tenetur ipse, uti ex re accepta; si verò non potest commodè, non tenebitur ad restitutionem. Leander.

2684 Qui sine vi, fraude, aut mendacio impedivit alium ab obtinenda re ei ex justitia non debita, v. gr. ab officio, beneficio, &c. peccavit mortaliter, si id fecerit ex odio, & non ex justa causa; at non tenetur ad restitutionem, quia non peccavit contra justitiam; ad eam autem tenetur, si impedierit per fraudem, aut mendacium, & ille erat dignus & habebat spem; minimè, si erat indignus, si dignus, spem non habeat; quia si indignus, & habens spem, qui eum fraudulenter divit, fuit causa efficax damni, & quilibet habet jus strictum, ut non impediatur in officio, quo est dignus, & ad quod debitum habet spem, hinc ille restituere tenetur prudentis viri judicio juxta probabilitatem

2685 Quando patiens damnum contribuit causæ principali, liberantur minus principales, non è converso.

2686 Debitor, qui se composuit cum creditoribus minori summa contenti, si fuit liberè, & revera contenti, liberatur ab omni solvendi excessum, etiamsi postea deveniat pinguem fortunam; quia talis compositio quædam remissio, & species donationis vendum est, ne sit fraus, aut metus; si creditor est contentus, non liberatur quatenùs agnoscit, quòd attenta debitoris potentia, & conditione, si non acceperit norem summam, se ponit in periculo tendi totam; & tunc non liberatur à restitutionis debitor; benè verò, si paupertate debitor; creditor verè misericordiâ motus partem remittat.

2687 *Qui occidit alterius animal, possessionem damnificans, peccat mortaliter ad restitutionem tenetur; quia non licet occidendi, sed tantùm expellendi, & sic nè exigendi. Nisi aliter proprium damnum pedire non possit. Turrianus parvitatem de eo, qui alienam domum vicinam per quam ad suam incendium erat perrum.* Fenech.

Ex damno illato à proprio servo, mali, non tenetur dominus in foro tiæ restituere, si ipse in culpa non fuerit in foro externo.

1688 Quando plures damnum intulerunt, ità ut teneantur singuli in solidum, ut *in alio*. Si actio fuit lucrativa, primo loco rem alienam restituere tenetur ille, apud quam exstat qui malâ fide consumpsit, & in ejus defectum cooperatores. Si actio lucrativa non fuit, ut in occisione, incendio, detractione, &c. tunc primo loco tenetur, qui fuit causa principalis damni, nempe mandans, vel executor in ejus defectum, vel quia non velit, vel quia non possit, ad restitutionem tenentur cooperatores: *v. n.* 2100.

QUID RESTITUENDUM.

1689 REstituenda est eadem res in individuo, si extet.

1690 Fructus rei sunt triplicis generis: *naturales*; qui absq; labore, aut industria, vel saltem cum modica, ex re naturali proveniunt, ut fructus arborum, fœtus animalium: *Industriales*; qui non procedunt ex natura, cum sit ex se infructifera, sed ex industria hominis, ut lucrum ex pecunia negotiationi posita: & *Mixti*; qui procedunt ex re fructifera, sed cum multa industria hominis, ut frumentum ex segete, vinum ex vinea, lana, &c. hoc præmisso.

1691 Magna est differentia inter possessorem bonæ fidei, seu qui tenetur ex re accepta, & inter possessorem malæ fidei, seu qui tenetur ex re non acceptatione, aut damnificatione.

POSSESOR BONÆ FIDEI

QUando venit in cognitionem, quòd res non sit sua, tenetur eam restituere, unà cum fructibus, si extent: & si non extent, tenetur restituere id, in quo factus est ditior. Sit exemplum ex Arsdekin; vestem à fure donatam bona fide accepisti, & attrivisti, comparet postea dominus, tunc solùm teneris ei restituere vestem attritam, & insuper quantùm tuo vestimento pepercisti; quia solùm in eo factus es ditior. Quòd si vestem pretio emisti, nihil præter vestem attritam restituere teneris. Item si vestis sit consumpta; imò si eam perdidisti, aut tua culpa destruxisti, ad nihil teneris, si in nihilo factus sis ditior; quia stante bona fide, non peccâsti contra justitiam.

1692 Si bona fide rem alienam tibi donatam, v. gr. vestem, vendidisti, teneris restituere pretium, si pretium extet, & non vestis; si verò vestis extat apud emptorem, curare debes, ut rescindatur venditio, & restituatur vestis, reddito pretio emptori; quia factus es ditior: *v. n.* 832. Si verò eam alteri gratis donâsti, aliàs non donaturus, si tibi non fuisset bona fide donata, ad nil teneris, sed solùm debes ex charitate indicare domino, ubi res extet quia nihil habes, quod aliàs non haberes.

1693 Quantum ad fructus, restituere tenetur fructus naturales, & mixtos, minimè industriales, quia sunt pars rei, deductis tamen expensis, & laboribus; imò solùm tenetur restituere fructus, quos habet à tribus annis infrà, minimè quos habet à tribus annis supra; quia horum, utpote mobilium, acquisivit dominium per præscriptionem; quinimò etiam ipsam rem præscribere potest, si habeantur cõditiones præscriptionis: *de n.* 2335. Ex jure sufficit, quòd ultima dies triennii sit inchoata: *v. n.* 2338.

POSSESOR MALÆ FIDEI

1694 REstituere tenetur, omnimodam æqualitatem servando. Adeóque restituere tenetur rem eamdem in individuo, & bonitate, si extat, vel tantumdem in specie, aut genere, seu pretio, si non extat, etiam si sine sua culpa perierit. Item tenetur restituere omne damnum, & interesse, sive damni emergentis, sive lucri cessantis, &c. quia fuit injusta causa damni; in qua re fieri

potest compositio cum dominis, qui solent multùm remittere. Insuper omnes fructus tam naturales.quàm mixtos,deductis suis expensis, & laboribus, sive hi Fructus extent, sive non; quorum nihil præscribere potest, quia non debet lucrum ex injustitia reportare.

Non tenetur autem restituere fructus industriales; quia hi non correspondent rei alienæ, sed propriæ industriæ. Unde si usurarius centum aureos,quos lucratus est ex usuris, exponat licitæ negotiationi, & inde lucretur viginti, tenetur restituere priores centum aureos, viginti verò potest licitè pro se retinere. Similiter si Fur pecunia ablata ludat, & lucretur, non tenetur restituere lucrum, quia est fructus industrialis. Nisi dominus fuisset pariter lucraturus.

2695 Si dum res aliena mala fide detinetur, crescat, seu ejus pretium augeatur,domino crescit, adeóque illi debetur. Unde si frumentum ablatum mense Augusti retineas mense Maii, non satisfacis, si solvas pretium, quod valebat mense Augusti, sed frumentum restituere debes mense Maii cum suo melioramento.

Si verò pereat, aut deterior fiat, naturaliter, casu fortuito, hostium incursione, &c. ita tamen, ut prudenter existimetur, æquè perituram fuisse apud dominum,non tenetur ille ad restitutionem; quia per hoc, quòd res erat apud furem, nullum novum damnum incurreret, quod non apud dominum.

Si verò apud dominum peritura non fuisset,aut damnum passura,tenetur injustus detentor restituere pretium, etiam si sine sua culpa perierit: quia per suam injustam acceptionẽ,seu detentionẽ,fuit causa efficax damni.

Denique si res apud dominum erat peritura, & apud furem extat incolumis, domino extat:quia sicut quando crescit, domino crescit; ita quando extat, domino extat.

2696 *Exemplum.* Fur surripit è navi Petri quasdam merces, quas transportat in priam navim:accidit die sequenti, pestate pereant ambæ naves, unà cum bus, salvis hominibus:ad nil tenetur verò sola navis Petri pereat, & navis vetur, tenetur fur restituere merces Petro.

2697 Quando plures concurrunt num,seu furtum;si id faciant seorsim, nentur singuli plus restituere, quàm ceperunt;quia sunt causæ partiales te effectus. Si autem id fecerunt sensu, & auxilio, tenentur singuli in nempè restituere totum in defectum cum jure posteà repetendi ab eo; illo consensu, comitatu, & auxilio habuerunt influxũ efficacem in totum & damnum, quod ex confidentia comitatu, & auxilio, fuit illatum; dicuntur causa totalis totalitate effectus.

Quòd si duobus furibus per se determinatis ad aliquod certum furtum,supervenerit us,& simul cum eis furetur, tenent ad suam partem, Si verò in effectu non erant sufficientes ad furtum, v.g. frangendam januam domus, ad evacuandas,&c. & auxilio tertii satisfecerint netur tertius in solidum;quia in re fur efficax totius furti, & causa totalis effectus; *vide in tom.2.n.15.*

2698 Quando damnum est incerti restitutio est facienda secundum arbitrium nem experti: v.gr.si animal tenetur occidisti,si recentes arbores, aut imma segetes incendisti, restitui debet tantum quanti tempore messis valuissent, non nò adæquat è, sed deductis laboribus, & pensis, ac habita ratione periculi.

2699 Qui est certus, quòd res sit Petri Pauli, dubitat verò, an determinatè sit Petri vel Pauli, tenetur utriq;dividere pro rata bii: *v.n.40.&n.111.*

2700 Possessor malæ fidei in foro exter-
no, tantùm detrahere potest expensas neces-
sarias factas pro re domini, v. gr. pro virida-
rio, &c. minimè voluntarias, & utiles; idq; in
poenam delicti; at in foro conscientiæ potest
etiam illas detrahere; quia sicut melioramen-
ta quibus res est à fure facta melior, & fru-
ctus, cedunt domino, eiq; utilitatem affe-
runt justum est, ut ille expensas pro eis fa-
ctas sibi detrahat.

ACQUISITA OB TURPEM CAUSAM

2701 NOn sunt restituenda, nisi in casi-
bus, in quibus lex humana facit
eidem acquirentem. Talia sunt acquisita
per simoniam realem de quibus: *n.* 1263. &
seq. pro sponsionibus super vita, & morte,
in una electione Summi Pontificis, & Car-
dinalium; quæ sunt restituenda, non ipsis dan-
da, sed pauperibus in pœnam, ex Bullis Gre-
gorii III, & Clem. VIII.

2702 In casibus, in quibus non adest
pœna, quia licet conventio, & pactio pro
peccato patrando sit illicita, & non ad-
mittenda, semel autem patrato opere illicito,
puta homicidio, fornicatione, &c. non est il-
licitum petere, & dare pretium promissum;
quia illa, quæ venditur, est in se pretio
æstimabilis. Imò meretrices possunt pretium
petere in judicio, quia meretricium in foro
externo toleratur; non sic aliæ mulieres.

2703 In foro externo non oritur obliga-
tio reddendi promissum ob opus turpe fa-
ctum accepto meretricio, ex *leg. eleganter, ff.*
de cond. ob turp.

2704 Judex, qui dedit sententiam ob pre-
mium, sententia est justa, non potest recipere
premium, & si recipit, tenetur restituere, quia
sententia justa est debita; adeóque non potest
illa revelli. Si sententia est injusta; ante senten-
tiam tenetur rescindere contractum, restitu-
to pretio; sed ea data, potest licitè petere, &
accipere pretium, quia vendidit operam suam
uni parti non debitam; at tenetur restituere
damna illata alteri parti. Tambur. *tom. 1. c. 5.*
§. 3. n. 13.

2704 Accepta per simulationem paupertatis sunt restituenda. Scotus *in 4. dist. 15. quæst. 2. litt. X*, quia deceptus in conditione, ob quam donat, non liberaliter donat; ex qua ratione, sicut quando donas alicui, quem putas propinquum, si talis non est, donatio est nulla; ita quando donas eleemosynam alicui, quem putas egenum, si talis non est. Soto, & Basemb. id cõcedunt de eleemosyna magna, negant de parva, quia magna dari solet sub conditione paupertatis, non sic parva. Sed ratio Scoti est universalis; unde ejus sententiam sequitur Navar. & vocat communem.

2705 Accepta per hypocrisim, v. gr. Beneficium, Officium Ecclesiasticum, ut Provincialatus, &c. esse restituenda, seu renuncianda, tenent ex nostris Faber, & Aretinus, si hypocrisis fuit causa finalis, & motiva apud electores; quia deceptio causat involuntarium, adeóque reddit contractum nullum. Negant Soto, & Azorius; item Navar. præsertim quoad beneficia Ecclesiastica; quia Prælati, licèt bonitatem concurrentium diligenter perscrutentur, postea tamen, quando conferunt, absolutè, & non conditionaliter conferunt.

2706 *Hypocrita* est qui talem sanctitatem fingit, qua prætendit apud homines aliquid bonitatis, quam non habet. Unde hypocrita non est, qui suum peccatum occultat, nil bonitatis ultrà statum communem suæ Religionis, & conditionis prætendens. Hypocrisis est de se venialis; est autem mortalis, si fiat cùm injuria, aut damno gravi proximi, ut cùm quis fingit sanctitatem ad obtinendum officium, & dignitatem, &c.

2707 *Fraudantes gabellas justas*; non peccare, nec ad restitutionem teneri, nisi sint custodes, seu obligati ex officio, tenent Duardus, Henriquez, Angelus, Navarr. Castrus, Sà, Poncius, & alii; quia lex de gabellis non imponitur per verba præceptiva, sed ordinativa. Tum quia est lex civilis purè pœnalis; adeóque solùm obligat in foro externo, & ad pœnam; non in foro conscientiæ, & ad culpam. Nec officit, si fraudes cedant in damnum ementium gabellas; quia illi sciunt fraudes contingere, & tamen emunt, & conducunt illas; imò cum hoc periculo emunt, & ob illud solent viliùs emere, aut conducere. Denique id, quod amittunt cum multis, compensant cum aliis, quos in fragranti inveniunt. Ità illi: *vid. num. 2657.*

2708 Dico tamen, nedum custodes, sed etiam alios peccare, & ad restitutionem teneri, nisi justus titulus compensationis adsit. Martius *in theol. mor. disp. 6. n. 19.* Faber, Lugo, Jo. la Crux; quia gabellæ justæ non debentur Principi in pœnam, sed in tributum, & ut stipendium jure naturæ debitum Principi. Et sicut Princeps tenetur jure naturæ custodire subditos, eorum mœnia, & turres, eósque defendere ab hostibus; ità vicissim, jure naturæ, tenentur subditi dare Principi subsidium congruum ejus sustentationi, & ad bonum publicum sustinendum; hinc ait Christus, Matth. 22. *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, quæ sunt Dei Deo: v. a num. 173.*

2809 Illud certum est, posse deputatos ad exigendum, dissimulare cum pauperibus, qui vix solvere valent, ut advertit Mendo *in epit. ver. Gabellan, 12.*

2710 Insuper addit Mendo *cit. nu. 6.* cum Silvestro, & aliis, quòd læsus à Rege, si concurrant conditiones ad compensationem requisitæ; *de n. 2641.* possit compensare non solvendo gabellas, etiamsi istæ sint alicui privato locatæ, aut venditæ; quia semper in pretio locantur, aut venduntur, ob respectum ad fraudes. Cæterùm hæc sententia non est practicanda in casu, quo gabellæ sint alicui privato venditæ; quia tunc est earum translatum dominium à Rege in privatum. Et sic libertas posset esse causa emptorem decipiendi.

2711 Item etiam in sententia opposita, quòd non sit peccatum fraudare gabellas, mercator aut alius, qui occultè merces introduceret non solvendo gabellas, non posset, nè peccato, & onere restitutionis illis debito, ptoribus exigere, sed deberet minori pretio vendere; aperta námque injustitia est, ab emptoribus recuperare pretium gabellæ, quod ipse fraude non solvit.

2712 Dixi, *fraude non solvit*; quia si Gabellotis fuisset mercatori pars aliqua gabellæ remissa, ex fine eum magis confirmandi ad merces deferendas, tunc posset partem exigere; quia ipsi cedit, cum fuerit eidem in lucrum personæ gratiam à Gabellotis remissa, pro dicta emptore *num. 2464.*

QUÆRES.

2713 *An quis aliquid accipiens, ut accusationem omittat, teneatur ad restitutionem?*

DIfficultas procedit post delictum, furtum, homicidium, &c. commissum, quod nõ pendet in futurum, nec reparationem testi, aut ad reparandum quis non tenetur nimè ante; quia ante, certum est in casu delicti patrandi teneri ad rescindendum contractum, & restituendum pretium, ut *in n. 2* Hoc præmisso.

Resp. cum distinctione. Si hic habet jus accusandum, non tenetur ad restitutionem; quia tale jus est pretio æstimabile. Si non habet jus ad accusandum, & insuper ad id tenetur ex justitia, quatenus tenetur ex officio

puta si est Officialis, si salarium accipit, &c. tenetur ad restituendum damnum domino, cujus est Officialis, minimè pretium acceptum delinquenti, ne accuset, ne impediat, &c. ut n. 2679. Quia licèt deliquerit contra justitiam erga dominum, cujus est Officialis, & ideò ille teneatur ad reparanda illi damna, non deliquit contra justitiam erga delinquentem, accipiendo pretium, ne accuset, sed illi vendidit jus accusandi pretio æstimabile.

Hinc post furtum commissum, quod reparari non potest, aut ad quod reparandum obligat circumstantiam, putà sui periculum, &c. quis non tenetur, non tenetur quis petere pretium acceptum à fure, ut taceat, non accuset, &c. dummodo pretium acceptum non sit pars furti.

Quod est verum, etiam si ille animum accipiendi non habebat. Diana *par. 4. tract. 4. res.* 9. Quia in re jus habet, quod est pretio æstimabile.

2714 Denique si hic nullum habet jus ad animum, impediendum, &c. nil potest jure repere, ne accuset; & si recipiat, tenetur restituere. Qua ratione (ait Tamb.) *Neque potest accipere justè à marito pretium, ne adulteret, quia ad non adulterandum, tenetur ex justitia ipsi marito: ergo venderet marito quod maritis est.* Tambur. *tom. 1. lib. 7. cap. 3. §. 3. à num. 8.* Bonac. *tom. 2. de rest. disp. 1. quæst. 2. punct. 11.*

CUI RESTITUENDUM.

2715 Restitutio regulariter est facienda domino, Nomine, *domini*, venit, qui habet dominium rei, quàm omnis, qui quo justo titulo rem possidet; unde qui furtivè abstulit à depositario, non est restituenda domino, sed depositario, qui eam habebat de voluntate domini.

2716 Dixi regulariter, quia sunt plures casus, in quibus non est facienda domino. Et quidem, si do minus est mortuus, facienda est hæredi. Si longè absens, ut sinè magno dispendio fieri illi non possit, facienda est propinquis, Si dominus, & propinqui sint ignoti, adhibenda est diligentia, ut dignoscantur.

2717 Si diligentia adhibita non possint cognosci, est facienda Christo: *Quem Deus constituit hæredem universorum*, ex Apost. ad Hebr. 1. hoc est pauperibus, Ecclesiæ, aut Hospitali: quòd si ipse reverà est pauper, potest rem in parte, aut toto sibi applicare, quia non est pejoris conditionis aliis pauperibus; qua facta applicatione, si perveniat ad pinguem fortunam, non tenetur restituere pauperibus sicut nec alii pauperes; quia per talem applicationem acquisivit dominium ut pauper in defectum domini, etiam si fuerit injustus acceptor.

2718 Si verò compareat dominus, non tenetur restituere ille, qui applicavit pauperibus, si moralem diligentiam fecit, ut dignosceret dominum; tenetur verò ipse pauper, qui rem accepit, si res extet in individuo; & si sit consumpta, tenetur restituere id, in quo factus est ditior; quia nemo debet ex re alterius ditescere.

2719 Bona inventa, quæ nullum habuerunt dominum, ut lapides pretiosi in flumine, & venæ metallorum; vel si habuerunt, modò nullum dominum habent, vel thesauri; non dicuntur bona incerta, & de his diximus *in n.* 2304. jure naturæ esse primò occupantis; vide ibi.

2720 Bona igitur incerta sunt, quæ circumstantiis consideratis, cognoscitur, quòd habeant dominum, sed ignoratur, quis sit; hujusmodi sunt res in via inventæ, ut si ulnam unam panni emere feceris, sed modò invenias esse duas, & nescias dominum, qui vendidit. De his loquendo, si facta morali diligentia dominum invenire, seu dignoscere non valeas

leas, potes licitè ea pro te retinere, etiam si non sis pauper; quia solus injustus acceptor tenetur res, quarum ignorat dominium, restituere pauperibus, ex Alex. III. *cap. Cum tu, de usuris*; ne lucrum reportet ex delicto. Quòd si compareat dominus, tunc teneris restituere rem, si extat, vel id, in quo factus es ditior, ut dictum est de paupere, cui est applicata res alterius.

2721 Qui solvit creditori sui creditoris inscio suo creditore, satisfacit in foro conscientiæ, quia ponit æqualitatem; debet tamen postea monere, ne solutio fiat bis.

QUÆRES.

2722 *An, qui rem emit à fure, teneatur eam reddere domino.*

NAv. & Bonac. dicunt, eum, qui mala fide emit à fure, teneri reddere domino, qui verò bona fide emit, posse rem reddere furi, ut sic suum pretium recuperet. Absolutè docent, utrumque posse rem reddere furi, ut suum pretium recuperet. Toletus, & ex nostris Mastrius, Faber, & Aretinus; quia unusquisque tenetur magis sibi providere, quàm alteri; quòd si fur non restituat, est per accidens; unde non dicitur iste per se cooperari peccato illius.

2723 Qui bona fide rem emit à fure, & postea pariter bona fide eam vendidit tertio, æquali, aut majori pretio, non tenetur rescindere contractum factum cum tertio, nec ei restituere pretium; quia charitas non obligat ipsum, ut ingratiam alterius patiatur damnum innocens. Tum quia contractus emptionis factus cum fure, licèt revera non transferat dominium rei, quæ est alterius, est validus; quia per eum fur venditor obligatur emptori de evictione, & damnis inde secutis emptori; unde tenetur illi restituere pretium.

2724 Quòd si fur restituat isti pretium, tunc tenetur isti rescindere contractum cum tertio, ei restituto pretio, & re domino; tunc nullum damnum reportat, cum suum recuperaverit pretium. Si autem fur non restituat isti pretium, nec iste tenetur rescindere contractum cum tertio, nec illi restituere pretium, etiam si fuerit majus, quia ejus ille cedit suæ industriæ; si verò excessus ob ipsam rem, quæ eadem manens creverit pretio; tunc est restituendus domino excessus, quia est fructus rei; unde in illo factus est ditior ex re alterius: *v. n.* 2740. & 2742.

IN QUO LOCO, ET QUIBUS EXPENSIS.

2725 POssessor bonæ fidei, seu obligatus ex re accepta, quando cognoscit rem esse alterius, tenetur rem restituere in loco, ubi res extat; unde si dominus requirat loco, non tenetur eam mittere expensis propriis, sed solùm monere debet dominum, ut disponat; quia non tenetur quis cum proprio damno restituere in pristinum statum domum, quem non læsit. Possessor verò malæ fidei, hoc est, qui est obligatus ex injusta acceptione, tenetur mittere propriis expensis, quia dominus non debet reportare damnum ex delicto furis.

2726 Exemplum: *Petrus Messana sedixit cum equo Pauli Panormitæ.* Petrus iste vel equum accepit bona fide, & nec tenetur monere Paulum Messanæ, ut suis expensis mittat pro equo; vel accepit male fide, seu rapuit, & tunc tenetur mittere equum Paulo Messanam propriis expensis, incluso solvendo damna, & interesse, detracta tamen expensis, quas fecit pro sustentatione equi, quas verè ipse Paulus fecisset; nisi expensæ istæ compensandæ essent usu equi quem fecit Petrus.

2727

2727 Si dominus sit ità absens, ut excessivæ expensæ essent faciendæ à fure pro re mittenda, tunc tenetur restituere, & mittere, si expensæ sint æquales cum valore rei; minimè verò, si sint notabiliter excedentes valorem rei: quia restitutio non fit, nisi ut servetur æqualitas; adeóque non obligat cum notabili inæqualitate creditoris, & debitoris; hac ratione universaliter restitutio non est facienda cum jactura boni altioris ordinis. Unde potest differre restitutionem differre, si sit spes, quòd gravemetur dominus; quòd si non sit talis spes, potest restituere consanguineis, & in hoc defectum pauperibus, aut in aliquod pium pro domino; quia ut docent Div. Thomas, & Scotus, quando restitutio fieri non potest, ut prosit domino corporaliter, fiet, ut prosit domino spiritualiter.

QUÆRES I.

2728 *An, quirem restituendam consignaverit puato fideli, qui eam amisit, aut pro quoquo, teneatur iterum restituere?*

Hoc dubium est fusè resolutum *in 2. tomo à* num. 175.

QUÆRES II.

2729 *Adquid teneatur persona media, si rem restituendam amiserit?*

Resp. si amisit cum culpa gravi, & mortali, tenetur quidem restituere; si sinè culpa mortali, est distinguendum; vel amisit rem habitam in individuo, & tunc non tenetur restituere, non quidem ex re acceptâ, quia non ditatur, nec in aliquo est ex ea factus ditior; nec injusta acceptione, ut supponitur. Sed teneretur ex culpa juridica lata, aut levi, si obligasset ex contractu, juxta dicta num. 668. quod fieri non solet. Si verò res, quæ amisit, erat eadem in specie, quatenus numerata, v. gr. pecuniam in individuo, quam restituendam accepit, consumpsit in propios usus; tunc tenetur eam restituere, quia res domino perit, & sic perit ipsi personæ mediæ, cujus erat.

QUÆRES III.

2730 *Petrus Matriti mutuavit Paulo mille aureos, cum pacto, ut elapso termino ea redderet, ubicumque ipse reperiretur interim Petrus pervenit Panormum dux cohortis, & quia est elapsum tempus mutui, quæritur, An Paulus teneatur eos mittere suis expensis?*

Resp. cum necessaria distinctione: vel Petrus erat summam illam conservaturus, & secum translaturus Panormum, sive in individuo, sive in specie, sive in æquivalenti; vel si habuisset Matriti, omnino fuisset ibi consumpturus, & nullo modo translaturus: si secundum, tenetur Paulus mittere eam summam Panormum propriis expensis cambii; quia ex mutuo in gratiam Pauli quoad eas expensas emersit damnum Petro. Si primum, debet mittere expensis Petri; unde debet reddere deductis ex summa expensis cambii; quia nullum Petro emersit damnum ex mutuo; nam pares expensas fecisset, aut paria pericula subiisset Petrus secluso mutuo, transferendo illam Panormum; adeóque si mitteretur summa illa expensis Pauli, Petrus reportaret lucrum ex mutuo, & sic usuram committeret.

QUANDO EST RESTITUENDUM

2731 Præceptum restituendi includit saltem præceptum negativum non retinendi rem alienam, ratione cujus reducitur ad septimum Præceptum Decalogi: *Non furaberis*; adeóq; obligat semper, & ad semper; ità tamen, ut quoad actum internum, statim ac advertit quis rem esse alienam, debet habere animum restituendi: quoad actum verò externum executionis, non tenetur statim, ac advertit

tit, sed capta temporis opportunitate; alioquin id advertens noctis tempore in lecto, surgere deberet ad restituendum. Quòd si habeat animum non restituendi continuatum, manet in continuo peccato mortali, si res sit gravis; quoniam ex Aug. epist. 54. ad Macedonium: *Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.* Si autem animus interrumpatur, ut si volens restituere retractet voluntatem restituendi, tot peccata committit, quot sunt actus interrupti.

Qui est obligatus ex contractu, non tenetur restituere, nisi adimpletis conditionibus, & elapso termino in contractu præfixo: quòd si eo elapso sit in mora culpabili, tenetur sub mortali ad restitutionem; imò ad omne damnum, & interesse; secus, si sit in mora per paucos dies.

Liberatur ab onere restitutionis, sive pro semper, sive ad tempus, si justa adsit causa, de qua modò: *v. num. 2739.*

2732 Confessarius non debet absolvere pœnitentem, qui tenetur statim restituere, si ter, vel quater eidem, aut alteri Confessario promisit restituere, & non servavit promissum; quia rem alienam detinens, quam restituere potest, est in occasione proxima voluntaria peccandi, non minùs, quàm qui detinet concubinam, quam potest abjicere.

CAUSÆ EXCUSANTES A RESTITUTIONE.

2733 SUnt plures. 1. Impotentia physica, qua quis non habet, quid restituere. 2. Impotentia moralis, quando quis restituere non potest sinè probabili periculo damni altioris ordinis sui, aut suorum. Bona, in quibus homo potest damnum pati, sunt quatuor, animæ, corporis, famæ, & substantiæ corporalis, quorum unum est altioris ordinis altero, uti gradatim ponuntur: restitutio autem cùm sit ad ponendam æqualitatem, non est facienda cum jactura boni superioris ordinis; hinc restitutio substantiæ corporalis non est facienda cum periculo prudenti pericli mortalis, vitæ, seu damni corporis, aut infamia: *vide n. 2727. tom. 2.*

2734 Quæ causæ si sint perpetuæ, perpetuò excusatur quis à restitutione; si autem tantum, restitutio suspenditur, seu differtur, non dilatatur tempus restitutionis ex ratione inter præsumpta voluntate creditoris.

2735 Qui habet justam causam differendi restitutionem, non tenetur ad damna, & interesse, quæ creditori ex mora sequuntur, quia non est mora culpabilis. Si autem differat ad evitandum proprium interesse, tenetur resarcire interesse creditoris, quia non est æquum, ut debitor se servet indemnem cum damno creditoris.

2736 Item, si damnum, quod patitur debitor restituendo, non sit notabile respectivè, sed æquale damno, quod patitur creditor ex dilatione, tenetur debitor restituere statim, quia tunc potior est conditio creditoris.

2737 Cessio bonorum excusat in foro interno; in foro autem conscientiæ, quando bona, excusatur, non ratione cessionis, sed ratione impotentiæ; unde si pervenerit ad aliquem fortunam, tenetur restituere.

2738 Tenetur quis sub mortali restitutionem differre, si prudenter judicet restitutionem futuram in grave damnum creditoris, vel eum abusuram in grave damnum proximi, quia tunc cooperatur ad malum.

QUÆRES I.

2739 *Famulus rapuit à suo domino summam pecuniæ per quamplures vices, unum circiter scutum pro vice; hic est gravatus familia, ut salarium vix ei sufficiat ad sustentationem. An teneatur statim capta temporis opportunitate restituere?*

Affirm. cum distinctione, vel iste retinet eandem pecuniam in individuo, & tunc debet statim restituere; quia si res extat, domino extat; & sicut peccat quis etiam in extrema necessitate rem alienam furando, ut *infra* 2737. retineat alienam detinendo; & nemo debet sustentari de furto, nisi sit in extrema, vel quasi extrema necessitate, quatenus si restituere, reduceretur in extremam necessitatem, ait Sanch. cit. Nec dominus tenetur dare salarium correspondens familiæ, ut labori satisfaciat. *num.* 1643.

2740 Vel iste pecuniam domini miscuit materiæ notabili, ut discerni non valeat; vel totus cumulus extet, licèt non teneatur eamdem pecuniam in individuo restituere, quia per mistionem ejus factus sit dominus totius quàm primum restituere tantumdem in specie de illo cumulo. Quòd si in dies furatus sit de cumulo in magna parte consumptus, ità ut summa modicæ considerationis maneat, minor nedum pecunia furtiva, sed propria, quam eo tempore successivè furatus, eaque pro tenui suæ familiæ sustentatione sumpserit; tunc Epicheja est utendum: non enim cogendus, ut statim restituat totam illam modicam summam, quæ ex cumulo remanet, sed ut restituat paulatim, juxta proportionem possibilitatem, uti discurrimus de eo, qui furatus est, & rem raptam consumpsit; alioquin gravissimas reduceretur angustias, & irrationabiliter de domini voluntate præsumeretur.

2741 Epicheja, *est virtus faciens, ut legis defectus, Exam. Ecclesiast. Tom. I.* *rigore relicto, amplectamur, quod rectà ratio dictat, & quod rationabiliter faceret superior, aut dominus, si adesset, aut sciret.*

IN REBUS MISTIBILIBUS.

2742 Si tem alterius, v. gr. frumentum, vinum, pecuniam ejusdem generis, &c. sive bona, sive mala fide, cum tua notabili misceas, ità ut discerni non valeat, statim acquiris dominium ejus in individuo, nisi habeas animum explicitum non acquirendi dominium; unde si furtivè miscuisti, non teneris ad restitutionem rei in individuo, sed in specie ex tumulo, si extet, aut in æquivalenti: *v. à num.* 2747.

2745 Hinc si à fure, qui triticum alterius cum suo immiscuit, emas, etiam mala fide, magnam tritici, imò totam quantitatem ex cumulo, ad nihil te teneri, ait Tamb. *tom.* 1, *num.* 27. quia fur vendidit ex suo; quoniam præfata mistio transfert dominium, & æquivalet consumptioni, & solùm remanet in fure obligatio ad restituendum per æquivalens: Et ex alia parte emptor, cum solverit pretium, in nihilo factus est ditior. Idem ait, si eam dono accepisti, & fur aliunde potens restituere quatenus alia possidebat bona; secùs si non sit aliunde potens, fatetur te teneri restituere; quia per donum, quod accepisti, fur factus est impotens tua causa, & tu ditior; ità discurrit Tamb. *cit.*

QUÆRES II.

2744 *An possit quis licitè restitutionem differre ne cadat à suo statu, & conditione?*

Resp. si status est injustè acquisitus, nempe ex furtis, ex bonis alienis injustè retentis; &c. non potest differre, sed tenetur restituere statim, quia per restitutionem non cadit è statu justè acquisito, sed ad priorem, & proprium redit. Et solùm potest aliquid pro tenui

tenui sustentatione retinere, si alias in extremam reduceretur necessitatem; quia in hac licitum est aliena accipere: *vid. n.* 2627.

2745 Si autem status est juste acquisitus, licèt ille debita contraxerit, & in necessitate reperiatur ex propriis delictis, quia luxuriosè vixit, lusit, &c. tunc potest solutionem differre, ne notabiliter cadat è suo statu, si res aliena in individuo non exset, aut in pretio; nam si extaret ipsa pecunia aliena, aut gemma, v. gr. ex ea empta, esset statim restituenda, ut ex *n.* 844. Ratio autem assertionis, si res non extet, est, quia tunc dominus non est rationabiliter invitus.

2746 Licèt autem debitores non teneantur notabiliter, seu excedenter è proprio statu cadere, tenetur ex justitia, nedum paulatim restituere, & solvere, verùm etiam curare, ut non plus æquo solutionem differant; ac proindè debent non solùm à ludis, commessationibus, ac variis expensionibus se abstinere: sed etiam aliquod incommodum sentire: qui enim notabiliter è suo statu cadere dicitur, qui tribus quadrigis gaudens, una privatur, atque competenter familiam reformat ad tempus, [illegible] quidem, [illegible] plurium gratiam, quam apud homines prudentes, splendorem haud vilem consequitur.

Hic est scopulus, in quo sæpè Magnates, & insimul cum illis vari æqui docti, quàm adulatores, proprias conscientias frangunt. Cavent Confessarii.

Scotus *in 4. dist. 15. q. 2. §. de quarto lite. Z. & q. 3.* Mastrius *in theolog. mor. disp. 7. & 9.* Joan. la Cruz *7. præc. q. 7. pag. 196.* Bonac. *tom. 2. de restit. disp. 1.* Tamb. *tom. 1. lib. 8 tract. 3. & 4. pag. 227.* Busemb. *lib. 3. to. 5. cap. 2.* Diana *in plurib. locis*, Clericatus *cap. 75.* Mendo *de rest.*

De restit. pro homicidio, stupro, adulterio, bello, &c. vide in propriis titulis.

DE RESTITUTIONE FAMÆ.

2747 INjuria contra famam committitur 1. Per actum internum, temerarium judicium temerarium; & hoc non obligat ad restitutionem, nisi manifestetur externis, non manifestatis indiciis levibus, ut n. 2664. 2. Per actum externum, temerariam contumeliam, detractionem, &c.

JUDICIUM TEMERARIUM.

2748 ESt, *quo quis sine sufficientibus indiciis certo assentiat aliquid malum de proximo.*

2749 Ad hoc ut sit mortale, quatuor requiruntur conditiones: 1. *Ut sit in materia gravi*; gravitas autem, & levitas æstimabitur, vel ex ipsa substantia materiæ, vel ex circumstantia personæ. Hinc veniale est temerè judicare de Petro furtum unius juli, si levissime parùm honesto, quòd per locum immundum transeat ad inhonesta, ac de milite id reputare hostis; non enim infertur ex gravi materia, cum de hujusmodi gloriari soleat. Item veniale erit, de ignoto, aut de infamato temerè judicare.

2750 2. *Ut judicium formetur tantum moraliter certum.* Hinc suspicio, dubitatio, opinio temeraria non est mortalis, sed venialis; quia cum sint actus imperfecti in genere judicii, nec totaliter tollant possessionem bonæ famæ, non censentur gravis injuria aliis manifestes. Nec erit mortalis, si manifestes uni, vel alteri probo, & prudenti in quibus non est periculum famæ. Immo valdè forsan erit peccatum, suspicionem manifestare superioribus, aut iis, quibus potes, ad quos malum vitandum aut alio justo capite.

2751 3. *Ut judicium sit ex levibus motivis*; nam si sit ex gravibus, & sufficientibus,

dicium erit prudens; quod prudentiæ discretionem relinquitur. Ea dici possunt indicia levia, quæ ex communi hominum usu sunt indifferentia, aut raro conjuncta cum tali effectu ea vero sufficientia, & proportionata; effectus autem plurimùm solent cum eo esse conjuncti, ut si quis noctu per scalam fenestram occultè aperire tentet, est judicium sufficiens ad judicandi furem; secus, si die, & publicè: tunc namq; potius judicari debet clavis esse. Item non est gravis injuria certò judicata, quod est valdè probabile, v.gr. juvenem virum solùm cùm puella in cubiculo, inhonestè tractâsse.

2752 4. *Ut judicium sit plenè deliberatum*; i.e. cum plena advertentia temeritatis, & malitiæ gravis, & cum plena voluntatis libertate. De quo infrà de peccatis.

2753 Et quia raro omnes quatuor allatæ conditiones interveniunt, raro judicium temerarium est mortale. Quando autem omnes interveniunt, est mortale, quia est gravis injuria proximo contra justitiam; sed non est explicare speciem mali judicati; quia omnia mala judicata uni justitiæ commutativæ speciei infimæ opponuntur: *v. n.* 2757.

DETRACTIO

2754 EX Divo Thoma, *est alienæ famæ per occulta verba injusta læsio, & gravis.* Contingere potest dupliciter. 1. Directè, falsum crimen imponendo, vel verum, sed occultum revelando. 2. Indirectè, famam proximi negando, vel malitiosè tacendo cum intentione nocendi famæ. Modi, quibus proximi famæ læditur, comprehenduntur his versibus:

Imponens, augens, manifestans, in mala vertens,
Qui negat, aut minuit, tacuit, laudátve remisse.

2755 Crimen sit publicum jure, vel facto; *jure*, si sit de eo lata sententia à Judice, *facto*, si sit commissum in multorum præsentia, aut in loco, vel tempore, v.gr. in foro, &c. ut sit faciliter provulgandum; vel si erat occultum, fuit tamen ab iis, qui sciebant, provulgatum, ità ut multi de eo loquantur; præsertim quando crimen ad loquacium notitiam pervenit, & apud eorum linguas versatur. Universaliter publicum censetur, quando circumstantiis attentis prudenter existimatur crimen faciliter provulgandum: *vide in tom. 2. n. 72.*

2856 Gravitas attendi debet ex qualitate rei, & conditione personæ. Hinc de Prælato optimæ famæ, dicere, quòd sit assuetus mentiri, est grave contra famam.

Regulariter non est mortale revelare defectus naturales; ver. gr. quòd sit ignavus, stupidus, illegitimus, &c. nisi inde aliquod damnum sequatur; quia non sunt defectus morales culpabiles. Nec est mortale dicere defectus morales in generali, ver. gr. esse superbum, iracundum, &c. quia prudenter de naturali inclinatione dicta censentur.

2757 Mortaliter peccas, & detrahis, si de determinata persona in generali dicas: *Te scire quid de illo, quod si dicas sis eum magno rubore affecturus.* Non est mortale de aliquo ignoto, vel indeterminato malè loqui, nisi redúdet in aliorum damnum; mortale autem de Monasterio Religioso in comùni malè loqui. Non teneris explicare, in quo genere detraxisti; quia fama est ejusdem speciei: *v. n.* 2753.

Nec numerum personarum, quibus detraxisti; debes tamen dicere: *Graviter detraxi pluribus.* Aliàs non explicas peccatum, quod patrasti. Debet exprimi, si fuerit per libellum famosum; quia notabiliter aggravat, & lædit.

2758 Non est mortale revelare peccata mortalia proximi, quæ secundùm hominum

existimationem, sive, ratione sui, sive ratione personæ, aut alterius circumstantiæ, non sunt informatoria, nec aliud damnum inde sequitur: v.gr. de milite, aut nobili, quòd duellum commiserit: quòd juvenis pro patrum honesto habitus sit formicatus, &c. nam de similibus jactari solent.

2759 Non est mortale. 1. Si quis delictum infamatorium contra ipsum ab alio factum uni, vel alteri viro prudenti non divulgaturo manifestet; quia non censetur læsio gravis. 2. Si illud contra se commissum amico referat, non animo lædendi, sed leniendi dolorem; quia humana conditio non patitur, ut quis gravem offensam recipiat, & non se doleat, ac quærat solamen. 3. Si manifestes delictum occultum, quod moraliter certò scis brevi futurum publicum, vel per sententiam Judicis, vel per facti evidentiam. 4. Si infamen in vno delicto, de alio valde affini, seu connexo, aut quod personæ similis conditionis committere solent, infames; ut de lusore, quòd sit blasphemus; secùs, si de disparato.

5. Non est mortale, sed veniale, illud referre sub dubio, vel ex auditu, etiamsi qui audiunt, credant; quia id imputatur eorum levitati. Quòd si prævideat, auditores esse leves ad credendum, vel si id referat animo nocendi, tunc peccat mortaliter, sed contra charitatem, qua obligamur ad non inferendum alteri malum, sed non contra justitiam; quia talis actus non est ex natura sua ablativus famæ; nisi relatum firmes authoritate, dicendo, te id audivisse à personis fide dignis.

6. Similiter delictum in uno loco publicum, in alio, ubi est ignotum, publicare, non est mortale, nec contra justitiam; quia per publicationem delicti in uno loco, amisit jus ad famam; unde licèt in loco remoto, ubi id ignoratur, habeat famam, non habet jus ad famam nec contra charitatẽ, nisi fiat animo nocendi; hinc sine scrupulo videmus delicta gravia in uno loco publica, per historias usque ad remotissimas partes, ubi libri veniunt, unà cum ipsis reis publicari.

2760 Nullum est Peccatum. 1. Manifestare delictum, aut vitium alicujus Superiori, Patri, &c. pro correctione. 2. Ad impediendum damnum innocentis; unde licitum opportuno modo monere proximum, quem Petrus, qui ejus domum frequentat, &c. & unde caveat; quia illa non est offensio, & defensio, nec quis habet jus ad famam in damno proximi: *v. tom. 2.*

2761 Peccat mortaliter tam contra charitatem, quàm contra justitiam, qui alteri falsum crimen imponit, sive in judicio sive extra, ad elidendam detrahentis auctoritatem magnam, sibi noxium, aut calumniam, ut tuam justitiam, & honorem defendas, quia mendacium est ab intrinseco malum, ut neque certo mortis periculo cohonestari valeat: *ex n. 143. & 215.* Imò in judicio etiam per jurium, tam ipsius imponentis, quàm alterius, ad quod ipse Principalis cooperatus deberet, testes subornando ad falsum, docet D. Thom. *Falsitatem proponere in nullo casu licet alicui*; adeòque, qui calumniam illi imposuit, habet jus strictum, ut non laedatur in fama, fraude, dolo, aut mendacio; *mendacium infamatorium non est medium proportionatum ad defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

2762 Unde tunc solùm licitum est tibi mendacium detractoris, seu calumniatoris occidere, sed verum, revelare, ut sic te defendendo ejus calumniam elidas, reddendo eum infamem, habilem, mendacem, nullius fidei, & alia tibi non suppetat via; quia tunc est medio proportionato ad defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ. Quòd si tibi suppetat via ad defensionẽ, cum minori

non potes, neque jure compensationis, quia esse videtur, juxta dicta *à n.* 2085. *v. propos.* 41. & 44. *ab Innoc. XI. damn.*

2763 Infamare seipsum, revelando occultum delictum sine rationabili causa, ex levitate, non est mortale, sed veniale, nisi id cedat in damnum, aut scandalum aliorum; quia sicut non est dominus bonorum fortunæ proximi, ita & boni famæ, nisi propria industria acquisitæ, cujus sonitu dicetur prodigus. Imò potest esse actus virtutis, si fiat ob subeundam pœnam condignam, aut ob humilitatem, ut plures Sancti fecere.

2764 Venialiter, non mortaliter peccat, qui vitanda non levia, sed gravia tormenta, quibus crimen imponit, ob quod est morti tradendus, aut mutilandus, peccat venialiter, qui est mendax; non mortaliter, quia non mendacium perniciosum, sed officiosum; quo non cooperatur morti directè, & per se, indirectè, & per accidens; directè verò infligit tormenta morti æquivalentia vi, aut ratione licitè infirmus mortem sibi, aut resectionem membri, aut cruris declinando. 2075. Peccat autem mortaliter, qui juramentum, ratione perjurii; vel si illud damnum, aut infamiam alterius; quia non est dominus bonorum, aut famæ alterius.

CONTUMELIA

2765 Est *injuria, qua alteri crimen, aut alius defectus in ejus præsentia objicitur*, v. gr. appellando furem. Unde à detractione differt, sicut rapina à furto; nam detractione lædit proximum in absentia, contumelia præsentia; hinc illa lædit solùm famam, contumelia verò famam, & honorem; adeóque est peccatum mortale, nisi parvitas materiæ, aut defectus plenæ deliberationis excuset.

2766 Non peccat Superior, si subdito verbum contumeliosum objiciat, non animo inhonorandi, sed humiliandi, aut corrigendi, nisi excedat in modo. Sic Christus Apostolos stultos vocavit, & Paulus Galatas insensatos.

2767 In Regnis Hispaniarum contra quaslibet personas Ecclesiasticas, aut sæculares, quæ in pulpito, cathedra, typis, aut manuscriptis, contra Religiones, Religiosas personas, aut in censurandis opinionibus, injurias, & contumelias protulerint, Tribunal Supremæ Inquisit. Hyspan. inflixit pœnas excommunicationis majoris, exilii, & privationis officii, si quo in Sancto Tribunali gaudeant, idq; per tria decreta novissimè de anno 1696. die 19. Octobris, ubi comprehenduntur omnes transgressores, typographi, & cooperatores; publicata Panormi die 6. Februarii 1697.

2768 *Convitium, & improperium*, conveniunt cum contumelia; similiter *derisio, & subsannatio*, quæ motibus injuriosis corporis fieri solet: *murmuratio* verò, *& susurratio*, cum detractione. Murmuratio, *est qua quis factum aliquod publicum, quod posset in bonam partem accipi, in malam partem accipit*, ut Lucæ cap. 11 *In Belzebub Principe Dæmoniorum ejicit dæmonia.* Est mortalis, si habeat sociam detractionem gravem. Susurratio, *est allocutio mala de proximo ad tollendam amicitiam ipsius cum aliis.*

RESTITUERE TENETUR

2769 *Susurro*, amicitiam reconciliando: *Contumeliosus* honorem, vel petendo veniam, vel honorificè salutando aut per aliam honorificam demonstrationem. *Detractor* famam, non minùs, quàm fur bona fortunæ; quia ex Prov. 22. *Melius est nomen bonum, quàm divitiæ multæ.*

2970 *Qui imposuit crimen falsum*, tenetur

restituere famam, etiamsi retractando coram iisdem, apud quos fuit impositum, & eodem modo; nempe publicè, si publicè. Etiam si exinde ipse infametur; quia (ut ait Scotus *in 4. dist. a. 4. q. 4. litt. C.*) fama detracti prævalet famæ detractoris; nam illi justè competit fama, huic injustè; unde non est huic debita fama: *Et ideo directè ostendens innocentiam alterius, indirectè nocentiam sui, non tunc propriè diffamat se, sed amovet falsam laudem, qua iste post accusationem mendacem indignus est*: *v. n. 2776.*

2771 Bertaldus *in 8. pr.* ex Bonac. ait, esse valde amarum hunc restituendi modum; unde sufficere putat, si de persona infamata in generali dicatur: *Quòd sit persona virtuosa, & honoris, & quòd ii, qui mala dixerunt, decepti sunt & quòd tempus id discernere faciet.*

2772 Si primi auditores aliis devulgaverunt, tunc principalis detractor, si publicè diffamavit, etiam apud alios restituere famam tenetur; quia tunc ipsi imputatur totum damnum, & divulgatio. Excusare potens impotentia moralis, putà si adeo infamia divulgata reperiatur, ut mortaliter impossibile sit, restituere apud omnes: *Vide detractoris angustias.* Si verò occultè detraxit, tunc sufficit, si se retractet apud auditores immediatos; quia tunc illis divulgatio imputatur, qui non debebant crimen proximi ab uno privatim, & confidenter dictum, aliis propalare: hanc esse Confessariorum praxim, observat de Lugo: *Et namque ipso, quòd detractor apud immediatos detractores se retractat, implicitè illis committit, ut indicent aliis, si quibus fortè revelaverint.* Mastrius.

2773 Eum, qui bona fide alium diffamavit, putans, crimen esse verum, & publicum, soltùm teneri restituere ex charitate, volunt plures; adeóque cum commodè potest, & sinè suo rubore. Verius tamen est teneri ex justitia, uti ex re accepta, cum pat. in tantum. 2601. Nec video in terubotem, si tiùs splendorem, si auditoribus dicas: *men illud manifestâsse, quia putabam & publicum, modo vero reperias se deceptum.*

2774 Qui publicavit crimen occultum non debet dicere, crimen esse falsum; mentiretur, & ob nullum bonum cium est licitum; sed sufficienter tuere, docent D. Thomas, & cit. litt. E, si dicas: *Non credatur lem, malè enim dixi*, vel laudando, eum esse bonum, præsertim laudando specie virtutis, qua diffamasti; & mentiris, quia ex jure quilibet est dus bonus, nisi certò constet, quod subdit Scotus: *Sed iste non est coram istis; ergo bonum est ipsi non reputent eum indignum*, &c.

2775 Qui defunctum graviter peccavit mortaliter, & restituere suffragia, quia sunt altioris ordinis famam modis jam relatis ipsi hæredibus, si in eos infamia redundet.

A RESTITUTIONE FAMÆ QUIS EXCUSATUR.

2776 PRimò, si fama non sit ablata tenus auditores prudentes crediderunt; quod contingere solet detractor nullius est fidei, in quantum compertus est mendax, detractor, & auditores sunt viri timorati, ac p Vel quando quis detrahit, ostendendo sionem, iram, aut odium, tunc sapientes non credunt, sed judicant dimitte passione, &c. quia tunc nullum sortitur damnum: *v. num. 2778.*

2. Quando prudenter existimatur, infamiam esse oblivioni traditam; quia tunc cessante famam, & periculosius esset memoratum delicti restitutione perfricari. Tempus, quo oblivio possit obliti, remittitur prudentum Confessarii, & viri experti: id maximè quod potest, si notabili tempore elapso, nullus fiat mentio delicti.

3. Quando fama est alia via recuperata, v. g. testimonium alterius personæ fide dignæ per vitam exemplarem.

4. Si delictum occultum, quod dixisti, fiat nunc publicum.

Si restituere non possis sinè jactura boni ordinis, putà animæ, vitæ, membrorum famæ tuæ longè majoris valoris; hinc non tenetur restituere famam peccati, nec vir valdè illustris plebejo, si id possit sinè jactura propriæ famæ, sed sufficit infamatum laudet.

Si is, cui detraxisti tibi pariter detraxerit, non velit restituere; quia tunc uteris compensatione, si infamia non redundet in te. Si infamatus sponte condonaverit; quia dominus suæ famæ; at non potest quis remittere, si infamia redundet in alios, seu in proximum damnum; quia est dominus suæ, non alienæ famæ, aut boni. 8. Quando restitutio est moraliter impossibilis; quia ad impossibile nemo tenetur.

2777 Quando quis est impotens ad restituendam famam, non tenetur eam pecunia compensare, quia fama, cum sit altioris ordinis bona, non potest ejus pretio compensari. vide n. 2770. & 2103.

2778 Solitus infamare, seu detrahere, tenetur restituere, si lædat apud simplices, & credulos; hi solent faciliter credere, imò leviter; unde tunc est verus famæ fur. Et licet dicatur, quòd non teneatur, si apud viros graves, ac timoratos detraxit, est quia illi non credunt, & inde non est in re facta læsio ut in n. 2776.

AUDIENS DETRACTOREM,

2779 SI detractioni gravi consentiat directè, videlicet, inducendo, movendo, excitando, quódque fieri solet, etiam interrogando, peccat mortaliter, tam contra charitatem, quàm contra justitiam, sicut dictum est de eo, qui cooperatur ad damnum proximi in bonis fortunæ; unde ad restitutionem tenetur juxta ibi dicta.

2780 Qui solùm consentit indirectè, non excitando, sed ea complacendo, & se delectando, peccat mortaliter contra charitatem, quia delectatur de malo gravi proximi: sed non contra justitiam, quia non est causa effectiva damni famæ, nisi impedire teneatur ex officio, uti est superior. Imò etiam mortaliter peccat, si potens sinè incommodo impedire, non impediat, sed audiat, etiam si non complaceat, juxta dicta de charitate erga proximum. Hic autem ultimus rarò peccat mortaliter, quia regulariter causa excusans adest.

2781 Causæ à mortali excusantes sunt: 1. *Si detractio sit levis*: 2. *Si sit gravis, sit tamen coram uno, vel altero prudenti*: 3. *Si si rationabiliter putas auditores non credituros*: 4. *Si advertas tuam resistentiam, aut monitionem non profuturam; quod contingere, potest, vel quia audiens est longè inferior detractore, quia detractor est insolens, ira accensus, &c. imò sæpe monitio potest esse excitatio ad majorem, aut fervidiorem detractionem*: 5. *Si non es moraliter certus, quod loquens loquatur injustè, & de gravi crimine occulto*: 6. *Si judicas detrahentem habere justam causam videlicet, ut consilium petat, ut suum dolorem levet, ut te utiliter moneat, &c.* 7. *Si times grave damnum; vel graviter tua interest, te non reputari defendere infamatum*: 8. *Quando ex rationabili*

rationabili verecundia, aut pusillanimitate non audes resistere, & infamia proximi non est ità gravis, ut judices cum tanta tua difficultate impedire; ità ferè Tamb. Ratio est, quia charitas non obligat cum gravi incommodo, finè necessitate, aut utilitate.

Scotus *in 4. dist. 15. q. 4.* Mastr. *in theolog. mor. disp. 8. q. 3.* Joan. la Crux *8. pr. pag. 236.* Bonac. *to. 2. pag. 515.* Tamb. *to. 1. pag. 290.* Busemb. *lib. 3. tr. 6. cap. 1.* Diana *in piurib. loc.* Mendo *ver. Detractio.* Clericatus *cap. 104.*

DE VIII. PRÆCEPTO DECALOGI.

Non falsum testimonium dices.

MENDACIUM

2782 *Est enunciatio falsa cum conscientia oppositi, & cum voluntate fallendi.* Est triplex: *Perniciosum* in damnum alterius: *Jocosum* ob delectationem, & *Officiosum* ob utilitatem. Perniciosum, si sit damnum grave, est mortale. Jocosum, & officiosum, regulariter est veniale, nisi sit adjuncta circumstantia, ob quam aliam virtutem à veritate distinctam graviter lædat.

2783 Hinc venialiter peccat pœnitens, si neget peccatum veniale, quod commisit, aut fateatur, quod non commisit; quia solam veritatem lædit: at peccat mortaliter, si confiteatur veniale, quod non commisit, quodque sit materia totalis Sacramenti; quia cum nullam det veram materiam, facit Sacramentum nullum, & sic committit sacrilegium. Item à mortali non excuso Sacerdotem, si dum sacris vestibus induitur, aut est indutus proximè celebraturus, mentiatur, ob scandalum, quo audiens, mendacium advertens posset Sacerdotes contemnere, & viles habere: *v. nn. 143. & 1559.*

TESTIS,

2784 Qui falsum testatus est [illegible] netur se retractare cum [illegible] & paulò majori suo damno, quia in [illegible] damno potior est ratio innocentis. An [illegible] netur se retractare, si sit moraliter certus [illegible] tractationem non profuturam; quia [illegible] obligatur ad opus inutile; nec si testis [illegible] timus, & reus repertus sit convictus [illegible] testes; quia tunc non est causa efficax [illegible] Nec cum suo damno longè altioris ordinis *n. 2766.* Si verò falsum testatus est ignoranter, inadvertenter, & sinè peccato mortali, tenetur se retractare; at non cum mortali suo damno, etiam minori; sed est dicendum, sicut de restitutione ex re accepta: *num. 2691.*

De reo, & teste: *vide à nu. 1718 ad 1764. 364.* & fusè *in tom. 2. à cap. 2. præmun.*

CASUS DE INSTRUMENTO.

2785 *Petrus amisit quoddam instrumentum publicum, & legitimum, testamentum, &c. an peccet graviter, [illegible] simile privatim conficiat?*

Resp. In foro externo hunc præsumi [illegible] rium, & puniri; quia de veritate non [illegible] In foro autem conscientiæ [de quo] mo] non peccare mortaliter, sed ad [illegible] venialiter, docet Arsde Kin *to. 2. pag. [illegible]* cum Mendo *in statera disser. 23. q. 27.* [illegible] *17. nu. 168.* quia nulli damnum, aut [illegible] tiam infert; sed solùm peccat contra ve[illegible]tem, non facti, aut scripturæ formalis; [illegible] scripturæ materialis; quatenus proponit [illegible] pturam illam materialem credendam [illegible] strumentum auctoritate publica primo [illegible] fectum. Plures apud Arsde Kin eum à [illegible] li, & à mendacio excusant. Idem tenet [illegible]

Sanch. & Sla apud Ant. à Spic. S. tr. 5. de jur. dist. 3. sect. 9. n. 54. qui eos sequitur tantùm quoad expressas scripturas: At in consultis nostram sententiam probabilem vocat, pluribus rationibus, & auctoribus confirmat.

SECRETUM NATURALE

1788 Monitur, vel expressè, ut *Tibi dico sub sigillo confessionis, sub secreto naturali, ne nemini dicas, &c.* vel implicitè: *Tibi dico, ut amico pro consilio, ut dolorem leniam, &c.*

1789 Obligat sub mortali, si res sit gravis explicationis, & ejus violatio cedat in gravamen alterius, aut in gravem displicentiam ejus, qui secretum commisit; quia tunc violatio secreti valde nocet societati humanæ, & est gravium discordiarum causa. Quod est verum, etiam si uni, vel alteri viro prudenti dixerit, si qui secretum imposuit, iis specialiter non velit secretum revelandum. Idem dic de litterarum injuriosa aperitione, nisi prudenter præsumat auctorem litteræ non invitum, aut nisi id facias ad vitandum grave damnum injustum, quod inde prudenter times.

1790 Magis peccant Secretarius, & Notarius publicus, qui tenentur ex officio, & sub juramento ad secretum. Non est peccatum revelare secretum naturale, etiam juratum ad impediendum damnum publicum, aut tertiæ personæ innocentis, seu si secretum sit de delicto patrando. Est autem mortale illud revelare, si damnum sit jam secutum, & non pendeat in futurum: *v. num. 126. 1704. à 1733. ad 1736. 1633. 1696. & 1697. & to. 2. à n. 55.*

Scotus *in 4. dist. 15. q. 4. litt. F*, Mastr. *in theol. mor. disp 12. q. 9.* Joan. la Crux *8. præc.* Busemb. *lib. 4. cap. 3. dub. 4. 6. & 7. lib. 5. cap. 3. dub. 2. n. 6.*

PARS TERTIA

De quinque Præceptis Ecclesiæ.

DE I. PRÆCEPTO.

Audire Missam diebus Dominicis, & festis de Præcepto.

1791 Fideles, postquam ad usum rationis pervenerint, qui regulariter post tertium expletum præsumitur, tenentur semel mortali audire sactum diebus Dominicis, festisve de præcepto.

1789 Ad satisfaciendum huic præcepto quatuor requiruntur, 1. *Præsentia moralis.* Hinc nec est necesse, quòd actu audiat Sacerdotem, aut videat; nam mutus, surdus, aut ob multitudinem populi distans, ut actu nec audiat, nec videat, satisfacit, si sacrificio sit præsens; idcòque *per auditionem Missæ*, intelligitur actio, qua quis sacrificio est præsens, eique assistit modo humano, corpore videlicet, & mente, & in tali distantia, ut possit Sacerdotem videre, ejúsque Ministerium, & actiones attendere. Unde non satisfacit, qui è fenestra suæ domus extra Ecclesiam sitæ Missam, quæ intra Ecclesiam celebratur, audiret; quia non est moraliter præsens. Affirmat tamen Tamb. *lib. 4. c. 2. §. 1. n. 14.* & Clericatus *c. 109 nu 7.* Similiter, nec qui extra januam Ecclesiæ positus, eam audiret; nisi id contingeret ob multitudinem nimiam populi, quam Ecclesia capere non valet, quia tunc censetur moraliter præsens ratione conjunctionis cum multitudine, cum qua constituit unum corpus morale fidelium, sacro præsens, & assistens.

1791 2. *Intentio.* Requiritur, inquam, intentio

tentio aud iendi missã saltẽ virtualis, ut interpretativa; quam *vide in tom. 3. in Exam. ordinand. à n.* 206. unde qui in Ecclesia est præsens sacro non animo audiendi sacrum, sed expectandi amicum, non satisfacit; quia actio illa auditionis, est purè casualis, externa, & non humana; Ecclesia autem præcipit actum humanum, ac proinde voluntarium, seu actum mixtum ex externa auditione, & interna volitione: *v. num.* 184.

2792 Econtrà, si audis, habens intentionem audiendi, non tamen satisfaciendi per illud sacrum præcepto, sed ob devotionem; si postea aliud sacrum non audias, satisfeci sti præcepto; quia præceptum vult auditionem humanam; animus autem non satisfaciendi præcepto hac, vel illa auditione sacri, non facit, quin auditio illa fuerit humana. Tum quia aliud est loqui de animo non satisfaciendi præcepto hac, vel illa auditione sacri, aliud de animo absolutè non satisfaciendi præcepto, quia hic, utpote exclusivus actionis præceptæ, est mortalis: *v. num.* 145.

2793 Item, qui audit Missam ob devotionem, ignorans esse diem festum, si postea advertat, non tenetur ad aliud sacrum, quia jam satisfecit, tam ob allatam rationem, quàm ob virtualem intentionem satisfaciendi.

2794 3. *Attentio.* Requiritur sub mortali. Dian. Car. de Lugo. Tamb. & alii volunt, sufficere solam attentionem externam, quatenus, dum quis assistit Missæ, non occupetur in aliqua actione externa moraliter incompossibili cum auditione, v. gr. pingendo, scribendo, confabulando, &c. adeóque non obstare solam internam distractionem mentis etiam voluntariam; quia Ecclesia præcipit auditionem externam, & orationis substantia non dependet ab attentione actuali interna.

2795 Dico tamen, sub mortali requiri attentionem internam, Mastrius cum Cajetano, & Bonac. quia Ecclesia præcipiendo actionem sacri, præcipit actionem religiosam, qualis non est, nec auditio nec oratio fuit ulla prorsus attentione interna cum omnimoda voluntaria distractione terna. Omnino *v. dicta à n.* 286. &

2796 Attentio verò interna est tru Qua attenditur ad actiones Sacerdo qua attenditur ad significationem vel 3. Qua inde mens ad Deum elevatur, plando videlicet mysteria, quæ per a aut Sacerdotis verba exprimuntur, attentio est melior, tertia est optima, prima est necessaria. Quia præceptum ditione Missæ non est de oratione, sed stentia Sacrificio. Requiritur igitur, virtualiter, & in confuso attendas a nes Sacerdotis. Unde est mortalis v distractio notabilis, secus, si sit ut sæpe contingere solet, aut voluntaria brevis: *v. à n.* 441.

2797 4. *Integritas:* unde mortale tem notabilem omittere. Parvam part tãt communiter Doctores, omittere pio Missæ usque ad Epistolam exclus communione exclusivè usque ad fine usque ad Evangelium exclusivè.

2798 Non satisfacit præcepto, fa taliter peccat, qui duas, aut quatuor fa tes simul à diversis celebrantibus audi propositio affirmativa est damnab tio XI. vide *in propos.* 53. quia præcep de audienda una integra Missa: quæ o tio satis colligitur ex ipsa damnatione ficis ex Cathedra loquentis, qui enim partes sacri simul à diversis celebrant dit, non dicitur audire unam integram sam, sed plures partes plurium Miss nulla integra.

2799 Eadem ratione non satisfacit duas partes successivè à diversis celebran

sæ, v.gr. à consecratione usque ad finem ..., & postea ab initio usque ad conse-...em ab alio; unde opinio affirmativa in ...ditionis plurium partium à diversis ...sso, mihi videtur virtualiter in damna-...e recentiùs propositionis 53. compre-...quia eadem est ratio.

...Unica auditione sacri non satisfacit ...ulti præcepto pro die præsenti, & ...quia Ecclesia singulis diebus actio-...ctas præcipit: unde sicut præceptum ...singulis diebus distincta jejunia inten-...præceptum recitandi officium distin-...ctiones; ità præceptum de audiendo ...distinctas auditiones: & sicut proposi-...ctum, *quòd unico officio quis satisfaciat ...præcepto pro die præsenti, & crastino*, ...ab Alexand. VII. *ut in prop.* 35. ità ...aliter damnata propositio id asserens ...mine sacri, aut jejunio.

...Audientes autem Missam Summi ...ctas antemediam noctem Natalis, sa-...ciunt præcepto, quia ex fictione juris, seu ...tione Summi Pontificis, censetur ...ad diem sequentem: *sic dies vesper-...na moraliter reputatur a jure ho-...rum ordine ad recitandum matutinum ...dei, non sic in ordine ad laboran-...dum festis*; ità Tamb. *to.* 2 *pag.* 439.

...Dum quis audit Missam, recitare ...dem orationes ex devotione, puta ..., Officium Virginis, &c. ut vult ...mus; sed etiam de præcepto, nempe ...Divinum, vel ratione voti, aut pœni-...Clericatus *c.* 109. *n.* 8. Diana *p.* 2. *tr.* 12. ...*p.* 15. *res.* 61. quia hæ orationes non ...præsentiam, & attentionem suffi-...ad utrumque: imò per utrumque ...est magis cum Deo, quia oratio magis ...mentem attentam ad Deum, & impe-...voluntarias divagationes ad impertinentia contingere solitas. Et parum interest, quòd oratio sit præcepta, vel non præcepta, ad hoc, ut attentionem sufficientem impediat, vel non impediat.

2803 Durante tamen sacro, non potest quis confiteri. Azor. contra Bonac. quia confessio non est oratio, sed accusatio, & actus judicii omnino disparatus, & attentionem ad sacrum impediens. Affirmat Clericatus *cap.* 1. si citò se expediat, putà usque ad Evangelium.

2084 Qui manè discedit è loco, ubi festum colitur, accessurus ad locum, ubi non colitur, non tenetur prævenire, per Bonac. & alios, quia præceptum non est affixum determinatæ horæ, sed extenditur ab aurora usque ad meridiem. Dico tamen, quòd teneatur prævenire, si sinè gravi incommodo potest; quia prævidens impedimentum proximum futurum adimpletionis præcepti, tenetur eam prævenire, si sinè gravi incommodo potest; alioquin censetur velle malitiosè transgressionem: *vide hic nu.* 2900. & 2903. *tom.* 2. *n.* 636. & *tom.* 3. *n.* 285.

2805 *Excusat ab auditione sacri die festo rationabilis causa*, quia præcepta positiva Ecclesiastica, utpote ex benigna matre, non obligant cum tanto rigore.

2806 Excusat, 1. *Impotentia physica*: hinc excusatur infirmus, aut detentus in carcere: *v. nu.* 456. & 457.

2807 2. *Impotentia moralis; seu gravis difficultas*: hinc excusatur, Qui prudenter grave damnum sibi, aut aliis timet, si exeat. Qui gravem difficultatem habet, ob notabilem distantiam ab Ecclesia, & pluviam. Gravida, si graviditas sit periculosa. Mater, si non habeat cui relinquere infantulum, nec possit secum ducere, qui aliàs solus domi pati posset periculum. Persona, quæ habet infirmos domi, qui possent pati periculum, &

non habeat qui relinquere. Qui debet gravia negotia expedire, quæ commodè differre non potest. Qui iter agens sacrum audire non potest, nisi amittat socios, sine quibus prudenter timet latronum periculum, aut aliud malum. Mulier honesta, quæ caret habitu honesto, quia non obligatur accedere cum gravi sua confusione; curare tamen debet, ut accedat valde manè, quando populi concursus esse non solet; si id sine gravi incommodo, aut confusione facere potest.

2808 3. *Officium.* Hinc excusantur milites qui castrum, aut portas Civitatis custodiunt, si sine periculo suo muneri deesse non possunt Pastores ovium, & aramentorum, & similes, si ex absentia periculum timent; quodquidem regulariter contingit; qui tamen, si sint plures, curare debent, ut relictis uno, aut pluribus, quot sufficiunt ad custodiam, accedant alii ad sacrum: & sic faciant ad vicem, vel diversis horis ejusdem diei, vel diversis festis, juxta loci propinquitatem, aut distantiam.

2809 4. *Consuetudo.* Hinc excusantur mulieres, si ex consuetudine patriæ egredi non soleant tempore luctus, aut post partum, per dies purificationis, dummodò non exeant ob alias causas. Consuetudo mulierum [ubi est] manendi primo anno viduitatis domi, ita ut neque diebus festis exeant ad audiendam Missam est ab Episcopis, uti irrationabilis, & exorbitans, extirpanda.

2810 5. *Censura.* Hinc, qui est legatus excommunicatione majori, aut interdicto, nec tenetur, nec potest sine mortali Missa audire.

Tempore autem interdicti habens Bullam peccat mortaliter, si die festo omittat sacrum; quia tenetur implere præceptum, quando potest; sed tunc potest, nam per Bullam potest audire sacrum tempore interdicti; igitur.

2811 6. *Inadvertentia,* quia inadvertentia aut oblivio æquivalet ignorantiæ invincibili, adeòque excusat à culpa: *v. num.* 461.

2812 Quæres. *In Villa, ubi est unicus Sacerdos, die festo Petrus accedit ad Ecclesiam, reperit Sacerdotem pervenisse ad primum Nobis, an teneatur audire reliquum Missæ?* Negant Ledesma, & Joan. Sanchez, quia in quam partem hujus Missæ non potest præceptum, quod est de integra.

Resp. Teneri Moya, & Arsdekin; pars ista à præfatione ad finem est prælis, nam in ea continetur essentia sacrificii, nempè *Consecratio, Oblatio, & Conjunctio.* Prior verò pars est putè integralis, & accessoria, principale autem non sequitur accessorium, sed è contra: adeòque tenetur ad illam audiendam.

Scotus *in 3. d. 8. quæst. unic.* Lessius *lib. C. Rat. disp. 21. quæst. 2. art. 1.* Joan. Sanchez *pag. 49.* Tamb. *tom. 1. pag. 124.* Laurentius *Prax. Eccl. tom. 2.* Busem. *lib. 3. tr. 3. cap. 1. dub. 3.* Clericatus *c. 47. & 109.* Mendo *tom. 1. lib.*

DE II. PRÆCEPTO ECCLESIÆ.

Jejunare in Quadragesima, Vigiliis, & quatuor Temporibus.

Et non comedere carnes diebus Veneris & Sabbati.

JEJUNIUM

2813 Ecclesiasticum, quo ad substantiam *consistit in unica comestione per diem, cum abstinentia à carnibus.*

2814 Majoris meriti est jejunium ex præcepto, aut voto 1. quàm sponte factum ex consilio; sic de aliis præceptis; quia plenium sponte factum, hoc est sine præcepto aut voti onere, habet meritum solius virtutis temperantiæ; factum verò ex voto,

cietatum Religionis, quæ est melior temperantiæ, & factum ex præcepto, habet meritum obedientiæ, quæ ex 1. *Regum* 15. est melior victima, ac temperantia; quia est speciosior virtutis justitiæ, qua superiori præstamus, quæ debemus. Hinc in Evangelio dicitur: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*: Et Regius Propheta Vota consulit, dicens: *Vovete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu affertis munera.* Et necessitas illa ex voto, & præcepto, non est necessitas coactionis, vel obligationis in Dei cultum, quæ pleno libertatem executionis minimè tollit.

DE TEMPORE.

2815 HOc præceptum obligat sub morali ad jejunandum diebus ab Ecclesia præscriptis: *vide prop.* 23. ab Alexand. VII. anno. nempè diebus Quadragesimæ, quatuor Temporum, & Vigiliarum.

2816 Cœnam comestionis, quæ est circa meridiem, laborabiliter sine causa prævenire non est mortale, sed veniale; imò nullum, si ex causa; nec tempus comestionis non est de substantia. Idem dic. si collacio facienda serò, ut fiunt, & comestio serò.

2817 Cœnans die Jovis, si dubites; an sit ante mediæ noctis, potes comedere carnes; ex tua possessione libertas edendi. Si id certus die Sabbati, teneris abstinere, quia ex possessione præceptum abstinendi, ut ita plus dubio.

QUÆRES I.

2817 *An liceat prosequi unum horologium temporum Ecclesiasticò, & aliud pro jejunio natura ad communionem?*

Negat de Lugo: *quia eo ipso, quòd quis unum horologium libere accipit, videtur renunciare omnibus aliis.* Affirmat Diana *part.* 10. *tr.* 15. *res.* 29. cum de Castillo, qui ait: *In hoc enim casu mutat quidem sententiam, & variat horologia, sed non ex primaria intentione variationis, quia sic esset alterutrius collusio, cum agatur de duobus præceptis; sed ex accidenti, quatenus nesciens aliam esse regulam præter unicam primi horologii, illam cœpit sequi, postea verò se accommodat alteri regulæ, quam videt probabilem.*

QUÆRES II.

2818 *An liceat die Dominico jejunare?*

QUantum est ex se, licitum esse ostenditur, *ex cap. Utinam dist.* 26. *Utinam omni tempore jejunare possimus, quod in Actibus Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus.*

2819 Attamen circa hoc, quod est ex se licitum, errores, & superstitiones immiscuere hæretici. Nam *Manichæi*, in contemptum Resurrectionis Domini, dixerunt, jejunium die Dominico necessarium esse. *Aerius*, & *Erasmus*, è contra apud Alphonsum de Castro *ver. jejunium*, volebant, jejunia non esse aliquo, & statuto tempore instituenda, sed quemlibet sponte jejunare debere, & quando voluerit.

2820 Ob quas hæreses, superstitiones, & alios errores, in Can. 65. Apostolorum definitur: *Si quis Dominicum diem, aut sabbatum, uno solo dempto, jejunare deprehendatur, depenitur, sin laicus, à communione ejiciatur. Et in cap. Quadragesima de consecratione dist.* 3. Ecclesia à quadragesima dies Dominicos excipit; & *in cap. ex parte, de obser. jejuniorum*, si jejunium alicujus Vigiliæ in diem Dominicam incidat, anticipari præcipit præcedenti Sabbato, ne videamur judaizare, & ne dentur manus erroribus, ac ut majori lætitia Deum, atque sanctos diebus solemnibus recolamus.

2821 His de causis Urb. VIII. 14. Octobr. 1638. declaravit, quòd, quando Vigilia S. Joan. Bapt. incidit in Festo Corporis Christi, anticipandum sit jejunium Feria Quarta: *eo quod dies Festus hujusmodi, quo tanti Sacramenti institutio summa totius popul. Christiani lætitia recolitur, e principalibus anni festivitatibus existat.*

2822 Idem debet disponere Episcopus, si in festo solemni alicujus patroni principalis Vigilia occurrat. Sanchez *in consiliis lib. 5. d. 5. n. 7.* Ant. à Spir. Sanct. *t. 1. tr. 6. disc. 2. sect. 5. n. 130.* Fagnanus *lib. 3.* Decretal. S. C. Consilium *de observ. jejuniorum nn. 31.*

Hac ratione Panormi jejunium Vigiliæ D. Jacobi, quod contingit in Festo Natalis S. Christinæ, transfertur in diem præcedentem.

2823 At non potest Vigilia sic transferri ab Episcopo, si cõtingat aliquo die bacchanalium; quia tunc non habetur causa sufficiens transferendi, sed potiùs jejunium ab Ecclesia tunc præscriptum monendi ad magis cohibendam petulantiam carnis. Et Ecclesia Vigilias transferre non consuevit, nisi ob causas relatas, quæ locum non habent die bacchanalium. Leandet *de jejunio tr. 5. disp. 10. quæst. 42.*

His accedit Decr. S. Rituum Congr. 23. Jan. 1694. jejunandum esse eadem die Vigiliæ S. Matthiæ, non obstante, quòd contingat ultima die bacchanalium.

2824 Insuper non esse jejunandum Dominicis diebus decernitur *in cap. Ne quis jejunet, de consecr. dist. 3.*

2825 Denique S. Congr. Univ. Inquis. Rom. anno 1686. præcepit, ut nullo pacto ex devotione, etiam B. Virginis, imponatur jejunium, quod indifferenter amplectatur dies Dominicos, & festivos solemnes, putà faciendum una die hebdomadæ totius anni, utpote quod sit contra usum, & praxim Ecclesiæ; non impedit autem, si jejunium commutetur eo die festivo in aliam mortificationem, aut ad alium diem transferatur. Dicta dispositio S. Congr. asservatur in Archivio nostræ Provinciæ.

2826 Idem est dicendum de voto jejunandi adeóque votum jejunandi ordinarie die Dominicis, aut cum aliquo singulari die, v. gr. ex septem diebus hebdomadæ, jejunandi die Dominica, est nullum, utpote de materia illicita; ità ut neque sit transferendum; quia tale jejunium est cultus superstitiosus, falsus, & superfluus; ait Cajet. *2. 2. q. 93. art. 1. ver. in sequenti vero.* Undè est suspectus de hæresi.

2827 Hinc qui vovit jejunare per annum ea die hebdomadæ, qua fit festum Annuntiationis, si expressè habuit intentionem comprehendendi dies festivos solemnes, ut die Dominicos, quatenus festum die Dominicæ venit; non tenetur ad jejunium, nec anticipare; quia fuit de materia illicita: si verò habuit hanc expressam intentionem, seu intentionem rectè jejunandi, ob verum cultum & devotionem (quod in dubio est præmendum) tunc validum est votum, ita ut debet, occurrente festo solemni, aut Dominico, anticipare jejunium; quia intentio voventis, utpote recta, præsumitur fuisse de jejunando juxta usum & morem Ecclesiæ.

2828 Thomas del Bene *part. 2. de hæres. dub. 219. sect. 4. num. 7.* Alarius *lib. 3. de voto, num. 69.* & Sanchez *in sum. lib. 2. c. 38. num. 16.* addunt: *Quod secus dicendum si fuerit votum jejunandi solis aliquibus diebus Dominicis ob beneficium, aut bonestum quem finem, seclusoscandalo, & omni alio pravo mortali fine: & etiam seclusovero pietatis studio; quia tunc est votum de re licita.* Eò maximè, quia nunc haud amplius vigent præmissæ hæreses.

QUI

QUÆRES III.

2829 *An præceptum jejunii qualibet sexta feria, quod habent ex Regula Fratres Minores, obliget, etiam si feria sexta contigerit festum Natalis Domini?*

Non obligare, tenet Melphi, *in comment. c. 3. Stat. 13. qu. 5.* cum Diana Bonac. Fagundez & aliis apud ipsum, ac novissimè Gobatum. *3. de voto n. 115.*

Ratio est, quia Præceptum Regulæ de jejunando qualibet sexta feria, cùm in eo non animatur festum Nativitatis, intelligitur etiam juxta consuetudinem Ecclesiæ, quæ hoc concluso fideles à communi obligatione abstinentiæ à carnibus dispensat.

2830 Unde ad textum Honorii III. I. qui contrarium adducitur, respondent, ibi esse sermonem de iis, qui sunt adstricti voto jejunii præcisè comprehendente diem Natalis: Regulari observantia de vita quadragesimali, ut Fratres Minimi, qui proinde eo abstinere debent à carnibus. Nos autem non tenemur ad jejunium feria sexta ex voto aut præcepto. Nec dictum præceptum facit mentionem facit de die Natalis Domini.

2831 Nec demùm consuetudo in contrarium obstat; quia statuta Ordinis, & constitutiones Religionis, etiam auctoritate Apostolica roborata, ex Declar. Sixti IV. (qui post Honorium) per Bullam 26. Januarii Decembr. 1480. apud Bullarium tom. 2. pag. 169. non obligant sub culpa mortali, sub pœna exteriori. Bulla est tenoris sequentis.

Sixtus, &c. Circumspecta, &c. Sanè pro parte dictorum filiorum Ministri Generalis, & eorum Fratrum Ordinis Fratrum Minorum nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd licèt multis fratribus ejusdem Ordinis satis durum, & difficile sit, regulam B. Francisci tenere, ac ad suarum salutem animarum sufficere videatur, regulam ipsam laudabiliter observare. nihilominus, quia nonnulli Romani Pontifices prædecessores nostri, & alii, ac etiam Generalis, & Fratres ipsius Ordinis fervore devotionis accensi, ultra dictam regulam nonnulla statuta, & ordinationes suæ constitutionis fecerint, per quæ aliqua eisdem fratribus prohibentur, utpotè comedere carnes in Nativitatis, Resurrectionis, & Ascensionis Domini nostri Jesu Christi, & Pentecostes, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum, cæterisque aliis festivitatibus, & diebus, quædam verò alia ipsis præcipiuntur fieri sub excommunicationis pœna, vel aliis censuris Ecclesiasticis, seu aliis pœnis, quas contra facientes ipso facto incurrunt; multi propterea dicti ordinis fratres contra faciendo censuris, & pœnis taliter latis sæpè numero involvuntur, & illaqueantur: unde statuta, & ordinationes prædicta potiùs ad animarum suarum dispendium, quàm salutem ædificare videntur. Verùm si censuræ, & pœnæ prædictæ in contra facientes, ut præfertur, ipso facto latæ in comminatorias, & infligendas, & temporales pœnas mutarentur, profectò saluti plurimorum opportunè consuleretur. Quare pro parte ministri, & fratrum prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsis in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui fidelium animarum dispendiis libenter obviamus, eorumque salutem sinceris desideriis exoptamus, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, statuimus, atque decernimus, quod Ministri, Custodes, Guardiani, & fratres dicti Ordinis præsentes, & qui pro tem-

tempore fuerint, ex statutis, seu consuetudinibus, vel declarationibus dicti Ordinis præter regulam quomodo libet, & à quibuscumque editis, etiam confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, illis contra faciendo, nulla Ecclesiastica censura, nulloq; mortalis peccati vinculo ligari valeant, nec censuras, nec pœnas, seu mortale peccatum hujusmodi incurrant: nisi tales essent casus, vel excessus, qui divina lege, seu præcepto Romanæ Ecclesiæ meritò inducerent ad mortale: censuras, & pœnas taliter latas harum serie revocantes, & annullantes, illasq; ad vim comminationis pœnarum comminatoriarum, & ferendarum, seu corporales, & temporales pœnas præfatas, per Generalem ministrum, Custodes, Guardianos, & alios prælatos ipsius Ordinis ferendas, & infligendas reducentes, &c. Non obstantibus statutis, ordinationibus, & declarationibus præmissis: quibus quoad hoc expressè derogamus, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis: nec non aliis statutis, & consuetudinibus dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis contrariis quibuscumque.)

2832 Et Pater Vvadingus ad annum 1215. refert, S. P. Franciscum super hoc à fratribus interrogatum respondisse: *Non solum homines puto die illo carnes manducare posse, verùm etiam parietes si eis vesci possent, abundanter eis ministrandas velim, vel de foris carnibus linendos.*

2833 Obligare docent nostræ Regulæ expositores, Corduba, Miranda, Rodr. Port. & alii apud Melphi *cit.* & ex exteris Fagnanus *lib. 3. c. Explicari 3. de observ. jejuniorum.* Ex Decl. Honorii III. *c. Explicari 3. de observ. jejun. lib. 3.* Qui Episcopo Pragensi super hoc puncto interroganti respondit.

Explicari per Sedem Apostolicam postulasti, &c. Respondemus, quod illi, qui ne tenentur Regulari observantia sunt adstricti, in feria, si festum Nativitatis Dominicæ venire contigerit, carnibus propter infirmitatem vesci possunt, secundum consuetudinem Ecclesiæ generalis. Nec tamen reprehendendi sunt, qui ob devotionem voluntarie abstinere.

2834 Cui declarationi accedit consuetudo & praxis totius nostræ Religionis, unde non est ab hac sententia recedendum.

QUÆRES IV.

2835 *An Moniales S. Claræ teneantur ad mortali ad jejunia Regulæ, nempe Adventus, feria sexta?*

PRo Clarissis duæ sunt editæ Regulæ. Prima fuit tradita à S. P. N. Francisco, approbata ab Innoc. IV. 16. Sept. 1254. Constat ex Bullario *tom. 1.* in duodecim capitula, in quorum tertio imponit jejunium perpetuum.

2836 Secunda fuit disposita ab Urbano IV. 1263. Quæ incipit *Beata Clara, ut in Cap. 7. in tom. 1.* Bullarii, & divisa in 26. Capitula, in quorum undecimo fuit moderatum jejunium, & impositum à festo Nativitatis Virginis ad Festum Resurrectionis Domini, & feriis sextis.

2837 Denique plenas manus dedit Sixtus nius IV. Nonis Febr. 1446. Constit. 18. Bullar. Cherubini, quæ est 31. apud Bullar. Rodr. & 2. apud Confectio, incipit *Ordinis tui*, per quam ad supplicationem S. Joannis de Capistrano, tunc nostri Ordinis Vicarii Generalis jejunium benignitate mitigavit, plura dubia præmissæ Regulæ declaravit, & obligationem peccati mortalis ab aliquibus quinq; puncta restrinxit, eam à reliquis exceptis amovendo. Et quia hæc Bulla est forma, & mensura totius Regulæ D. Clarę

...ribus præ oculis habenda, ad tollen-...scrupulos, atque errores, qui ex con-...tis erronea possent contingere, operæ ...dum duxi eam hic apponere. Est igitur,

...ingenius, &c. Ordinis tui, &c. Præterea ...in regula Beatæ Claræ jubeatur jejunium ...petuum, quod nimis rigorosum tenemus; ...mus, & volumus, quòd supradictæ, & ...tes, & aliorum Ordinum sorores, solum-...teneantur ad illa jejunia, ad quæ vos ...tres Ordinis Minorum, Regulam Obser-...tes, obligati estis, & eosdem modos ser-...in ciliis quadragesimali tempore, excep-...tabilibus, & infirmis. In aliis verò je-...ius, ut sunt quatuor tempora, vigiliæ ...stolorum, & similium, servetur consue-...di Regionis, secundùm quam liceat eis et-...ium, & lacticinia commedere. Cum etiam ...Monasteriis sorores sive Monachæ incce-...nudis pedibus discalceatæ, quod nimis ...grosum existimamus: placet, & volumus, ...ctrices, sive Monachæ possint deferre ...æ nomine calceamentorum non cen-...tur, puta Cuquos ligneos, & sandalia, ...etiam, cum opportunum fuerit, calcea-...ta. Item cum in aliquibus Monasteriis, ...in congregationibus, injungatur silen-...perpetuum, quod quidem nimis rigoro-...sum est: tibi tuisque in officio successori ...& Provinciarum vobis subjectarum vi-...tum discretorum consilio dispensandi, ...nibus, quàm in quibuscumque aliis ...ntus, quàm in silentio supradicto, con-...mus facultatem. Insuper cum dilectus ...ulatus Joannes de Capistrano tuus in Vi-...rius Officio prædecessor declaraverit, ...ia regula prima Beatæ Claræ contine-...centum, & triginta præcepta regularia ...quorum transgressione moniales, sive so-...rum professæ, peccatum mortale incurrunt:

idque nimis durum, & periculosum judice-mus: authoritate, & tenore præsentium de-claramus, & volumus, quòd in nullius præ-dictorum transgressione, præterquam eo-rum quatuor, quæ concernunt principalia vota obedientiæ scilicet, paupertatis, casti-tatis, & clausuræ, & super electione Abba-tissæ, & depositione, peccatum mortale in-currant.]

2838 Ubi Pontifex, quantùm ad rem nostram, de jejunio duo disponit, videlicet primò obligationem temporis, secundò obli-gationem peccati; priùs námque jejunium perpetuum in prima Regula Monialibus præ-scriptum reducit ad tempus, & numerum jejuniorum Fratrum, ità ut solùm teneantur ad jejunia Fratrum Minorum de Obser-vantia, nimirùm feriæ sextæ, & Adventus à die Omnium Sanctorum usque ad Nativitatem Domini exclusivè. At non sub mortali, sub quo sunt obligati fratres; nam postea descen-dendo ad obligationem peccati cunctorum præceptorum dictæ Regulæ numero centum, & trium, quæ refert, & inter quæ sub Capitu-lo tertio est jejunium, subdit:

Tenore præsentium declaramus, & volumus, quòd in nullius prædictorum transgressione, præterquam eorum quatuor, quæ concernunt principalia vota, obedientiæ scilicet, paupertatis, Castitatis, & Clausuræ, & super electione Abbatissæ, & depositione, peccatum mortale incurrant. Ubi habetur expressa exceptio, & positiva aliorum præceptorum exclusio, inter quæ est jejunium: *Exceptio* autem *firmat* re-gulam in contrarium.

2839 Confirmatur; quia verba posterio-ra Bullæ, in quibus est sermo de obligatione peccati, referuntur ad priora, nimirùm ad omnia præcepta dictæ primæ Regulæ; imò expressè recensentur sub numero centum trium, adeóque referuntur ad jejunium,

quod in dicto numero continetur, & consequenter per priora verba, quòd Moniales teneantur ad jejunia fratrum, solùm disponit Pontifex de obligatione temporis, minimè de obligatione peccati; alioquin in posterioribus verbis, per quæ cætera omnia præcepta præter quatuor expressa, ab obligatione peccati mortalis excludit, sibi contradiceret; quod non est dicendum. Per priora igitur verba Pontifex modificavit jejunium quoad tempus, de perpetuo in temporaneum, uti est in fratribus; per posteriora verò ulteriùs modificavit jejunium quoad peccatum. Hinc per priora verba, expresserit tempus (ut constat) per posteriora obligationem peccati.

Vide *num.* 428. 429. & 464. Et hæc sunt satis pro notitia obligationis Regulæ Clarissarum, insuper Sororum Tertii, ac aliorum ordinum D. Francisci; quæ tamen licèt de benigitate Apostolica sint à mortali culpa liberatæ, sunt enixè monendæ super observantia præceptorum Regulæ, maximè jejuniorum, tempore, quo solent jejunare fratres.

DE INTERRUPTIONE.

2840 SI ad satietatem te refecisti, & linteolum plicasti cum animo ampliùs non comedendi, si postea aliquid occurrens comedas, non violas jejunium, si non sit elapsum notabiliter quadrans; quia per tam breve tempus non habetur moralis interruptio.

2841 Si autem evocatus, aut ob negotium menti occurens comestionem interrumpis, cum animo eam posteà prosequendi, majus tempus requiritur ad interruptionem moralem, quæ jejunium frangat; unde non frangis jejunium, si interrumpas per horam.

2842 Similiter pauperes non frangunt jejunium, si plures interruptiones faciant, ob plures comestiunculas, quæ ad unam justam refectionem sufficiant.

DE QUANTITATE

2843 A Peccato mortali excusat parvitas materiæ. Quoad carnem quantitas est illa, quam coquus degustare debet, ut discernat, an sit bene cocta; quoad alios cibos, duæ uncie. Si qui sæpiùs intra eamdem diem quid modicum comedit, advertat infine notabilem quantitatem se comedisse, frangit jejunium; quia illa modica intra eamdem diem continuata moraliter; minimè, si intra diversos dies. *n.* 2026. & *prop.* 29. ab Alex. VII. damn.

2844 A veniali excusatur, qui ob parvitatem, aut præces amici, quid modicum sumit.

2845 Qui manè ante comestionem sumit camen aliquod sumit jejunium non frangit, quia ea non est comestio, sed meditio.

2846 Qui pluries in die quid notabile comedit, peccat solùm mortaliter in secunda comestione, & non in sequentibus; qui verò pluries carnes comedit, peccat totquoties comedit; quia præceptum de ejus est præceptum dividuum, continens solùm duo præcepta partialia, unum alterum de unica comestione, quod non obligat semper, alterum negativum de non comedendis carnibus, quod obligat semper & pro semper. Per secundam inquam comestionem quis fit impotens ad servandum præceptum de unica comestione, & sic non peccat in reliquas comestiones, quia non peccat in non observando præceptum, quod servare non potest. Post quam libet autem comestionem carnis adhuc est quis potens ad servandum præceptum de non comendo carnes, & ideò quoties carnes comedit, totiespeccat.

2847 Qui quantitatem notabilem panis larum consecratarum sumeret, jejunium

quia esset comestio, notabile & subtale nutrimentũ afferens, supplente Deo ctionem naturalem substantiæ panis. Diana v. q. res. 11.

DE QUALITATE.

2848 EXtra dies jejunii prohibetur fidelibus comedere carnes diebus Veneris & Sabbati, nisi eo die contingat festum ctis Domini. Nomine carnis etiam venit ctis; non prohibentur autem ova, & lacticinia; nec consuetudo, quæ in hoc adest, ge sub mortali, quia est introducta ex ione, non animo obligandi; ita namque communis doctorum mens: undè moliunt simplices, ne peccant ex conscienntia: v. num. 486.

2849 Tempore Quadragesimæ pro hibenbus solùm carnes, sed etiam ova, & lacta, ex consuetudine obligãte ad mortaa acceptata ex communi Doctorum determinatione Ecclesiæ: v. prop. 32. lic. VII. damn. & num. 2857.

2850 Imo tempore Quadragesimæ prohiova, & lacticinia, non solùm diebus jeiuniis etiam diebus Dominicis, *ex cap. de* ale. dist. 4. v. n. 2857.

Verum est, ut quibus diebus à carni aniabstinemus, ab omnibus quoque, quæ carnis trahunt originem, jejunemus; ille videlicet, *caseo, & ovis*. Par est ratio abstinentia à carnibus & lacticiniis, ceptum negativum. Item in Sext. Syodo Constantinopolitana generali celebrata 681. ubi Can. 56. sic dicitur: *Accepimus Armenorum regione, & aliis locis, in quibus Dominicis Sanctæ Quadragesimæ non vescuntur ova & caseum comedere: Visum est sanctæ nostræ Dei Ecclesiæ, quæ est in universo terrarum Orbe, unum ordinem sequens, jejunare per totum: & abstineant, sicut ab omni mactabili sic & ab ovis, & caseo: quæ quidem sunt fructus & fœtus eorũ. à quibus abstinemus. Si autem hoc non servaverint si sunt Clerici, deponantur; si laici, segregentur.*

2851 In aliis autem jejuniis extra Quadragesimam, nempè quatuor temporum, & vigiliarum non sunt prohibita ova, & lacticinia: idem dic de jejuniis ex voto, pœnitentia, aut Jubileo. Doctores citandi, *num.* 2859

2852 Potus etiam vini non frangit jejunium; quia non est comestio. Hinc mustum non frangit jejunium, benè verò succum, quod quis ore sumit ex uva; quia illud sumitur per modum potus, istud per modum cibi, & comestionis. Idem dic de succo malorum punicorum, de peponibus, & similibus.

QUÆRES

2853 *An fratres Minores in jejuniis ex præcepto extra Quadragesimam, Adventus & Feriæ sextæ, teneantur sub mortali abstinere ab ovis, & lacticiniis?*

AFirmat Melphi *in Com. cap. 3. tract. 13. qu.* 1. & 2. in locis, ubi est consuetudo abstinendi, ut in Italia; secus in aliis Regionibus, ubi non est consuetudo abstinendi. Ita Quatuor Magistri, & Moderni expositores Regulæ, Corduba, Politus, Longus, quos refert, & sequitur Melphi *cit. qu.* 2.

2854 Tota ratio est consuetudo.

2855 Firmari tamen potest statuto Ordinis Salmant. Vallis, & Romano *cap.* 3 §. 6. *num.* 1. *Tempore quo fratribus ex præcepto Ecclesiæ, vel Regulæ nostræ instituto jejunandum est, non solùm ab esu carnium, sed etiam ab ovis, caseo, & lacticiniis aliis abstinendum est.* Quod statutum videtur obligare ad mortale; quia est declaratorium Regulæ, ex facultate Eugenii IV. concessa Capitulo Generali declarandi Regulam; quam facultatem refert Corduba *c.* 3. *q.* 2. §. Quartum punctum.

2856 Si autem, quid ego sentiam, cupis, Judicium ferre nolo; intellectum tamen meum, discurrendi gratia, tibi aperiam.

Et quidem nulla mihi videtur obligatio mortalis. Ostendo: Talis obligatio abstinendi ab ovis, & lacticiniis in jejuniis extra quadragesimam, uti sunt jejunia Adventus, & feriæ sextæ, vel oritur ex natura jejunii Ecclesiastici, vel ex præcepto Regulæ, vel ex consuetudine; nullum ex his dici potest.

2857 Non primum; quia si abstinentia à lacticiniis esset de natura jejunii Ecclesiastici, non staret jejunium Ecclesiasticum cum lacticiniis; certum autem est, quòd stat; quia comedens lacticinia tenetur jejunare. Ità com. Unde jejunium Eccles. non includere ex sui natura abstinentiam ab ovis, & lacticiniis; docent ex nostris Villal. *par. 1. tr. 23. diff. 2. n. 9 Port. ver. jejunium in addit. n. 7. cum* Sanch. Leander, à Marcia *q. 9. super c. 3.* Regulæ D. Fanciſci, & Melphi *cit. verb. circa quorum.* Ex Summistis verò, & Canonistis, tenet communior, nempè D. Thomas, Bonac. Filiuc. Diana, Tamb. & innumeri alii apud Leandrum *de jejunio tr. 5. dis. 3. q. 4. & 5.*

Imò Port. *n.* 8. addit, jejunium Quadragesimale non includere in se abstinentiam à lacticiniis, sed eam esse distinctum quasi præceptum, ex *c. denique 6. dist.* 4. Hinc qui in Quadragesima frangit jejunium, & lacticinia comedit, duo distincta peccata committit; & cessante ex aliqua causa præcepto jejunii, non cessat exindè præceptum abstinendi à lacticiniis: *v. n.* 2871. & 1850.

2858 Non secundum; quia præceptum Regulæ *cap.* 3. non exprimit abstinentiam à lacticiniis, sed purum jejunium; *Jejunent à festo omnium Sanctorum usq; ad Nativitatem Domini, &c. aliis autem temporibus non teneantur, nisi sexta feria, jejunare.* Adeóque cùm simus in odiosis, & lacticinia sint [ex probatis] compossibilia cum jejunio [illegible] præcepto non exprimantur, sub eo non comprehenduntur.

2859 Hinc jejunia ex voto, Jubilæi, Pœnitentia, non obligare ad abstinentiam lacticiniis, nisi exprimatur, docent Tamb. *jejunio lib. 4. c. 5. §. 1. n. 25.* Diana, Sporerius, & alii communiter. Jejunium extra Regulæ extra Quadragesimam, vel est votum, vel purum præceptum (ut probabilius) non plus obligans, quàm votum.

2860 Insuper statutum, *n.* 2855. ne presbyteri prohibet usum lacticiniorum nisi [illegible] munitate, ut liquet ex verbis, quæ immediatè subdit: *nuperiores verò locorum, qui aut in communitate fieri fecerint, aut permiserint, suffragiorum jure, arbitrio Provinciali privantur.*

2861 Idq; non sub culpa mortali, sed pœna statutaria. Quia statuta ordinis [illegible] suetudines Religionis, etiam [illegible] postolica roborata, non obligare sub [illegible] constat ex Bulla Sixti IV. *num.* 285 [illegible] quam sequitur, ac docet communis [illegible] torum, cùm Melphi *in com. c. 1. fin.* [illegible]

2862 Falsum autem est, Eugenium [illegible] concessisse Capitulo Generali facultatem [illegible] clarandi Regulam. Primò, quia Eugenius [illegible] per vivæ vocis oraculum, quod refert [illegible] in Bullario *pag. mihi* 117. *n.* 1. declarans [illegible] lum statutum nec antiquum, nec novum [illegible] ligare fratres sub culpa mortali, aut [illegible] quomodo igitur potuit sine contradictione [illegible] dare facultatem Capitulo Generali condendi [illegible] statutum obligans ad mortale?

2863 Secundò; quia facultas declarandi [illegible] Regulam solùm residet apud sedem Apostolicam minimè apud Capitulum Generale [illegible] expositiones Doctorum solùm facit probabilem opinionem probabilem. Longus *contr. 1.* [illegible]

2864 Tertiò, quia id esse falsum [illegible]

gnet legenti concessionem ipsam, quam retulerunt Corduba *c. 3. q. 2. § quartum punctum, verbo in comp. ver. jejunium*, & Melphi, *c. 3. tit. 13. qu. 2.* cujus verba sunt: Eugenius IV. *concessit Capitulo Generali facultatem ordinandi, & declarandi, in quibus locis, & Provinciis fratres debeant jejunia Regulæ in cibis Quadragesimalibus observare, & in quibus teneant Patrum consuetudinem imitari, vel aliter se habere.* Ubi (ut vides) nō dedit facultatem declarandi Regulam, sed declarandi Provincias, in quibus debeant uti cibis Quadragesimalibus, ac servare consuetudinem, & locis, non eo modo, quo declaravit cùm Quadragesimalibus, nullam exprimendo culpam, ut dictum est *n. 2857.*

2865 Quartò, ex Melphi *in com. c. 3. tr. 13. c. 1.* qui commentando præfatum statutum *n. 1855.* adducit facultatem, & verba Eug. *n. 2864.* quibus immediatè addit: *Circa verborum seriem, notandum primò, hanc declarationem* (supple tu Eugenii IV) *non communi, quo non præcipitur abstinere ab ovorum, & lacticiniorum extra Quadragesimam: ideo præcisa consuetudine cessat omnis obligatio.* Ex quo infertur, nec statutum illud declaratorium Regulæ, nec Eugenium concessisse facultatem Capitulo Generali condendi statutum obligans ad culpam mortalem; aliàs non benè concluderet Melphi, nullum esse jus obligans; quia esset jus Regulæ, & Statuit Ordinis.

2866 Cæterùm hoc gratis dato, omne tollit dubium Bulla Sixti IV. *n. 2831.* relata, quæ decernit, statuta, consuetudines, vel declarationes Ordinis præter Regulam, etiam robore Apostolica roborata, non obligare sub culpa mortali, aut censura: ibique derogat omnes constitutiones etiam Apostolicam contrarium. Unde facultas Eugenii, gratis data, quod esset data Capitulo ad declarandam Regulam, nullius esset roboris, quia cùm fuerit prior Sixto IV. per annos quadraginta, fuit expressè derogata per Bullam Sixti, quam amplectitur tota Religio cùm suis expositoribus, Melphi *cit.* Miranda, Port. & alii apud ipsum, ac demùm Corduba, *in introductione q. 6. §. sed & notandum; vide n. 151.*

2867 Cùm igitur constet, Franciscanos non teneri sub mortali ex jure communi Ecclesiæ, aut Regulæ, ad abstinentiam ab ovis, & lacticiniis, in jejuniis extra Quadragesimam. Videndum manet, an teneantur ex Consuetudine?

2868 Et non teneri ex consuetudine, probatur; quia consuetudo, ut obliget sub mortali, debet esse introducta animo se obligandi ad mortale: *ut ex n. 240.* ità ut si de hujusmodi animo non constet, standum sit pro libertate, ex *n. 43.* Tamb. *de jejunio c. 5. §. 1. n. 22. & com.* Id autem non constat de consuetudine, de qua est sermo.

2869 Non dicas, non posse aliud assignari motivum hujus introductæ consuetudinis, nisi animus se obligandi; motivum namque fuit fervor devotionis.

Probatur, 1. quia in Franciscanis ligatis viginti quinque præceptis obligantibus ad mortale, nulla consuetudo potest rationabiliter præsumi introducta animo se obligandi ad mortale.

2870 Hinc ipse Melphi *in Com. c. 2. stat. 71. qu. 1.* plures refert consuetudines in nostro Ordine, quas [ait] non debere præsumi esse introductas animo se obligandi ad mortale; & inter alia docet cùm Miranda *in Reg. c. 56. diff. 2.* & Corduba, non peccare mortaliter Fratrem Minorem dormiendo sine habitu, non obstante consuetudine in contrarium, & Statuto *c. 2. §. 9. n. 13.* à Nicolao III. & Julio II. confirmato: *Qui sine habitu, capucio, chorda, & femoralibus, nisi causa infirmitatis,*

de consilio Medici, & licentia Superioris, dormiert, coram fratribus Capitulariter Congregatis, genuflexus sine capucio, in pane, & aqua jejunet.

Quòd docet his verbis: *Facit quidem mihi maximam vim ista perpetua, & solemnis consuetudo, quam sanctam tectam semper Minorica Religio conservavit. Quia tamen nolo aliorum conscientiis laqueos injicere, à quibus illos possum, & debeo extricare. Dico, hanc consuetudinem non obligare ad peccatum mortale.*

Unde concludit, prædictam consuetudinem, & relatum statutum importare debitum honestatis, minimè necessitatis, videlicet peccati mortalis. Quàm doctrinam firmat auctoritate Bullæ Sixti IV, sæpè, & in *n.* 2831. relatæ, quæ statuit, statuta, & consuetudines nostri Ordinis, etiam auctoritate Apostolica roborata, non obligare sub culpa mortali, aut censura.

(Nec valet dicere (subdit idem) quòd putet se peccare mortaliter aliter operantes, quia hic timor ex ignorantia procedit, vel conscientia scrupulosa) *v.n.* 486.

Quæ omnia militant pariter in re nostra de consuetudine abstinendi à lacticiniis in jejuniis extra Quadragesimam.

2871 Secundò; quia in jejuniis Quatuor temporum, & Vigiliarum, quæ à Præcepto Ecclesiæ præscribuntur, adest consuetudo abstinendi à lacticiniis; & tamen non dicitur introducta animo se obligandi, sed ex fervore devotionis. Ità Pasqualigus, Nav. Sanch. Diana, Tamb. & innumeri alii apud Leandrũ *à Sanctissimo Sacram. de jejunio tr. 5. dis. 3. quæst 5.* Cum autem præcepta, & jejunia Regulæ non magis obligent, quàm præcepta, & jejunia Ecclesiæ, ut docet Corduba cùm cæteris exaltoribus, quos sequitur Longus *c. 3. contr. 9. sect. 4. n. 3.* ideo sequitur, quòd sicut consuetudo in jejuniis Vigiliarum, & quatuor temporum, non dicitur introducta animo obligandi, sed ex fervore devotionis, ita dici debet de consuetudine jejuniorum extra Regulæ extra Quadragesimam.

2872 Tertiò; quia etiam in Dominica Adventus est consuetudo in nostra Religione abstinendi à lacticiniis, non minùs quàm in aliis jejuniis; & tamen nullus dicit, quòd introducta animo se obligandi, sed ex fervore devotionis; igitur, &c.

2873 Quartò, demùm constat ex verbis ipsius Bullæ Sixti IV. ubi Pontifex relatione, in qua per fratres fuit exposita, quòd plures erant declarationes, constitutiones, & consuetudines præter Regulam servare devotionis, &c.

Hinc Doctores *n.* 2871. citati, & magistris, Villalobos, & Leander de Murcia *q. 9. super c. 3. Regulæ S. Francisci*, docent, universaliter in jejuniis extra Quadragesimam cujusmodi sunt jejunia Adventus, & Vigiliæ sextæ consuetudinem abstinendi à lacticiniis non esse introductam animo se obligandi, sed ex fervore devotionis.

2874 Et noster Portelius *ver. jejunia in Addit. n. 7.* concludit: *Est probabilior opinio, neque de jure, neque de consuetudine licitum esse die jejunii lacticinia extra Quadragesimam.*

2875 Quod si petas. Quomodo sit clare declaratione Sixti IV. Contra consuetudines, expositores moderni, *nn.* 2851. dicant, quòd in abstinentia à lacticiniis in jejuniis extra Quadragesimam standum sit mortali consuetudini Regionum?

Huic petitioni nolo ego respondere, solùm refero responsionẽ, quam dat Corduba in introductione Regulæ *q. 6. p. m. & 34. vers. sed* & notãdum, quòd Sixtus IV. *privil. circumspecta.* Ubi postquam re-

allatam declarationem, & editi positionem Sixti IV. & aliàs Nicolai III. Clem. V. & Joan. 22. hæc habet:

[Patet etiam ex dictis, quòd de doctoribus aliquibus, seu expositoribus regulæ, aut de eorum dictis, non est curandum, quomodo contra aliqua contenta in prædictis tribus declarationibus Nicolai III. & Clemen. V. & Joan. 22. Quorundam exigit, aliqui loquuntur, quia aliqui eorum, utpotè Bonaventura, Hugo, & quatuor magistri, & alii, fuerunt antè prædictas declarationes. Ideo mirandum, si aliquando loquantur, antequam esset per Ecclesiam aliter dispositum, aut declaratum.

Alii autem doctores fuerunt post prædictas declarationes, & fortè ex inadvertentia secundo priores expositores, aliquando aliter loquuti sunt contra prædictas declarationes. Verum dictum est, de eis non est curandum contra prædictas declarationes, quæ habent plenum locum, ut patet ex dictis hìc, & in quæstione præcedenti.]

COCHOLATAM

2876 JEjunium non frangere, absque ulla limitatione tenent Thomas Hurtado quamplures Doctores apud Tamb. in 3. *pag.* 135. Dianam, & Leandrum citandum, qui habet rationè potus: iis accedit consuetudo, & timoratorum usus sine scrupulo.

2877 Mihi tamen valdè placet sententia citandi *de prec. Eccl. tr. 5. disp. 5. q.* Dianæ *p.* 11. *tr. 5. res.* 55. Remigii, & Escobar apud ipsos, eorum cocholatam non frangere jejunium, si id, quod est cibi, misceatur aquæ in tanta quantitate, ità ut aqua prædominetur, vel si ex unciis aquæ misceatur uncia una cum semidio cocholatæ, & media unica zaccharo: frangere verò jejunium, si id, quod est cibi, misceatur aquæ in æquali, aut majori quantitate, ita ut prædominetur cibus. Ratio non desumitur ex parvitate materiæ, aliàs in primo casu cocholata non posset semel sumi sine veniali, nec pluries eodem die sine mortali, ex *n.* 2843. sed ex ratione potus, & cibi; nam cocholata primo modo habet rationem potus, quia prædominatur potus; secundo modo habet rationem cibi, & comestionis, quia prædominatur cibus. Tum quia tunc valde opponitur fini præcepti, qui est macerațio carnis; nam tunc cocholata est præ cæteris cibis nutritiva, & elevativa spirituũ vitaliũ.

2878 Idem dico de aqua dulci, vulgo Sorbetta.

2879 Prima autem opinio de cocholata ob auctoritatem extrinsecam gravissimorum Doctorum, & timoratorum consuetudinem censetur probabilis,

2880 Pinguedo, nempè sagimen, & lardum computantur inter ova, & lacticinia. Diana *p.* 2. *tr.* 9. *res.* 21. & plures apud ipsum. Quibus accedit consuetudo Regni Siciliæ.

2881 Qui in Quadragesima comedit ova, aut lacticinia, peccat quidem, si non habeat Bullam, aut necessitatem, sed non frangit jejunium, undè tenetur ad jejunium; quia lacticinia Prohibentur præcepto distincto à præcepto jejunii, ac proinde dicuntur stare cum jejunio: *v. num.* 2857.

DIFFICULTAS EST DE CARNIBUS.

2882 *An scilicet dispensatus ad carnes, sit dispensatus à jejunio?*

AFfirmant Diana *p.* 1. *tract.* 9. *res.* 25. Filliuc. Tamburin. & innumeri alii, quia non potest quis esse obligatus ad aliquid, ad cujus essentiam non obligatur; adeòque, cum abstinentia à carnibus sit de essentiâ jejunii, ut patet ex ejus definitione, *n.* 282. sequitur, quòd non obligatus ad abstinentiam à carnibus, qualis est dispensatus à carnibus, non sit obligatus ad jejunium; quam rationem insolubilem vocant.

2883

2883 Rospondeo cum distinctione. dispensatus ad carnes ob debilitatem virium, & ad eas recuperandas, est dispensatus à jejunio; minimè, si est dispensatus ad carnes. quia cibi jejunii sunt ei nocivi. Rodriq. *in summ. c.24.* Angles. Bonac. & alii.

Ratio est, quia in primo casu habetur necessitas duplicis comestionis, non sic in secundo, 2. Quia *ex cap. cum dilecti de dolo, & contumacia*, dicitur, quòd præceptum Ecclesiæ, licèt non possit in totum servari, sit servandum in parte, quæ potest servari.

2884 Non obstat ratio in oppositum, 1. Ex absurdo; sequeretur enim ex illa, quòd dispensatus ab unica comestione ob longum iter, esset dispensatus ab abstinentia à carnibus; quia non minùs est de essentia jejunii unica comestio, quam abstinentia à carnibus, 2. Ex ratione, quia jejunium est unum per aggregationem, & præceptum dividuum; includens duo præcepta distincta, unum de unica comestione, alterum de abstinentia à carnibus; unde si cessat obligatio ab uno, non cessat obligatio ab alio, nisi adsit pro utroque necessitas. Vide quæso insolubiliratem rationis oppositæ: *v. num. 454. 455. 2846.*

DE COLLATIONE.

2885 COllatio, seu refectiuncula Vespere facienda, ex consuetudine ob virium debilitatem, & ob somnum capiendum introducta, atque à Sancta Matre Ecclesia benignè permissa.

2886 Ex consuetudine, & praxi timoratorum sumi possunt unciæ octo cibi Angles, & Mastrius, dicunt, quantitatem remittendam esse prudentiæ particularium, juxta diversitatem complexionum. Permittuntur pro collatione fructus, legumina, & alia ex saccharo, ac melle confecta. Bonacin. cum pluribus vult, in collatione non tam attendendam esse qualitatem, quàm quantitatem. Permittitur unus vel alter pisciculus parvus, & parum casei. Omninò tamen abstinendum est ab ovis, quia ova sunt valdè nutritiva, & carni similia, utpotè carnis semen, adeòque collationi repugnant; unde contraria opinio est contra nos mores, & scandalosa.

2887 In Vigilia Nativitatis Domini, Paschatis, sumi potest collatio duplo ratione lætitiæ, Leander de *jejun. disp. 4. q. 18.* Tamb. *to. 1. p. 137. n. 7.*

888 Quantitas cibi in collatione permissa, potest permisceri cum vino.

QUÆRES

2889 *An possit quis quantitatem permissam, nempè uncias octo panis, in aquæ ante absumptione non vetita coctam pro collatione sumere?*

NEgat Filliuc. *tom. 2. tr. 27. part. 2. cap. num. 31.* quia coctio notabiliter consumit aquam; ut ex illa & pane fiat unus cibus solidus, adeòque aqua haud amplius tenet rationem Potus, sed cibi, quod non licet pura mistio panis cum vino sine coctione.

Affirmant Diana *p. 9. tr. 6. res. 28.* Lamb. *de jejun. tr. 5. disp. 4. quæst. 35.* & Plures illos: quia aqua etiam post coctionem cum pane semper remanet liquor, & vehiculum alimenti. Tum quia non auget substantiam cibi in ordine ad nutritionem, quod in refectiuncula attenditur; adeoque licet possit pro refectione sumi seorsim, ita tamen post coctionem.

Escobar, cum aliis media via incedens concedit, posse licitè pro refectione sumi pane cocto uncias duodecim, quia ille est magis sus ponderis, cum proveniat ex aqua, quæ gui nutrimenti. Quæ opinio magis mitigat cet, quàm quæ absolutè affirmat, quam Tamb. *to. 1. lib. 4. c. 5. §. 3. n. 2.* tota quia panis cocta cum aqua, licèt non plene

re, plenè satiat; quod etiam in refectiuncula attenditur.

CAUSÆ EXCUSANTES

2890 A Jejunio sunt, *Impotentia, labor, & pietas.* Ob *Impotentiam*, quæ excusatur, quoties ex Jejunio adest periculum notabilis damni. Hinc excusantur, 1. *Infantes*, qui 21. ætatis annum non complevêrunt, quia ratione incrementi majori indigent alimento; qui tamen eorum curam habent, curare debent, ut in Quadragesima jejunent tec, aut bis in hebdomada, idque ex consilio, ut ad Jejunium instruantur; ad abstinentiam verò à carnibus obligantur omnes ad annum septimum.

2891 2. Excusantur *Sexagenarii* incœpto anno sexagesimo, licèt appareant robusti; quia nunc in re vires deficiunt, quoniam *præcipua est morbus.* Tenentur verò abstinere à carnibus.

2892 *Religiosi Franciscani*, obligantur sub mortali à die professionis etiam ante annum ad jejunia Regulæ, nempè Adventus, Quadragesimæ, & Feriæ 6. minimè ad Jejunium Regulæ non loquitur. *Sexagenarii* verò ob eadem jejuniis excusantur. Ratio est, quia pro juvenibus magis habet locum pietas, & privilegium, cui per professionem voluntariè cesserunt; pro senibus verò magis, & totalem habet locum necessitas. Item die de jejunio perpetuo ex voto; quia hoc votum obliget secundum intentionem emittentis, per accidens de obligari potest voto ratione necessitatis, & incapacitatis subsequi. Leander *de jejun. port. ver. jejun. n. 5.*

2893 3. *Pauperes*, qui non habent sufficientem cibum pro justa refectione; vel qui alium cibum non habent, nisi vetitum, nempè carnem, aut ova; quia *benigna Mater Ecclesia non intendit tota die ad panem, & aquam, & pauca legumina illos adstringere, aut alimentum viribus sustentadis necessarium subtrahere.* Arsdekin. ex Diana.

2894 4. *Infirmi convalescentes, prægnantes, lactantes.* & alii, *qui ad necessarias vires majori indigent alimento. Qui ex stomachi vacuitate patiuntur capitis dolorem, aut vertiginem. Item qui, nocte dormire, aut calefieri nequeunt; qui tamen si possunt, tenentur incommodo obviare faciendo collationem mane, & comestionem vespere*; ita Arsdekin. Sed non possunt comedere carnes.

2895 *Labor* excusat, non omnis, sed si sit talis, ut judicio prudenti sit incompatibilis cum jejunio; alioquin non aderit necessitas; & à jejunio non excusat, nisi necessitas.

2896 Hinc excusantur Fabri Ferrarii, Cæmentarii, Lignarii, Fossores, & similes exercentes artes laboriosas. Non excusantur autem exercentes artes Sedentarias, aut quæ non tantam corporis agitationem requirunt, ut jejunio resistere non valeant: hujusmodi sunt *Sartores, pistores, Tonsores*, & similes, *v. prop.* 30. ab Alex. VII. *damn.*

2897 Leander *de jejun. dis. 9. qu. 154. 155.* & 156. cum aliis docet; defatigatum ex labore voluntariè assumpto, v. gr. lusu pilæ, vel etiam ob inhonestum finem, quia v. gr. pluries rem habuit cum muliere, cum prævisione futuræ impotentiæ ad jejunandum, nedum non teneri ad jejunium, sed neque peccasse in causa contra præceptum jejunii. Imò Arsdekin. *tom. 2. pag. 313.* citans pro se Dianam *p. 1. tr. 9. res. 40.* id tenet, etiamsi defatigatio fuerit facta in fraudem jejunii; quia ille intendit solùm se ponere in statu, qui est extra obligationem jejunii, Quod confirmat ex eo, quòd ad evitandum jejunium aut auditionem sacri, potest quis transire ad alium locum, ubi jejunium non obligat, aut festum non celebratur.

2898 Hæc autem opinio semper mihi visa est nimis laxa; quia præceptum, quod formaliter præcipit, aut Prohibet aliquem actum pro certo tempore, virtualiter prohibet pro eo tempore omnia opera incompossibilia cum impletione præcepti. Ac proinde

2899 Dico: quando defatigatio, v.gr. lusus pilæ, est assumpta tempore remoto à die præcepti jejunii, nec teneris ad jejunium, nec peccas in causa: quando verò est assumpta tempore proximo diei præcepti; non teneris ad jejunium, nec peccas non jejunando, quia es factus imponens; peccasti tamen in causa contra præceptum jejunii; quia præceptum jejunii est moraliter præsens, adeòque virtualiter obligat ad non ponenda, sed vitanda impedimenta, à quibus commodè abstinere potes; multò magis si defatigatio est assumpta eodem die præcepti; non sic in primo casu; quia præceptum non est moraliter præsens, sed remotum: *v.n.* 2804.

2900 Quod si non esset verum, sequeretur, quòd si quis tempore, quo præceptum auditionis sacri est præsens, assumere opis incompatibile, à quo commodè abstinere posset, omissio sacri non esset peccatum, nec in se, nec in causa, ob eamdem rationem.

2901 *Exemplificatur assertio:* si die Veneris, & secundùm alios die Sabbati egrediaris ad venandum in nemore valde ab Urbe remoto, ub opportunitas audiendi sacrum non adest, ac indè prævideas futuram omissionem sacri die Dominico, non eris reus omissionis sacri, & peccati: non quidem in ipsa omissione, quia die festo reperiris impotens; neque in causa, quia tunc non obligabat præceptum ad non Ponendam causam impeditivam: non enim erat actu, aut moraliter præsens, & sic non urgebat de proximo. Si verò egrediaris sero Sabbati, aut aliquibus horis ante medium noctè Dominicæ, reus eris peccati omissionis sacri in causa, qua à judicio prudum non censeatur moralis distantia Dominico, præceptum audiendi sacrum censetur moraliter præsens, & conseq de proximo urgens ad non ponendas sam omissionis futuræ de proximo. *tom. 1. lib. 4. c. 2. §. 3.*

2902 Hæc dicta sunt de operibus bus commodè abstinere possimus; ritè Cajetan. docet, *non tenetur qui ceptum jejunii omittere opus, ad quod bit obligatio saltem notabilis.*

2903 Quantum ad *advenas*, & dico eos non teneri legibus, & consuebus particularium locorum, nec indè nia locorum, per quæ transeunt, non ibi habitandi majori parte anni, nec scandalum, aut nisi sint universaliter *162. ad 163. in 2 tom. num. 206.* & quòd sint veri viatores? à peccato causa eos non excuso, si id faciant ut præcepti, ut illud decliment, ut in *tom. 2. num. 282.* posset enim quis à jejunio se liberare, die 23. Julii, quia mi fit jejunium vigiliæ D. Jacobi, Montem Regalem, & non jejunare, ibi non fit jejunium eo die, & ipse na; sequenti verò, quo ibi jejunatur, Panormum, nec jejunare, quia hic festi non jejunatur eo die: quis autem dolus, & collusio præcepti.

2904 Et quamvis Diana *part. 1. tr.* 19. & *tr. 10. res. 14.* & plures Doctores neant, dicentes, quòd non peccet qui dum die antecedenti, sed etiam si ea denè jejunii, aut festi, à loco jejunii, alium se transferat, etiam ex industria, jejunio, aut auditione sacri, & ab abà servilibus se liberet; hac ducti ratione, obligatio jejunii extenditur ad totum

obligatio auditionis usque ad meridiem, & usq; ad meridiem potest differri; ac proinde intra illud tempus possit quis uti jure suo, & ad alium locum pergere, ubi non est obligatio, & sic inde liberare.

2905 Nullo pacto volo huic opinioni adhærere, sed eum peccare affirmo cum Rodr. *tom. 1. c. 219. n. 2.* Ledesm. Emman, Fernandez, & apud Dian, & Tamb. *cit.* Hæc resolutio maximè firmatur paritate absolutionis à casibus reservatis, desumta à Bulla Clem. X. *superna* de anno 1670. *ubi videatur.*

2906 Habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, possunt casibus Episcopo reservati posse absolvere. Posse autem Regularem Confessarium ex Diœcesi, in qua est approbatus, audientes ex alia Diœcesi à Peccatis in ipsa commissis, non autem in illa, ubi idem Confessarius approbatus, absolvere, nisi eosdem peccatores noverit in fraudem reservationis ejusdem Diœcesis pro absolutione obtinendæ accessisse.)

2907 Industria accessus ad alienam diœcesim ad hanc absolutionis à reservatis, dicitur ipsam re nostra. Unde,

2908 Ratio intrinseca est; qualiter quando ex se quis possit uti jure suo, & sic v. g. ire accedere Panormo Montemregalem, & altera die Montemregali redire Panormum, tamen habet jus utendi actu in illum loco, quia jus nostrum est subordinatum legi, *ex num. 42.* Et ex jure, ex dictis *num. 7 54. fraus nemini patrocinatur.*

2909 Unde, cum eo die urgeat Panormi præceptum commune de jejunio Vigiliæ Apostolorum, potest quis uti jure accedendi Montemregalem, & indè die sequenti, quo jure, ex industria recedendi ex industria, quod idem est in fraudem jejunii, quia jus hominis debet cedere regi,

2910 Opinioni Dianæ adhæreo, si talis accessus, & reditus fiat ex vera causa ut sequitur ex eadem paritate, ex Bulla Clemen. X. desumpta: *v. n. 163. & 164.*

2911 Excusantur à jejunio *itinerantes*, pedester per majorem diei partem, seu per duodecim milliaria. Diana *in summa verb. jejun. n. 31.* Non excusantur, si equitando consuetum unius diei iter conficiant; bene verò, si negotio coacti valde excedens iter conficiant, aut si per plures dies continuatos equitent, ut inde prævideant vires debilitandas. Leander *de jejun. dis. 8. qu. 7. 101. vide prop. 4.* ab Alexand. VII. *damn.*

2912 *Pietas* tandem excusat; quoties opera pietatis, & misericordiæ, tam corporalis, quàm spiritualis, jejunio sinè gravi incommodo perfici non possunt. Hinc excusantur *Concionatores* Quadragesimæ, minimè qui in solis Dominicis concionantur, nisi sint valde debiles. *Lectores, & Præceptores*, quorum labor est nimius, aut complexio debilior. *Confessarii* debiles, & suo muneri assidui. *Cantores*, qui ex officio canendi vivunt, & jejunando redderentur inhabiles. His Sanchez concedit in Quadragesima ova ad vocem servandam. *Scribæ*, qui tota die ex officio scribunt; qui tamen debent suas vires consulere, an vigeant.

2913 Cæterùm tam cum præfatis, quàm in dubiis, omnes tollit scrupulos superioris dispensatio: *v. n. 232.*

Scotus *in 4. dist. 8. quæst. 3. litt. B.* Mastrius *in Theol. mor. disput. 12. qu. 1.* Joan. la Cruz. *pag. 61.* Bonac. *tom. 2. pag. 403.* Tambur. *to. 1. a pag. 133.* Leander *de præcept. Eccl. tr. 5.* Busem. *lib. 3. tr. 6. cap. 3.* Fenech. *Clericatus cap. 110.* Mendo *ver. jejunium.*

DE III. PRÆCEPTO ECCLESIÆ.

Confiteri semel saltem in anno, & communicare in Paschate.

2911 QUilibet fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, sub mortali confiteri tenetur semel saltem in anno: sufficit, si confiteatur in Paschate; quod si tunc non faciat, debet postea, ut verùm sit, quòd confiteatur semel in anno. Item tenetur quis præcepto divino confiteri, 1. In articulo, aut periculo probabili mortis, 2. Si prævideat postea non habiturum copiam Confessarii, 3. Si sit in mortali, & velit communicare. De quo fusè *into. 3. an. 279.*

Si non habeat mortale, non ligatur hoc præcepto, quia non tenetur confiteri venialia; unde sufficit, si se præsentet Confessario, dicens, se non habere materiam necessariam, *vide n. 187.*

2912 Qui solum habet Confessarium ignarum sui idiomatis, non tenetur confiteri per interpretem ad satisfaciendum præcepto; bene verò in articulo mortis; quia tunc tenetur sibi providere tutiori & meliori modo, quo potest: *v. n. 3095.*

2913 Nomine anni per Brancatum, & De Lugo venit annus naturalis, computandus à Januario. Per Bonacinam, & Mastrium venit annus Ecclesiasticus, ab uno Paschate ad aliud.

Scotus *in 4. d. 17. litt. E. M.* Mastr. *in Theol. mor. d. 12. qu. 2. art. 2.* Tamb. *in Meth. Conf.* Joan. la Cruz, *pag. 392.* Busem. *lib. 6. tr. 4. cap. 3. dub. 2.* Leander *de præcept. Eccl.*

COMMUNIO

2914 ESt duplex, *Spiritualis, & Sacramentalis.* Spiritualis *est, quasi per votum, & desiderium efficax Eucharistiam suscipiendi: Sacramentalis est, quæ per veram Eucharistiæ sumptionem,* ex D. Bonav. *in 4. d. 9. q. 2.* Communio spiritualis *manducatio spiritualis Eucharistiæ, quæ ore cordis per recogitationem fidei, & ignitionem charitatis. Communio sacramentalis manducatio corporalis Eucharistiæ, quæ ore corporis.*

2915 Qui facit communionem spiritualem debet esse in gratia, saltem per contritionem; nam desiderare efficaciter communicare in statu peccati mortalis, est mortale. Præsenti est sermo de communione sacramentali.

2916 Hoc præcepto Ecclesiastico tenetur quilibet fidelis sub mortali tenetur ab anno pubertatis Eucharistiam semel sumere in Paschate à Dominica Palmarum usque ad Dominicam in Albis inclusivè in sua Ecclesia, aut in Cathedrali: *vide num. 187.*

2917 Qui non communicaverunt in Paschate, tenentur postea, quamprimum commodè possunt, communicare eodem anno, quia tempus Paschatis non est appositum finiendam, sed ad sollicitandam obligationem.

2918 Potest Confessarius justa causa suo pœnitenti tempus communicandi pro Pascha differre, & tunc tenetur pœnitens vi ejusdem juxta Confessarii dilationem communicare.

2919 Vagi, Peregrini, & Advenæ quilibet intra præfatum tempus præceptum satisfacere.

2920 Die Resurrectionis, aut Jovis Sancti, possunt fideles ex devotione communicare in qualibet Ecclesia; dummodo in illud tempus unam communionem faciat Parochiæ, aut alibi de licentia Parochi. *Tom. 2. p. 430. n. 48.*

1921 Tenetur Ægrotus ex præcepto divino in periculo vitæ constitutus Eucharistiam sumere per modum viatici, medicorum jussu, etiam non jejunus.

1922 In eadem infirmitate, & periculo possit pluries viaticum sumere, dummodo inter decem, aut quindecim dies intercedat. At non potest pluries Sacramentum Extremæ Unctionis recipere, quia Eucharistia est Sacramentum refectionis, & nutritionis spiritualis, qua homo potest pluries indigere, non Unctio. Si verò infirmus convaluerit, & postea denuò infirmetur, & in alio vitæ periculo constituatur, denuò potest Extremam Unctionem recipere.

1923 Qui mane ante periculum ex devotione communicavit, si supervenit periculum tenetur eodem die per modum viatici communicare, ut satisfaciat præcepto divino.

1924 Perpetuo amentibus, sicut non potest concedi communio, ità neque Viaticum. Semisemifatuis stolidis, phreneticis, si antea concedi communio, si non sit periculum vomitus, indecentiæ, aut irreverentiæ, debet dari Viaticum. Idem dic de amentibus intervallum rationis habeant.

1925 Pueris intra latitudinem decimi, & undecimi anni debet dari Viaticum, sicut & Extrema Unctio.

1926 Item possunt, imò debent communicare pueri novem, aut decem annorum, si sint mysteriis fidei, & sacra Communione sufficienter eruditi, & de reverentia debita non dubitent; v. *num.* 278.

1927 Potest quis communicare ante peractam pœnitentiam sacramentalem; sufficit enim, quòd sit in gratia: vide *prop.* 22. & 23. ab Alex. VIII. *damn.*

1928 Pollutio nocturna involuntaria per se non impedit communionem, nec copula conjugalis nocte præcedens, nisi reliquerit mentem perturbatam, & spiritus sensuales valde commotos; quo etiam præciso, consultius est communionem differre.

Copula verò fornicaria impedit, nisi aliud necessitas, aut rationabilis causa poscat; ut si Sacerdos sit obligatus ad celebrandum, aut sit Jubilæus lucrandus, &c. & licèt post patratum grave peccatum, debeat quis eo die à communione abstinere, ut alio die cum majori reverentia, & decentia accedat; si tamen positus in gratia per Confessionem eodem die communicet, non peccat mortaliter.

1829 *Quantum ad effectus.* Sacramentum Eucharistiæ, 1. Dat per se augmentum gratiæ, per accidens verò aliquando dat primam gratiam sanctificantem, ut si quis bona fide putans se esse in gratia, in qua revera non est accedat cum attritione ad hoc Sacramentum, recipit primam gratiam, & peccatorum remissionem, 2. Dat auxilia ad vitanda peccata, ad resistendum tentationibus, & concupiscentiam refrenat, 3. Delet venialia: *v. propos. 56.* ab Innocent. XI. *damn. v. in tom. 3. de Sacrif. Miss.* præsertim *à num.* 279.

QUÆRES

1930 *Parochus accessit ad communicandum infirmum, qui ei dixit se velle confiteri: Confessus est duo peccata contra legem naturæ, subdens se tantùm accusare, dolere de illis, minimè de peccatis contra legem gratiæ, sed protestatus est, se non credere Sacramentis: & monitus, ut resipisceret, noluit. An Parochus debeat eum communicare?*

VIdetur, quòd sic, ad vitandam infamiam apud adstantes, qui eum tenent Catholicum.

Dico, nullo pacto debere, aut posse. Primò, quia in tali casu Sacerdos non tenetur ad sigillum Sacramentale, nam illa non est Confessio,

fessio, non est enim accusatio in ordine ad absolutionem Sacramentalem; quia ille non credit Sacramento pœnitentiæ, sed Confessionem assumit ut medium ad vitandam infamiam apud adstantes. Secundò; quia non debet frui privilegio fori, qui forum recusat. Tertiò; quia Parochus Sacramentum Eucharistiæ nedum periculo contemptus formalis exponeret, sed certo morali periculo traderet: contra autem contemptum formalem Sacramenti clamat jus naturale, Divinum, & Canonicum, quod prævalet juri naturali famæ infirmi. Non est enim bonum panem Angelorum dare canibus.

Quartò; quia jus, quod haberet ad famam, esset tantùm jus naturale, cui prævalet jus fidei ex *tom. 2. n. 26.* Hinc Parochus teneretur eum revelare, utpotè hæreticum formalem, quia jus naturale non excusat à denunciando hæreticum formalem, *tom. 2. n. 280.* Quod dico, etiam si hæresim nunquam antea externaverit; nam externatio illa fuit facta animo hæreticali, non enim erat paratus corrigi: *v. to. 2. n. 282. 4.*

Eadem ratione, si ancilla Turca fingens apud suos dominos se Christianam, accedat ad Confessarium petens absolutionem, ne manifestetur; Confessarius non potest eam absolvere, nec tenetur ad sigillum Sacramentale; quia Confessio illa non est Sacramentalis; eò maximè quia mulier illa non habet baptismum, qui est janua omnium Sacramentorum.

Scotus *in 4. d. 9. quæst. unic. litt. A. B. C. D.* Mastrius *in Theol. mor. dis. 12. qu. 2. art. 3.* Tamb. *t. 2. in Meth. Comp. pag. 426.* Joan. la Cruz *p. 340.* Busemb. *lib. 6. tr. 3. c. 2. ar. 3.* Leander *de Pr. Eccl. Clericatus, c. 111.*

DE COMMUN. QUOTIDIANA.

AGunt D. Bonavent. *in 4. d. 11. q. 2.* & Sot. *in 4. d. 24. q. un. litt. K.* Insuper adest decretum tenoris sequentis.

DECRETUM.

SAc. Congreg. Car. Sac. Concil. Trident. Interpretum, de mandato Innocent. XI. communionem quotidianam, & Confessionem venialium.

2931 [Cum ad aures Sanctissimi D. N. fide dignorum testimonio pervenerit, in quibusdam Diœcesibus vigere usum quotidianæ Communionis, etiam in Feria sexta Parasceve, & simul affirmari, eandem quotidianam Communionem præceptam esse à jure Divino, quin etiam in illius administratione aliquos abusus inolevisse; videlicet, quòd illi qui, non in Ecclesia, sed in privatis Oratoriis, & Domini, imò cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravi infirmitatis nota, sumant sacrosanctam Eucharistiam, quin à gentea theca inclusam, in crumena, aut imò illis deferunt Sacerdotes sæculares aut regulares; aliiq; in Communione accipiunt species formas, ac particulas, vel grandiores dicto; ac tandē quis confiteatur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Cùm autem hæc Sanctissimus consideranda commiserit Sac. Congregationi Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, eadem Sacra Congregatio, prævia matura discussione super prædictis, unanimi sententia ità censuit. Et si frequens, quotidianusve Sacrosanctæ Eucharistiæ usus à Sanctis Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquam tamen, aut sæpiùs illam percipiendi, aut ab ea abstinendi, certos singulis annis, aut hebdomadis dies statuerunt, qui

rec Concilium Tridentinum præscripsit, sed quasi humanam infirmitatem secum reputans, nihil præcipiens, quid cuperet, tantùm indicavit, cùm inquit: Optaret quidem Sancta Synodus, ut in singulis missis fideles assistantes Sacramentali Eucharistiæ perceptione communicarent. Idq; non immeritò, nam tepices enim sunt conscientiarum recessus, variæ ob negotia spiritus alienationes, quæ è contra gratiæ, & Dei dona parvulis revelasti: quæ cùm humanis oculis scrutari non possimus, nihil certè de cuiusque dignitate, atque integritate, & consequenter frequentiori, aut quotidiano vitalis panis usu statui constitui. Et propterea, quod ad Confessarios ipsos attinet, frequens ad Sacramentum percipiendam accessus, Confessariorum secreta cordis explorantium esse videtur relinquendus, qui ex conscientiæ puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem processu, Laicis negotiatoribus, & conjugatis quod prospicient eorum saluti profuturum illis præscribere debebunt. In contrarium verò hoc amplius animadvertent, quod Apostolus nolit eos invicem fraudare, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos seriò admoneant, tantò magis ad Sanctissimæ Eucharistiæ reverentiam, & orationi vacandum, putarique mente ad frequentem Epulorum Communionem esse properandum. In hoc igitur Pastorum diligentissimum invigilabit, non ut à frequenti, ac quotidiana Sacræ Communionis usu unica præcepti formula aliquid detrahatur, aut sumendi dies generaliter contrahatur, sed magis, quid singulis permittendum sit, aut Parochos, seu Confessarios, sibi prudenter deputet, illudq; omnino provideat, ne sacro Convivio, seu frequenter, seu rarius accedentes, repellatur, & nihilominus operam, ut unusquisq; dignè pro devotionis, & præparationis modo rariùs, aut crebriùs Dominici Corporis suavitatem degustet. Itidem Moniales quotidie Sacram Communionem petentes admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis instituto præstitutis communicent. Si quæ verò puritate mentis emiteant, & fervore spiritus ita incaluerint, ut digne frequentiori, aut quotidiana Sanctissimi Sacramenti perceptione videre possint, & illis à Superioribus permittatur. Proderit etiam præter parochorum, & Confessariorum diligentiam, opera quoque concionatorum uti, & cum eis constitutum haberi, ut cum fideles ad Sanctiss. Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accesserint, statim de magna ad illud sumendum præparatione orationem habeant, generatimque ostendant, eos, qui ad frequentiorem, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur, debere, sive Laici negotiatores sint, sive Conjugati, sive quicumque alii, suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini judicii formidine discant Cœlestem mensam, in qua Christus est, revereri: Et si quando se minus paratos senserint, ab ea abstinere, seque ad majorem præparationem accingere, Episcopi autem, in quorum Diœcesibus viget hujusmodi devotio erga Sanctissimum Sacramentum, pro illa gratias Deo agant, eamque ipsi adhibito prudentiæ, & judicii temperamento, alere debebunt, & ab eorum officio postulari sibi maximè persuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentiæ, & scandali suspicio in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesq; ac dona in sumentibus augeantur. Quod abunde continget, si ii, qui devoto hujusmodi studio, divina præstante gratia, tenetur, seque sacratissimo Pane frequentius refici cupiunt, suas vires expendere, seque probare cum timore, & charitate ac-

assueverint: Quibus Christum Dominum, qui se fidelibus manducandum, & se pretium in morte tradidit, atque in cœlesti Regno se præmium est daturus, precatur S. Congr. ut suam opem ad dignam præparationem, & sumptionem largiatur.

2932 Porrò Episcopi, & Parochi, seu Confessarii, redarguant asserentes Communionem quotidianam esse de jure divino, doceant, in Ecclesiis, seu Oratoriis privatis, ex dispensatione, seu privilegio Pontificis, de manu Sacerdotis sumendam SS. Eucharistiam, nec eam ullo modo deferendam in crumena, aut secretò ad existentes domi, vel cubantes in lecto, quàm infirmos, qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eos, si ab Ecclesia deferantur, publicè, & cum pompa, juxtà formam Ritualis Romani: Si verò ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti.

2933 Curent etiam, ut circa Communionem in feria sexta Paraseeve, Missalis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus serventur.

2934 Insuper admoneant, nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, neque grandiores, sed consuetas.

2935 Non permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti, non approbato ab Episcopo, aut Ordinario.

2936 Si parochi, & Confessarii etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes secus egerint, sciant Deo Opt. Max. rationem reddituros esse, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum justam, ac rigorosam animadversionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam societatis Jesu, facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apostolicam specialiter attributa.

Et facta de præmissis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas Sua approbavit, ac præsens Decretum typis dari publicari voluit. In quorum, &c.

Datum Romæ 12. Februarii 167[illegible].

F. CARD. COLUMNA PRÆF.

S. Archiep. Brancac. Episc. Portuen.

Die 15. mensis Febr. 1679. præcer. affixum, & publicatum fuit, &c.

DE IV. & V. PRÆCEPTO ECCLESIÆ.

Non celebrare nuptias tempore prohibito. Solvere decimas.

2937 NUptiæ, seu matrimonia, esse sess. 25. cap. 10. prohibentur ri *ab Adventu usque ad Epiphaniam, Septuagesimæ quarta Cinerum usque ab octava Paschatis inclusivè.* Dictis autem tempo solùm prohibentur solemnitate adeóque possunt in illis sponsalia, mia sine solemnitate celebrari, mentè licentia Ordinarii. Item possunt matrimonia antea contracta consum lùm námque est prohibita solemnit blica benedictio in Ecclesia. Matta 20. q. 5. n. 89. & Bonac. & alii Cl cap. 1125

DECIMA

2938 *Est quota bonorum debita Ecclesiæ in ipsorum sustentationem.*

Solutio decimarum est facienda ex bus omnium rerum, juxta locorum co dinem, quæ solet esse diversa. Obl mortali & ad restitutionem, nisi imp excuset, quia fit ob Ministrorum Eccle borem ad fidelium utilitatem appli

que in recognitionem supremi dominii Dei.

2939 Non solvere decimas propriè non est sacrilegium, quia non est violatio rei sacræ; nam decima est usus rei temporalis ex justitia debitus; contrahit tamen ultra malitiam injustitiæ, malitiam irreligiositatis, seu irreverentiæ contra Deum; quia, ut advertit D. Thomas, 2. q. 87. solutio decimarum est præcepta, & fit ob duos titulos, nimirum in sustentationem ministrorum Ecclesiæ, & in recognitionem supremi dominii Dei; ac proinde qui eas non solvit, duas malitias contrahit, injustitiæ contra justitiam commutativam, & irreligiositatis contra Religionem.

Mastrius *disp.* 12. *q.* 2. *art.* 4. Leander *de præc. Eccl. tr.* 6. Clericatus *cap.* 113.

PARS QUARTA

De Sacramentis.

CAPUT I.

De Sacramentis in genere.

SACRAMENTUM

2940 EX Divo Augustino: *Est signum rei sacræ, seu forma visibilis invisibilis gratiæ*, sed magis complete definitur à Scoto: *Signum sensibile gratiam Dei, vel effectum illius gratuitum, ex institutione divina efficaciter significans, ordinatum ad salutem hominis viatoris.*

2941 Dicitur, *gratiam, vel effectum ejus gratuitum*; ob Sacramentum Eucharistiæ, quod ob prolationem formæ supra materiam panis, & vini, non causat gratiam inhærentem, sed effectum gratuitum, nempe gratiam per se subsistentem, qui est ipse Christus sub speciebus panis, & vini; gratia verò inhærens non causatur, nisi postea, quando effectus gratuitus, videlicet Christus sub speciebus recipitur. *num.* 2930.

2942 Dicitur, *ex institutione Divina*; quia Sacramenta novæ legis non causant gratiam ex opere operantis, sed ex opere operato; idque ex institutione Christi, ad differentiam Sacramentorum veteris legis, quæ non causabant gratiam, nisi ex opere operantis, nempe ex dispositione operantis per contritionem; & solùm ex se causabant quamdam sanctitatem legalem externam, nempe idoneitatem ad hoc, vel illud faciendum, sinè qua reputabantur immundi; figurativam tamen nostræ veræ sanctitatis, & gratiæ. Exceptâ Circumcisione, quæ non causabat gratiam, & delebat originale peccatum ex vi, & efficacia, sua, sed intuitu professionis fidei, & Christi venturi, per quod Circumcisio differt à Sacramentis novæ legis; quia hæc causant gratiam independenter ab omni figura, nec ex merito, aut dispositione operantis; sed ex vi, & efficacia propria, & ex meritis exhibitis passionis Christi.

2943 Sacramentalia, *sunt cæremoniæ quædam ab Ecclesia institutæ ad ornatum, & solemnem ritum Sacramentorum.* Talia sunt: *Oratio Dominica, aspersio aquæ benedictæ, lar-*

gitio eleemosynæ, benedictio Episcopi, &c. Hæc à Sacramẽtis differunt, quia venialia remittunt non ex natura sua, & ex opere operato, quia pro illis nullibi constat de institutione Christi, sed ex opere operantis, quatenùs ex impetratione Ecclesiæ excitant in nobis motum internum virtutis pœnitentiæ venialium; qui motus internus sufficit, quod sit pœnitentia formalis, vel virtualis, vel qui referat usum sacramentalium ad talem finem; ita Scotus *in 4. dist. 21. q. 1. litt. E.* Quique effectus non est inf.llibilis, quia non est fundatus in aliqua promissione, sed mpetrationis; qua ratione pluribus orationibus, & cæremoniis utitur in benedictione aquæ, &c. ita Mastrius.

2944 Et quamvis martyrium conferat primam gratiam ex opere operato ex promissione Christi: *Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo Item: Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam:* Non est tamen Sacramentum; quia non est à Deo institutum in signum commune gratiæ, nec est actio quædam sacra ad Dei cultum ordinata, sed passio, quæ ex speciali privilegio Christi habet gratiam conferre patienti.

2945 Institutor igitur Sacramentorum est Christus, ut Deus tanquam causa principalis ut homo tanquam instrumentalis, seu ministerialis; quia sicut Deus solus ut causa principalis potest producere gratiam; ita solus Deus potest signum instituere, quod illam significet.

2946 Dicitur *efficaciter significans*; quia Sacramentum non est signum speculativum significans id, quòd causatum supponitur, ut fumus significat ignem; sed signum practicum efficax, quatenùs efficaciter causat gratiam, quam significat, si non ponatur ob ex ex parte recipientis. Causat autem gratiam, vel physicè, ut vult D. Thom. vel moraliter, ut docet Scotus: de quo Scholastici.

DE MATERIA, FORMA ET INTENTIONE.

2947 SAcramenta sunt quædam composita moralia, ac proinde ad similitudinem compositi physici, constant tanquam materia, & verbis, aut aliquo æquivalente, tanquam forma; insuper ex intentione ministri. Res dicuntur materia, quæ sunt indifferentes, & passivè se habent ad hoc, vel illud significandum; verba dicuntur forma, quia res ad hoc significandum terminant; sic in Baptismo aqua, quæ est indifferens ad hanc, vel illam ablutionem significandam, est materia; verba autem *Ego te baptizo*; nam determinant ad significandam absolutionem spiritualem.

2948 Materia, & forma sunt partes essentiales Sacramenti, intentio verò Ministri est conditio sine qua non ita ut finem Sacramentum sit invalidum; quia Sacramentum debet exerceri modò humano, adeòque debet esse volitum. Intentio Ministri debet se actualis, aut virtualis, quam vide n.

2949 In recipiente adulto requiritur intentio, quæ sufficit, quod sit habitualis; sic in Ministro; quia plus requiritur ad agendum, quàm ad recipiendum; unde ad recipienda sufficit, ut aliquando intenderit, nunquam revocaverit, seu ut non intendat repugnare Sacramento, quod recipit. Strius cum aliis: *vide propos. 28. ab Alexandam.*

2950 Materiæ, & formæ Sacramentorum fuerunt omnes à Christo institutæ in singulæ in particulari; & in specie; namque fuerunt à Christo institutæ in determinandæ in particulari, & in specie Apostolis, vel Ecclesia, quæ in

figuret rem sensibilem, & verba apta ad significandam significationem illam, ad quam significandam fuerunt Sacramenta illa à Christo instituta; ita Doctores com. Mastrius *disp. 1. q. 1. Gonet. de Sacram. in man. tract. 2. cap. 1. tr. 6. cap. 3.* Gobat *tom. 1. tr. 8. n. 51. tom. 3. num. 166.*

2951 Si circa materiam, aut formam fiat notabilis substantialis, Sacramentum est invalidum, quia materia, & forma fuerunt à Christo insticuta. Validum verò est, licèt reprehensibile illicitum, si mutatio sit accidentalis. Quando hinc dicitur substantialis, quando secundum communem usum, & existimationem non manet eadem res in substantia, aut eadem significatio in verbis. Hinc invalidum est Sacramentum ex defectu materiæ, si adhibeatur materia cruda, aut si quis bap. tizet aqua artificiali; quia secundum communem usum, & existimationem, nec illa est aqua, sed vulgò, *pasta*, nec ista est aqua elementaris; validum est, si panis sit ater, non albus, & aqua sit calida; quia est mutatio accidentalis: *vide tom. 3. num. 166.*

2952 Invalidum est ex parte formæ, si aliqua sit verborum interruptio, ut moraliter connectantur: vel si forma proferatur à pluribus, v.gr. unus dicat: *Ego te*, alius: *In nomine patris*, &c. quia tunc duæ formæ, & sensus falsus; validum verò, si dicat: *Ego te baptizo in nomine Patris, qui te creavit*, &c. quia mutatio est accidentalis; ita Mastr.

2953 Item ad valorem Sacramenti requisita moralitas, quæ (ut advertit Scotus *in 4. dist. 3. lect. 8.*) sufficit, quòd sit moralis, quia Sacramentum est compositum morale, ubi tanta requiritur, quanta in actibus humanis, tanta sufficit, quanta judicio prudenti sufficit ad significandum verborum significationem. Non potest autem certa regula tradi; sed propinquitas temporis debet esse major, vel minor, juxta varias Sacramentorum conditiones.

2954 In confectione *Eucharistiæ*, materia debet esse Præsens, quia hoc indicant pronomina demonstrativa, *Hoc*, Hic. In Sacramento *Pœnitentiæ* admitti potest major distantia temporis inter accusationem, & absolutionem, quia est actus judicii, in quo accusatio præcedit sententiam. Sic in *matrimonio* multò majus tempus intercedere potest inter consensum unius, & alterius conjugis, quantum sufficit, ut unus censeatur moraliter permanere, ut in cæteris contractibus. Denique *in Baptismo, Confirmatione, Ordine, & Unctione*; talis conjunctio requiritur, ut dum Minister verba profert, censeatur moraliter lavare, &c, ad quod sufficit, quòd materia, & forma sint simul quo ad aliquas sui partes, nempè ut non finiatur, v.gr. ablutio priusquam incipiant verba, vel ut non finiantur verba, priusquam incipiat ablutio; ita Mastrius.

MINISTER SACRAMENTORUM

2955 DEbet esse in gratia: si sit in mortali, illicitè, & sacrilegè conficit, sed valide: pro Eucharistia conficienda, & recipienda debet præmittere confessionem; pro aliis Sacramentis exercendis sufficit contritio putata: *v. tom. 3. num. 279.*

2956 Si Sacramentum conficiat ex pravo fine, sacrilegium committit, sed valide conficit, si habeat intentionem faciendi, quod Ecclesia intendit.

2957 Sacrilegium committit, si administrationem Sacramenti simulet, etiam si metus gravis id urgeat, sive simulatio sit formalis, facta scilicet cum intentione decipiendi, sive

sive materialis, facta sinè intentione decipiendi, sed alio fine. Quia talis simulatio est gravis irreverentia facta Deo, & Sacramentis, quoniam fingit se dispensare merita Christi, ac proinde illudit Christo; & propterea simulatio in Sacramentis est ab intrinseco mala, & hac ratione non excusat metus gravis.

2958 Suadetur, ex *cap. De homine, de celebr. Missar.* ubi Innoc. III. damnat factum cujusdam Sacerdotis, qui ex quo reperiebatur indignus, & adstrictus ad celebrandum, ad satisfaciendum populo, finxit celebrare, & suppressis verbis consecrationis, non consecravit, sed panem, & vinum purum sumpsit; factum, inquam, damnat his verbis:

(Cum ergo falsa sint abjicienda remedia, quæ veris sunt periculis graviora, licèt is, qui pro sui criminis conscientia reputavit se indignum, peccet graviter, si se ingerit irreverenter ad illud; gravius tamen videtur offendere, qui sic fraudulenter illud præsumpserit simulare; cum ille in solius misericordis Dei manum incidat, iste verò non solùm Deo (cui non veretur illudere) sed populo, quem decipit, se adstringat.)

2959 Hinc resolves. 1. Si hæreticus minaretur mortem Sacerdoti, nisi totum panem in platea venditioni expositum consecraret, non liceret Sacerdoti proferre verba consecrationis sinè intentione consecrandi. 2. Si pœnitens absolutione indignus minaretur mortem Confessario, nisi distinctè verba absolutionis proferat, non posset ea proferre sinè intentione absolvendi: ità Cardenas *d.* 21. qui *n.* 63. addit, quòd talis Confessarius, ad mortem vitandam, posset tunc dicere verba absolutionis: *Ego te absolvo*, cum intentione absolvendi à censuris, pronunciando submissa voce *à censuris*, & reticendo *à peccatis*; quia hoc pacto non est forma sacramentalis.

2960 Concedit autem, quod Confessarius, qui pœnitentem absolutione indignum reperit, quatenus, v. gr. est in occasione proxima peccati, quam non vult relinquere, prodat apud adstantes pœnitentis indignitatem, possit obmurmurando recitare *Pater noster, &c.* quia ea non est in rigore forma Sacramenti; nam omnino materialiter se habet ad Sacramentum, nec sunt verba absolutionis; unde propriè est medium ad tollendam fractionem sigilli, ad quod Confessarius de jure divino tenetur; & deceptio auditorum, quæ sequitur, non intenditur, sed permittitur; ità ille: *vide in propos.* 29. ab Innoc. *XI. damn.*

2961 Non licet à malo ministro tolerato, sed ab Ecclesia interdicto, Sacramenta petere, nisi in articulo mortis, deficiente alius Sacerdos. Item nec licet ea petere à malo ministro tolerato, quem tibi constat esse in mortali, nisi sit expositus, vel succumbat ex officio ministrare, v. gr. Sacerdos, vel urgeat necessitas, quæ illum ad peccatum inducere, & cooperari dubio autem est præsumendus bonus: *num.* 371.

EFFECTUS SACRAMENTORUM.

2962 OMnia Sacramenta nova conferunt gratiam habitualem, seu sanctificantem, sive primam, Baptismus, & Pœnitentia, sive secundam, videlicet augmentum gratiæ præhabitæ; reliqua Sacramenta: ut autem hunc gratiæ effectum conferant, requiritur, ut non ponatur obex ex parte suscipientis; suscipiens enim adultus, debet esse dispositus ad baptismum, & pœnitentiam, saltem per attritionem; ad reliqua verò Sacramenta, per gratiam; unde pro reliquis suscipiendis debet

…m gratiæ. Hinc Baptismus, & Pœnitentia dicuntur *Sacramenta mortuorum*; reliqua verò dicuntur *Sacramenta vivorum*; nam Baptismus, & Pœnitentia conferuntur homini existenti in peccato, quod si est mortale, est mortua anima. Cætera autem conferuntur homini existenti in gratia, quæ est vita animæ: …n. 1930. & *tom. 3. num.* 12.

2965 Ultra gratiam sanctificantem communem, Sacramenta causant gratias particulares ab illa distinctas, quæ dicuntur gratiæ sacramentales; & *sunt particularia quædam auxilia, quæ Deus opportuno tempore per decretum sacramenta debite recipientibus.*

2964 Et in specie. Per Baptismum reparamur. Per Confirmationem roboramur ad fidem Christi constanter confitendam.

Per Eucharistiam conferuntur subsidia ad perseverandum in gratia, & tentationes vincendas.

Per Pœnitentiam pœna æterna commutatur in temporalem. Per Extremam unctionem conferuntur auxilia ad resistendum tentationibus in mortis articulo occurrentibus.

Per Ordinem conferuntur auxilia ad dignè exercendum Ministeria Sacra. Et per Matrimonium auxilia ad ejus sustinenda onera, & prolem rectè educandam.

2965 Ultra effectum gratiæ, Baptismus, …ia & Confirmatio imprimunt characterem animæ, qui est indelebilis, non sic reg…; ac proinde priora tria sunt irreiterabilia, non valeant sinè sacrilegio reiterari, reg… verò possunt reiterari.

2966 Character, *est signum quoddam spirituale, quod animæ imprimitur.* Est veluti figura indelebile, quod ab anima per peccatum non deletur; imò in ea permanet post mortem, sive beata sit, ad splendorem, sive damnata, ad confusionem: *vide tom. 3.*

NUMERUS, ET SUBJECTUM.

2967 SAcramenta novæ legis sunt septem: *Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo, & Matrimonium.* Est de fide, ex Trident. *sess. 7. can. 1.* Fuerunt instituta septem per analogiam inter vitam corporalem, & spiritualem. Hinc 1. Generationi correspondet: *Baptismus.* 2. Augmento: *Confirmatio* 3. Nutrimento: *Eucharistia.* 4. Medicinæ post morbum: *Pœnitentia.* 5. Adjutorio ad tollendas reliquias morbi: *Extrema Unctio.* Reliqua duo spectant ad perfectionem Reipublicæ Christianæ: *Ordo* námque ordinatur ad propagationem spiritualem: *Matrimonium* verò ad propagationem corporalem.

2968 Subjectum capax Sacramentorum est solus homo viator, quia pro ejus salute fuerunt à Christo Sacramenta instituta, ut ex definitione: *num.* 2946. *v. tom. 4. num.* 17.

Scotus *in 4. dist. 1. q. 2. litt. F, dist. 3. q. 2. litt. M, N, d. 8. q. 1. litt. H, d. 26. quæst. un. litt. K, d. 40. quæst. unic. litt. F, d. 1. quæst. 3. litt. L, d. 2. q. 1. litt. F, d. 1. q. 5. litt. A, d. 2. q. 2. litt. C, d. 1. q. 5. litt. A, d. 6. q. 10. litt. K, d. 1. q. 3. litt. D, d. 2. q. 3. litt. D, E,* Mastrius *disp.* 16. Joan. la Crux, *pag.* 280. Leander *de Sacrament. tract.* 1. Tambur. *tom. 2. lib.* 1. Busemb. *lib. 6. tr.* 1. Clericatus *c.* 214.

CAPUT II.

DE BAPTISMO.

2969 BAptismus communiter definitur cum Mag. *Est ablutio corporis exterior facta sub præscripta forma verborum;*

melius ex Catechismo Trid. *Est Sacramentum regenerationis per aquam in verbo.*

2970 Est Sacramentum necessarium ad salutem necessitate medii, in re, aut saltem in voto, si non possit adhiberi in re.

Necessarium necessitate præcepti est illud, quod est necessarium, in quantùm præceptum est, & advitandum peccatum; hinc ab eo excusat involuntarium. Necessarium verò necessitate medii est illud, quod habet influxum in salutem, sine quo salus nullo modo obtineri potest, ità ut in tantùm sit præceptum, quia medium necessarium; hinc ab eo involuntarium non excusat, adeóq; infantes decedentes sine baptismo non salvantur.

Sacramentum igitur baptismi est necessarium necessitate medii, & præcepti, ut constat ex Jo. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Dei.*

2971 Est triplex: *Fluminis, Flaminis, & Sanguinis.* Baptismus *Fluminis*, est baptismus per aquam jam definitus, qui est in re, & propriè baptismus. *Flaminis*, est dolor perfectus peccatorum, seu contritio cùm voto, seu proposito recipiendi baptismum in re. *Sanguinis*, est martyrium. Uterq; supplet, & gerit vices baptismi fluminis, conferendo remissionem omnium peccatorum, tam actualium, quàm originalis, quando baptismus fluminis adhiberi non potest: *v. n.* 2944.

MATERIA, ET FORMA.

2972 *Materia remota* baptismi est aqua elementaris ex fontibus, fluminibus, puteis, stagno, mari, etiam si per meatus sulphuris transierit, &c. apta communi usui ablutionis. Hinc non sufficit ad valorem. 1. Aqua artificialis, nempè aqua rosacea, aut alia distillata. 2. Nec jus caruium, &c. ebullitione peracta, quia per ebullitionem qua transiit in substantiam cibi, ut non amplius aqua elementaris, ablutioni communem usum apta; hac ratione ... nis frangit jejunium. 3. Nec nix, aut ... aliquo modo liquefiant, & fiant aqua ... luendum, quia tunc sunt aquæ elementa ...

Eadem ratione aqua ex sale humidi ... soluta est materia valida, si sit ex sal ... quia est aqua naturalis, quæ aliter ... gulata, sicut aqua ex nive. Minimè, ... sale petræ; quia non est sal ex aqua. ... stat autem valori, si sit calida, colorata, ... bida, quamdiù est vera aqua ad ablu ... apta; quia sunt pura accidentia, non ... substantiam materiæ; secus si sit ni ... ut non amplius sit aqua, cujusmodi ... vium *v. a n.* 75.

2973 Certum est, liquorem ex ... re, &c. salivam, & sudorem non ... riam aptam.

2974 *Materia proxima* est ablu ... poris, quæ debet esse sensibilis, ut aqua ... tangat. Ablutio fieri potest tripliciter: ... *immersionem* alicujus partis corporis ... zandi in aquam: 2. *Per effusionem* ... corpus; ut in Ecclesia latina: 3. *Per ...* nē. Ordinariè loquēdo aqua debet ... dicta, & pars corporis abluenda debet ... put, aut aliqua pars principalis; ... mortale. In casu verò necessitatis, ... quælibet aqua, juxtà *n.* 2972. & quælibet ... corporis.

2975 Si ablutio fiat in digito, pede, ... capillis, aut si abluatur infans secundi ... cumdatus, aut si ablutio fiat per unam, ... duas guttas aquæ, dubius est baptismus; ... dubium est, an verè dicatur ablui corpus ... homo; ac proindè extra casum neces ... est illicitus; imò sic in casu necessitatis ... tus, est postea sub conditione repetendus.

ego te baptizato, ego te baptizo, &c. v. à n. 75.

2976 In casu necessitatis, seu quando infans est in periculo mortis, si antequàm fuerit egressus, appareat solùm caput, potest baptizare capite. Imò si infans videatur moriturus, etiam intrà uterum baptizari poterit, obstetrix sit adeo perita, ut manu intra matricem illata, supra infantis corpus possit aquam perfundere; ità Arsdekin.

2977 Infans in periculo mortis, si non habeat aqua, non potest projici in puteum; quia ex hoc sunt facienda mala, ut eveniant bona: at potest valide baptizatus.

2978 *Forma*, in Ecclesia latina sunt hæc verba: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen*: in Ecclesia græca: *Baptizetur servus Christi in nomine Patris &c.* habetur ex verbis Christi, Matth. 28. Græca est, & tutus sub hac forma: *Ego te abluo in nomine, &c. Ego te lavo, &c.* Validus sub forma Dalmatina: *Ego te Christizo. Ego te Christianum facio*, si hæc verba idem significent: *Ego te abluo*, vel *te baptizo*. Clericatus c. 15. n. 19.

2979 Invalidus est baptismus. 1. Sub hac forma: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti* prætermissis illis: *Ego te baptizo*, quia non exprimitur actio abluendi: *v. propos. 28. Alex. VIII. damn.* 2. Sub hac forma: *Ego te baptizo in nominibus Patris, &c.* vel si dicatur: *in nomine Patris, in nomine Filii, & in nomine Spiritus Sancti*; quia non exprimitur unitas essentiæ, sed multiplicantur nomina. 3. sub hac: *Ego te baptizo in nomine Sanctissimæ Trinitatis, vel in nomine Christi*; quia est forma explicita expressio personarum. 4. Sub hac: *Ego te baptizo cùm Patre, cùm Filio, & cum Spiritu Sancto*; quia variatur significatio particulæ, *Cum*, significat societatem ministerii. 5. Sub hac: *Ego te baptizo ex parte Patris, ex parte Filii, & ex parte Spiritus Sancti*; quia etiam variatur significatio; nam baptizans exprimitur non tamquàm minister principalis, sed tamquàm procurator.

2980 Dubius est Baptismus, & inde repetendus sub hac forma. 1. Ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & procedentis ab utroque. 2. In Patre, Filio, & Spiritu Sancto. 3. In uno Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto. 4. In virtute Patris, &c. 5. Si omittatur ly, *Sancti*. Vel si omittatur ly, *In*. 6. Si personæ exprimantur ordine inverso. Est certè invalidus etiam in casu necessitatis per solos nutus sine verbis, etiam per mutum.

2981 Baptismus sub hac forma ab obstetrice Sicula in necessitate factus: *Jo t' ingravatto in nome del Padre, e del Figio, e dello Spirito Santo*; videtur validus; quia *ingravattare*, est verbum græcum, quod probabiliter censetur, quòd significet *lavare*. Attritè Tamburinus pronunciat invalidum; quia licèt significatio probabiliter sit talis, in Sicilia tamen ex communi usu, & acceptione, verbum illud *ingravattare*, non significat actum ablutionis, sed totum aggregatum facti in repentina necessitate.

2982 Hæretici, qui convertuntur ad fidem, non sunt sub conditione rebaptizandi, nisi adsit dubium, an adhibita fuerit debita materia, aut forma. Imò nec suppleri solent cùm illis cæremoniæ, ad vitandum scandalum, ne rudes putent, baptismum ab hæreticis sub debita materia, forma, & intentione collatum, esse invalidum.

MINISTER

2983 DEbet esse distinctus, quia idem non potest generare seipsum. Minister solemnitatis est sacerdos solus, cui ex officio incumbit, nempe Parochus, & ex ejus commissione, aut defectu quilibet alius Sacerdos, qui in aliquo casu potest esse Diaconus; extra casum verò necessitatis, nulli alteri licet sine mortali; validus autem esset baptismus.

2984 In casu necessitatis, videlicet in probabili periculo, quòd quis moriatur sine baptismo ni statim baptizetur, validus simul, & licitus minister hujus Sacramenti est quilibet homo usum rationis habens, debitam materiam, & formam adhibens, cum intentione faciendi id, quod Ecclesia intendit, sive Sacerdos sit, sive Diaconus, sive Subdiaconus, sive Clericus, sive Laicus, sive vir, sive fœmina, sive fidelis, sive infidelis sive excommunicatus. Præfatum ordinem sine rationabili causa pervertere est peccatum mortale, si adsit injuria gravis, ut si præsente, & volente Paroho, baptizet simplex Sacerdos, aut præsente Sacerdote laicus veniale verò, si injuria sit levis, ut si præsente viro laico baptizet fœmina. At nullum erit peccatum, si major sit præsens, sed non velit; vel si minor faciat ex inadvertentia contœbatione, quia est promptior, quæ in his casibus repentinis contingere solent.

2985 Sic dato baptismo, si baptizatus vivat, solùm supplendæ sunt à Parocho cæremoniæ, & solemnitates in publico baptismo solitæ si adsit certitudo, quòd fuerint adhibitæ debita materia, forma & intentio; quæ si certò non constent, est reiterandus sub conditione

Non licet recipere baptismum ab hæretico; imò adultus ab eo recipiens est irregularis, & ad Ordines promoveri non potest ex *cap. Qui in qualibet* 1. *q.* 7. *cap.* Veron *q.* 1. nisi baptizatus fuisset infans, aut in periculo mortis; Hæreticus enim, & infidelis Trid. *sess.* 7. *can.* 4. validè baptizat, sicut facere, quod facit Ecclesia. Clericus *115. num.* 39. & 51.

Imò baptizatos à Calvinistis esse vere baptizatos ita vt non sint iterum baptizandi etiam sub conditione, habetur ex Decret. Congreg. Conc. apud Fagnanum *hic de cap. Quoniam* 13. *constitut. n.* 24.

2986 Validus est baptismus, si minister credat se baptizare masculum, cum sit fœmina; quia errat speculativè, non practicè nam practicè suam intentionem dirigit in personam præsentem. Sicut valide absolvit Confessarius pœnitentem, quem putabat masculum, cum sit fœmina.

2987 Hac ratione Fenech. *de forma n. num.* 30. *cum pluribus addit.* quod si quo Episcopus ante ordinationem admonet juxtà ritum Pontificalis: *Se non recipere dinare excommunicatum, irregularem cum alterius diœcesis sine legitimis &c.* si quis ex his ad Ordines accedat ordinatio, & non repetenda; quia in particulari, & practicè ordinare intendit præsentem; adeòque protestationem esse ad terrorem, ut si quis talis & non illicite ordinetur.

Id tanquam longè probabilius, tenet Leander *tr. 6. de Ordine* & probat his verbis: *Quod inde ligitur, quia post talem protestationem solet ordinandos à quacumque tione absolvere, & ab omni irregularitate pensare, ad effectum duntaxat ordinis suscipiendi, ut habetur in Pontificali absolventes ad effectum præsentium*

dum. Hæc Leander. Idem docet Tambur. tom. 1. lib. 3. cap. 3. §. 5. n. 26. Gobat. tom. 3. tract. 1. tit. 8. n. 704. Unde id est moraliter certum.

2988 Unus in necessitate potest per aspersionem baptizare plures utendo hâc formâ: *Ego eos baptizo, &c.* quia non mutatur forma, nec sensus; nam *ly, vos*, idem est, ac *te*.

2989 Item validè duo simul baptizant, si unus abluat, & formam proferat, ac intendenter ab intentione alterius, sicut in Ordinationis omnes Sacerdotes consecrato.

2990 Invalidè autem, si unus solùm abluat, alter solùm formam proferat; ut contingeret, si quis esset baptizandus, & non possent, nisi duo, unus sinè lingua, alter sinè manibus; quia tunc formam redditur falsam, non dicitur cum veritate baptizare, quia, qui solùm dicit: *Ego te baptizo*, abluo; non tamen ipse, sed alius abluit.

SUBJECTUM BAPTISMI

2991 *Est omnis homo natus. Monstrum ex viro, & muliere genitum, est baptizandum, quia constat corpore, & anima rationali. Si constet, quod habeat duas animas, bis est baptizandus; tale est, si habeat duo capita, aut duo corpora divisa. Si dubitetur, an duas habeat animas, ut si habeat duo capita cum uno pectore, aut duo pectora cum eodem capite, bis baptismus conferri debet, non absolutè in illa parte, in qua perfectum apparet caput; alius sub conditione in alia parte: Si non es baptizatus, vel sies capax: Ego te baptizo, &c.* Hæc Felician.

2992 Filii Christianorum baptizari debent non expectato rationis usu, etiam invitis parentibus, si id fortè contingat. Idem dico de filiis infidelium jam baptizatorum, qui, v. gr. apostataverunt à fide; quia sicut Ecclesia potest ipsos parentes cogere pœnis ad servandam fidem; ità potest ab ipsis filios eripere, & baptizare.

2993 Filii verò infidelium nunquam baptizatorum, validè baptizantur, invitis parentibus, sed illicitè, si parentes non sint sub dominio Principum Christianorum, vel si solùm sint tributarii, aut vassalli, ob periculum subversionis. Tum quia per hoc, quòd sint vassalli, non amittunt jurisdictionem, & potestatem dominativam in filios.

Licèt autem eos baptizare, si ipsi pueri post usum rationis petant, aut ante usum rationis sint in periculo vitæ jam jam morituri; quia tunc cessat periculum subversionis.

2994 Item licet eos baptizare invitis parentibus, si parentes sint mancipia Christianorum; quia tunc domini dominum habent, tam in parentes, quàm in filios, ut eos vendere possint, & separare.

2995 Denique possunt invitis parentibus baptizari, si unus parentum sit fidelis; quia proles sequitur originem parentis Christiani, cujus conditio est melior; ac proinde ratione originis fit subditus Ecclesiæ.

DISPOSITIO SUBJECTI.

2996 IN infantibus ante usum rationis, & in perpetuò amentibus à nativitate intentionem, & dispositionem supplet Ecclesia, ob eorum incapacitatem; unde nulla in illis requiritur dispositio moralis, tam ad validè, quàm ad fructuosè recipiendum baptismum.

2997 In adultis verò sunt necessariæ tres dispositiones: 1. est *Consensus internus*; quia

Deus neminem invitum vult suæ familiæ adscribi: habetur ex Prov. 23. *Fili præbe mihi cor tuum*: 2. *Est fides*, juxta illud Matth. ult. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c.* quæ fides ante baptismum sufficit, quòd sit actualis: 3. dispositio necessaria in adultis, qui cum originali mortale aliquod conjunctum habent, est *pœnitentia*, seu dolor peccatorum commissorum, qui sufficit, quòd sit attritio: habetur ex Actorum 2. *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.*

2998 Hæ tres dispositiones ità se habent, ut sola prima sit necessaria ad baptismum valide suscipiendum; reliquæ autem duæ solùm sint necessariæ ad baptismum fructuosè suscipiendum, nempe cum effectu gratiæ; unde si quis adultus sinè actu fidei, & doloris peccatorum commissorum baptismum susciperet, validè eum susciperet, quia characterem reciperet; non tamen fructuosè, quia non reciperet gratiam, & cæteros effectus ex illa pendentes; recedente verò fictione, nempe positis actu fidei, & doloris, gratiam, & cæteros effectus reciperet absque reiteratione baptismi, ex vi præteriti baptismi; quia Sacramentum irreiterabile non debet carere suo fructu, recedente fictione recipientis: *v. num.* 3085.

2999 Ubi nota, quòd quando dicitur, quòd fictè recipiens baptismum, recedente fictione, gratiam acquirat, nomine, *fictionis*, non intelligitur defectus primæ dispositionis, nempe consensus interni; quia sic neque validè baptismum reciperet; sed defectus actûs fidei, & doloris.

3000 Hinc qui vi, vel metu ductus baptismum suscepit, validè suscepit, si habuit intentionem illum verè suscipiendi, quia metus non tollit intentionem, & voluntarium simpliciter.

3001 Validus est baptismus collati amenti, aut dormienti, si ante, dum intellectum rationis habuit, petiit, quia sufficit petitio habitualis: *v. num.* 2449.

EFFECTUS BAPTISMI

3002 SUnt 1. gratia habitualis, seu habitus charitatis; infunditur enim in susceptione baptismi tres habitus supernaturales, Fides, Spes, & Charitas, per quam gratiam deletur peccatum originale, una cum omnibus actualibus ante baptismum commissis.

2. Est remissio totius pœnæ. Baptismus enim delet omnem culpam, & pœnam: de fide definitum in Concil. Florent. *Justis non imponi satisfactionem pro peccatis præteritis.*

3. Est character, quo figuratur in similitudinem Christi. Item conjungit mystice hominem cum Christo, tamquam membrum cum capite, eumque subjicit jurisdictioni Ecclesiæ.

Denique est janua omnium Sacramentorum: *vide tom. 3. num. 19.* ità ut non baptizatus non possit validè ad Ordines promoveri: *vide proposit. 19. ab Alexand. VII. damn.*

PATRINI

3003 IN baptismo solemni requiritur trinus. *Patrinus* dicitur non ille qui puerum tenet in cæremoniis antecedentibus baptismum, quia hic dicitur susceptor in Catechismo, seu institutione, sed ille qui tenet puerum in fonte, dum baptizatur, qui tamen solet esse idem; qui non possunt esse, nisi unus, mas, aut fœmina, aut ad summum duo, mas, & fœmina, ex Trident.

14. *cap. 4. de reform.* quibus incumbit cura filiorum, ut puerum super rebus fidei, licèt hæc obligatio non vigeat inter Catholicos, ubi pueri plures & aptiores habent instructores.

3004 Maritus, & uxor possunt simul alienum filium levare de rigore præcepti, at non de honestate; quia caput, *quod autem* 30. *q.* 4. *c. consilium*, non præceptum. Clericatus *c.* 115. *n.* 60.

3005 Non possunt esse non baptizati, sic nec in confirmatione non confirmati, nec hæretici. Prohibetur ex jure Monachis Cisterciensibus. Parens non debet propriam prolem suscipere, quia aliàs contraheret cognationem spiritualem cùm conjuge, ob quam non posset debitum petere. Nisi baptizandi casu necessitatis; tunc enim non amittit jus petendi. Episcopus autem potest ob quodlibet impedimento petendi debitum dispensare. Clericatus *cap.* 115. *num.* 61.

3006 Non licèt avo, vel aviæ suscipere nepotem, vel neptem; quia continentur prohibitione patris, & matris, *l. Justa de signific. verbor. significat.* Clericatus *cap.* 115. *n.*

3007 Nec licèt Monachis, & Regularibus Patrinos; nam licèt prohibitio non *Non licet Abbati*; sit expressa pro omnibus, est servanda à cæteris Regularibus, ut in Rituali habetur: *Ad hoc munus [illegible] non debent Monachi, vel Sanctimoniales, nec alii cujusvis Ordinis Religiosi à sæcularibus separati.*

3008 In baptismo privato non requiritur patrinus; qui si adhibeatur, cognationem spiritualem non contrahet; quia jura de baptismo solemni loquuntur; adeóque non extenduntur ad privatum.

3009 Insuper nec cognationem spiritualem contrahunt Patrini in baptismo solemni tenentes puerum, in domo privatim ob vitæ periculum ab obstetrice baptizatum. Sanchez *de matr. lib. 7. disp. 62.* Tamb. *de bapt. c. 1. §. 8. n. 3.* quia jura loquuntur de baptismo solemni, verò, & absoluto.

3010 Non contrahitur cognatio, nisi patrinus tangat baptizandum, aut confirmandum, in ipso actu Baptismi, seu Confirmationis; quia jura requirunt, ut is *eat* in fonte baptizandum, dum baptizatur, &c. Unde non sufficit sola assistentia, aut responsio ad catechismum, vel quòd baptizatum è manu Sacerdotis recipiat post baptismum. Tamb. *to. 2. pag. 13. §. 4. & pag. 18. c. 4.* cùm com.

3011 Hinc Joseph. de August. & Tamb. de *bapt.* dicunt, quòd si quis suscipiat per Procuratorem, non contrahit cognationem, nec ipse, nec procurator. Non ipse; quia non ipse tenet, cùm non tangat. Non Procurator; quia licèt teneat, non tenet nomine proprio. At Clericatus *c. 115. n. 63.* tenet, contrahi à mittente, non à procuratore; & ità decidisse Sac. Congreg. refert ex Coton. *lib. 2. contr. 2. nu. 90.* & ex Nicol. *elucubr. civil. tom. 1. pag. 50.*

3012 Non contrahitur cognatio, nisi à susceptore baptizato, nec in Confirmatione, nisi à susceptore confirmato; unde non contraheret Cathecumenus. Diana *part. 10. tract. 16. res. 89.*

3013 Patrinus suscipiens filium infidelium, non contrahit cognationem cùm ejus parentibus infidelibus, nisi postquam venirent ad fidem, quo casu esset attendenda cognatio. Clericatus *cit. n. 57.* cùm Silv.

Vide infra *de matrim. tit. Cognatio spiritualis.*

Scotus *in 4. dist. 3. q. 1. litt. D, E, q. 2. litt. D, H, P. dist. 18. q un. litt. H, dist. 4. q. 1. litt. A, q. 5. litt. H, dist. 6. q. 2. litt. G, dist. 6. q. 2. litt. A, C, dist. 7. q. 1. litt. D, dist. 5. q. 2. litt. A, C, D, E, F, G, dist. 4. q. 4. litt. D, H, q. 5. litt. A, C, dist. 6. q. 9.*

litt. M, dist. 6. q. 7. litt. A, B. dist. 42. q un. litt. I, dist. 4. q. 6. litt. C, dist. 5. q. 3. litt. A, dist. 3. q. 2. litt. G, I, N, O, dist. 6. q. 2. litt. A. Mastrius *in theolog. mor. disp. 17.* Joan. la Crux, *pag. 97.* Leand. *de Sacram. tom. 2.* Tambur. *to. 2. lib. 2.* Busenb. *lib. 6. c. 1.* Cleric. *c. 115.*

CAPUT III.

DE CONFIRMATIONE.

3014 COnfirmatio, *est Sacramentum, quo homo viator baptizatus inungitur in fronte ab Episcopo cum Chrismate, & praescripta forma verborum, ad fidei robur consequendum.*

3015 *Materia remota*, est Chrisma confectum ex oleo olivarum, & balsamo, Balsamum esse de necessitate Sacramenti, est tutius. Chrisma verò debet esse ab Episcopo benedictum, aliàs Sacramentum esse nullum; quia sic fuit à Christo pro materia institutum Cardenas *disp. 2. n. 45.*

3016 *Materia proxima*, est unctio facta in fronte in formam Crucis.

3017 Unctio fieri debet immediatè manu, vel digito Episcopi; unde non est tutum, si fiat instrumento.

3018 *Forma* sunt verba: *Ego signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis: In nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Amen.* Omnia præter *Amen* sunt necessaria ad valorem.

3019 *In collatione hujus Sacramenti additur alapa, qua confirmatus percutitur, ut memor sit se hoc Sacramentum recepisse, adeóque non audeat iterùm ad illud accedere, cùm non sit iterabile. Et insuper, ut intelligat, debere pati injurias pro Christiana fide profitenda.* Hæc Fenech ex Tol.

3020 Non peccaret mortaliter Episcopus, si omitteret dare alapam. Clericatus *c. 116. n. 25.* cum Com.

3021 Non incurritur irregularitas per iterationem Confirmationis Clericatus *n. 29.* quia jura solùm loquuntur de reiteratione baptismi; & ex *c. Qui 15. de sent. excom. 6.* irregularitas nulla incurritur, nisi expressa in jure.

3022 Minister hujus Sacramenti est Episcopus. Unde non sufficit, si fiat à simplici Sacerdote ex commissione Episcopi; sed verò ex commissione Papæ; quia hoc concessit Greg. I. & pro Indis Greg. XIII. Quos autem Summi Pontifices è duabus aliquibus eligunt unam; illam proponam legendam, & reddunt certam. Sieri *n. 147.*

3023 Quamvis ex jure non liceat Episcopo alienum subditum in sua Diœcesi confirmare, consuetudo tamen id hiscumodi dit; quia præsumitur consensus proprii Episcopi. Diana *p. 2. tr. 17. res. 17. & 30.* Leand. *4. res. 50.* Clericatus *cit. n. 15.*

3024 At non potest in aliena Diœcesi proprium subditum confirmare, nisi de licentia Episcopi loci; aliàs incurritur in suspensionem, ex Trid. *sess. 6. de reform.*

3025 Non peccat Episcopus, si ob causa ad sui arbitrium administrationem hujus Sacramenti per tres, aut quatuor annos retardet. Et potest quocumq; die, etiam festa, ministrare, & tempore interdicti, excepto *Quoniam: de sent. excom. in 6.*

3026 *Subjectum*, est omnis homo baptizatus, sive infans sit, sive adultus, Usus rationis non conferatur pueris ante usum rationis, ne recordentur se illud recepisse, ne teneantur iterùm.

3027 [Sed in hoc (ait Clericatus *n. 26.*) exuberat arbitrium Episcopi, quia secluso scandelo, etiam puerum citius confirmare possit confirmare absq; peccato, dicendum tamen in dubio debet inclinare ad favorem petentis Sacramentum, ne ob varia mentis

dolentiùm contingat ipsum mori absq; gratia hujus Sacramenti. Jord. *ibid. n.* 46. 47. & al. Coton. *ubi sup. n.* 42. & quòd in articulo mortis possint statim confirmari, ne dum adsint, sed etiam infantes; ac etiam perpetuò amentes.]

3028 Imò conferri posse amentibus, ne privetur effectu gratiæ hujus Sacramenti, absolutè docent alii.

3029 Suscipiens debet esse in gratia, nimes poni fictem per contritionem putatam, item dic de Ministro conferente.

3030 Patrinus, unus tantùm esse debet, ex *plures, de consecr. dist.* 4. & Trid. sotim baptismo concessit unum & unam, mutavit praxis. Clericatus *cit. n.* 30. *v. à nu.* 3013.

3031 *Effectus* hujus Sacramenti sunt. 1. mentum gratiæ habitualis. 2. Character, signatur ut miles intra militiam Christi, dem cum robore propugnandam; juxtà Melchiadis, ex Trid. *In baptismo regenerantur ad vitam, post baptismum confirmantur ad pugnam.* 3. Est cognatio spiritualis in matr. *vide n.* 3004.

Sotus *in* 4. *d.* 2. *q.* 1. *dit. C, dist.* 7. *q.* 1. *litt. A, D. E. q.* 4. *litt. A. dist.* 42. *q. un. lit. K,* Martin. *in theolog. mor. dist.* 17. *q.* 5. Joan. la Cruz *pag.* 115. Leand. *de Sacram. tr.* 3. Tamburin. *lib.* 3. Busenb. *lib.* 6. *c.* 2. Clericatus *cap.* 1. Mendo.

DE EUCHARISTIA.

3032 Usè actum est *in* 3. *tom. à n.* 187. & *hic à n.* 2914.

CAPUT IV.

DE POENITENTIA.

3033 *POenitentia Christiana dicitur secunda tabula post naufragium,* in ordine ad baptismum, qui dicitur *prima tabula ad inveniendam salutem post commune naufragium per peccatum originale*: Pœnitentia verò est secunda tabula ad invemiendam salutem post naufragium particulare per peccatũ mortale post baptismum commissum.

3034 Est duplex: *Virtus, & Sacramentum.* Pœnitentia virtus, *est virtus, qua dolemus de peccatis commissis, quatenùs sunt offensa Dei,* & est ipsa contritio. Pœnitentia Sacramentum, *est Sacramentum reconciliationis cùm Deo ex peccatis commissis post baptismum, virtute clavium seu absolutionis? sacramentalis.*

3035 Est Sacramentum necessarium necessitate medii, & præcepti, ex Trid. *sess.* 14. *c.* 2. ità ut quis, postquàm mortale commiserit, salvari non possit, nisi per Sacramentum Pœnitentiæ in re, vel in voto, eliciendo actum contritionis: *v. prop.* 18. *ab Alex. VIII. damn.*

PARTES SACRAMENTI POENITENTIÆ

3036 SUnt *materia, forma, & satisfactio*; materia, & forma sunt partes essentiales; satisfactio integralis.

MATERIA

3037 ESt duplex, remota, & proxima: *Remota* est peccatum; & est etiam duplex, necessaria, & sufficiens: *Necessaria,* est omne peccatum mortale post baptismum commissum, non jam ritè confessum, & absolutum: *Sufficiens,* est omne peccatum veniale, vel mortale, aliàs ritè confessum, & absolutum: *v. num.* 3048. *Materia proxima,* sunt tres actus pœnitentis: *Cordis contritio: Oris confessio: & Operis satisfactio.*

3038 Peccata dicuntur materia remota, 1. Quia sunt materia, supra quàm cadit dolor, qui est materia proxima in ordine ad formam absolutionis, & Sacramentum. 2. Quia peccata sunt materia per formam ab-

olutionis & Sacramentum Pœnitentiæ removendo.

3039 Peccata ante baptismum commissa, nec possunt, nec debent esse materia Sacramenti Pœnitentiæ; quia spectant ad forum baptismi, ex Trid. *sess.14. c.1.* Commissa verò in instanti baptismi, sunt Sacramenti Pœnitentiæ materia; quia sunt peccata hominis baptizati.

3040 Peccata mortalia dubia, sive dubio positivo, sive negativo, de quo *in n.19.* sunt necessariò aperienda in confessione. Volpi *de pœnit.res.145.n.3.* Diana *p.3. tr.4. res.107.* quia aliàs quis se exponeret periculo peccandi, & errandi circa integritatem confessionis; & ex Trid. *sess.14.c.5.* confitenda sunt peccata, quorum conscientiam habemus; de dubiis autem conscientiam dubiam habemus, adeóque ea confiteri debemus.

3041 Hinc 1. qui dubitat, an commiserit peccatum mortale, vel an commissum sit mortale, aut veniale, tenetur illud confiteri. 2. Qui scit se peccasse mortaliter, sed dubitat, an illud confessus sit, tenetur confiteri; quia constat de peccato, & de obligatione confitendi, & dubium est, an sit ei satisfactum: *v.n.47.*

3042 Secus est dicendum de judicio probabili; qui namque probabiliter judicat, se non peccasse mortaliter, aut peccatum commissum jam confessum esse, non tenetur illud confiteri, licèt aliquam formidinem de oppositio habeat; sed potest illi judicio probabili prudenter acquiescere, juxtà dicta *à n.59.*

3043 Qui dubitat, an fecerit peccatum antè confessum ut certum, non tenetur iterùm confiteri ut dubium, etiamsi certò inveniat se non fecisse.

3044 Qui integrè confessus est peccatum, de quo dubitabat, an esset mortale, vel veniale, si posteà inveniat esse mortale, non tenetur denuò illud confiteri; quia jam integrè suum manifestavit peccatum, nec nova circumstantia explicanda occurrit. Nec est necessaria confessionis valorem, quòd pœnitens determinatè peccatum confessum esse mortale, ut etiam de Confessario dicemus infrà *de cas.res.*

3045 Qui confessus est peccatum dubium si posteà reperiat certò, aut probabiliter se commisisse, tenetur iterùm illud ut certum confiteri. Dian. *p.3. tr.4. res.91.* quia peccatum explicandum, ut est in conscientia pœnitentis, dictum autem peccatum nunc est in conscientia pœnitentis, ut certum, quo facto non est subjectum clavibus, sed ut dubium *v.n.56.*

3046 Leander verò *de pœnit. tr.5. disp.27.* tenet partem negativam; quia jam non tens fuit à tali peccato directè absolutus conditione implicita. *Si est peccatum.*

3047 Qui recordatur se peccasse mortaliter in genere, at non de peccato in specie, tenetur confiteri peccatum mortale in genere, quia est materia sufficiens, imò necessaria absolutione. Quando posteà ejus recordatur in specie, tenetur iterùm in specie confiteri, quia tenemur confiteri speciem, & numerum peccatorum, quod non est factum in confessione prioris.

3048 Ex his materiæ necessariæ, & sufficienti: *de n.3037.* addi potest tertia materia remota, nempè materia *necessaria, sed non sufficiens.* Et sunt peccata mortalia dubia, quæ dicuntur materia necessaria, quia sunt necessario aperienda; non sufficienter verò, quia sine additione materiæ certæ non sufficiunt ad absolutionem absolutam.

3049 In casu autem metaphysico, quo quis non haberet materiam certam peccatam, quàm adderet, tunc posset dari absolutio conditionata; quia consulitur saluti animæ pœnitentis, & simul vitatur irreverentia Sacramenti, ut *in n.3054.*

3050 A

3049 Qui mendacium in confessione dicit circa mortalia, peccat mortaliter: venialiter, circa venialia, aut circa ea, quæ confiteri non tenetur: *v. num.* 2785.

3051 Unde qui scienter dubia confitetur omnia, vel è contra, peccat mortaliter, nisi hæc faciat bona fide, aut putans consultius, & humiliùs se accusare, aut ita confitendum esse.

3052 Item tenetur pœnitens Confessario interroganti fateri alicujus peccati consuetudinem; quia Confessarius, cum exerceat munus Judicis, habet jus ad cognoscendam causam, & dispositionem pœnitentis ex circumstantiis, ad providendum: *vide prop.* 58. *ab Innoc. damn.*

FORMA

3053 Sunt verba absolutionis: verba ad valorem Sacramenti necessaria; sufficientia, sunt: *Absolvo te à peccatis tuis*: Quæ tutius, Mendo *ver. Absolvere num.* 3048. inqueret: *Ego. & in nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti*; extra casum necessitatis peccaret mortaliter. Præces autem tam ante, quàm post dictam formam adjunctæ, cum ipsius formæ essentiam spectant, nec ipsum Sacramenti administrationem sunt necessariæ, ex Trid *sess.* 14. *c.* 3. *v. num.* 1026.

3054 Valida est (quamvis illicita) forma, utens aliis verbis, quæ tamen sensum non mutent formæ ordinariæ, nec actum judicii, ut: *Ego hòc remitto*, vel *condono peccata tua*: *Tua sic remittuntur peccata tua*: *Nos absolvimus te à peccatis tuis*: Si ly: *Nos.* denotet plurem personæ singularis absolventis, quod sit Prælatus; secùs, si denotet plures simul. Clericatus *cap.* 123. *num.* 6. & 7. Ex Sanch. in 4. *dist.* 14. *quæst.* 4. & Diana *par.* 11. *tr.* 8. *res.* 13. *vid. nu.* 2951. & *nu.* 3114.

Non est valida, si proferatur verbis deprecativis, ut *Absolvat te deus, Oro deum ut te absolvat.* Clericatus *cit. num.* 9. ex Scoto *cit.* Quia Sacramentum pœnitentiæ est institutum per modum judicii, ubi sententia non profertur deprecando, sed jubendo. Et Christus non dixit: *Pro quorum peccatis oraveritis*, sed *Quorum peccata dimiseritis, dimittentur.*

3055 Absolutio extra casum necessitatis debet esse absoluta; cadere autem debet supra materiam certam, & determinatam. Unde supra peccatum dubium non potest sine sacrilegio dari absolutio determinata; non enim dari potest sententia certa pro delicto dubio. Tunc autem curare debet confessarius, ut pœnitens addat aliquod peccatum certum, etiam de aliàs confessis; & tunc det absolutionem absolutam, & certam. Quòd si pœnitens sit tam sanctus, ut nullum certum habeat, vel potiùs tam rudis, ut nullum certum dare nesciat, tunc sub conditione, saltem mente retenta, absolvat. Sine ulla materia dari non potest absolutio sine sacrilegio: *v. num.* 3049.

Absolutio sub conditione de præterito, aut præsenti, v. gr. *Si doles, absolvo te*; est valida, quia conditio supponitur posita, & certa; sed imprudens, nisi in casu necessitatis, quo pœnitens non valet signa certa doloris præbere. At non est valida sub conditione de futuro; quia effectus Sacramenti, nempè gratiæ, non potest manere suspensus, & pendens à contingenti, si pœnitens fit dispositus. Clericatus *cit. n.* 10. Ex Diana *part.* 11. *tr.* 4. *res.* 18.

Neque dari potest ad reincidentiam, quia peccata non sunt mala pœnæ, ut censuræ, sed mala culpæ; ideò semel remissa non redeunt: *v. num.* 73.

3056 Absolutio à censuris potest dari sub conditione de futuro, seu quoad reincidentiam. Et dari potest tam verbis, quàm scriptis; imò etiam invitis, si absolvens id faciat auctò-

auctoritate ordinaria; minimè si virtute Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ; tunc namque non datur, nisi pœnitentibus. Ità Clericatus *ibi n.* 14.

Per illa verba: *Absolvo te ab omni vinculo excommunicationis, &c.* absolvitur pœnitens ab omnibus censuris, tam in confessione expressis, quàm ab illis, quorum non recordatur, aut non habet notitiam, in quantum facultas Confessarii se extendit, & dummodo pœnitens habeat intentionem satisfaciendi, si tale sit onus. Clericatus *ibi, n.* 16. & 17.

Formam absolutionis à censuris in foro exteriori, affert Clericatus *cap.* 123. *num.* 15. ut sequitur.

(Quòd absolvendus juret de parendo mandatis Ecclesiæ, vel de exequenda pœnitentia sibi injuncta; quòd dicantur preces à Rituali Romano præscriptæ cum levi flagellatione humeri nudati ipsius pœnitentis; quamvis aliquando hæ cæremoniæ possint omitti, & sufficiat dicere: *Ego absolvo te à vinculo excommunicationis, quam ob talem causam incurristi, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, Communioni fidelium. In nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Amen.* Coton. *ubi sup. num.* 38.

FORMA ABSOLUTIONIS.

3057 *Misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen.*

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges.

Ego te absolvo à peccatis tuis: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita Beata Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

Si pœnitens non fuerit Clericus, omittitur verbum *Suspensionis.*

URGENTE PERICULO MORTIS.

Ego te absolvo ab omnibus censuris, &c. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

CONTRITIO

3058 In communi, *est dolor, & detestatio peccati commissi cum propositione non peccandi.* Est duplex, perfecta, quæ dicitur absolutè *Contritio*, & imperfecta, quæ dicitur *Attritio.* Perfecta, *est dolor de peccatis, quatenus sunt offensa Dei summè dilecti, & super omnia.* Imperfecta, seu attritio, *est dolor de peccatis propter turpitudinem peccati, aut timorem inferni, vel alterius mali.*

3059 Differunt ratione motivi, & ratione effectus. Ratione motivi; quia Contritio fit ex motivo Charitatis erga Deum, Attritio ex motivo objecti, nempe Dei summè odiendi. Attritio ex motivo Charitatis erga ipsum, seu ex motivo timoris pœnæ, aut alterius mali.

3060 Ratione effectus; quia Contritio se remittit peccata, & justificat extra Sacramentum, in voto tamen Sacramenti; Attritio talis tenetur sub mortali suo tempore deponi, attritio verò requirit Sacramentum, ità ut in nullo casu, etiam in articulo mortis, attritio quantumvis supernaturalis sufficiat ad justificationem, & remissionem peccati mortalis sinè Sacramento in re. Imo in articulo mortis, si non potest quis habere Sacramentum, tenetur sub mortali confiteri.

3061 Attritio in Sacramento Pœnitentiæ

fieri contritio, & attritus contritus, formaliter, quia non variatur objectum, nec motivum, sed effectivè, quatenus attritio in Sacramento in re justificat, sicut contritio in Sacramento in voto.

3062 Non sufficit attritio naturalis quantumvis honesta, qualis est dolor de peccatis ob malum temporale, ver. gr. ob amissionem rerum, sanitatis, &c. Quia non est attritio supernaturalis, cum nullum reperiatur motivum supernaturale; ac proinde est disproportionata fini salutis supernaturalis, dicit Trid. *sess.* 14. *c.* 4. attritio, quæ ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit, debet esse donum Dei, & Spiritus Sancti impulsus, qualis non est attritio naturalis ex motivo purè humano, & naturali: *vide prop.* 57. *ab Innoc. XI. damn.*

3063 Sufficit verò, si sit propter pœnas temporales, v. gr. propter morbum, persecutionem, &c. ut à Deo inflictas, vel infligendas propter peccata; quia tunc, cum adsit relatio ad Deum, & motivum supernaturale, est dolor supernaturalis.

3064 Sufficit attritio ob timorem gehennæ aut purgatorii; quia cum sint pœnæ Dei, revera licet infliguntur à Deo authore supernaturali ob peccata, eorum timor, & dolor erit supernaturalis ex motivo supernaturali, Salmanticenses, *de num.* 90. Et colligitur ex Trid. citato, ubi dum dicit: *Et quamvis sine Sacramento Pœnitentiæ per se ad justificationem perducere peccatorem nequeat, tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit*: non supponit gratiam justificantem in peccatore causatam, ac proinde non supponit contritionem, quia hæc per ipsum Sacramentum, & cum solo ejus voto gratiam causat: *v. prop.* 14. & 15. *ab Alex. VIII. damn.*

3065 Dices. Fides supernaturalis cum Sacramento Pœnitentiæ in re, attritione secluſa, non sufficit ad justificationem; ergo attritio supernaturalis cum Sacramento in re, non sufficit ad justificationem.

Resp. disparitatem esse; quia fide est, & certum contra Lutherum, fidem non sufficere ad justificationem. Trid. *sess.* 6. *can.* 9. nec esse partem Sacramenti Pœnitentiæ: Et licèt non sit definitum, attritionem supernaturalem esse partem, certum tamen est esse partem, & materiam proximam, ex communi sensu Ecclesiæ, quod sufficit: *vide nn.* 3064.

3066 Quòd autem contritio perfecta hominem reconciliet Deo, & gratiam causet extra Sacramentum, cum solo ejus voto, habetur ex Trid. *sess.* 14. *c.* 4. charitati námque perfectæ promittitur peccatorum remissio in Sacra Scrip. Proverb. 8. *Ego diligentes me diligo*: Zacchar. 1. *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos.* Lucæ 7. *Remittuntur ei peccata peccata multa, quoniam dilexit multum.* Et 1. Petri 4. *Charitas operit multitudinem peccatorum.*

In Confessione autem non sufficit amor; sed requiritur dolor explicitus; idque conceptu formali pœnitentiæ, quæ formaliter importat displicentiam de peccatis. Sufficit autem propositum virtuale, ex *n.* 3072. quia verus dolor peccatorum reconciliativus animæ cum Deo, est incompossibilis cum proposito peccandi; unde includit virtualiter propositum de non peccando.

3067 Sufficit attritio ob turpitudinem peccati, ex Trid. *cit. sess.* 14. *cap.* 4.

Turpitudo autem peccati est duplex, una naturaliter cognita: talis est turpitudo immunditiei, quæ est in peccato carnis. Et turpitudo vilitatis, & indignitatis apud homines, quæ est in peccato furti, &c. Et dolor ob talem turpitudinem non sufficit; quia est naturalis: *v. prop.* 9. *ab Alex. VIII. damn.*

Alia est turpitudo supernaturaliter cognita, seu per fidem: talis est turpitudo peccati oppositi alicui divinæ perfectioni [quæ non sit Charitas] [supernaturaliter cognitæ, seu per fidem; aut alicui virtuti mortali per legem divinam præceptæ, ut turpitudo inobedientiæ, ingraditudinis, &c. turpitudo contra justitiam, castitatem, &c. dolor ex tali turpitudine sufficit; quia est supernaturalis, seu ex motivo supernaturali, nempè ob turpitudinem supernaturaliter cognitam, Scotus *in 4. dist.* 14. *q.* 2. & 4. Mastr. Brancatus, & alii *hic de Sac. Pœnit.*

3068 Non sufficit dolor quo quis doleat se non dolere peccatorum; quia hic non est dolor, sed carentia doloris peccatorum Cum hoc tamen dolore solet regulariter esse conjunctus dolor, ne peccatis quamvis pœnitens eum non cognoscat; & tunc est sufficiens.

3069 Qui scienter sine attritione absolvitur, sacrilegium committit, & tenetur confessionem repetere, ex defectu materiæ proximæ.

3070 Sufficit unus actus doloris de omnibus peccatis in genere etiam oblitis. Debet autem esse efficax, & universalis respectu omnium mortalium, in confuso, & in genere.

Unde non sufficit dolor putè particularis, sed requiritur dolor, qui sit universalis saltem virtualiter de omnibus peccatis commissis.

Dices: Potest dari Sacramentum Pœnitentiæ validum, in quo tamen confessio non sit de omnibus, sed putè particularis alicujus peccati, ut constat de peccatis oblitis, & in casibus in quibus licita est dimidiatio confessionis; igitur potest dari Sacramentum Pœnitentiæ validum, in quo tamen dolor non sit de omnibus, sed putè particularis alicujus peccati in iisdem casibus.

Resp. negando consequentiam; disparitas est, quia confessio omnium peccatorum reverà, & absolutè commissorum, etsi semper in nostra potestate, & [illegible] possibilis; nam humana conditio est [illegible] oblivioni, imò & accidentibus, impediant confessionem omnium quæ memoriæ occurrent; dolor autem de omnibus peccatis commissis, in quovis casu est [illegible] possibilis, & in nostra potestate; quia [illegible] spiritualis internus, qui potest in [illegible] fici ex *num.* 3077.

Hinc Conc. Trid. *sess.* 14. *c.* 5. loquens de confessione, definit nos solùm teneri ad peccata omnia mortalia, quæ post [illegible] examen memoriæ occurrunt. In *canone* 4. *ejusdem sess.* loquendo de dolore absolute & absque recenita limitatione definit, quod contritio, quæ est primus [illegible] pœnitentis, debet esse dolor de peccato admisso, & continere debet odium voluntatæ, ac peccatorum detestationem; & [illegible] peccata mortalia oblita (si quæ sint) [illegible] re peccata commissa, dolor debet [illegible] tualiter ad illa se extendere ita ut [illegible] leret de peccatis, quorum recordatur, [illegible] beret animum expressum nolendi [illegible] mortalibus oblitis, si quæ sint, non [illegible] dolorem sufficientem ad valorem Sacramenti; quia non haberet dolorem verum, conciliativum: *v. à num.* 3086.

Qui confitetur duo venialia tantùm, [illegible] dolet solùm de uno, v. gr. de mendacio, de alio v. gr. de suspicione, valide absolvitur, quia sicut peccatum illud, utpotè veniale, solùm materia sufficiens, non necessaria, proindè taceri poterat; ita potest qui confitetur, de eo non dolere & aliunde cum [illegible] doleat de uno jam dat materiam remotam & proximam, quantùm sufficit ad valorem Sacramenti,

Secùs esset, si confiteretur unum solum veniale, & de eo non doleret; committeret enim sacrilegium ob gravem injuriam Sacramento

qua

sacramentum esset invalidum ex defectu partis essentialis, nempe materiæ proximæ.

Idem serius esset dicendum de eo, qui confiteretur duo mortalia, de uno tantùm doleret, non de alio; quia ex una parte, illud aliud de materia necessaria; adeóque ut sit valida absolutio, debet dari materia proxima, nempe cadens supra illud cadens: ex alia parte non potest confiteri unum mortale sinè alio.

3071 Qui tenetur confiteri extra Sacramentum non tenetur præmittere peccatorum examen, sed sufficit, quòd doleat in confuso.

3072 Pro valore Sacramenti, tam in attritione, quàm in contritione, ex Trident. *cit.* requiritur propositum de cætero non peccandi, quod si esset dolor efficax; sufficit, quòd propositum sit implicitum, & virtuale. Scot. *in* 4. *d.* 14 *q.* 4. §. *Ad primum argumentum in oppos. quæ in solut. principalium, & alibi: v.* Sanch. *d.* 16. 5. Leand. *tr.* 5. *disp.* 7. *q.* 22.

3073 Cum proposito sufficienti non peccandi, hinc potest judicium probabile reinciti; quia tale judicium est actus naturalis rationis, & non liber. Communis.

3074 Non requiritur dolor sensibilis, sed dolor intellectivus; quia est actus internus voluntatis, adeóque spiritualis.

3075 Talis dolor debet esse summus non intensivè, sed appretiativè; ità ut dolor detestetur supra omnia detestabilia, nempe supra omnia mala pœnæ, etiam æternæ; unde velit magis detestari peccatum, quàm quodcumque aliud malum.

3076 Hinc dolor summus intensivè est ille, qui dicitur summus quoad intensionem, & absolutionem: Dolor summus appretiativè est ille, quo quis dolet, paratus potiùs omnia bona creata relinquere, & omnia mala pœnæ subire, quàm Deum offendere. Unde requiritur sit, ut dolor mali temporalis, puta amissionis bonorum, mortis parentis, &c. sit major intensivè dolore peccati, hic autem sit illo major, imò summus appretiativè, in quantum dolor mali temporalis est major secundùm graduationem qualitatis doloris, in qua graduatione consistit intensio doloris; cum quo adhuc stat, quòd dolor de peccato sit summus appretiativè, in quantum ità dolet de peccato, ut sit promptus, quòd si ei daretur optio eligendi, potiùs subiret omnia mala pœnæ, quàm peccaret; & hoc pacto dolor dicitur summus in pretio, non in intensione.

3077 Non est autem opus, nec expedit, ut fiat collatio explicita cum omnibus aliis malis, sed sufficit, quòd implicitè proponatur detestatio peccati supra omnia detestabilia in confuso; unde actus contritionis, aut attritionis, potest fieri in instanti, aut brevissimo tempore; quia est actus internus spiritualis.

3078 Ad valorem Sacramenti non sufficit dolor, qui absolutionem sequitur, aliàs confessio non esset accusatio, sed simplex peccatorum narratio. Non debet tamen necessariò præcedere, sed sufficit, ut eliciatur in ipsomet confessionis actu, vel facta confessione ante absolutionem; quia bene salvatur, quòd confessio sit accusatio, & quòd cum dolore absolutioni subjiciatur.

3079 Non est autem necesse, quòd dolor, seu attritio, sit immediatè ante absolutionem, vel confessionem; sed sufficit, si quis serò examinans conscientiam, actum doloris eliceret; hic quidem si maneat ad confessionem accederet sinè novo actu doloris, confessio esset valida. D. Thom. & Leand. *tr.* 5. *disp.* 7 *q.* 6. Joseph. de Aug. *de pœnit. n.* 22. habet: *Sufficit, quòd attritio sit ante, quando homo habuit voluntatem confitendi, & examinandi conscientiam, & nunquam retractavit talem actum, & universaliter, quoties attritio præcessit, & fuit ordinata ad hoc Sacra-*

mentum, & virtualiter potest intelligi permanere usque ad absolutionem: v. num. 3118.

3080 Qui paulò ante confessus, & absolutus, iterum confitetur aliquod peccatum, quod exciderat de mente, de quo antea explicitè, & formaliter non doluit, non indiget novo dolore; sed in virtute prioris doloris virtualiter, & moraliter permanentis, potest absolvi. Leand. *cit. q.* 5. Diana *par.* 9. *tract.* 3. *res.* 50. & 51. quia prior dolor, utpote qui fuit virtualiter extensus ad peccata oblita, ità valet, ac si esset novus dolor de solis peccatis oblitis. Eadem ratione (ut etiam praxis docet) potest moribundus propter periculum instantis mortis absolvi audito tantùm uno, vel altero peccato, & postea, si superstes maneat, auditis reliquis, secundò absolvi ab illis ex vi prioris doloris moraliter permanentis: *vide tom.* 3. *num.* 287.

Qui igitur ante confessus, reconciliatur confitendo peccatum oblitum, licèt novum faciat Sacramentum, non tenetur novum dolorem elicere, nisi novum peccatum mortale commiserit, aut longum tempus intercesserit; quia moraliter perseverat dolor præteritus circa omnia peccata elicitus, sicut dolor die hesterno elicitus sufficit ad Sacramentum, quod die crastino perficitur, ob eandem moralem, aut virtualem permanentiam. Unde hæc sententia est mihi moraliter certa.

Scotus *in* 4. *dist.* 14. *q.* 2. *litt. N, O, q.* 4. *litt. H, d.* 15. *q.* 1. *litt. G, d.* 17. *q. un. litt. X*, Mastr. *in theolog. mor. disp.* 21. *a q.* 1. *ad* 7. Leand. *tr.* 5. *à disp.* 1. *ad* 4. Joan. la Crux, *pag.* 387. Bonac. *tom.* 2. *pag.* 154. Tamb. *in meth. conf. pag.* 373. *ad* 373. *ad* 378. Busemb. *lib.* 6. *tr.* 4. *cap.* 1. Cardenas *disp.* 30. & 37. Clericatus *cap.* 119.

QUÆRES.

3081 *An Sacramentum Pœnitentiæ possit esse validum, & informe?*

QUoniam controversia præsens ex celebrioribus, quæ inter scholasticos exagitari solet, fas sit mihi, ut paulisper mâ scholasticâ utar.

Sciendum est igitur, Sacramentum Pœnitentiæ dici validum, quando constat omnibus suis partibus essentialibus cum intentione ministri: informe verò, non quia careat forma essentiali, sic enim diceretur invalidum, quia caret effectu gratiæ, quæ est forma sanctificans animam. Hoc præmisso,

3082 Dico implicare Sacramentum Pœnitentiæ validum quoad essentiam, & informe quoad effectum gratiæ. Est Scotus 4. *q.* 5. §. *Contra istam opinionem in fine*. Contra Divum Thomam.

Probatur 1. Sacramentum Pœnitentiæ validum est Sacramentum verum, & perfectum, constans scilicet omnibus suis partibus essentialibus cum intentione ministri: implicat, quòd Sacramentum Pœnitentiæ verum, & perfectum Sacramentum, & non conferat gratiam, ergo implicat, quod sit validum, & informe: minor patet; quia Sacramenta causant gratiam ex institutione Christi, ex acceptatione, ac promissione Dei, quæ est infallibilis veritatis.

3083 Confirmatur: Sacramentum habens omnes partes essentiales cum intentione ministri, est verum signum efficax practicum gratiæ: sed implicat verum signum efficax practicum gratiæ sinè signato, nempe sine gratia; ergo &c. minor patet, quia alias esset efficax.

3084 Probatur 2. Nullus potest assignari casus, in quo Sacramentum Pœnitentiæ sit validum quoad essentiam, & informe quoad

ficium; ergo &c. Antecedens probatur ex solutione præcipuorum fundamentorum contrariæ adversæ.

3085 Dices 1. Sacramentum Baptismi potest esse validum, & informe ob defectum dispositionis suscipientis; ergo Sacramentum Pœnitentiæ potest esse Validum, & informe ob defectum dispositionis, nempe doloris pœnitentis; antec. probatur de adulto fictè accedente ad baptismum, scilicet sinè dolore, quia hic namque recipit baptismum validum quoad essentiam, & non gratiam, quam tamen recipit recedente fictione ex vi baptismi exterti.

3086 Resp. hanc disparitatem esse inter Sacramentum Pœnitentiæ, & inter alia Sacramenta imprimentia characterem, ut sunt Baptismus, Ordo, & Confirmatio, quòd ista non includant dispositionem suscipientis, ut partem ejusdem; partes enim essentiales baptismi sunt materia, & forma, nempe aqua, seu ablutio, & verba Sacerdotis cum ejus intentione; similiter de Ordine, & Confirmatione; unde cum stare possit, quòd hæc habeant omnes partes essentiales ad validitatem requisitas, & quòd non habeant dispositiones necessarias ad fructum gratiæ, stare potest, quòd sint valida, & informia: In Sacramento autem Pœnitentiæ dispositio, nempe dolor, est pars materialis, est enim materia proxima; adeóq; contrahit, quod sit informe ex defectu dispositionis, & quòd validum: *v. num.* 2997.

3086 Dices 2. Sacramentum Pœnitentiæ potest esse validum ex defectu doloris extensivè hoc pacto: potest dari casus, quòd quis habeat tantùm duo peccata mortalia dispara, nempe furti, & odii, invincibiliter oblitus non eliciat actum doloris tantùm de peccato furti ex peculiari motivo, & speciali turpitudine illius peccati in specie, illúdque confiteatur; sed in hoc casu sacramentum est validum, & informe; ergo &c. minor probatur: est validum; quia jam adsunt omnes partes essentiales, jam námque adest sufficiens dolor; quia ex Trident. non tenetur quis confiteri, nisi peccata, quæ memoriæ occurrunt: nec tenetur elicere dolorem, nisi de peccatis, quæ pariter memoriæ occurrunt. Esset autem informe, nempe sinè effectu gratiæ, quia in casu peccatum odii oblitum non esset remissum, non quidem directè, ut est certum: neque indirectè ex vi absolutionis peccati furti confessi, quia nullum peccatum remitti potest sinè ullo dolore formali, aut saltem virtuali supra ipsum cadente; in casu autem nullo pacto caderet supra illud dolor, non formalis, ut supponitur, nec virtualis; quoniam dolor de peccato furti, cum supponatur habitus ex motivo peculiari, & speciali turpitudine peccati furti, non potest virtualiter extendi ad peccatum odii diversæ rationis, & speciei; quia non potest comprehendi sub illa speciali turpitudine. Ex quo fit, quòd neque esset remissum peccatum furti confessum; nam (ut est certum) unum peccatum non potest remitti sinè alio, & consequenter dari potest Sacramentum Pœnitentiæ validum, & informe. Hic est casus validòr, qui à recentioribus oppositæ sententiæ affertur.

3087 Resp. admisso casu, negando minorem; quia peccatum odii, ut invincibiliter oblitum, est indirectè absolutum; dolor námque formalis de peccato furti virtualiter extenditur ad peccatum odii oblitum, quatenus supposita sufficienti diligentia adhibita in conscientiæ examine, censetur ille talis promptus ad eliciendum actum doloris, etiam circa peccatum odii oblitum, si menti occurreret; talis enim virtualis extensio doloris specialiter consistit in ea promptitudine de eo dolendi, quando menti occurreret.

3088 Et licèt motivum doloris formalis

furti sit propria ipsius turpitudo in specie, hoc non impedit, quin etiam dolor possit ad aliud peccatum oblitum virtualiter extendi saltem ratione turpitudinis generice, quatenùs peccatum est, & offensa Dei? eo ipso, enim, quòd dolet de specifica, dolet de generica; nam non potest dolere de ratione specifica, non curando de generica: qui autem dolet de peccato, ut sic, & de offensa Dei, ut sic, dolet virtualiter de quolibet peccato invincibiliter oblito; quia quodlibet sub ea ratione comprehenditur.

3089 Hac autem virtuali extensione doloris deficiente, quatenùs ille talis allatâ promptitudinem non haberet, nec de ratione generica peccati, & offensæ curaret, deficeret quidem forma gratiæ, sed simul deficeret Sacramenti validitas; quia deficeret dolor sufficiens ad valorem, esto ob invincibilem ignorantiam non peccaret; & sic deficeret materia proxima necessaria, quæ est dolor reconciliativus cum Deo, qui saltem implicitè, & virtualiter detestationem omnium mortalium, etiam inculpabiliter oblitorum, includit.

3090 Confirmatur 1. Iste talis, vel ita doleret de pecc ato furti, ut dolor esset reconciliativus cum Deo, ut scilicet iste talis intenderet se reconciliare cũ Deo medio sacramento; vel non: si secundum, sacramentum esset quidem informe, sed invalidum ob defectũ materiæ necessariæ: si primum, sacramentum esset non solùm validum, sed etiam formatum gratia; quia talis dolor reconciliativus cum Deo continet implicitè, & virtualiter detestationem omnium mortalium: sicut liquet de actu perfecte charitatis, qui virtualiter continet detestationem omnium peccatorum mortalium, quamvis homo eorum non recordetur; quia actus ille cum affectu ad mortale peccatũ stare non potest; & ita universaliter omnis amor efficax alicujus boni continet virtualiter, & implicitè detestationem mali contrarii; sic pariter est de dolore reconciliativo cum Deo dicendum.

3091 Confirmatur 2. Nisi offendens efficiter detestetur offensam amico illatam, habeat firmum propositum eum amplius non offendendi, non potest dici, quod habeat verum, & sincerum animum se reconciliandi cum amico, sed simulatum, & fictum: ergo dolor reconciliativus peccatoris cumbens cludere debet efficacem detestationem offensis commissis, & firmum propositum eum ampliùs non offendendi, sed dolor detestativus virtualiter, se extendit ad eam offensam factam; ergo implicat esse dolorem reconciliativum, & ad omnia peccata, ea oblita, non se extendere.

3092 Quòd dolor debeat esse reconciliativus, constat? quia quæstio procedit supposita inimicitia hominis cum Deo, & peccatis mortalibus non jam confessis, nec absolutis, minimè de venialibus; quia venialia sunt materia sufficiens, non necessaria ita ut si quis confiteretur unum sine ulla advertenter, adhuc vi Sacramenti haberet effectum augmenti gratiæ: Unde Trid. sess. 14. cap. 3. de fructu Sacramenti Pœnitentiæ quens ait: *Sanè verò res, & effectus hujus Sacramenti, quantum ad ejus vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum Deo.* Accidicitur Sacramentum reconciliationis: *num.* 3054.

3093 Dices 3. Potest dari casus, quis omnia peccata confiteatur, & de eis bus verè doleat, habeat tamen affectum unum mortale? sed in hoc casu sacramen est validum, cum adsit sufficiens dolor tamen informe, & absque effectu gratiæ allatum affectum? ergo, &c.

Resp. Vel nomine *affectus* ad pecc intelligitur inclinatio naturalis ad illud

rum Sacramentum, & erit validum. & formam Sacramenti pœnitentiæ, & effectus gratiæ, cum gratia; quia potest stare validitas Sacramenti pœnitentiæ, & effectus gratiæ, cum relatione ad aliquod peccatum, imò cum probabili prævisione reincidentiæ; quia hi actus naturales, primus appetitus sensitivus, secundus intellectus. Vel intelligitur voluntas peccandi illo peccato, & sic utique Sacramentum est informe; est tamen invalidum ob defectum materiæ necessariæ, nempe doloris efficacis reconciliativi.

Implicat igitur, quòd sacramentum pœnitentiæ sit informe, & validum.

Quæ rationes si attentè Lector perpendet, non probabit sententiam Scoti esse probabiliorem, & simul tutiorem, cum non exponat Sacramentum frustrationis periculo, ac proinde conformem decreto Innoc. XI. de sententia opinione tutiori, quando agitur de Sacramenti valore: v. n. 75.

CONFESSIO

Est accusatio de propriis peccatis coram Sacerdote legitimo ad eorum remissionem obtinendam per absolutionem.

3095 Qualitates, seu conditiones bonæ confessionis sunt sexdecim, his contentæ versibus:

Est simplex, humilis confessio, pura, fidelis,
Integra, frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,
Integra, secreta, lacrimabilis, accelerata,
Fortis, & accusans, & sic parere parata.

1. *Simplex* veritatem aperiens sinè historiarum, & rerum impertinentium admixtione.

2. *Humilis*, sinè audacia, aut jactantia.

3. *Pura* cum animi puritate, & intentione recipiendi finem Sacramenti, non ob vanam gloriam, &c.

4. *Fidelis* referens certa pro certis, dubia pro dubiis sinè mendacio.

5. *Frequens*, ut frequenter quis confiteatur.

6. *Nuda* non palliata coloribus, sed clarè, & distinctè peccata explicentur sinè diminutione, aut æquivocatione.

7. *Discreta*, ut peccata verbis honestis explicentur, & probus confessarius eligatur.

8. *Libens*, ut fiat sponte, non coactè.

9. *Verecunda*, cum pudore.

10. *Integra*, requiritur enim integritas materialis, videlicet, ut omnia mortalia, quæ memoriæ occurrunt non jam confessa, eorúmque numerus, & circumstantiæ, quæ speciem mutant, aperiantur: ex Trid. *sess.* 14. c. 5.

11. *Secreta*, ut non fiat coram aliis, nisi urgente necessitate, ut infra de dimidiatione: v. n. 2912. & 3154.

12. *Lacrimabilis* cum dolore saltem interiori.

13. *Accelerata*, ut commisso peccato, confessio non diu differatur. Commisso gravi peccato, præsertim carnis, non debet quidem quis diu confessionem differre, ne labatur in pejus; sed indecens est, si statim ad Sacramentum accedat, nisi necessitas urgeat; debet enim priùs, placata sensus rebellione, se disponere per cognitionem, & dolorem patrati delicti, ut sic quàmprimùm cum debita reverentia Sacramentum suscipiat.

14. *Fortis*, cum animi constantia, ne ob pudorem, aut timorem, aliquod peccatum mortale omittat.

15. *Accusans*, ut fiat per modum accusationis, nec excusationis.

16. *Parere parata*, videlicet cum animo pœnitentiam implendi, & confessarii consiliis standi.

3096 Ex his conditionibus solæ tres sunt necessariæ ad sacramenti valorem, nempe fidelitas

identitas, integritas, & dolor : *v. num.* 3040. & 3050.

EXAMEN.

3097 PRo integritate materiali est necesse ut præmittatur examen sufficiens Diligentia in examine non debet esse summa, & scrupulosa, sed mediocris, & humana, qualem vir prudens in arduis negotiis adhibet etiam si putet major, & nova diligentia se plura reperturum. Scotus *in 4. d. 17. q. nu. litt. M. dis. 9. q. nu. litt. B.*

3098 Ad tollendos scrupulos notanda est doctrina Sancii *in selectis dis. 41. num. 18. quòd post mediocrem istam diligentiam adhibitam in conscientiæ examine, non teneatur quis (etiam si non sit scrupulosus, sed expertus) ulterius de anteacta vita cogitare, & si aliquid occurrat, quod putet non fuisse in confessione explicatum, potest sibi persuadere, cum cæteris id memoratum fuisse.* Hanc doctrinam communiter famosam, & celebrem vocant Doctores, præsertim Diana *par. 3. tract. 4. res. 108.* Volpi *res. 146. num. 11.* Sa. Busem.

3099 Hanc autem doctrinam Sancii amplector loquendo de cõfessionibus antiquis, & in vita præterita actis, atque etiam in confessionibus generalibus; quia aliàs utique gravis perturbatio, nõ confusio mentis posset oriri, quam Deus non vult; minimè ie confessionibus ordinariis, & regulariter; licèt enim post dictam diligentiam non sit de anteacta vita cogitandum, regulariter tamen loquendo, si aliquod peccatũ occurrat, quod quis prudenter, & non scrupulosè dubitat non esse confessum & maximè, quod certò scit se non esse confessum, tenetur illud confiteri, quia hoc secundum est certò cognitum, ut oblitum, & nos tenemur in confessione sequenti exprimere peccata ob quamcumque causam oblita, quia cum fuerint absoluta in directè, sunt subjicienda clavibus. In dubio autem de confessionibus aut generalibus, potest quis prudenter babiliter judicare, se illud esse confes longa distantia temporis, aut m materiæ non permittit divinam m Hac adhibita limitatione laudè digna cii doctrina : *vide propos. 11. ab* VII. *damn.*

3100 Præfata autem diligentia esse eadem in omnibus, sed major nor, considerata distantia inter am confessionem, & pœnitentis condi nempè ejus intelligentiam, & consc nam longè minor requiritur in per moratis & qui frequenter confitentur cerdotes, hi namque ictu oculi inte pra diem præteritam, faciliter pecca sunt, reperiunt. & Et timorati, si in mortale ceciderint, haut meliùs, quam recordantur, quia ab eo tunc, qui pen let eos mordere, & affligere cõscientia

3101 In examine magna uti debet rius prudentia si enim ipse sit doctus, eum accedat pro confusione pœnitens sine sufficiente examine, melius est terrogare, & juvare, ut numerum, ciem peccatorum declaret, quam ut diligentiùs se examinet; quia ver creditur id illi fore minùs utile, & m cata declaraturum mediis confessa gationibus, quam si ipse per se confes discuteret

3102 Idem sæpè contingere pote fessionibus plurium annorum, si pen vitiis deditus, nesciat quò se vertere, incipere

3103 Non tenetur quis cujusvis m peccata scribere ne memoria excidant præceptum est de aperiendis peccati sunt in memoria.

3104 Viri docti interrogari non solent, quia prudenter creditur eos exprimere, quod ipsi oportet.

INTEGRITAS CONFESSIONIS

3105 Est duplex, materialis, & formalis; *Materialis* habetur, quando pœnitens omnia peccata mortalia secundum speciem, & numerum, prout memoriæ occurrunt, confitetur, ita ut nullum eorum remanere agendum: *v. num.* 3142. *Formalis* habetur quando pœnitens omnia peccata mortalia, quæ post memoriæ occurrunt, confitetur, quorum hîc, & nunc potest, ac tenetur, licet aliquid ex necessitate, aut impedimento omissa, cum voluntate illud postea aperiendi, necessitate, aut impedimento cessante. Excusatur quis ab integritate materiali excusatur: *vide num.* 3113. numquam verò ab integritate formali: *ut in nu.* 3070. *v. tom.* 3. *à num.* 178. *ad* 292.

3106 Si quis habens mortalia, & venialia confiteatur uni mortalia, postea alteri quem bonam opinionem conservat omnia verecundia affectus confiteatur venialia, non peccat contra confessionis integritatem. Leander, Bonac. Arsdekin *tom.* 3. *q.* 217. *num.* 13. quia venialia non sunt materia necessaria: Et mortalia respectu posterioris confessarii, cum supponantur ritè confessa, & absoluta à priori, pariter non sunt materia necessaria.

3107 Moribundus, seu in periculo mortis constitutus, qui loquelam amisit, absolutè non est absolvi, si nutu, aut signo aliquo contritionem petat; vel dolorem de peccatis ostendat; quia per tale signum dat materiam sufficientem, nempè peccata in genere. Idem dicendum si signa in absentia confessarii dederit, antequam ab aliis illi renuncientur.

3108 Si moribundus nullum signum dederit, aut dare possit, non esse absolvendum tenent Dian. *p.* 3. *tr.* 3. *res.* 8. *p.* 9. *tr.* 6. *res.* 20. Busem. & alii; quia nulla est data materia, nec explicitè, nec implicitè per aliquod signum sensibile. Nec Judex potest dare sententiam reo, nisi accusatio explicita, aut per signa sensibilia præcedat.

Dico tamen esse absolvendum sub conditione, si prius probè, & Christianè vixerit, & Sacramenta frequentaverit, Leander *de Pœnit. tr.* 5. *d.* 5. *q.* 46. Tamb. Volpi *res.* 149. *num.* 17. & quamplures alii, 1. Quia de hujusmodi viro probo in articulo mortis constituto, prudenter dubitari potest, an prius confessionem petierit, & non fuerit auditus, aut aliquod signum externum dederit, quod non fuerit visum; imò dubitari potest, an etiã de facto aliquod signum exrernum det, quod propter ejus virtiũ imbecillitatẽ non videatur.

2 Quia ad recipienda Sacramenta Eucharistiæ, & extremæ unctionis in articulo mortis, sufficit, quòd per vitam Christianam, quàm quis duxit, implicitè ostenderit voluntatem ea recipiendi in articulo mortis.

3 Quia in dubiis, aut opinionibus circa necessaria ad salutem, tutior pars est amplectenda: ut patet ex *num.* 77. sed in casu agitur de re necessaria ad salutem, & adest dubium, aut opinio pro utraque parte; igitur tutior pars est eligenda, qualis est pars affirmativa. Eò maximè quia omne cessat periculum irreverentiæ Sacramenti, & sacrilegii, dum absolutio sub conditione datur.

Ideò hanc opinionem (ut refert Diana *p.* 3. *cit.*) amplexus est in praxi Clemens VIII. qui videns quemdam è fabrica S. Petri cadentem ex remoto loco, statim absolutionem sub conditione dedit, dicens: *Si es capax, ego te absolvo à peccatis tuis,*

3109 Hac occasione Clericatus *cap.* 123. *nu.* 4. casum proponit, qui sequitur:

[Quid dicendum, si quis petat Confessionem in articulo mortis, & ibi non adsit, nisi Sacerdos mutus: an talis Sacerdos audiens peccata, possit absolvere nutibus, vel scribendo in pagina? *Ego te absolvo?* Resp. Doctores in hoc casu tumidè consentire, ut sic data absolutio sit forma valida Sacramenti; nam certum est, eam consistere in verbis. Porrò stante casu extremæ necessitatis, docent, melius esse, ut sic mutus Sacerdos absolvat, quàm ut se omninò retrahat; nam sicut moribundus, qui supponitur dolere de peccatis, potest absolvi, quamvis signa expressa non dederit, sic videtur non reprobanda talis absolutio. Diana *part.* 11. *tract.* 6. *res.* 14. Coton. *ubi supra n.* 2. & 3.]

QUÆRES.

3110 *An, si quis non possit peccatum aliquod mortale, aut circumstantiam confiteri, sine manifestatione complicis, possit, aut debeat illud tacere, non alio imminente damno, nisi sola notitia, & infamia apud Confessarium?*

Affirmant, quòd aliis peccatis confessis, debeat illud tacere, cum proposito illud postea aperiendi capta opportunitate alterius Confessarii. Diana *p.* 1. *tr.* 7 *res.* 49. Volpi *res.* 150. *n.* 7. & alii plures; quia præceptum de servanda fama proximi, cum sit juris divini naturalis, fundatum in illo principio: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris*: magis urget, quàm præceptum de integritate materiali confessionis, cum sit juris divini positivi.

3111 Respondeo negativè, nimirum pœnitentem non debere illud peccatum tacere, sed confiteri, si alius Confessarius, qui complicem ignoret, non adsit, & non possit aliter peccatum, vel circumstantiam explicare, quin complicem manifestet. Scotus *in* 4. *d.* 21. *q.* 2. *lit. L.* D. Bonav. D. Thomas, Antonius, & D. Bernardus, quos citat, & sequitur Leander *de pœnit. tract.* 5. *n.* 61. *cum communiori.*

Probatur: Præceptum Christi de integritate materiali confessionis obligat, pœnitentem ad manifestanda propria peccata, & subeundam apud Confessarium infamiam propriam, si quæ sit: ergo à fortiori obligat ad eadem manifestanda, & subeundam apud Confessarium infamiam complicis, si qua sit. Sequitur ex disparitate non affingenda, & à fortiori; quia magis quis tenetur propriam, quàm ad alienam famam servandam. Tum quia peccator, per hoc, quod peccat, cedit juri suo quoad famam apud Confessarium.

3112 Cæterùm nullam infamiam ostenditur ad hominem. Ex Diana *p.* 3. *tr.* 5 *res.* 32. non infamat proximum, qui peccat mortaliter, qui adulterium secretum uxoris communicat viro tacituro per modum consultationis, aut injuriam illatam ad leniendum dolorem: ergo non infamat complicem, nec peccat, qui primum peccatum sine manifestatione complicis confiteri non valens, illud omittit, & accusat confessario per modum confessionis sacramentalis, & ad vitam animæ eligendam. Sequitur à fortiori, quia amicitur sigillo naturali, confessarius Sacramentali: *v. num.* 2750. & 2759.

DE DIMIDIATIONE CONFESSIONIS.

3113 URgente gravi necessitate, potest licitè dimidiari Confessio, & Sacerdote in ordine ad celebrandum, & à laico in ordine ad communicandum Communionem, *de num.* 284. *in tom.* 3. Hæc autem necessitas, seu causa ab integritate materiali excusans, non debet esse quæcumque, sed

...cem, *de n.* 285. *ad* 289. *tom.* 3. sed sola ...ecessitas physica, aut moralis, ita ut ex ...ente urgeat necessitas celebrandi, aut ...municandi, & ex alia adsit impotentia ...ficiendi.

IMPOTENTIA PHYSICA

3114 HAbetur, 1. Si immineat periculum mortis, & patiens non habeat tempus confitendi omnia, 2. Si immineat naufragio moribundorum, ut tempore pestis naufragii, subiti prælii, incendii, &c. In his casibus, possunt omnes simul dicere peccato, quod minùs infamat, vel [dicunt alios [si aliter fieri non possit] dicunt in genere, *se esse peccatores*, absolvi ...que verba: *Ego vos absolvo*, &c. 3. Si intellectus nimis fatigetur in dicendis peccatis, ...ccatis dimidiare, & in posterum relinquat ...est absolvendus, ne morte præveniatur absolutione decedat.

3115 Vir ignoti idiomatis non habens ...Confessarii, qui illum intelligat, potest ...imidiare confessionem, non solum in ...præcepto Divino, sed etiam Ecclesiastico; ...quia in eo casu facit, quod moraliter ...Idem dic de muto, aut valde balbutiente ...lingua, qui signis confitentur, quomodocumque; ita Leander *de Sacr. Pœnit. q.* 56. *...p.* 3. *tr.* 4. *res.* 131. *v. n.* 2912.

IMPOTENTIA MORALIS

3116 HAbetur, quando non leviter, sed prudenter timetur grave damnum temporale, vel spirituale proprium, vel ...rum, *ut in tom.* 3. 284. 289.

3117 In his casibus licita est dimidiatio confessionis non solùm in articulo mortis, & ...do obligat præceptum divinum, aut ...ecclesiasticum confitendi, sed etiam quando ...non obligat, si non brevi, sed longo tempore esset differenda confessio; quia diu privari fructu hujus Sacramenti, est notabile damnum: ita Leander, Diana, & alii.

3118 Circa peccata, quæ tacet, non requiritur contritio, sed sufficit attritio, & propositum confitendi illa cessante periculo, seu impotentia, quia per sacramentum jam ab illis indirectè absolvitur: *v. tom.* 3. *n.* 288.

3119 Non licet dimidiare confessionem ratione magni concursus pœnitentium, & sic dimidiatè confessos absolvere; quia qui habet necessitatem confessionis valde longæ, potest, & debet ad aliam diem expeditiorem remitti. Tum quia id cederet in scandalum, & animarum perniciem; nam perditi possent diem magni concursus eligere, ut sic dimidiatè confiterentur, & absolverentur, quando materia exposceret specialem confessarii curam, & medicinam, quam ob pœnitentium multitudinem adhibere non valet.

3120 Si autem occurrit necessitas confessionis adeo longæ, ut tunc perfici non possit, & ex alia parte non possit ille sine scandalo, damno, aut infamia Missam, seu communionem omittere, tunc potest ille cum sola contritione, & voto confessionis celebrare, aut communicare; vel si prudenter timet contritionem sibi difficilem, potest attritus confiteri dimidiatè. Diana *p.* 5. *tr.* 3. *res.* 75. *tr.* 15. *res.* 53 Similiter quando Parochus deferens Eucharistiam ad infirmum, audiens brevem reconciliationem, advertit eum teneri ad longam Confessionem, quam sine scandalo, & infamia tunc prosequi non potest, potest dimidiatè confessum absolvere, communicare, & redire ad Confessionem: *v. propos.* 59. ab Innoc. XI. *damn.*

CASUS.

3121 SAcerdos, aut laicus habens cum non reservatis casum reservatum,

si urgeat necessitas celebrandi, aut communicandi, & solum adest confessarius valens à non reservatis absolvere, probabilius mihi est, quòd debeat confiteri inferiori, tam non reservata, quàm reservata; quia præceptum de præmittenda Confessione obligat ad integram, nedum formaliter, sed etiam materialiter; à qua integritate materiali solùm excusat necessitas cadens supra ipsam dimidiationem, non supra celebrationem, uti est in casu; damnum namque, aut infamia non timetur ex Confessione reservati, sed ex omissione celebrationis. Et sic absolvitur ab omnibus peccatis, directè à non reservatis, indirectè à reservato, & non dimidiatur Confessio. Volpi *ref.* 63. *num.* 11. *v. à. num.* 3358.

3122 Peccatum dicitur *directè* absolvi, quatenus aperitur Confessario habenti legitimam potestatem in illud, qui proinde illud directè absolvit: *Indirectè*, quatenus absolvitur ratione concomitantiæ cum peccato directè absoluto: quod dupliciter contingere potest.

1. In peccatis oblitis, quæ, quando quis confitetur, dicuntur absolvi indirectè, ex vi absolutionis directè datæ supra peccata confessa, in quantum non potest remitti unum peccatum sine alio, sed gratia omnes expellit.

2. Quando quis urgente necessitate celebrandi, aut communicandi, confitetur Confessario inferiori plura peccata, quorum alia sunt reservata, alia non reservata; tunc à reservatis absolvitur, non directè, quia ea non cadunt sub potestate Confessarii, sed indirectè ex vi absolutionis directè datæ supra non reservata, cum onere, ut postea accedat ad superiorem, aut Confessarium, ut ab eo absolvatur à reservatis directè; cui solùm sufficit, ut confiteatur ipsa reservata, minimè alia, quia ab aliis jam fuit directè abs[olutus]

3123 Si autem casui sit annexa excommunicatio reservata, tunc Confessarius non potest pœnitentem absolvere directè a peccatis non reservatis, & indirectè à reserv[ato] at non potest absolvere à censura reserv[ata] absolutio enim à censuris est distincta ab solutione à peccatis, unde ille à peccatis solutus, remanet censura ligatus: quo obstante, potest confiteri uti supra coram riori, & inde à peccatis absolutus licè lebrare, aut communicare. Dian. *p.* 1. *ref.* 104. *p.* 5. *tr.* 13. *ref.* 10. quia ille eb[et] dispositus; nam absolutio à peccatis, fusio gratiæ potest per accidens haberi nente censura, quoniam gratia non e compossibilis cum censura; qui casu tingit, si pœnitens oblitus censuræ confitetur, & à Confessario inferiori ræ inscio, aut ignaro absolvatur: m evenit scienter in casu urgentis celebrandi, aut communicandi, quia ceptum Ecclesiasticum censuram impo non obligat cum tanto detrimento.

3124 Debet tamen Confessarius necessitatis pœnitentem censura ligatum à peccatis absolvens, curare, tequam absolvatur, præmittat pro nem de comparendo coram superiore aut per alium, quamprimum potet do mandatis Ecclesiæ, & de satisf parte, si censura est ob casum, quo partis: quòd si postea ex sua culpa præsentet, aut compareat, tunc nova sitate celebrandi, aut communicandi te, major cautio est exigenda, puta tum; & si pertinax sit in non compa est ei neganda absolutio, ut aliis, emendatio desperatur. Diana *p.* 5. *tr.*

3125 Denique, si Sacerdos celebra & laicus communicaturus habeat solu

dum reservatum, tunc necesse est, ut sibi consulat, & evadat in gratia per contritionem, & sic communicet, aut celebret, Confessione tamen præmissa, quia tale reservatum nullo modo potest absolvi à Confessario inferiori; non directè, quia non cadit sub potestate legitima Confessarii; nec indirectè, quia non contingitur aliud peccatum non reservatum in absolutionis, cujus per concomitantiam absolvatur. Volpi *cit. v. n.* 3360.

3126 Idem etiam venit dicendum extra casum necessitatis communicandi, si Confessarius ignarus pœnitentem de casu reservato, quem esse reservatum ignorat, sine legitima facultate absolvat: tunc namque, si pœnitens non subjicit Confessario inferiori peccatum reservatum, non remanet in illo absolutus, ex defectu jurisdictionis Confessarii, licèt bona fides eum à sacrilegio excuset, à communicet: si verò unà cum reservato subjicit Confessario aliud peccatum non reservatum, tunc quidem remanet ab omnibus absolutus, directè à non reservato, indirectè à reservato, cum onere tamen accedendi ad superiorem pro reservato, superveniente notitia, quòd Confessarius prior habebat facultatem super illo.

DE CIRCUMSTANTIIS PECCATORUM.

Circumstantia, *est accidens actui humano adjacens.* Circumstantiæ sunt septem.

Quis, Quid, Ubi, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo, Quando.

Quæ sunt necessariò in Confessione aperiendæ, si mutent speciem.

QUIS

Significat qualitatem peccantis, v.g. in peccato fornicationis, an sit conjugatus, voto castitatis ligatus, &c.

3129 Religiosus professus non tenetur exprimere circumstantiam Religiosi, sed voti, etiam si sit Sacerdos; quia sola virtus castitatis, & Religionis, tam à statu Religioso, quàm ab utroque voto intenditur. Nec explicare tenetur circumstantiam voti solemnis; quia votum solemne, & simplex non variant speciem, sed differunt accidentaliter secundum magis, & minus. Pariter mulier habens rem cum Religioso Sacerdote, sufficit, si dicat: *Habui rem cum habente votum castitatis.* Diana *p.* 3. *tr.* 4. *res.* 67.

3130 Conjugatus habens rem cum conjugata, tenetur utriusque statum exprimere; quia habetur in eo actu duplex malitia, & injustitia, quæ licèt sit ejusdem speciei, & contra eamdem virtutem, est tamen explicanda, ut explicetur peccatum in individuo, quod factum est, quod aliàs non explicaretur. Tum quia frangere fidem, & cooperari, ut alter frangat fidem, sunt diversæ speciei. Idem dic, si uterque sit ligatus voto Castitatis: *v. num.* 2141. & 553.

Subditus injuria afficiens, aut percutiens superiorem, non sufficit, si dicat se percussisse, &c. Religiosum, sed debet circumstantiam superioris aperire; quia addit malitiam specialem contra observantiam superiori debitam.

Si quis haberet rem cum muliere dormiente, deberet circumstantiam aperire; quia inferret injuriam, nam dormiens est quasi invita: *v. num.* 2143.

3131 Prælatus, seu superior non tenetur in peccato fornicationis, aut alio peccato hominnis, circumstantiam prælationis exprimere, nisi peccet cum publicitate, & scandalo; quia talis circumstantia non mutat speciem: excipe peccata superioris, quæ scilicet ejus concernunt officium.

3132 Frigidus, & Eunuchus, si fornice-

tur, aperire tenetur circumstantiam impotentiæ generandi; quia mutat speciem contra naturam, nam ejus caret fine, ad quem est à natura ordinata. Diana *p. 3. tr. 4. res.* 139.

3133 Religiosus habens votum solemne castitatis, si faciat votum se non polluendi, & se polluat, non tenetur exprimere hoc votum. Leander, quia utrumque votum eamdem virtutem intendit, imò secundùm non est distinctum, sed confirmatio primi.

QUID

3134 Circumstantiam se tenentem ex parte materiæ, & objecti peccati: v. gr. in furto, an calix sit consecratus, in percussione, an percussus sit Clericus, Pater, Mater, superior.

3135 Qui plura vota de diversis materiis ex se non præceptis emisit, illa omnia violans, sufficit, si dicat: *tot vota per tot vices fregi*: quia omnia sunt ejusdem speciei. Si verò sint de materiis ex se præceptis, tenetur illa exprimere, v. gr. fregi votum castitatis, non furandi, &c. Idem dic, si jejunium illius diei, ad quod tenetur ex voto, aut præcepto, fuisset injunctum pro pœnitentia sacramentali; tunc namque illud frangens deberet exprimere votum, præceptum, & onus satisfactionis sacramentalis ob malitias specie distinctas, quas inde contraheret actus, ut infra dicemus de distinctione specifica, & numerica, *& num.* 3193.

3136 Secus est dicendum, si actus sit contra plura præcepta, aut contra votum pluries emissum. Unde si quis omittat sacrum die Dominico, quo occurrit festum Sancti, sufficit, si dicat se omisisse sacrum die festo; idem dic de voto replicato, quia præcepta, & respectivè vota sunt ejusdem rationis, ac proinde actus non desumit ex illis malitiam specie distinctam, juxta dicta in *loc. cit. num.* 1850.

UBI

3137 Locum peccati, v. gr. pollu... Ecclesia: *v. à num.* 559. ad ... *Quibus auxiliis*, personam, qua usus est ... medio ad patrandum peccatum: v. gr. ... provocandam mulierem usus est alia ... ere, quod addit malitiam scandali ... charitatem: *v. à num.* 328. *ad* 331. Cae... nem peccantis: v. gr. si quis furetur pecu... am ad fornicandum. *Quomodo*, modus ... quo peccatum committitur: v. gr. ... habeat rem cum muliere adhibendo ... tiam. *Quando*, tempus, v. gr. si confessa... tractavit inhonesta cum muliere, quando ... confitebatur.

3138 Circumstantiæ, aliæ sunt materiæ ... speciem, quæ scilicet faciunt peccatum ... poni ad virtutes, seu honestates spe... ctas, ac proinde constituunt peccatum ... specie distincta, ut in allatis exemplis, & ... quibus fusè facta est mentio in propria ... teriis, præsertim *in 6. præc. dec.*

3139 Aliæ sunt aggravantes in ... tum, quæ scilicet materiam venialem in... ferunt in mortalem: ut mendacium cum ... vi damno proximi: quæ dicuntur aggra... tes in infinitum, quia quasi infinitè ... in gravitate distat à veniali: & hæ sunt ... sario aperiendæ.

3140 Aliæ sunt aggravantes, vel mu... tes intra eamdem speciem, quæ peccatum ... aliam speciem non transferunt, sed ... amdem speciem augent, vel minuunt. ... stæ, aliæ sunt parùm aggravantes, quo... tum est non esse necessariò aperiendas; ... sunt *notabiliter aggravantes*, quæ scilicet ... ciunt unum peccatum mortale plu... mortalibus intra eamdem speciem in gra...

æquiralere: ut est furtum mille aureorum, respectu furti viginti aureorum. De hac re.

DIFFICULTAS.

3141 *An sint necessariò in confessione aperienda.*

Prima opinio tenet, circumstantias notabiliter aggravantes per se non esse necessariò aperiendas, sed aliquando per accidens, si scilicet propter talem circumstantiam haberetur censuram, vel reservationem. Sanch. *tr. 7. res. 1. part. 3. tr. 4. res. 95. p. 5.* Bonac. *res. 56.* Leander *de pœnit. tr. 5, dis. 8, q. 4.* Diego, Toletus, Arsdekin *in to. 2. pag. 227.* Filliucius *tr. 26.* Mastrius *dis. 21. quæst. 7, n. 174.* cum fere 60. Doctoribus apud Dianam, Tract. 4.

3142 Ratio est; quia Conc. Trid. *sess. 14. c. 5. can. 7.* enumerans ea, quæ in Confessione ad necessitate exprimenda, nullam mentionem facit de circumstantiis notabiliter aggravantibus, sed obligationem restringit ad numerum peccatorum, & ad circumstantias mutantes speciem; in doctrinalibus autem quando ea recensentur, quæ necessaria, si alia prætermittuntur, eo ipso virtute declarantur non esse necessaria: eò fortè quia, Conc. addit hæc verba: *Nil aliud à Ecclesia pœnitentibus exigitur.* Igitur non apparet præceptum, & nulla obligatio circumstantias notabiliter aggravantes aperiendi.

Tum quia opinio affirmativa est scrupulorum fomentum, valdè enim perturbaretur conscientia, & valdè durum esset, si teneretur fatebere, in qua quantitate circumstantia notabiliter aggravans, & in qua non; quorum non est major ratio, cur in furto quantum mille aureorum sit notabiliter aggravans respectu furti viginti aureorum, & non sic furtum viginti aureorum respectu furti unius aurei; sicut enim primum furtum est in quantitate æquivalente pluribus mortalibus, ita secundum.

Nec id requiritur, ut sit regula Confessario in danda medicina, ut obliget ad restitutionem; quia confessarius per hoc præcisè, quòd audiat furtum esse mortale, obligat pœnitentem ad restitutionem.

Unde concludunt, eum, qui furatus est, v. g. mille, sufficere, si dicat: *Commisi furtum mortale.*

3143 Secunda opinio, cui adhæreo, affirmat esse necessariò aperiendas. Scotus *in 4. dis. 17. q un. de 2. art. lit. N.* his verbis: *Nec solùm peccata, sed circumstantias peccatorum notabiliter aggravantes includit dictum præceptum*; qui non potest explicari de circumstantiis mutantibus speciem tantùm, nam exemplum affert de perseverantia, & diuturnitate peccati, quæ quidem non mutat speciem, sed solùm aggravat. Cajet. Sotus, Victoria, Ledesma, Joan. la Cruz. & alii. Ratio est, quia multoties sunt circumstantiæ tales, quæ intra eandem speciem ita aggravant peccatum, ut judicio prudenti majorem malitiam afferant, quàm si adderetur circumstantia mutans speciem, igitur si circumstantia mutans speciem est necessariò aperienda, ita circumstantia præfato modo aggravans, quæ proindè dicitur notabiliter aggravans.

3144 Circumstantia igitur notabiliter aggravans non est illa, quæ solùm facit unum mortale pluribus intra eamdem speciem æquivalere; alioquin, qui fornicatur, non tantum deberet explicare copulam, sed etiam oscula, & tactus impudicos antecedentes, concomitantes, & consequentes proximè peccato principali, ad quod ordinantur, connexa; quod secundum communem est falsum; *Sed est illa, quæ ita intra eamdem speciem*

em

em peccatum aggravat, ut judicio prudenti majorem malitiam afferat, quàm si adderetur circumstantia mutans speciem.

3145 Hac ratione est circumstantia notabiliter aggravans, 1. In furto quantitas mille aureorum respectu viginti, 2. Excessiva diurnitas; v. gr. perdurare in odio, & voluntate occidendi inimicum plus quàm per tres menses, de qua perseverantia explicat Scotus *cit. v. tom. 3. num. 266.* 3. Talis est (per plures, qui tenent, gradus consanguinitatis non differre specie) circumstantia copulæ cum matre, aut patre, 4. Talis respectu homicidii facti per scopletum, est occisio hominis patrata cum excessiva sævitie, v. gr. cum obtruncatione nasi, linguæ, manuum, &c. Quem quæso (si non sit fera) non horret notabiliter tam excessiva crudelitas, ut certò non judicet hanc esse circumstantiam majorem gravitatem homicidio afferentem, quàm sit alia circumstantia mutans speciem, putà quàm si occisio per scopletum esset facta ad fornicandum?

Hæ quidem, & similes circumstantiæ notabiliter aggravantes, sunt necessariò aperiendæ Confessario tam ut medico, quàm ut judici, quia validiori indigent medicina, qua curentur, & majori satisfactione, qua purgentur, exemplo desumpto ex morbo, & delicto physico.

Neque hæc sententia est scrupulorum fomentum, si pœnitens probum & doctum Confessarium consulat; & si hæc teneatur regula, quòd *in dubio, an circumstantia sit notabiliter aggravans, censeatur non esse notabiliter aggravantem*; quia nemo est spoliandus libertate ob obligationem dubiam: *v. num. 41.*

De Circumstantiis plura alia dicta sunt in propriis materiis.

CONFESSIO ABSENTIS.

3146 NOn potest quis, nec licitè, nec validè, confiteri absenti per litteras, aut nuncium, & ab eo absolvi, etiamsi periatur in articulo mortis, aut imponatur accedendum ad illum, quia v. g. detineretur carcere; &c. ita Scotus *in 4. d. 17. q. Z.* quia Sacramenta exposcunt subjectum præsens. Constat ex ipsa forma absolutionis *Ego te absolvo*, quæ non verificatur de subjecto absente, nam pronomen demonstrativum *Te* significat subjectum præsens, cui subjectum est pariter de præsentia materiæ in Sacramento Eucharistiæ, *n. 2953. & 2974.*

3147 Nec obstat, quòd matrimonium celebretur inter absentes per procuratorem, quia contractus matrimonii (ut bene advertit la Cruz) in quo fundatur ratio sacramenti, non est immutatus à Christo in ipso contractus, sed elevatus in legem gratiæ ratione Sacramenti; ac proinde, quamvis requiratur in ratione contractus, sicut salvatur inter absentes, salvatur etiam in ratione sacramenti: non sic Sacramentum pœnitentiæ, quod in ratione Sacramenti fuit à Christo constitutum, ut requirat præsentiam [illegible] ex ejus forma liquet.

Tum quia talis modus confitendi [illegible] per litteras, aut nuncium, est exposit[illegible] vissimis periculis, revelationis Confessa[illegible] scandali, & aliorum damni, quia ut ait Sco[illegible] tus *cit. ex natura sua est patulus*: quam in grave præjudicium ipsius Sacramen[illegible]

Hinc Clemens VIII. anno 1602. contriam assertionem damnavit ad mitius [illegible] sam, temerariam, & scandalosam, [illegible] sub excommunicatione deceri, aut in [illegible] deduci prohibuit.

3148 Eadem ratione invalida esse [illegible] lutio, si Confessarius præsentem audi[illegible]

gulica per litteras eum absentem absolveret.

3149 Arsdekin *tom. 2. pag. 232.* addit, *si absentis per litteras, aut nuncium Sacerdoti absenti confessus fuisset, & postea ad eum in periculo mortis accurreret, & præter eum sine alia Confessione absolveret, valide & licitè absolveret, sicut si alii testentur, eum moribundum, Sacerdote absente, dedisse contritionis signa, aut Confessionem petisse, potest Sacerdos superveniens illum (si solus destitutum absolvere.* Et Clemens VIII. *non simpliciter absentis Confessionem, sed simul ejusdem absentis absolutionem dimandavit*; ita ille, qui addit, Clemens VIII. super hoc casum consultum, sic respondisse.

3150 Idem docet Mastrius *disp. 21. quæst. 2. 170.* in casu necessitatis, non extra; ma *si infirmus Sacerdoti, cui peccata scri- occurrenti dicat: Me accuso de omnibus quæ scripsi.*

3151 Præsentia pœnitentis non est ne- quòd sit omninò physica, ita ut pœ- ante pedes Confessarii; sed sufficit quatenus statim discessit, est in eo- exemplo, ad prospectum Confessarii, parum distat: Et sic, si Confessarius a- defectum substantialem circa for- commisit, & pœnitens discessit, vel antequam Confessarius perficeret & admiratio esset adstantibus eum posset illum sic moraliter præsen- absolvere. Clericatus *cap. 123. num. 13.* Castro.

3152 Absolutio à censuris potest dari ; quia potest dari extra Sacramen- sed superior facultatem absolvendi cum clausula *in Confessione Sa- tali.* Clericatus *c. 123. num. 14. v.*

CONFESSIO IN SCRIPTIS.

3153 NEmo, etiam si sit impotens confiteri ore, ut mutus, &c. tenetur confiteri in scriptis, aut per interpretem, quia Confessio fuit à Christo instituta *secreta*, & hic modus confitendi est ex natura sua patulus. Scotus *in 4. d. 17. qu. unic. litt. Y.* & Diana *p. 5. tr. 6. res. 4.* Affirmat de impotente confiteri ore, si possit scripto, Leander *de Pœnit. tr. 5. dis. 6. q. 17.* Difficultas autem est, *an fieri possit in scriptis?*

3154 Et quidem in casu necessitatis, quo quis sit impotens confiteri, v. gr. quia mutus, ignotæ linguæ, &c. confiteri potest per nutus, interpretem, aut scriptum, dummodò Confessarius absolvendo sit præsens, quia quòd Confessio sit secreta, & vocalis, non est de essentia Confessionis, sed modus sacramentalis, adeóque in casu necessitatis potest esse publica: *ut in num.* 3114. habetur ex Trident. *sess. 14. c. 5.*

3155 Extra casum necessitatis absolutè affirmat Leander *de pœnit. tr. 5. dis. 6. q. 14. & 15.* quòd, si quis Sacerdoti præsenti tradat in scripto suam Confessionem tacitè legendam, & immediatè ante, aut post dicat: *De his omnibus peccatis scriptis me accuso*, valida, & licita sit confessio, quia implet præceptum Confessionis vocalis, dum voce fatetur peccata ibi scripta esse sua; & cum aliunde de illis habeat dolorem, ponit, quod requiritur ad Confessionis integritatem.

3156 Arsdekin *in tom. 2. pag. 282.* & Moya hanc opinionem sequuntur in casu verecundiæ valde magnæ.

3157 Dico tamen, extra casum necessitatis confessionem in scripto factam confessario præsenti esse graviter illicitã, & inde invalidã. Mastrius *dis. 22. q. 7. n. 168.* Faber, Brancatus, & alii Scotistæ, quia confessio vocalis est

de præcepto divino; constat *ex c. Quem pœnitet de Pœnit. dist. 1. Præcepit enim Dominus mundandis, ut ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali præsentia confitenda peccata, non per nuntium, nec per scriptum manifestanda: dixit enim*: Ora mõstrate, *erubescentia enim victa timore offensi sit venia criminis*: hinc ut insinuat Scotus *cit. litt. Z.* erubescentia non excusat, sed sola impotentia, quoniam erubescentia est à Christo intenta, & inde est magna pars pœnitentiæ.

Tum quia opinio affirmativa potest esse scandalum, & occasio, ut confessio vocalis haud ampliùs, aut parùm præsertim à puellis usitetur, quia cum non possit faciliter discerni, quanta verecundia requiratur, quælibet puella posset affectare, & præsumere suam verecundiam esse magnam, & excedentem, ac proinde à confessione vocali excusari.

3158 A fortiori nec est licita, nec valida confessio, si quis Sacerdoti, qui fuit peccato præsens, dicat: *Me accuso de peccato illo, quod tu scis me heri commisisse*; quia hæc notitia non est sacramentalis, nec si it ordinata ad Sacramentum, sed est extrajudicialis. Scotus *in 4. d. 16. q. 1. litt. E.*

3159 Confessarius autem nullo pacto potest dare absolutionem in scriptis, sed debet eam voce proferre: *v. num.* 3109.

CONFESSIO DE SOLIS CONFESSIS.

3160 COnfessio de solis mortalibus aliàs confessis est valida, & fructuosa: *Fructuosa*, quia habet augmentum gratiæ: *Valida*, quia habet omnes partes; peccata enim confessa considerari possunt ut remissa, & ut commissa; unde absolutio cadit supra illa ut commissa, quo pacto sunt materia sufficiens. Insuper substant novæ materiæ proximæ, nempe novæ contritioni, confessioni, & satisfactioni; requiritur enim novus dolor.

CONFESSIO REITERANDA EST.

3161 QUoties est invalida; quæ est plici capite contingere potest. 1. Ex parte pœnitentis, 2. Ex parte confessarii.

EX PARTE POENITENTIS

3162 EST invalida, & reiteranda confessio, 1. Facta sine dolore, aut ob defectu alterius partis essentialis. Nec ab ignorantia excusat; quia est defectus essentialis, nempe materiæ proximæ, in qua quis voluntariè aliquod mortale omittit. 3. In qua quis accedit cum voluntate peccandi mortaliter; quia tunc non est dolentus, non enim habet verum dolorem, ac positum se emendandi: talis est, qui in occasione proxima peccandi reperitur, quam relinquere potest, & non vult.

3163 In casibus, in quibus quis confitetur, peccat, seu indispositus Sacramentum accedit, sacrilegium commit.

3164 Rudis, qui sine certo animo de grosso modo mortalia indocto confessario confessus est, non tenetur, detecto errore, confessiones reiterare; Leander *de sac. tr. 5. qu. 71.* Diana *p. 3. tract. 4. res 89.* quæ erunt validæ, & fructuosæ, quoniam pro fuerunt directè absoluta; non est autem obligatio iterùm subjiciendi clavibus peccata mel directè absoluta.

3165 Hinc Diana in *sum. ver.* Confessarius quoad Examen *num.* 38. ait: *Caveat pœnitentes perturbet circa validitatem veritarum confessionum. Nam, si interrogillos de numero, respondeant, se numerum expressisse, cum id bona fide relinquendos in bona fide, aut Marnisi aliquod essentiale omisisse confessiones alioquin non integra

esse integra formaliter ratione bonæ fidei, & sic sufficientes.

3166 Non sunt reiterandæ confessiones bonæ fidei factæ post confessionem invalidam, quia jam fuerunt validæ, & fructuosæ ratione bonæ fidei; sed solùm est reiteranda illa, in qua fuit defectus, postquam memoratus fuerit. Hinc qui culpabiliter mortaliter tacuerit, & postea in aliis confessionibus est de illius sacrilegii, quando tandem ejus meminerit, non tenetur ad has repetendas.

NOTA CELEBREM DOCTRINAM.

3167 QUando reiteratur confessio invalida cum Sacerdote, qui priorem illam confessionem non audivit, necesse est omnia mortalia distinctè, & in particulari fatenda, exprimendo peccatum, quod tacuit, & sacrilegium, quod fecit.

Quando verò confessarius est idem, etiam non recordetur peccatorum, nec distinctè, nec confuse, nec pœnitentiæ impositæ, sed tantùm, quòd sibi confessus fuerit, tunc sufficiens defectum commissum, nempe peccatum, quod tacuit, sacrilegium, quod fecit, & peccata nova, si sint; de cæteris verò, dicto confessario auditis, se accusare in genere: *Item accuso me de omnibus peccatis, quæ in confessione invalida tibi aperui.* Quia in priori confessione pœnitens, licet invalidè, tamen distinctè ea declaravit, & confessarius pœnitentiam imposuit. Ità Leander *tract.* 5. *q.* 5. *p.* 91. Dian. *part.* 5. *tract.* 14. *res.* 51. Antonius, Lugo, & alii.

3168 Dico tamen melius cum D. Thoma tenendo esse peccata distinctè, & in particulari, nisi confessarius eorum recordetur tantùm in confuso, aut saltem nisi recordetur in confuso, & in communi status, ac vitæ pœnitentis, quam tunc ducebat, aut pœnitentiæ à se impositæ; Mastrius *disput.* 21. *q.* 8. *n.* 198. Bonac. Navar. & alii: quia si hic non recordetur, non potest confessarius rectè fungi suo munere in medicina, & pœnitentia imponenda; benè verò si præfato modo recordetur.

3169 Hinc praxis est, ut confessarius, si pœnitenti sibi confesso absolutionem differat ad plures dies, vel quia confessio est longa, & non potest eodem die perfici; vel quia pœnitens est indispositus; tunc accedente termino dilationis, licèt non recordetur peccatorum confessorum distinctè, & in specie, sed solùm in confuso, non exigat, ut confessio repetatur, sed ut dolor eliciatur, & absolvit; quia pœnitens jam satisfecit confessionis integritati materiali.

3170 Hac ratione, qui eidem confessario est confessus, hoc modo uti poterit in confessionibus repetendis, si prudenter timeat aut inveniat eas ex defectu veri doloris, propositi, aut ex aliquo capite fuisse invalidas, dicendo: *Accuso me de omnibus illis peccatis, quæ tibi in aliis confessionibus confessus sum.* Vide quantæ utilitatis sit eumdem semper adire confessarium.

EX PARTE CONFESSARII

3171 INvalida, & reiteranda confessio est, 1. Si confessarius verba absolutionis substantialiter vitiaverit, aut intentionem actualem, vel virtualem absolvendi non habuerit, 2. Si careat jurisdictione, 3. Si sit excommunicatus vitandus, quatenus est publicè denunciatus, vel notorius percussor Clerici; quia habet jurisdictionem impeditam. Valida autem est confessio, si confessarius excommunicatus vitandus, si in loco, ubi ignoratur, & communicari errore non habetur, nec creditur excommunicatus; insuper si habeat titulum, quatenus est Parochus,

rochus, aut verè approbatus; quia in hoc casu Ecclesia supplet jurisdictionem, qua ille caret. Leander *cit. q.* 78. *& 79. & com.* Non excusat autem error particularis. Vide fusè à *num.* 3256.

3172 Valida est, & non iteranda confessio bona fide facta cum Sacerdote valdè ignaro, quia ad valorem sufficit notitia de peccato in communi, videlicet, quòd pœnitens habeat peccatum; sacrilega tamen, & inde interanda est, si cum eo scienter, & ex malitia fiat; Leander *cit. qu.* 74. Diana *part.* 3. *tr.* 4. *res.* 121. Quilibet confessarius approbatus est censendus idoneus, nisi certò constet de oppositio.

3173 Valida, non iteranda est confessio facta bona fide cum confessario, qui ob surditatem, sommum, aut distractionem, aliqua mortalia non intellexit sine culpa pœnitentis, & solùm culpa erit in confessario: quòd si pœnitens id postea advertat, sufficit, quòd repetat ea, quæ probabiliter judicat, aut scit non fuisse audita.

3174 Si verò nescit, quod illud fuerit; si confessio est brevis, tenetur omnia repetere, quia de singulis potest prudenter dubitare; si longa, non tenetur omnia repetere; quia in tanta multitudine non potest de singulis prudenter dubitare, sed solùm confiteri debet peccatum illud in communi, dicendo: *Me accuso de peccato illo mortali, quod confessarius non audivit*: similiter, si sint aliqua non audita, quæ pariter determinatè discernere non potest.

3175 Probatur à pari, nam ex superius dictis, qui scit se commisisse aliquod mortale, & non recordatur quale fuerit, tenetur illud in communi, & in genere confiteri: similiter, qui dubitat de aliquo mortali à se commisso, tenetur illud dubium confiteri; & demum, qui dubitat de aliquo peccato in communi, an illud confessus fuerit, tenetur illud dubium confiteri; igitur, qui [illegible] vel dubitat, aliquod, vel aliqua mortalia non fuisse à confessario intellecta, debet [illegible] in communi, & in genere confiteri [illegible] nescit in particulari, qualia illa fuerint.

3176 Debet tamen tunc determinare materiam, quantum fieri potest, v. g. dicendo, *Scio, vel dubito, an confessarius audierit unum peccatum grave meum, & non quale fuerit; sed tempore illo solebam committi tales, vel tales species peccatum.* Diana *part.* 4. *tr.* 4. *res.* 198. Leander *hic tr.* [illegible] *qu.* 86. Tamb. Lugo.

3177 Ad tollendos scrupulos, fidelis, quòd si ob aliquem defectum [illegible] tum contigerit aliqua eorum confessionem [illegible] lida sine eorum culpa, in sequentioribus [illegible] ne valida, peccata illa fuerunt indirecte [illegible] soluta.

DE SATISFACTIONE

3178 SAtisfactio Sacramentalis, *est compensatio pœnæ temporalis debitæ pro injuriam Deo illatam, consistens in opere pio & laborioso à confessario taxato.*

3179 Peccato enim mortali contingit culpa, quæ est offensa Dei, & pœna æterna; per sacramentum pœnitentiæ [illegible] tota culpa, ita ut peccator redeat in Dei gratiam; pœna verò non remittitur [illegible] commutatur de æterna in temporalem [illegible] faciendam in præsenti, vel in alia [illegible] Purgatorio. Hanc pœnam temporalem [illegible] factio sacramentalis compensat ultra [illegible] vires ex opere operato, ita ut majorem [illegible] nam compensat jejunium à confessario positum, quam voluntarie assumptum [illegible] autem soli Deo est nota.

3180 Satisfactio in voto, videlicet [illegible] posito eam adimplendi, est pars essentialis [illegible]

mentì pœnitentiæ, se tenens ex parte materiæ proximæ; in esse autem exhibito. seu in executione, est pars integralis. Scotus *in 4. d. 16. qu. 1. litt. E.*

3182 Hinc pœnitens pœnitentiam accipere tenetur, ita ut qui nullam acceptare vellet, non posset absolvi, quia non esset dispositus, nec verum dolorem haberet: ita communiter.

3183 Plures tenent eum posse pœnitentiam non acceptare, & absolvi, si dicat vel proponat in Purgatorio solvere. Et quamvis Scotus id admittat Scotus *in 4. d. 19. qu. un. litt.* In casu, quo aliàs pœnitens recederet de bono; hic tamen casus est metaphysicus, qui fortè nunquam contigit, adeóque in praxi non est à communi recedendum.

3184 Confessarius verò debet esse prudens in pœnitentia imponenda, quamvis ea non proprie pro peccatis contra Deum, ut dictum, pro pœnitentia injungenda sit oratio, pro peccatis contra proximum, ut avaritia, eleemosyna. Et pro peccatis contra seipsum, ut peccata carnis, jejunium. Confessarius tamen debet uti prudentia, ut pœnitentiam imponat moderatam, convenientem personæ, & conditioni personæ, ac pœnitentis dispositioni: hac ratione sæpè sæpiùs solent confessarii pro peccatis carnis non jejunia, sed orationes injungere. Imò si pœnitens roget, ut aliam pœnitentiam mitiorem imponat, non sit nimis rigidus confessarius, sed pœnitentiam immutet, ante oculos habens illud Matth. 12. *Arundinem quassatam non conteret, & linum fumigans non extinguet.*

3184 Confessarium posse pœnitentiam remittere liberam per modum consilii, non præcepti, tenent Diana, & Bonac. hic.

3185 Probabilius tamen dico non posse. Martinon *disp. 21. quæst. 11. n. 281.* Lugo, & alii, quia Conc. Trid. *sess. 14. c. 8.* præcipit; *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutares, & convenientes satisfactiones injungere, ne, si forte peccatis conniveant, & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, levissima quadam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur.* Quæ verba non indicant consilium, sed præceptum.

3186 Hinc ex una parte confessarius graviter peccat, si sine rationabili causa pro peccatis gravibus valde levem pœnitentiam imponat, v. gr. *quinque Ave.* Rationabilis causa levem imponendi, est extraordinaria contritio, si pœnitens lucraturus sit Indulgentiam, aut Jubileum, quia satisfactio satis ultra habetur per Indulgentiam. Sequitur ex Trid. *sess. 14. cap. 8. Eos fieri peccatorum participes, qui sine justa causa pro gravibus peccatis leves pœnitentias injungunt.* Nec compensant illa verba, *Quidquid boni feceris, &c.* quia sunt deprecativa. Busemb. *lib. 1. tr. 4. c. 3. dub. 4. num. 2.* contra Dianam *p. 3. tr. 4. res. 97.* qui cum aliis affirmat.

3187 Optimum tamen consilium est, quòd injungat pœnitenti, ut ipse applicet merita, & satisfactiones passionis Christi. Utilis pœnitentia sunt Psalmi Pœnitentiales, litaniæ Virginis, aut Sanctorum, Psalmus Miserere: *v. pag. 11. prop. 21.* ab Alex. VIII. *damn.*

3188 Ex alia parte, pœnitens graviter peccat, si pœnitentiam pro peccato mortali impositam non adimpleat aut diù ex negligentia differat. Si confessarius præfixit tempus, v. gr. jejunium. Feria 6. communionem die Dominicò, tunc implere debes: faciliter tamen potest à mortali excusari dilatio ad paucos dies. Si non præfixit tempus. Diana *par. 10. tr. 12. res. 42.* Leander *hic tr. 5. disp. 9. qu. 89.* Escobar, Henriquez, Fernandez, & alii te-

nent posse, sine mortali differri ad unum annum; quia sicut confessio ab Ecclesia præcepta potest differri ad unum annum, ita satisfactio à confessario imposita. Puto tamen adimplendam esse, quam primum commodè potest, ut de voto *à num.* 1841. *ad* 1847. Certum tamen est, quòd non teneatur quis pœnitentiam implere ante absolutionem, aut communionem: *vide propos.* 16. & 17. ab Alex. VIII. *damn.*

3189 Non peccat graviter, si omittat pœnitentiam pro venialibus, aut mortalibus aliàs confessis impositam; nec si de imposita pro mortalibus partem levem omittat: *v. num.* 425.

3190 Qui pœnitentiam adimplet in statu peccati mortalis, non invalidat, aut illicitat confessionem præsentem; quia confessio præsens non vitiatur per mortale futurum. Item satisfacit præcepto, sed non recipit tunc fructum, nempe effectum remissionis pœnæ; illum tamen recipit posteà recedente fictione, quando scilicet evadit in gratia; quia satisfactio suum effectum dat ex opere operato, nempe ex sacramento, quod est vivum; adeóque licèt satisfactio per mortale fuit mortificata, reviviscit recedente peccato.

3191 Sit exemplum de operibus mortuis, & mortificatis: *Opera mortua* sunt illa opera bona, quæ sunt facta in peccato mortali, quod est mors animæ, & hæc quia fuerunt nata mortua, non reviviscunt: *Opera mortificata* sunt opera bona, quæ fuerunt facta in gratia, quæ est vita spiritualis animæ, quæ accedente peccato mortali, evadunt mortificata, quatenus stante societate peccati mortalis non retinent rationem meriti ad vitam æternam; recedente verò mortali, & redeunte gratia per pœnitentiam, reviviscunt in ratione meriti, ex eo quia fuerunt nata viva: hinc sunt versus.

Illa reviviscunt, quæ mortificata fuêre,
Vivere non possunt, quæ mortua nata fuêre.

Opera autem bona, quæ fuerunt nata mortua, licèt non sint meritoria in ordine ad vitam æternam, nec per subsequentem pœnitentiam reviviscant, prosunt ad alios effectus, nimirùm ad obtinenda bona temporalia, ad humiliationem, & ad vitanda gravia tormenta in inferno, juxta versus.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant hæc terræ,
Cor faciunt humile, & minuunt tormenta gehennæ.

3192 Potest pro pœnitentia imposita pus aliàs debitum ex præcepto, vom. gr. jejunium in Quadragesima. Matrin. 21. *quæst.* 11. *num.* 272. Aretinus, Ponc. alii Scotistæ, Lugo, Amicus, Aversa, & quamplures, 1. Quia opus per præceptum nem liberi, & meriti non amittit; hic rationem satisfactionis, 2. Quia opus præceptum potest elevari per claves ad ctum satisfactionis ex opere operato, licèt nemo possit per unicam solutionem duobus debitis satisfacere (quæ est ratio njonis negativæ) hoc est verum ex natura minimè ex gratia, & benignitate unam solutionem pro duobus debitis entis, cujusmodi est Deus; ex Trid. 14. *cap.* 9. habetur: *Docet præterea solùm pœnis, &c. sed etiam temporalibus gellis à Deo inflictis, & à nobis patienter ratis apud Deum Patrem, per Christum sunt satisfacere valeamus.* Et tamen Deus dat in pœnam, juxta illud, *Propter peccata veniunt adversa.* Tum quia id est verum materia justitiæ; at extra materiam duabus obligationibus satisfieri, nihil care, ait Gobat. *to.* 3. *de voto n.* 241.

3193 Qui tamen tale opus, v. gr. je-

gesimæ omitteret, deberet utriusque præcepti circumstantiam in confessione aperire, non præcisè quia contra duo præcepta peccaret, sed quia contraheret duplicitatis specie distinctas, ab ipsis præceptis intentas; præceptum enim Ecclesiæ intendit obedientiam; seu temperantiam; præceptum verò confessarii satisfactionem, & jejunium: *v. num.* 3135.

3194 Hæc dicta volo, quantum ad id, quod potest; regulariter enim non debet imponi pro pœnitentia opus aliàs debitum. Nec pœnitens potest satisfacere per opus aliàs debitum, si confessarius id non exigat.

3195 Potest imponi pœnitentia applicanda pro animabus purgatorii; Tamb. *in Meth. conf. pag.* 407. *num.* 16. Lugo, & alii, quia pœnitentia habet rationem satisfactionis duplici capite, 1. Quantum est ex parte pœnitentis; & hæc prodest animabus, 2. Quantum est ex opere operato, & hæc prodest ipsi pœnitenti; nam est personalis ex institutione Christi, & consequenter pœnitentem frustratur satisfactione.

3196 Pœnitens tenetur per se ipsum pœnitentiam implere, ita ut nec auctoritate papæ, nec Sacerdotis, possit eam alteri committere. Mastrius *disp.* 21. *qu.* 11. *num.* 287. Imo Lugo. Et quidem, quòd non possit id alteri committere auctoritate propria, prorsus certum est; quia licèt alius possit pro eo satisfacere ex opere operantis, ipse tamen, nec alius potest opus illud elevare ad vim satisfactionis ex opere operato; hoc namque spectat ad virtutem clavium, nempè ad ipsum confessarium: hac ratione non potest ipse pœnitens pœnitentiam sibi etiam in melius immutare: *v. pag.* 15. ab Alex. VII. *damn.*

3197 Nec id potest auctoritate Sacerdotis, cum tres actus *contritio, confessio, & satisfactio* sunt materia proxima, quatenus sunt in pœnitente: constat ex Trid. *sess.* 14. *cap.* 3. *Sunt autem quasi materia hujus Sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempè, contritio, confessio, satisfactio, qui quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem, ex Dei institutione requiruntur, hac ratione pœnitentiæ partes dicuntur.*

3198 Præceptum igitur satisfactionis est personale, non minùs quàm præceptum jejunii, audiendi Missam, &c. eò maximè quia pœnitens per pœnitentiam punitur, & curatur adeóque ille, & non alius debet medelam sumere, & pœnam subire.

COMMUTATIO POENITENTIÆ

3199 POEnitentiam ab uno confessario impositam potest alius in benigniorem commutare; non solùm, si sit purè vindicativa, & satisfactiva, sed etiam si sit medicinalis, & præservativa; quia secundus confessarius se habet ut successor prioris in eodem Tribunali, tam ut Judex, quàm ut medicus.

3200 Si posterior confessarius non sit æqualis, sed inferior, potest pœnitentiam à superiori impositam pro non reservatis commutare; minimè, si pro reservatis, quia sicut in reservata non habet jurisdictionem, ita non potest illis judicium efformare, imponendo pœnam; benè verò pro non reservatis, quia quoad illa est æqualis.

3201 *Commutatio pœnitentiæ*, si fiat ab eodem confessario, fieri potest extra Confessionem, usquequò habet notitiam confusam peccatorum; quæ commutatio, & satisfactio erit sacramentalis, quia confessarius ex peracto judicio virtualiter retinet potestatem pœnam mitigandi, & commutandi ad petitionem, & preces ipsius pœnitentis. Quòd si fit omni-

omninò oblitus, potest pœnitens rememorare in confuso. Imò ex pœnitentia data potest faciliter expertus confessarius statum pœnitentis dignoscere.

3202 Si autem fiat ab alio confessario, certum est, quòd fieri debeat in Confessione, aliàs satisfactio non esset sacramentalis.

3203 Difficultas tamen est, *an in nova confessione possit pœnitentia commutari non auditis peccatis præteritis, ob quæ fuit imposita?*

Affirmant Diana *p. 2. tr. 15. res.* 53. Tamb. *in meth. conf. pag.* 408. *num.* 22. Nav. Tol. & alii; quia posterior confessarius, cum sit Judex, & medicus, potest de tota causa juxta præsentem pœnitentis dispositionem judicare. Idem tenet Joseph de August. de eo, qui est oblitus pœnitentiæ injunctæ, nimirum, quòd possit confessarius novam imponere juxta præsentem pœnitentis statum.

3204 Dico probabiliùs, quòd non possit non auditis saltem in confuso peccatis prioribus. Mastrius *dis.* 21. *q.* 11. *n.* 295. Filiuc. Lugo, & alii, quia judex non potest ferre sententiam, nisi cognita causa; & in nova confessione, licèt cognoscat causam præsentem, non cognoscit causam præteritam; igitur non potest disponere de sententia præterita, nisi notitiam saltem in confuso habeat causæ præteritæ. Poterit tamen aliquando confessarius expertus, ex ipsa pœnitentia præterita, causam præteritam in confuso cognoscere.

3205 Non placet Arsdekin *to.* 2. *pag.* 239. *nu.* 10. dicens, quod oblitus pœnitentiæ, aut factus impotens ad illam implendam, non teneatur ejus loco ad aliam; quia pœnitentia imponitur in satisfactionem, & est pars integralis sacramenti, adeóque non tenet paritas de aliis præceptis, v. gr. Missæ, jejunii, & votis. Tenetur igitur aliam confessario petere: *v. àn.* 1841. *ad* 1847.

DE SIGILLO.

3206 Sigillum sacramentale; *Est obligatio servandi secretum in omnibus quæ in ordine ad absolutionem sacramentalem confessario aperiuntur.* Obligat naturali, Divino, & humano, & tam adhuc in nullo casu, etiam si salus propriæ vitæ totius mundi inde penderet, liceat illicita agere, sive directè, sive indirectè.

3207 Ut peccata sub sigillo Sacramentali cadant, requiritur, quòd pœnitens caverit per Confessionem Sacramentalem, imprimè animosè accusandi, & absolutionem recipiendi; secus, si ea aperiat alio fine, etiam si flexis genibus dicat: *Hoc tibi dico sub sigillo confessionis: v. n.* 2930. *& tom.* 2. 59.

3208 Sub sigillo Sacramentali continentur omnia peccata, etiam publica, & connexa, etiam impertinentes, ignorantiæ, etiam tam ipsius pœnitentis, quàm confessarii, & defectus naturales, etiam ignorantiæ manifestati, qui confessionem aliquo modo odiosam reddere possent. v. gr. quòd pœnitens sit illegitimus, &c. quia sigillum Sacramentale obligat ad occultandum omne id quod confessionem odiosam reddere potest.

3209 *Aliæ verò conditiones seu qualitates pœnitentis, quæ non sunt peccata, nec actus morales, civiles, vel naturales, quæ reddunt pœnitentem vilem, seu minoris æstimationis, etiam si in confessione fiat mentio, ad confessionis sigillum non obligant, nec sigillo dicantur, & specificentur, quæ tamen sumuntur dici, ut secreta naturalia, quæ reddunt Sacramentum odiosum. Sic pia opera bona, & virtutes ipsius pœnitentis.* Mastr. *dis.* 21. *q.* 10. *n.* 253.

3210 Non violat sigillum confessionis, si peccatum aliquod auditum referat, dummodo ut nullo modo veniri possit in

personæ, nec aliqua communitas infamari. Quam hæc re debet esse maximè cautus Confessarius, ut non loquatur de peccato proximi audito, nec in loco, ubi est auditus; quia præsentes veniunt in notitiam personæ, quæ forte aliàs audierunt, aut sunt suspicati.

3211 Violat sigillum confessarius, si dicat se scire, Titium esse confessum mortale, aut venniale in specie, v. gr. mendacium. Minus, si dicat in genere esse confessum veniale, aut esse benè confessum, Quia Confessio non fit nisi de peccatis, & absolutio non detur nisi pro peccatis.

3212 *Si pœnitens ob indispositionem non absolvatur petat cum aliis scedulam in testimonium factæ Confessionis, tenetur Confessarius illi tradere, aliàs indirectè Confessionem revelaret. At si ille meræ fictè ad Confessionem accessit, nimirum ad vitandam infamiam &c. & Confessarius esset certus, quòd non ad Communionem accederet, deberet illam negare, quia ex una parte Confessio manet sacramentalis, ex num. 2930. vitat cooperaretur simulationi ad communionem sacrilegam*: ita ferè Arsdekin *tom. 2. pag. 236. num. 7. v. num. 1733.*

3213 Violat sigillum, si pœnitentiam mortali imponi solitam revelet, v. gr. septem pœnitentiales, coronam, &c.

3214 Non violat sigillum, si revelet pœnitentiam pro veniali imponi solitam, puta unum Pater, & Ave; Clericatus *c. 125. n. 8.* Iunius *p. 5. tr. 11. ref. 31.* tenet, si unum revelet, aut quinque Pater, & Ave; quia non videtur mihi Confessionem venialium.

3215 Violat verò, si dicat superiori, in tali casu se sæpè postulari facultatem pro remittis. Clericatus *cit. num. 13.*

3216 Qui *num. 15.* ritè tenet, violare sigillum Confessarium, si dicat: *Non absolvi Titium.*

(Nisi addatur causa, quæ excludat omnem manifestationem, seu suspicionem peccati; puta quia materiam non repetit, vel tempus non habuit suam explendi Confessionem; quamvis etiam in his, & similibus locutionibus sit parcè os aperiendum, & cum magna cautela. Coton. *num 29. & 30.* Ubi etiam notat, non esse licitam dicere de publico peccatore, Confessus est mihi suum peccatum.)

3217 (Si contingat, Confessarium proprium peccatum confiteri non posse, nisi revelet alterius peccatum in Confessione auditum suum reticere tenetur; quia præceptum sigilli Sacramentalis strictiùs obligat, quàm præceptum confitendi omnia mortalia; hoc enim solùm est affirmativum, illud negativum.) Ita Arsdekin *tom. 2. pag. 236. num. 11.* Id tamen longè priùs docuit Scotus *in 4. d. 21. q. 2. lit. M. ver. Ad aliud dico.*

3218 Confessarium, qui in Confessione ex socio conspirationis novit sibi insidias parari, posse se continere domi, divertere à silva, &c. quia id non est revelativum Confessionis, sed indifferens ad peccatum confessum, vel non confessum, cum æquè potuisset haberi, si peccatum non esset confessum; tenent Scotus *in 4. d. 21. qu. 2. litt. M.* Tamb. *in meth. conf. p. 412. cap. 6. num. 5.* Bonac. Fenech. Arsdekin *tom. 2. pag. 237.* qui hanc addit rationem: *Quia fuga hæc per se nullum peccatum manifestat, sed solam peccati Confessionem, quoniam peccatum socii illi antea cognitum habuerunt.* Leander *hic tr. 5. dis. 10. qu. 68. & 69.* Busemb. *lib. 6. tr. 4. c. 3. dub. 1. n. 5.* addit: *Ad sui ipsius gubernationem licere tali casu ea scientia uti, videri probabilius, v. gr. abstinendo à calice, in quo scitur esse venenum, deflectendo à silva, in qua paratam sibi mortem sciat ex unius latronis Confessione.* Docent Sylv. Henr. Coninch. Layman. & quam-

quamvis Lugo id negat in casu, quo inde ex sociis sequatur damnum pœnitenti; etiam in hoc casu concedit Coninch. cum aliis, quia damnum per accidens sequitur: *v. tom. 3. num. 365.*

3219 Diana *verò part. 5. tr. 11. res. 46.* cum Riccardo, Nav. Suario, & Soto, rectè, & clarius rem distinguit: videlicet, si in casibus prædictis, & similibus, ex diversione, & fuga Sacerdotis ob propriam vitam servandam, sequeretur aliqua suspectio apud alios de peccato confesso, aut periculum damni pœnitentis, tunc non posse Sacerdotem se divertere, etiam si sit in mortali, sed de contritione provisum teneri ingredi silvam, vinum venenatum in Altari sumere, & Deo se commendare; quia sigillum sacramentale ob bonum fidelium, & reverentiam Sacramenti, fortius obligat, quàm salus totius mundi; & multò magis, quàm propria vita servanda: quæ suspicio faciliter contingeret; quia socii conspirationis, videntes Sacerdotem post auditam Confessionem complicis, se divertere ab itinere certè assumpto, &c. jam suspicarentur de delicto conspirationis confesso, & possent in socium irruere; tunc enim diversio, & fuga, licèt non sit ex natura sua manifestativa sigilli, talis est hic & nunc ex circumstantiis.

3220 Si autem contingat, quòd circumstantiæ sint tales, ut ex diversione, & fuga, nulla directè aut indirectè oriatur suspicio peccati confessi, v. gr. quatenus socii complicem confitentem non viderunt, &c. tunc Sacerdotem ob vitam servandam posse licitè se divertere.

3221 Confessarius nullo pacto uti potest notitia habita in Confessione pro externo aliorum regimine, administratione Sacramentorum, &c.

3222 Hinc non potest Sacerdos negare Eucharistiam, matrimonium, suffragium, &c. ei, quem ex Confessione scit esse excommunicatum, impedimentum, &c. Nec Abbas Monachum, quem ex Confessione scit esse concubinarium, è loco, aut Officio removere potest. Ità Scotus *in 4. d. 21. q. 2.* & alii. Hoc notabile documentum affert.

3223 *Si dicas: non apponit remedium salutem ovis suæ. Respondeo: consulit bono foro pœnitentæ meliori modo, quo potest, illum locum sibi periculosum dimittat: quod si erit, non attentet esse Deum, sed deserat cultos, sibi secundum justitiam interrogatos Dei correctioni dimittat.*

3224 Hinc Clemens VIII. Decr. an. 1591. die 26. Martii generaliter prohibet hujusmodi notitiæ usum: *Tam superiores pro tempore existentes, quàm Confessarii, si postea ad superioritatis gradum fuerint promoti, caveant diligentissimè, ne ea notitia quam de aliorum peccatis in Confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.*

3225 Quo non obstante Decreto, Trullench *in Meth. Conf. pag. 412. §. 2.* & Molinens *Theol. mor. dis. 21. q. 10. art. 2.* distinguunt neris distinguunt actus, 1. Qui versantur circa personam pœnitentis, ut eum punire, loco removere, ei suffragium, aut communionem negare, &c. 2. Qui non exercentur circa personam pœnitentis, sed sunt intrinseci, v. gr. servo non tradere claves cæ, superiorem claudere fores, unde scit ditum nocte exire, &c. Qua præmissa tione, tenent in Decreto comp actus primi, non secundi generis; hos nihil in exteriori gubernatione personas singulares decernitur: Et rior utitur ob bonum proprium pœnitentis, vel communitatis, innocentis, & ut scandalum vitetur, men, ut nec directè, nec indirecte

videtur; alioquin sciens ex unius complicis Confessione, se fore occidendum, non posse domi continere, etiam si inde nulla sequatur suspicio peccati confessi: Ità illi, & Bonav. pro se citat D. Th. *hic qu.* 11. *art.* 1. alii D. Bonav. *d.* 22. *part.* 2. *qu.* 1. & Scotus 4. *d.* 21. *qu.* 2. ℣. *ad argum.*

3220 Cæterum novissimè adest Decretum Inquis. Univ. Rom. de anno 1682. sub hoc tit. *Ne quis publice, aut privatim doceat, aut defendat, licere uti scientia ex Confessione acquisita cum gravamine pœnitentis, quoquo excluderetur quacumque ejus revelatio, & quamvis multo majus gravamen ex pœnitentis ex non usu sequeretur, mandans etiam universis Sacramenti pœnitentiæ ministris, ut à tali doctrina in praxim deducenda prorsus abstineat*, apud Arsdekin *tom.* 2. *pag.* 238. & Fenech de sigillo.

3227 Pro externa igitur subditorum gubernatione, superior super peccato ex Confessione cognito ita se gerere debet, ut si quantumlibet illud audivisset, ac proinde haberet certissime dictum Scoti: *Non attentet delinquere.*

3228 Nec potest superior ex notitia peccati in Confessione habita, inquirere media aliunde sciendum extra Confessionem, ad illum sic puniendi subditum, aut alium ratione personam pœnitentis exercendo, quia ex hoc maximè odiosum redderet Sacramentum pœnitentiæ, nedum ipsi pœnitenti, verùm etiam cæteris fidelibus, si sciant, Confessarium ex notitia Confessionis recte jus expiscandi eamdem notitiam extra Confessionem, & inde actiones contra easdem personas patrandi.

3229 Confessarius, non obstante Confessione, poterit uti notitia peccati, quam aliunde habet, dummodo eam nullo modo per modum Confessionis adjuvet, & absit scandalum; quia non utitur notitia Sacramentali.

3230 Confessarius, si ex complicis Confessione sciat pœnitentis peccatum, quod ipse non confitetur, non potest ipsum de eo speciatim interrogare, sed solùm in genere, *an habeat aliud peccatum, quod confiteatur*; quòd si negat, eum tenetur absolvere, si aliàs impeditum non inveniat.

3231 Si illud sciat extra Confessionem, ex auditu fide digni, tenetur eum interrogare in specie; quòd si negat, debet pariter eum absolvere, quia putare potest illud cum alio Confessario esse confessum; vel relatorem deceptum esse; quia in pœnitentiæ foro credendum est pœnitenti, sicuti contra se, ita & pro se. Si tamen illud certò constet Confessario, quatenus v. gr. furantem, blasphemantem, &c. vidit, & certò sciat non esse cum alio confessum, tunc si neget, eum absolvere non debet, utpote indispositum. Arsdekin *tom.* 2. *p.* 237.

3232 Nullo pacto licet Confessario loqui cum pœnitente de peccatis in Confessione auditis; quia ruborem affert, & reddit odiosam Confessionem; licet autem de ipsius pœnitentis licentia; quàm concedere censetur, si ipse prior de illis loqui incipiat.

3233 Si Confessarius in Confessione gravem errorem commisit, qui pendeat in futurum, v. gr. quia bona fide consuluit contractum, quem postea usurarium reperit, tenetur petere à pœnitente licentiam loquendi de materia confessionis præteritæ ad salutem animæ illius pertinente. Si pœnitens neget, probabilius est, quòd possit de peccato, & reloqui, ac errorem corrigere, 1. Quia tunc *Propriè non loquitur extra Confessionem, sed perficit eam, quæ inchoata, & imperfecta erat*, 2. *Quia in casu mali consilii, nil loquitur de Confessione præterita, sed suum consi-*

tium malè datum revocat. Arsdekin *tom. 2. pag. 236. num. 13.* & Fenech. Quòd si pœnitens audire non velit, debet Confessarius eum monere, quòd sit in malo statu, denegando licentiam, & recusando audire.

3234 Si pœnitens, ob aliquem bonum finem, v. gr. ad consilium à doctiori petendum, ad malum aliquod avertendum, &c. licentiam det Confessario, de proprio peccato, aut alia re Confessionis cum alio loquendi, potest Confessarius sine fractione sigilli, cum eo loqui, sed non cum altero, ad quem licentia non fuit concessa; quia id, quod pœnitens potest facere per se, potest per alium facere; nec Confessio odiosa redditur: licentia autem debet esse expressa, & nullo modo sufficit præsumpta; quia talis præsumptio est odiosa, aut periculosa; imò tunc peccatum manifestare debet, de quo consilium petit, non peccatorem.

3235 Dixi, *ob aliquem bonum finem*; quia, ut ritè advertit Scot. *in 4. d. 21. qu. 2. lit. L.* jus sigilli Sacramentalis non est tantùm ipsius confitentis, sed etiam totius communitatis fidelium, quæ aliàs maximè perturbaretur, & ipsius Sacramenti, cui ipse pœnitens renunciare non potest; ac proinde non potest pœnitens ex lubricitate, & levitate licentiam Confessario dare de re ad Confessionem pertinente loquendi, nec Confessarius ea uti debet sine magna Sacramenti irreverentia.

3236 Ille verò, cui Confessarius peccatum de pœnitentis licentia manifestavit, ob consilium, aut aliam causam ad absolutionem Sacramentalem spectantem, ad sigillum Sacramentale tenetur, quia est notitia ex Confessione orta, & ad confessionem ordinata. Arsdekin *cit. pag. 237. nu. 15.*

3237 Ad sigillum Sacramentale tenetur ultra Confessarium; interpres ille, quem Confessarius super re Confessionis consuluit, laicus, qui Sacerdotem se fingens, confessionem excepit, aut qui casualiter poenitentis confitentis audivit; item ille, cui Confessarius sacrilegè revelavit peccatum. Scotus *in 4. d. 21. qu. 2. lit. N. L.* advertit, præfatos præter Confessarium sigillo Sacramentali, ita ut sacrilegium contra Sacramenti reverentiam committat, de eo peccato loquantur, quatenus ex notitia ex Sacramento pervenit; non cum eodem rigore, quia non subsunt pœnis Canonicis, quibus ipsi Confessarii subduntur; quæ *in cap. omnis, utriusque sexus de pœnit. & remiss.* sunt deputatæ, perpetua pœnitentia in arcto Monasterio luenda.

3238 Pœnitens non tenetur ad ipsum sacramentale; tenetur verò ad secretum naturale, quoad ea, ex quorum manifestatione sequeretur gravis infamia sui, aut Confessarii. Omnino *vide casum n. 2558.*

CAPUT V.

De Ministerio Sacr. Pœn.

3239 Minister hujus Sacramenti est solus Sacerdos. In eo, ut absolvat, requiritur intentio, potestas ordinis, & jurisdictionis. Potestas ordinis dicitur potestas remota, potestas vero jurisdictionis potestas proxima, quatenus Sacerdos vi ordinationis accepit à Christo potestatem ad absolvendum, sed non omnes subditos. Unde jurisdictio Confessarii *est jus in subditos ad exercendam potestatem solvendi, quam ex vi ordinis Sacerdotii habet.* Hinc absolutio à Sacerdote data sine jurisdictione, est nulla, ex Trid. *sess. 14. c.* Quia Sacramentum pœnitentiæ est actus judicii, qui, si exerceatur in non subditos, est nullus: *v. n. 3285.*

3240

3240 Hinc fit, quòd simplex Sacerdos non approbatus non possit valide absolvere consanguineos, aut mortalibus aliàs Confessis; ut Martinus *disp.* 21. *qu.* 8. *num.* 202. Faber, Bonacina, & Scotistæ; quia licèt materia sit data, absolutio est sententia, & actus judiciarius in non subditum est nullus. Unde opposita opinionis usus fuit prohibitus ab Innoc. XI. *ut in n.* 2935.

3241 Jurisdictio est triplex, ordinaria, delegata, & ex concessione juris.

Ordinaria, habetur ratione officii; eam habet Summus Pontifex in omnes Christi fideles, Episcopus, & ejus Vicarius in omnes totius diœcesim pertinentes. Parochus in suos Parochianos; & Prælati Regulares in suos subditos, tales sunt Generales, Provinciales, Priores, & Guardiani, qui quidem ab approbatione non indigent, ut suorum subditorum Confessiones excipiant; quia tum jure communi, quàm ex statutis nostræ Religionis, sunt proprii Sacerdotes.

Parochus relicta Parochia indiget approbatione; Sieri *de Pœnit. num.* 757. *cum com.* quia tunc cessat Officium Parochiale, ratione cujus competit potestas ordinaria.

3242 *Delegata*, quæ non ex vi officii, sed ex concessione ordinarii Sacerdoti communicatur.

3243 Parochus, aut obtinens beneficium, cui est annexa cura animarum, non indiget alia approbatione; bene verò, si officium, vel beneficium relinquat. Arridekin. *tom.* 2. *pag.* 207. *num.* 2.

3244 *Ex concessione juris*, competit habentibus jus, vel privilegium eligendi pro suo Confessario non approbatum. Tales sunt Cardinales, & Episcopi.

Item Prælati Religionum, videlicet Generales, Provinciales, Commissarii, Visitatores, Superiores locales, Commissarii, & Procuratores Curiæ Romanæ, & Vicarii Conventuum in Capite, qui gubernant in Capite, hoc est, qui gubernant in absentia, aut morte superioris localis. Melphi *in comm. cap.* 7. *stat.* 1. *q.* 1. *&* 7. Præfati Confessarium eligere possunt non solum in Conventu, sed etiam extra, sicut etiam extra possunt suorum subditorum confessiones audire; quia privilegium est personale, non locale. De Episcopis alio modo discurrit Diana *par.* 3. *tract.* 2. *res.* 3. contra Villalobos *in sum. tom.* 1. *tr.* 9. *diff.* 15. *n.* 4.

Parochi, aut qui beneficium Curatum habent, non possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario; quia non sunt Prælati: *v. propos.* 16. *ab Alex. VII. damn. & n.* 3275.

3245 In articulo mortis quilibet simplex Sacerdos, non approbatus, imo excommunicatus vitandus, hæreticus, &c. si non sit alius promptus, potest quoslibet fideles à quibusvis casibus, & censuris etiam reservatis absolvere, ex Trid. *sess.* 14. *c* 7. quia in articulo mortis nulla est reservatio, & Trid. nullum excipit Sacerdotem, sed amplè loquitur: *Verumtamen piè admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis; atque ideo omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes, à quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt.*

Hinc pro tali casu, & Ecclesia dat jurisdictionem, & tollit omne impedimentum Canonicum ex parte Sacerdotis: *vide tom.* 3. *num.* 171.

3246 Quamplures Doctores, Diana, Lugo, Poncius, Faber, & alii apud Mastrium *disp.* 21. *q.* 8. *n.* 203. ità sub articulo mortis etiam comprehendunt periculum probabile mortis, cum hoc solo discrimine, ut in periculo mortis Sacerdos absolvere possit directè

à quibusvis peccatis, etiam reservatis; à censuris verò reservatis non nisi sub conditione, ut periculo elapso coram Superiore se præsentet, nedum pro satisfactione, & ut stet ejus mandatis, sed etiam pro absolutione: *v. num.* 3355. & 3359.

3247 *Articulus mortis*, propriè est tempus illud, quo mors certò instat de proximo, & est inevitabilis.

3248 *Periculum probabile mortis*, est illud, in quo non instat certò, sed ex sæpè contingentibus probabiliter timetur mors; tale est in eis, qui prælium, aut periculosam, & longam navigationem proximè sunt aggressuri: *v. n.* 3357.

JURISDICTIO DELEGATA

3249 NOn confertur, nisi aliquo signo externo; quia Sacramentum est signum sensibile externum. Sufficit tamen quodcumque, quod reverà, & judicio prudenti, in talibus circumstantiis indicet intentionem conferentis jurisdictionem.

3250 Unde non est necesse, quòd fiat per litteras; adeóque qui fuit ab Ordinario oretenùs designatus Confessarius, valide absolvit, antequam expediantur litteræ, nisi Ordinarius expresserit, se nolle jurisdictionem conferre, nisi expeditis litteris. Diana *par.* 1, *tr.* 14. *resol.* 41. Sieri *de pœnit. n.* 699. Leander *de pœnit. disp.* 11. *q.* 80.

3251 Item Ordinarius, si videns Sacerdotem non designatum audientem confessiones in circumstantiis, in quibus posset commodè impedire, & non impediat, censetur jurisdictionem illi conferre; in ordine tamen ad confessionem illam, minimè ad alias in futurum. Sieri *cit. num.* 693. ex Gobat. *tract.* 7. *num.* 8. & Leandro *cit. q.* 94. Nam. (ut doctè ponderat) (sumus in materia, in qua judicium prudentum facit in[illegible] onem.

3252 Et convincit à pari; nam ([illegible] sententia omnium, ut testatur Nav[illegible] 22. *num.* 58. est sufficiens signum [illegible] voluntatum celebrantium sponsa[illegible] trahentibus parentibus, filii fileant, [illegible]lè, si vellent, reclamare possent; cum [illegible] sufficiens signum externum consen[illegible] piscopi, qui cum possit impedire, [illegible]

Idem tenet in iisdem circumstanti[illegible] piscopus non videat, sed certò sciat, [illegible]dem sit ratio.

3253 Hic tamen Confessarius à [illegible] confessionis mortaliter peccavit, qu[illegible] pit confessionem excipere sine jurisd[illegible] Adeóque pœnitens, detecto errore, [illegible] peccata illa priora repetere; & sufficit [illegible] illis se accusare in genere, si hoc fecerit [illegible] dem confessione, & cum eodem Confes[illegible] rio, dicendo: *Me accuso de omnibus [illegible] quæ jam manifestavi.*

3254 Non sufficit ad conferend[illegible] dictionem ratihabitio de futuro, vide[illegible] quòd Sacerdos prudenter credat or[illegible] ratihabiturum confessionem; quia e[illegible] *sess.* 14. *cap.* 6. ad valorem hujus S[illegible] requiritur jurisdictio actualis, quam [illegible] ratihabitio de futuro; quia hæc non [illegible] erit.

3255 Sufficit autem ratihabitio de p[illegible] senti. Leander *cit. q.* 94. Sieri *cit. num.* [illegible] cum Com. Quæ non sufficit, si sit pure [illegible] seu præsumpta, quatenùs si ordinarius [illegible] actu coneederes; quia voluntas non [illegible] in incognitum, sed requiritur, et *n.* [illegible] quòd sit aliqua circumstantia, ceu signu[illegible] sicè, aut moraliter externata: talis est [illegible] bus *n.* 3251. & 3252. expressis. Item, [illegible] dinarius signa complacentiæ, & gaudii [illegible] talibus confessionibus expresserit, & [illegible]

...ram licentia tacita externata. Sieri *cit. num.*

...dit Sieri *cit. n.* 694. cum ... (Quod si Sacerdos petat ab Episco... licentiam audiendi confessiones, & nulla ...ratio denegandi hanc facultatem, at... Episcopus taceat, habetur tunc licen... ...ta concessa; & rectè quidem discur... ...si talis sit, ut verè non sit ratio ...gandi licentiam, & Episcopus, si ve... ...possit facilè denegare, nec illud silenti... ...neri potest ad prudentem denogatio... ...ritatis; positis enim his conditionibus ...rnum est signum externum concessio... ...ta hic valet, Qui tacet, consentire ...tur.)

ERROR COMMUNIS

...Cum titulo colorato, seu putativo, à legitimo Superiore collato dat ...sdictionem. Hæc sententia est mora... ...ta, quam docent communiter Ju... ...ses, & Theologi. Diana *par.* 8. *tr.* 1. ...94. Cardenas *dissert.* 2, *cap.* 6. *art.* 5. Si... ...*num.* 700. Leander *de pœnit. disp.* 11. *q.* ...8. numeri ad ipsos. Ex jure civili, *l. Iterum, ff. de offic. Prætoris.* Et ex Jure ...nico, *cap. Infamis* 3. *q.* 7. his verbis: *...rus, dum putaretur liber, ex delegati... ...sententiam daret, quamvis postea in ser... ...dejectus sit, sententia ab eo dicta, rei ...tæ firmitatem tenet.* [Ubi (subdit Car... ...) decernitur, quòd quamvis servus sit ...rus jurisdictionis, si tamen communiter ...atur esse servus; & ex delegatione ex... ...erit jurisdictionem, gesta per ipsum va... ...lat, non quia habuerit verum titulum ad ...mum jurisdictionis, sed quia Princeps ...rat utilitatem publicam illa valida fa... ...e.]

3257 Error igitur communis cum titulo dat jurisdictionem ob bonum commune, ad favorem fidelium, ad vitanda gravia incommoda, quæ aliàs sequerentur, eò maximè, quia aliàs innumeræ animæ perirent.

3258 Hinc validè absolvit Sacerdos, si adsit titulus coloratus, & error communis; peccat tamen, si sciat nullitatem sui tituli.

3259 Error communis cum titulo colorato tunc habetur, quando Sacerdoti fuit à legitimo Superiore collatus titulus requisitus ad actum, v. gr. titulus Parochi, Confessarii, &c. sed vel nulliter, in quantum erat incapax ob aliquem occultum defectum, & impedimentum, putà quia simoniacus, &c. vel in quantum titulum amisit: talis autem incapacitas, aut amissio communiter ignoratur, sed communiter putant fideles, eum verum habere titulum.

3260 Error communis sine titulo tunc habetur, quando Sacerdoti non fuit à Superiore legitimo collatus titulus requisitus ad actum, sed ipse illum fingit, aut ignoranter credit, & dicit habere; talis autem fictio, & carentia tituli communiter ignoratur. Id contingit in Sacerdote, qui cum falsa licentia confessiones audit, aut cum falsis Bullis pro Parocho se gerit, sed communi populi errore legitimus habetur.

3261 Errorem communem sine titulo non conferre jurisdictionem, sed requiri titulum putativum à legitimo Superiore collatum, tenent Nugnus *q.* 8. *art.* 5. *dub.* 1. *diff.* 1. *pag.* 436. Lugo *de just. tom.* 2. *disp.* 37. *num.* 23. & quamplures apud Leandrum *de pœnit. disp.* 11. *q.* 102. Verricelli *tr.* 2. *q.* 25. *num.* 3. & Cardenas *dissert.* 2. *c.* 6. *art.* 5. *n.* 151.

3262 Est tamen verè, & certò probabilis sententia docens, quòd error communis sine titulo jurisdictionem conferat. Diana *p.* 4. *tr.* 4.

tr. 4. *res.* 122. Basilius Pontius *de matrim. lib.* 5. *c.* 20. Verricelli *cit. num.* 15. Sieri *de pœnit. n.* 701. Leander, & Cardenas *cit.* ac quàmplures alii apud ipsos. Ratio est, quia etiam in hoc casu sequerentur eadem incommoda, quæ sequerentur, quando adest error communis cum titulo colorato.

3263 Ex præmissis doctrinis Sieri *cit. à n.* 702. has colligit sequelas.

(Sequitur primò, quòd quamvis ego putem, & cum gravissimis Theologis probaverim, *in tract. de fide*: Deum nunquam permissurum, ut Romanus Pontifex incidat in hæresim occultam, juxtà illud Christi Domini: *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua*: vel si fortassis incidat Pontifex in hæresim occultam, Deum detecturum esse Ecclesiæ; nihilominùs si Pontifex incideret in occultam hæresim, desineret esse Pontifex, ut docet communis contra aliquos; sed jurisdictio ab ipso collata, quia adest error communis, titulusque coloratus, validè esset collata, supplente Ecclesia defectum. Tancredi *tom.* 4. *tr.* 1. *q.* 39.

3264 Secundò, quòd si mortuo Episcopo, vel revocato Vicario Generali, communiter ignoretur mors Episcopi, vel revocatio Vicarii, valent acta ipsius ex jurisdictione, quam tradit Ecclesia, ratione erroris communis, & tituli colorati. Lessius *lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 8. & communis.

3265 Tertiò, quòd si Parochus, vel jure, vel ab homine, privatus est titulo Parochiali; validè absolvit, si defectus communiter ignoretur, quia stante errore communi, & titulo colorato, supplet Ecclesia. Sic communiter Doctores.

3266 Quartò, quòd cum innumeræ animæ petirent, si Ecclesia, stante errore communi, non suppleret jurisdictionem casu, quo abesset titulus coloratus; ideò dicendum est, quod posito solo errore communi Ecclesia suppleat. Hæc illatio est communissima, maximè inter Recentiores: sexdecim recitat Diana *part.* 2. *tr.* 16. *res.* 45. & *tr.* 1. *resol.* 94. & *par.* 11. *tr.* 12. *res.* 69.

3267 Quintò, quòd si Confessarius excommunicatus denunciatus, aut communiter ignoretur, habet absolvendi Ecclesia tunc jurisdictionem ratione erroris communis.

3268 Hinc, si excommunicatus denunciatus audiat confessionem, ubi non est denunciatus, vel tantum temporis ab denunciatus, ut communiter ignoretur ejus excommunicatio, validè absolvit, supplente Ecclesia communem errorem. Dominicus Soto 4. *dist.* 1. *q.* 5. *art.* 6. Navar. *in summ.* Cajet. *in summ. ver. Absolutionis sacramenta*, Petrus à Soto *de confess. sect.* 2. communiter.

3269 Sextò, valere absolutionem ab approbato ad annum, etiam annullato, si tamen id communiter ignoretur. Sic communis; quamvis ipse Confessarius graviter peccet absolvendo.

3270 Septimò, valere absolutionem tute Bullæ, etiam Bulla revocata, si revocatio communiter ignoretur; supplente Ecclesia ob errorem communem. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 12.

3271 Octavò, quòd si Episcopus dederit licentiam audiendi confessiones, valent absolutiones, si fictio illa communiter ignoretur. Sanch. *de matr. lib.* 3. contra Petrum de Ledesma *de matr.* 3. *art.* 5. *punct.* 3. *dub.* 3.

3272 Nonò, quòd cum, stante communi, suppleat Ecclesia confessarii jurisdictionem, si post communem error incipiat in populo dubitatio de jurisdictione Sacerdotis, debet indagari veritas, ac

a debita diligentia, si adhuc dubium remanet, validæ sunt absolutiones, quia prævalet possessio acquisita ex præcedenti errore communi. Tamb. *lib. 4. §. 7.*)

3273 Denique certum est, quòd error peccantis, etiam cum titulo colorato, jurisdictionem non conferat.

CONSUETUDO COMMUNIS DAT JURISDICTIONEM.

3274 Sensus autem non est, quòd proprie ipsa consuetudo det jurisdictionem, sed quòd sit evidens signum collationis jurisdictionis ab Ecclesia, seu Superiore quantum Superior videns, & potens impedire, ne jurisdictio illa exerceatur, tacito, quòd non impediat, consentire videatur, & jurisdictionem conferre. Verricell. *tr. 2. q. 25. n. 7.* Cardenas *disert. 2. cap. 1. n. 6.* Sieri *de pœnit. à num. 713.* & Doctores communiter apud ipsos docentes, hoc dictum: vide dicta de consuetudine *à n. 207. ad 256.*

3275 Ex vi consuetudinis, Sieri *cit. à n. 714.* sibi tuta infert, & maximè quatuor.

3276 Primò: Imperatores, Reges, eorumque vicarios posse eligere in Confessarium quemcumque Sacerdotem. Angles, Vasquez, Hurtado, Suarez, & alii.

3276 Secundò: Magnos Principes posse eligere in Confessarium quemcumque approbatum. Tannerus *tom. 4. disp. 6. quæst. 9. n. 14.* Soto.

3277 Tertiò: Sacellanum Imperatoris habere jurisdictionem ad absolvendam Imperatricem. Mendo *in epit. verb. Confessarius 35.*

3278 Quartò: Cardinales posse sibi eligere Confessarium non approbatum ab Episcopo. Delugo, Diana, Pasqualigus. Imò quidam eligere pro tota sua familia in Confessarium Sacerdotem non approbatum. Pasqualigus, & Thomas Hurtadus, addentibus Delugo, Busemb. Leander, Mercero, Naldo, & aliis, posse Cardinales dare licentiam alicui ex suis familiaribus, ut eligat in Confessarium aliquem determinatum Sacerdotem, etiam non approbatum ab Episcopo; qui poterit familiarem Cardinalis absolvere extra domum Cardinalis, Hæc omnia fieri posse innuit consuetudo, quæ ostendit, Cardinales esse Ordinarios propriæ familiæ. Attamen consuetudo non approbat, quòd Cardinales, ratione dignitatis, possint excipere ubique confessiones, ut testatur communis opinio contra Thomam Hurtadum.)

DIFFICULTAS EST,

3279 *AN Ecclesia suppleat, seu det jurisdictionem Confessario absolventi ex opinione verè & practicè probabili circa jurisdictionem?*

Quid in hac re sit dicendum, & ego sentiam, satis liquet ex dictis *à n. 82. ad 109.* Pro majori autem ubertate, ac lumine, non erit abs re, quid specialiùs Doctores dicant referre.

Certum moraliter esse, quòd Ecclesia suppleat, & det jurisdictionem Confessario absolventi ex opinione verè, & practicè probabili circa jurisdictionem, etiam si talis opinio coram Deo sit falsa, docet Verricelli *tr. 2. q. 25. disert. 2. cap. 6. art. 6.* Filliuc. Castropal. Diana, & quàm plures alii apud ipsos; cujus sententiæ certitudinem moralem fundant in consuetudine, hoc syllogismo: certum est, quòd consuetudo det jurisdictionem; certum est adesse consuetudinem absolvendi ex opinione verè, & practicè probabili circa jurisdictionem; ergo certum est,

quòd ex tali consuetudine Confessarii habeant jurisdictionem absolvendi ex opinione verè, & practicè probabili.

3280 Pro majori sic discurrit Cardenas *cit. n.* 161. (Nam certum est in jure, quòd *consuetudo dat jurisdictionem* Ex *cap. Cum contingat, de foro compet.* ubi sic statuitur : *Nisi forte hi, quibus delinquentes ipsi deserviunt, ex indulgentia, vel consuetudine speciali jurisdictionem hujusmodi valeant sibi vendicare.* Et Glossa *ibi adjuncta verb. Vel consuetudine*: ait: *Nota quod consuetudo dat jurisdictionem, & ex cap. Romana, de sentent. excommun. in 6.* prohibens jurisdictionem quibusdam absolvendi à censuris, subjungit Pontifex : *Salva contraria super hoc consuetudine, si quam habent.* Ubi Glossa repetit eadem verba supra relata, quòd *consuetudo dat jurisdictionem.* Idem constat *ex cap. Romana, de foro compet. in 6.* Gloss. ibid. *verb. Consuetudine, & cap. Ut litigantes, de officio Ordinarii, & cap. Dudum, §. Scilicet, de electione, & cap. Cum quidam, de except. in 6.* illis verbis: *De re per Ecclesiasticum Judicem judicata, in casu, quod ad eum pertinet cognitio, de consuetudine, vel de jure, &c.* Ubi Glossa repetit eadem verba, quæ supra. *Et cap. Duo simul de officio Ordinarii,* dicitur : *Cum sit in Canonibus definitum, Primates, vel Patriarchas nihil juris præ cæteris habere, nisi quantum Sacri Canones concedunt, vel prisca illis consuetudo contulit ab antiquo.* Constat etiam ex Concil. Trid. *sess. 22. in decr. de reform. cap. 3.* illis verbis ? *Si alicui ex præfatis dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, de jure seu CONSUETUDINE jurisdictio, administratio, vel officium non competat, &c.* Ex quibus verbis patet, jurisdictionem competere ex consuetudine.)

3281 Pro minori, sic ait: (Quòd autem detur talis consuetudo, negari non potest, quia eam affirmant communiter Doctores, quorum communis opinio in quæstionibus facti facit certitudinem moralem, ut probatum *in 1. par. cris. theol. disp. 12. cap. 5. num.* (ultra experientiam, qua omnes virtutes practicari apud Sapientes.) P. Suarez *in 3. par. disp. 27. sect. 4. num. 7.* ait : *Constat ex universali Ecclesiæ consuetudine, quæ est sufficiens signum jurisdictionis, ut prædictum est. Est autem universalis ejusmodi usus, ut Sacerdotes secure utantur hac jurisdictione* (probabili) *in administratione hujus Sacramenti.* Et quamvis P. Suarez dixerit, hunc discurrendi modum esse probabilem; non tamen dixit, esse solum probabilem consuetudinem Ecclesiæ, sed tradit ut indubitabilem.

Lugo Card. *disp. 19. de pœnit. sect. 1. num.* 31. agens de hac consuetudine absolvendi cum jurisdictione probabili, ita ait: *Et hæc est PRAXIS omnium fidelium & totius Ecclesiæ.* Et idem repetit *num. 33. & 34.*

3282 Denique pro consequenti habet (Audiendus est Bonacina *tom. 2. de sacram. pœnit. q. 7. punct. 5. §. 4. num. 5.* ait.) Ex quo infertur, eum, qui sequitur opinionem probabilem Doctorum sententiam, ipsum habere jurisdictionem absolvendi à reservatis, seu privilegium absolvendi esse revocatum, validè agere, quæ agit, ac si ipsa jurisdictionem haberet, & privilegium nondum esset revocatum, etiam si forte opinio illa probabilis à parte rei non subsistat, sed falsis realiter nitatur fundamentis : Ecclesia supplet jurisdictionem; alioquin sequerentur eadem incommoda : quæ sequerentur, Ecclesia non supplente jurisdictionem, quando adest error communis, & titulus coloratus. Et hoc eodem modo communiter loquuntur Theologi sere

...pacto non loquerentur Authores, si non ...m in praxi receptum. Quid autem est ...ens communis, nisi consuetudo?

3283 Eumdem sententiam tenet Leander ...in tr. de pœnit. disp. 11. q. 103. hac ...ratione; quòd non minùs potens sit ...rtum opinio, quam error populi com...ad dandam jurisdictionem.

3284 Certum tamen omnino est, quòd ...eum non suppleat, seu det jurisdictio...m Confessario absolventi ex opinione ...ter probabili, ut constat ex dictis à nu...

DE APPROBATIONE.

3285 Approbatio, quamvis ex vulgari ...di loquendi confundi soleat cum ...ditione, propriè, & revera ab illa di...tur; nam Approbatio, *est judicium ...ntis de idoneitate Sacerdotis ad Con...nes excipiendas*, seu, *cui possit conferri ...dictio ad Confessiones excipiendas*; quod ...ntus facere potest absque jurisdictione, ...Episcopus non obstante judicio de ido...Sacerdotis, eum non deputaret ad ...das Confessiones. Item Confessarius ...ctus ab Episcopo non habet jurisdi...em ad absolvendum à casibus Bullæ ..., eam tamen habet per Bullam Cru... approbatione suppositâ, ut infra de ...1. a num. 3239.

3286 Quoad approbationem, est Decre... Trid. sess. 23. de refor. c. 15. *Decernit ...ta Synodus, num etiam Regularem posse ...ssores sæculares etiam Sacerdotum ...ers ad id idoneum reputari, nisi aut ...ndum beneficium, aut ab Episcopis per ...ones, si illis videbitur esse necessarium, aut ...ficiens judicetur, & approbatione, quæ ...ri debet, obtineat.*

3287 Confessarius Regularis pro confessionibus sæcularium, ultrà approbationem Episcopi, requirit approbationem sui Prælati Religionis, nempè Generalis, vel Provincialis: Ex *Clem. cap. Dudum, de sepult.* adeóq; qui approbatione Episcopi sine sui superioris approbatione utitur, illicitè confessiones excipit, sed validè, quia Trid. pro valore nullam aliam approbationem requirit, nisi Episcopi.

3288 Approbatio *ad Beneplacitum*, non expirat per mortem concedentis, aut ejus amotionem ab officio; quia ejus beneplacitum, & voluntas, eo ipso, quòd non fuerit revocata, moraliter perseverare censetur. Tambur. *tom. 2. pag. 31. n. 8.* Diana *p. 6. tr. 6. res. 48.*

3289 Confessarius, sive sæcularis, sive Regularis, injustè reprobatus, non potest validè confessiones excipere; quia Trident. ad valorem sacramenti approbationem Episcopi requirit, quam injustè reprobatus non habet.

Eadem ratione approbatus cum limitatione ad tempus, sexum, aut locum, non potest validè terminos limitationis excedere; unde licèt status Religiosus suppleat defectum ætatis ab Episcopis pro mulieribus requiri, solitæ, approbatus tamen solùm pro viris, non potest validè mulierum cõfessiones audire; præsertim post Bullam Clem. X. ubi *v §. 3. & 8. 4. n. 3291. & 3293. v. prop. 13. & prop. 36. ab Alex. VII. damn.*

Quamvis enim de hujusmodi limitationibus ad favorem Confessariorum Regularium plura scripserint, Villalobos *tom. 1. tr. 9 diff. 53. n. 2.* Leander *de pœnit. tr. 5. disp. 11. à q. 83. ad q. 91.* & quàmplures apud eos fundati in pluribus locis Canonicis, præsertim illo *Clem. Dudum, de sepult.* ubi fratribus Prædicatoribus, & Minoribus à suo superiore Episcopo præsentatis, & ab illo injustè non approbatis, eo ipso Pontifex approbationem concedit,

his verbis: *Si verò iidem Prælati fratribus ad audiendas confessiones, ut præmittitur, electis ejusmodi licentiâ exhibere recusaverint: Nos ex nunc ipsis, ut confessiones sibi confiteri volentium libere, liceatque audire valeant, gratiosè concedimus, de plenitudine potestatis Apostolicæ*, apud Arsdekin *tom. 2. pag. 152.*

3290 Modo tamen extat Bulla Clem. X. quæ *Episcopis, & Regularibus*, in materia Prædicationis, & Confessionis, omnino esse debet unica Regula prorsùs servanda. Ubi præsertim attende verba Bullæ: *de §. 3. & 5.* Bulla est, ut sequitur.

CLEMENS EPISCOPUS.

§. 1. [SUperna, &c. Nos attendentes, quòd aliàs diversis temporibus prædictæ dubitationes, & controversiæ nonnullis Prædecessorum Nostrorum Summorum Pontificum Constitutionibus, earumque Declarationibus definitæ fuerint: Ejusmodi definitiones in unum collectas, ut magis, magisque dissensionum tollantur semina, & in posterum firmior in Agro Dominico Pax Christi floreat; pro summo, quo fungimur, Apostolatus officio, novis Apostolicis litteris muniendas duximus, & roborandas: Itaque consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, pietate, doctrina, & prudentia præstantium, & matura deliberatione nostra, atque ex certa scientia; hac generali & perpetuo valitura Constitutione decernimus, ac declaramus.

3291 §. 2. Regulares, qui in Ecclesiis sui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Episcopo Diœcesano benedictionem petere: Prædicare tamen posse, quamvis illam non obtinuerint: Quòd si Episcopus benedictionem nedum non concesserit, sed etiam tradixerit, nec in prædictis quidem Ecclesiis licere Regularibus prædicare: Episcopo contravenientes, ab illo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis in vim Constitutionis Gregor XV. Prædecessoris nostri, recipientis, Inscrutabili Dei providentia, incurrere; & puniri posse. Episcopum tamen justa, & rationabili causa concurrente non debere: Et hujusmodi benedictionem teneri etiam Regulares petere, si in quibus cumque Oratoriis sui Ordinis sermonem coram populo, vel in Ecclesiis, aut aliorum Monasteriorum Sanctimonialium, eorum jurisdictioni subjectarum, licèt clausis ostiis, & nullus sæcularis ibi interfit, habere voluerint. Posse autem Episcopum hujusmodi concessurum Regularibus in Ecclesiis eorum suorum Ordinum non sunt, præsertim volentibus illos, quamvis, ab Universitatibus aut à Magistratibus laicis nominatos, quos Episcopi Antecessores per tempus memorabile hanc licentiam absque examine concedere consueverint, quoad doctrinam examinare: Si ita ipsius arbitrio, quòd idoneos ratum, & discretum esse debet, videbitur: Et licentiam prædicandi semel illis concessam ob rationabiles causas, licet non culpas, prædicationem tamen concionandi suspendere: Non posse tamen Episcopos generatim prohibere Regularibus, quominus Ecclesiis suorum Ordinum prædicent.

3292 §. 3. Ad hæc Religiosos ab Episcopo ad confessiones sæcularium in suis Diœcesi audiendas approbatos, non posse in Diœcesi eas absque Episcopi Diœcesani probatione audire, quamvis pœnitentes dicti sint ejus Episcopi, à quo ipsi Religiosi jam fuerant approbati. Et generaliter

tatur ab Episcopo ad personarum sæcularium confessiones audiendas, nequaquam censeri approbatos ad audiendas confessiones Monialium sibi subjectarum: Sed egere quoad hoc speciali Episcopi approbatione: quare approbatos pro audiendis confessionibus Monialium unius Monasterii, minimè posse audire confessiones Monialium alterius Monasterii. Itidemque Confessores extraordinarios semel deputatos, atque approbatos ab Episcopo ad Monialium confessiones pro una vice audiendas, haud posse extra deputatione in vim approbationis hujusmodi illarum confessiones audire. Sed totiens ab Episcopo esse approbandos, quoties talis deputationis contigerit. Cæterum in Monasteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxtà laudata instituta vivitur, posse tam Prælatos Regulares, quàm Confessores Regulares eorumdem Monasteriorum, seu Collegiorum, audire confessiones illorum sæcularium, qui inibi sunt verè de familia, & continui commensales, non autem illorum, qui tantum ipsis deserviunt. Illos autem Religiosos ad confessiones audiendas idoneè generaliter reperti fuerint ab Episcopis, generaliter quoque, & indistinctè absque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis personarum, in Diœcesi approbandos.

3293 §. 4. Quoad cæteros verò, qui non satis idonei reperientur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinario magis expedire videbitur, probare, & examinare; semel autem simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quotcumque etiam infirmorum confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia. De qua tamen confessione teneri dictos Religiosos eorundem infirmorum Parochum illicò certiorem reddere. Et hoc posse illis ab Episcopo sub pœna suspensionis à facultate audiendi confessiones præcipi: Sufficere tamen, ut certioratio hujusmodi fiat saltem per scripturam, apud ipsum infirmum relinquendam.

3294 §. 5. Et eos, qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint, constitutioni, quæ incipit, Omnis utriusq; sexus, quoad confessionem dumtaxat satisfeciisse censendos. Regulares verò ad ejusmodi confessiones audiendas prævio examine simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione ab ipsomet Episcopo, secus autem si ab ejus Vicario, aut ab Antecessoribus Episcopis, approbatos, non posse ab eodem, qui sic approbavit, iterum examinari; aut ab eisdem confessionibus audiendis suspendi, seu licentias illis concessas revocari, nisi nova superveniente causa, quæ ipsas confessiones concernat. De qua tamen haud necessarium esse, ut in actis constet; nec eam teneri Episcopum ipsis Regularibus significare; sed Sedi Apostolicæ dumtaxat, ubi eam sibi aperiri postulaverit. Porrò si Regulares cum scandalo, aut alias inhoneste vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Episcopi judicio videantur à confessionibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam oneratam esse volumus, cum præcipua Ministri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas sit vitæ integritas, ac morum honestas; utique eam causam ad Confessionis ministerium pertinere; ac proinde nihil obstare, quo minus ob eam possit Episcopus Regulares à semetipso approbatos suspendere, aut repellere à confessionibus, audiendis. Attamen confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo

scopo inconsulta Sede Apostolica nullatenùs posse. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliave privilegia Regularibus cujuscumque Ordinis, Instituti, aut Societatis, etiam JESU, concessis, factam eis non esse potestatem absolvendi in casibus ab Episcopo sibi reservatis. Et per Confirmationes dictorum privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia priùs ab eodem Concilio, aut deindè Apostolicis etiam Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi à casibus Episcopo reservatis.

3295 §. 6. Et habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideò à casibus Episcopo reservatis posse absolvere. Posse autem Regularem Confessorem in ea Diœcesi, in qua est approbatus, confluentes ex alia Diœcesi à peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eosdem pœnitentes noverit in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro absolutione obtinenda migrasse. Vigore supradictorum privilegiorum, nequaquam licere Regularibus, etiam satisfacta parte, absolvere pœnitentes à censuris quoad externum, & judiciale forum, & absolutos ab eis in foro pœnitentiali, utique non censeri absolutos in exteriori judicio, & contentioso. Quinimò censuris Ecclesiasticis irretitos, & denunciatos ab Episcopis, cogi posse, gerere se pro talibus, etiamsi à Regularibus fuerint absoluti. Quoties exhibitis aliquibus Regularium Apostolicis privilegiis coram Episcopo, ab eo judicetur ipsa non suffragari casui, de quo agitur: Si dictorum privilegiorum verba obscura sint, & ambigua, non esse ad Metropolitanum provocandum, sed cum ejus sit interpretari, cujus est condere, dictorum privilegiorum interpretationem Sedis Apostolicæ judicio, prout aliàs Constitutione Prædecessoris nostri fel. rec. Clementis IV. statutum fuerit exequendum.

3296 §. 7. Decernentes sic, & non aliter &c. irritum quoque, & inane, quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in universum quarumcumque personarum, ac quorumvis Ordinum tam Mendicantium quàm nonMendicantium, Militiarum, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, etiam JESU, ac eorum alterius Instituti, etiam necessario, & in universo exprimendi, Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tam Sæcularium, quàm Regularium locorum, nec non eorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque, Indultis & privilegiis etiam in corpore juris clausis, aut ex causa, & titulo oneroso, vel in favorem fundationis concessis, etiam Matris Magnæ, seu Bullæ aureæ, aut aliàs nuncupatis: Conservatorum deputationibus, eorumque privilegiis aliis inhibitionibus, quibus Episcopo deferre minimè teneantur, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, seu aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis, concessis, & itoratis vicibus approbatis, & innovatis, quibus

rubus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis quoad hoc eisdem præsentibus adversantur, illis in suo robore permansuris, harum tenore specialiter, & expressè derogamus, cæteraque contrariis quibuscumque, &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo septuagesimo, Undecimo Kalendis Julii, Pontificatus Nostri Anno primo. Hæc Bulla.

3297 Verè de familia, & continui commensales dicuntur Oblati, Donati, seu Terminati, atque etiam sæculares, qui Religiosè vivunt, & insuper intra eorum Monasteriorum septa habitant, vivunt, ac dormiunt, atque sub eorum Prælatorum obedientia degunt, non ratione voti, sed ratione officii; hi namque gaudent privilegiis Regularium; quibus inserviunt, etiam si eisdem stipendiati sint; adeóque Confessarii Regulares possunt eorum Confessiones audire ex sola approbatione Prælati Regularis, sine approbatione Ordinarii loci. Qui privilegio non gaudent illi sæculares, qui tantùm inserviunt; sed cum sæculares omnes extra Monasteria habitant, & vivunt. Turanus *tit. de Confessorib. num.* 12. *pag.* 117.

3298 Confessarii approbati pro fratribus non censentur approbati pro Novitiis. Melphi *in cap. 6. stat. 7. q.* 10, Quod probat ex Decretis Clem. VIII. pro Novitiis, ubi dicitur: *Magistro soli Novitiorum confessiones audiendi cura committatur.* Et injungitur, ut eis Confessarii extraordinarii bis, aut semel in anno deputentur. Et ex nostris statutis, quæ prohibent, Novitios aliis à Magistro confiteri; unde concludit Melphi, eorum confessiones factas alteri à Magistro, esse invalidas. Est contra Bord. *res. 4. num.* 11 qui tenet esse validas, putans Decreta Clem. VIII. pro Novitiis non obligare sub culpa.

Certum est, quòd si Novitius frui nolens Regularium facultate confiteretur cum Confessario ab Ordinario approbato pro sæcularibus, valida esset confessio. Melphi *cit.*

Confessiones juvenum professorum factæ cum Confessariis approbatis pro fratribus, aliis à Magistris, sunt validæ. Melphi *cit.* nisi Provincialis in approbatione juvenes professos sub cura Magistrorum degentes expressè excluserit.

DE CASIBUS RESERVATIS.

3299 Licèt ignorantia censuræ, irregularitatis ex delicto, &c. excuset à censura, irregularitate, &c. ignorantia reservationis non excusat à reservatione, quia reservatio non est pœna, sed medicina; est enim limitatio potestatis confessariorum ad bonum regimen, & ob bonum publicum facta, ut scilicet fideles ab iis peccatis committendis absterreantur, dum vident ea non posse ab ordinariis Confessariis absolvi. Tum quia reservatio est restrictio jurisdictionis, quæ tota pendet à voluntate superioris; adeóque non oportet, ut eam sciat Reus, sed Confessarius.

3300 Reservatio non est facienda. sicut neq; excommunicatio major est ferenda pro veniali-

venialibus, aut mortalibus jam confessis, sed pro mortalibus gravioribus; ita Doctores communiter: vide Tamb. *tom. 2. pag.* 40. *de cas. res. cap. 2. num. 3.* Leandrum *de pœnit. tr. 5. disp. 11. q. 6.* Mastrium *in theol. mor. disp. 21. q. 9. num. 224.* Ratio communis est. 1. Quia venialia, & mortalia confessa sunt materia libera adeóque eorum reservatio esset inutilis. 2. Quia reservatio est ab Ecclesia instituta ad coercenda delicta atrocia; constat ex Trid. *sess. 14. cap. 7.*

(Magnoperè verò ad Christiani populi disciplinam pertinere Sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quædam, & graviora crimina, non à quibusvis, sed à Summis dumtaxat Sacerdotibus absolverentur; unde meritò Pont. Max. pro suprema potestate sibi in Ecclesia universali tradita, causas aliquas criminum graviorum suo potuerunt peculiari judicio reservare. Neque dubitandum est, quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cujusque Diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem, liceat pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes authoritate, præsertim quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est:) *v. n.* 151. 1999.

3301 Hinc Clemens VIII. pro casibus reservandis pro Religiosis edidit Decretum tenoris sequentis.

(Sanctissimus D. N. jam pridem accuratè perpendit, & re ipsa comperit, quòd reservatio facultatis absolvendi Religiosos pœnitentes à peccatis quibusdam gravioribus, nisi superiores admodùm prudenter, ac moderatè illa utantur, nonnullos infirmiores, qui interdum superiori suo conscientiæ maculas detegere formidant, adducere posset in æternæ damnationis periculum, & spiritualis remedii desperationem.

Quocirca, ut huic malo sanctitas [illegible] opportunè provideret, decrevit, ut nemo [illegible] Regularium superioribus peccatorum [illegible] lutiones sibi reservet, exceptis iis, quæ [illegible] quuntur, aut omnibus, aut eorum aliquibus, prout subditorum utilitati expedire bonâ [illegible] mino judicaverit.

1. Veneficia, incantationes, sortilegia.
2. Apostasia à Religione, sive [illegible] missio, sive retento, quando [illegible] nerit, ut extrà septa Monasterii, [illegible] Conventus fiat egressio.
3. Nocturna, & furtiva è Monasterio seu Conventu egressio, etiam animo apostatandi facta.
4. Proprietas contra votum paupertatis, quæ sic peccatum mortale.
5. Juramentum falsum in judicio [illegible] lari, seu legitimo.
6. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum pro [illegible] fetu m, etiam effectu non [illegible]
7. Falsificatio manus; aut sigilli [illegible] um Monasterii, aut Conventus.
8. Furtum de rebus Monasterii, [illegible] ventus, in ea quantitate, quæ [illegible] catum mortale.
9. Lapsus carnis opere consummatus.
10. Occisio, aut vulneratio, seu [illegible] percussio cujuscumque personæ.
11. Malitiosum impedimentum, [illegible] tardatio, aut aperitio litterarum [illegible] rioribus ad inferiores, & ab [illegible] bus ad superiores.

Si quod aliud peccatum grave pro [illegible] gionis conservatione, aut pro com[illegible] putitate reservandum videtur, id [illegible] fiat, quàm Generalis Capituli in toto [illegible] ne, aut Provincialis in Provincia, [illegible] discussione, & consensu. Superiores [illegible] gulis domibus deputent duos, tres, [illegible]

res Confessarios, pro subditorum numero majori, vel minori, &c. qui à non reservatis casibus absolvant, & quibus etiam reservatorum casuum solutio committatur, quando casus occurrerit, &c. Datum Romæ apud S. Petrum 26. Maji 1593.)

3302 Præfatum Decretum confirmavit Urb. VIII. per Decr. S. Congr. Conc. die 21. Jun. 1624. addens quod sequitur:

Sanctitas sua denique declaravit, ut si aliquando Regularium Confessarii casus a se reservati facultatem petentibus, superiore id fieri nolente, possint nihilominùs Confessarii illa vice pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, absolvere. *Pal. tom. 3. num. 282.*

3303 Facultas reservandi casus in Religionibus competit Superioribus auctoritatem quasi Episcopalem habentibus, nempè Generalibus, Provincialibus, & Abbatibus; quare mea Religione adest statutum Capitulare. Assisii de anno 1526. (Ordinatum mandatur auctoritate Apostolica, & istum Capituli Generalis, quòd nullus Guardianus possit sibi reservare casum aliquem nisi solum Minister Provincialis id poterit.) *Tamburus tit. De Prælatis pag. 291, n. 8. & lib. 1. tom. 1. q. 21. ar. 2. num. 3432.*

Reservationem imprudenter, & immoderatam, invalidam, ait esse Vasquez, quam Trid. Prælati reservare possunt solum in salutem, non in destructionem. Veritatem dico, esse graviter illicitam, juxtà *Pal. tom. 1. num. 5. & 6.* adeoque moderatam, sed validam; quia nec Trid. nec Clem. VIII. utitur particula irritativa. Tamb. *pag. 48.*

3304 Prudentiam autem in excommunicatione infligenda, ultrà Trid. *sess. 25. de reformat. cap. 3.* relatum *in 2. tom. num. 5.* docet ultimat Scotus *in 4. distinct. 19. q. 1. lit. L*, his verbis: *Et sic excommunicationum quædam pericula, quæ proveniunt ex pronitate quorundam ad excommunicandum; frequens siquidem est hujus gladii percussio, qui tamen raro ab Apostolis invenitur extractus. In omnibus enim epistolis Pauli, non invenies, quòd excommunicaverit, nisi tribus vicibus: Primò, prima ad Corinth. 5. &c. Idem in prima ad Thim. &c. Idem ad Gal. 1. &c.*

3305 Peccata, ut sint reservata, debent esse consumata; unde non sufficit, si sint attentata, nisi in reservatione exprimatur.

3306 Pueri ante annum 14. pubertatis, licèt eximantur à censuris (de quo infrà) non eximuntur à reservatione; quia reservatio est restrictio jurisdictionis facta Confessario, quæ quidem est valdè utilis pueris, ut à gravioribus peccatis deterreantur. Tamb. *tom. 2. pag. 40. num. 5.*

3307 Vagi, & peregrini, si discedant è loco, ubi peccatum non est reservatum, & accedant ad alium locum, ubi est reservatum, non possunt ab eo absolvi; quia vagi, & peregrini, qui scilicet nullibi degunt cum animo majori anni parte permanendi, ubique fortiuntur forum: eadem ratione, si bona fide discedant è loco, ubi peccatum est reservatum, & accedant ad locum, ubi non est reservatum, possunt ibi à Confessario communi ab eo absolvi, nisi eò accesserint in fraudem reservationis, ut in Bulla Clem. X. §. 6. *n. 3297.*

3308. Eadem ratione, si quis peccatum commissum heri, quando erat reservatum, confiteatur hodie, quando non est reservatum, quatenus superior hodie reservationem abstulit, potest ab eo absolvi à Confessario communi: è contra, si peccatum commissum heri, quando non erat reservatum, confiteatur hodie, quando factum est reservatum, nō potest ab eo à Confessario communi absolvi,

quia in primo casu hodie non est Confessarii communis restricta jurisdictio, bene verò in secundo casu. Tamb. *tom. 2. pag. 40. nu. 9.* Diana *par. 10. tr. 15. res. 39.* contra Pasqualium, qui etiam affirmat in 2. casu, ex eo quia *lex de novo aliquid disponens, non trahitur ad præterita, sed solùm ad futura.*

3309 Qui confitetur habenti potestatem super reservatis, si inculpabiliter oblitus sit reservatorum, potest postea, quando memoriæ occurrunt, ab eis à quolibet Confessario communi directè absolvi, quia jam est ablata reservatio, ob intentionem virtualem, aut interpretativam pœnitentis; nam pœnitens, dum petit absolvi, virtualiter petit, in quantum indiget, & ipse Confessarius intendit absolvere in quantum potest, & pœnitens indiget, ut patet per illa verba: *In quantum possum, & tu indiges*; tunc igitur tollitur omnis reservatio, & censura. Mastrius *disp. 21. q. 9. n. 235.* Poncius, Diana, & communior.

3310 Idem dic de eo, qui tempore Jubilæi est confessus, inculpabiliter alicujus reservati oblitus, etiam si postea intra tempus Jubilæi omnia opera præscripta non impleverit, & inde Indulgentiam non sit lucratus, modò, dum confessus est, verum animum Jubilæum lucrandi habuerit: potest, inquam, post Jubilæi tempus, quando recordatur, directè super eo à communi Confessario absolvi, ut infra de Jubilæo.

3311 Confessarium, si post debitum examen dubitet, an pœnitens lapsus sit in mortale reservatum, dubio juris, aut facti, sive dubium sit positivum, sive negativum, judicare debere in favorem pœnitentis, quòd non sit reservatum, & absolvere, tenent Mastrius *disp. 21. q. 9. nu. 234.* Tamb. *tom. 1. de consc. pag. 21. ver. Casus,* Leander *de pœnit, tr. 5. disp. 12. q. 11.* Arsdekin. *tom. 2. pag. 208. n. 11.* rationem habes *in nn. 53. & 56. vide 19. & 23.* Freira vult, debere absolutum suspendere, usquequo consulat peritum.

3312 Quòd si postea pœnitens certò agnoscat commisisse peccatum reservatum, Mastrius, & Leander *q. 12. cit.* cum aliis tenent, quòd non sit obligatus recommendare habentem facultatem; idque ex præsumpta voluntate superioris, quòd non velit reservationem in dubio, nisi exprimat. At ego dico cum aliis, quòd sit obligatus, si dubium est de peccato dubio, postea cognito, ut *in nu. 3045.* Tum quia ignorans casum reservatum, licet bona fide absolvatur ignito errore, tenetur accedere. Imo Confessarius, si veniat in notitiam, tenetur pœnitentem, licentia petita, re de errore commisso; quia revera absolvendo; *v. n. 3233. & de sacr. & in prop. 17. & 20. ab Alexan. VII. dam.* Plura vide *à n. 3121.*

3313 Reservatio cum sit odiosa, gne interpretanda; unde restringi peccata certo reservata, non ad dubium sit juris, sive facti.

Nec obstat Decr. Clem. VIII. 1601. quod in reservatione comprehendit casus cœnæ dubios; nam fuit mo per aliud Decr. ejusdem de anno omisit particulas illas: *Clarè, vel tentis.* Verricelli *tr. 8. q. 16.* & com.

DE POTESTATE EPISCOPORUM IN RESERVATA

3314 A Dest Decretum Trid. *sess. reform. c. 6.* ut sequitur:

[Liceat Episcopis in irregularitatibus, & suspensionibus, ex delictis provenientibus, excepta ea, quæ homicidio voluntario, & excepto

...ubis ad forum contentiosum, dispensare, ...in quibuscunque casibus occultis, etiam ...ni Apostolicæ reservatis, delinquentes ...scunque sibi subditos, in diœcesi sua ...ipsos, aut Vicarium ad id specialiter ...andum, in foro conscientiæ gratis ab-...ire, imposita pœnitentia salutari. Idem ...hæresis crimine in eodem foro consci-...is tantum, non eorum Vicariis, sit per-...sum.]

3315 Hujus igitur Decreti virtute pos-...Episcopi ab hæresi occulta absolvere; ...facere possunt extra Sacramentum Pœ-...nitentiæ; imò & in absentia, quia est absо-...ta censura, ut *in num.* 3152. nam parti-...da, *in foro conscientiæ*, solùm importat, ...ubi absolutio non prosit in foro externo, ...ingat hæresim in judicium deduci. ...ac. 1. tr. 5. res. 2. Ita ut, si casus fiat ...ltus, sic absolutus, ad vitandum scan-...m, & ad non inferendum præjudicium ...eriori, debeat in publico se gerere ...m excommunicatum; possit tamen ...nto, secretò, & sine scandalo se gere-...non excommunicatum, Missam audi-...menta recipere, cum aliis loqui, ...ulando se esse absolutum: *v. n.* 3466. ...absolutione censuræ, potest quis à ...nam hæresis, à quolibet simplici ...fitio absolvi; quia ablata censura re-...cidit reservatio casus: *vide tom.* 2. ...29 *ad* 192.

3316 Insuper hæresis absolutionem po-...casu particulari occurrente, suo Vica-...Generali committere. Diana *par.* 3. *tract.* ...*bil.* 92. Jo. de Castillo *tract.* 10. *de cen-...ris dub.* 4. *sect.* 4. *pag.* 186. nam per verba ...*quibuscunque casibus per se, aut Vica-...rios*, de per alia: *& in hæresis crimine eis ...rum Vicariis sit permissum*; ...est, quòd in aliis casibus, præter hæ-resim, possit Episcopus specialiter deputare suum Vicarium quoad omnes casus contingentes, ea ratione, quòd qui potestatem ordinariam habet [uti est Episcopus] potest eam alteri generaliter delegare; in casu verò hæresis non possit facultatem absolvendi delegare suo Vicario ad omnes casus hæresis contingentes: At non inde sequitur, quòd non possit eam illi delegare in casu particulari hic, & nunc occurrente; sicut enim in casu particulari hæresis hic, & nunc occurrente potest Episcopus alteri à Vicario committere, ut absolvat, cur non potest suo Vicario? Tunc igitur Vicarius Generalis absolvet, non ut Vicarius Generalis, seu ut specialiter deputatus generaliter ad omnes casus hæresis contingentes; sed ut particularis, seu ut specialiter deputatus specialiter ad casum particularem hic, & nunc occurrentem.

3317 In Decreto est sermo de occultis: *Occultum* est, quod non est notoriè divulgatum, & potest aliqua tergiversatione celari. Ex Sanchez.

Occultum non est, quod notum majori parti Viciniæ, Parochiæ, aut Monasterii, dum modò ibi sint saltem decem personæ. Fagundez ait, non esse publicum in magna Civitate, si sit notum septem, vel octo personis. Et Donatus *tom.* 1. *par.* 2. *pag.* 67. si sit notum octo, vel decem personis.

3318 Crimen commissum in domo, aut familia, non est per se publicum; quia domus privata non est universitas, seu communitas. Donatus *cit.* nisi ex circumstantiis prudenter judicetur fore faciliter evulgandum, puta si ibi reperti sint exteri plures loquaces, &c.

3319 Occultum in una Provincia, posse ibi tanquam occultum absolvi, quamvis in alia sit publicum, docet Avila *p.* 2. *cap.* 7. *dif.* 11. *conclus.* 3. cum Salmanticensibus, contra

Suarium; quia tale crimen revera in eo loco est occultum. Quam sententiam sequitur Jo. de Castillo *tr.* 10. *de censuris dub.* 4. *sect.* 2. & Leander *de censuris tr.* 2. *disp.* 17. *q.* 57. maximè, si delictum sit publicum in loco tam distanti, ut non sit spes, ut faciliter ad locum illum, ubi est occultum, deferatur.

3320 Dicitur, *deductum ad forum contentiosum*; quando est deductum in judicium, & reus est citatus. Quòd si postea non probetur, manet occultum ex defectu probationis in judicio, & potest ab Episcopo absolvi.

Si Judicium sit finitum, & reus punitus, posse ab Episcopo absolvi, docent Bardi *in selecta lib.* 7. *quæst.* 14. *n.* 7. & Leander *de censuris tract.* 2. *disp.* 17. *quæst.* 56. quia Trident. dum talem facul. excludit, loquitur, dum delictum est deductum ad forum contentiosum, & est in fieri fori, minimè peracto judicio; quia peracto judicio, jam salvatur finis Tridentini, quod est, ne quis declinet à foro, sed satisfaciat Judici. At probabilius mihi est non posse. Bonac. *de censur. disp.* 1. *q.* 3. *pun.* 2. & *disp.* 7. *q.* 5. *pun.* 1. quia tunc delictum est factum publicum publicitate juris.

3321 Capitulam Sede vacante potest id, quod potest Episcopus, quia ei succedit in tota jurisdictione ordinaria; unde potest virtute ejusdem Decreti Trid. alteri committere absolutionem hæresis; debet autem hæresis deferri Capitulo sine expressione personæ absolvendæ, ne aliter fiat publica, & absolvi non possit. Diana, & Tamb.

3322 Hæc satis dicta sunt virtute Decreti Trid.

DIFFICULTAS CELEBRIS EST,

3323 *An hodie, stante Bulla Cœnæ, possint Episcopi absolvere in foro conscientiæ à casibus occultis in Bulla Cœnæ contentis, maximè ab hæresi?*

3324 Pro aliis casibus reservatis Bullam Cœnæ vigere facultatem Trid. [illegible] riter doctrinas *à n.* 3315. hactenus tra militare, non est dubium.

3325 Pro casibus igitur in Bulla Cœ contentis, duæ sunt sententiæ.

Prima affirmat. Leander *de censuris disp.* 17. *qu.* 45. & 46. Tamb. *tom.* [illegible] *cap.* 1. *pag.* 49. ¶. 8. *n.* 12. Joan. de Cast *de censuris tr.* 10. *dub.* 5. *nu.* 65. *pag.* Donatus *tom.* 1. *par.* 1. *tr.* 13. *qu.* 14. *n.* Melphi *in com. cap.* 2. *stat.* 14. *pag.* 11. Fagundez, & innumeri alii apud ipsos propos. damn. Arsdekin, & Fenech.

Ratio est, quia potestas, quam Episcopi absolvendi à casibus occultis hæresis, reservatis in Bulla Cœnæ, [illegible] revocatio dubia; igitur non sunt ea randa; nemo enim est spoliandus per superveniens dubium: Et in dubio or est conditio possidentis.

Major liquet; quia talis potestas petit ex jure communi antiquo, & Tri tini.

Minor suadetur; nam vitanda ex ctio juris, quando commodè fieri pot ciliatio, maximè loquendo de Tri decreta sunt tantæ existimationis apud tifices, ut quotidie eorum observantia cipiant, & viridem esse velint; Bulla Cœnæ, cum non exprimat casus re de quibus expressè loquitur, concessa dentini facta Episcopis, potest explic publicis, pro quibus ipsum Trid. proh

3326 Item per clausulam gener intelligitur revocatum alicujus Conci neralis Decretum, nisi de eo hat specia expressa mentio, ex *cap. Ex parte, de Monach.* & ibi Glossa *ver. Nulla mentio Nonnulli, de rescript.* & ibi Gloss. *ver. rint mentionem*; quod maximè proce

videatur ob ejus specialem gravitatem.

Denique per Bullam Cœnæ revocantur privilegia [ut liquet ex verbis] non jus commune, maximè Tridentini; & ità docuerunt plures, Enriquez, Penna, Medina, Gallus, Valli, qui fuerunt in Concilio, quos refert Sanct. la Cruz, *de Sacram. Pœnit. q. 5. dub. 4. num. 1.*

3327 Præmissa verò ratio æque probat de quâvis hæresi occultâ; quia Bulla Cœnæ non habet specialem reservationem pro hæresi.

Hinc accedit praxis, & consuetudo, qua vigente Bullæ, casus Cœnæ occulti [excepta quidem hæresi] absolvuntur toties, quoties, quotcumque casus occulti dicuntur evadere Episcopales; consuetudo autem dat jurisdictionem *v. an. 3274.*

3328 Non obstant Declarationes Pontificum, & S. Congr. quæ in contrarium referuntur pro hæresi occulta; quia aliquæ ex citatis loquuntur de virtute Bullæ Cruciatæ; earum constant authenticè, ut constare debet, ex *n. 219.* Non debet autem cadere dubium Tridentini per voces.

3329 Imò in contrarium Leander *cit. ad* 4. ex auctoritatem Card. Caraffe, à quo nomine S. Congr. sibi Comitolus esse respondisse affirmat, nil videlicet per Bullam Cœnæ innovatum esse, aut hoc tempore derogari posse Episcoporum privilegiis: Quod similiter Pium V. refert Vivaldus cum aliis Leandro.

3330 Nec demum obstat propositio ter. damnata ab Alex. VII. relata, quia ibi damnatur propositio hypothetica, quòd.

Sacerdotia asserens Bullam Cœnæ solum pro hæresi absolutionem hæresis, & aliorum criminum quando publica sunt, & id non derogare libertati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Junii in Congr. S. Congr. Eminentiss. Card. visa, & to-

In qua propositione ly, *Visa, & tolerata est*, damnatur; quia hoc est prædicatum, & totum id, quod antecedit, est subjectum propositionis damnatæ.

Hæc sunt motiva primæ sententiæ affirmativæ pro Episcopis.

3331 Secunda sententia, quam amplectendam dico, negat de omnibus in Bulla Cœnæ contentis, & maximè hæresi. Diana. *p. 1. tr. 5. res. 2. par. 3. tract. 6. resol. 92. par. 4. tr. 14. resol. 239. & par. 7. tr. 2. resol. 23.* Volpi *res. 21.* Fagnanus *lib. 1. Decr. cap. Quoniam 13. de constitut.* Del Bene *de Inquisit. par. 1. dub. 55.* Suarez, Toletus, Villalobos, & alii apud ipsos.

Constat ex ipsa Bulla Cœnæ, quæ postquam 20. excommunicationes contra 20. casus fulminat, immediatè dictas censuras reservat his verbis.

3332 [Cæterum à prædictis sententiis nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo, cautione præstita, absolvi possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum, quibuscumque personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditis, &c. Nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana Excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cujusvis Concilii Decreta, &c. concessorum, aut concedendorum.

3333 Quòd si fortè aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui, absolutionis beneficiorum impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus.

3334 Non obstantibus privilegiis, indul-

gentiis, indultis, &c. ex quavis causa, etiam per viam contractûs, aut remunerationis, &c. ac cum quibuscumque clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis concessis.)

3335 Et quia nullum Concilium facultatem à dictis reservatis absolvendi Episcopis concessit, nisi Tridentinum *cit.* ideo ejus facultatem Bulla Cœnæ revocat, aliàs superflua essent verba illa: *Ac cujusvis Concilii Decreta.*

Ac proindè non obstant textus *n.* 3326. relati; quia in revocatione per Bullam Cœnæ fit mentio Tridentini in specie per verba æquipollentia; quoties enim derogatio Pontificia verificari non potest, nisi aliquo Concilio individuali derogato, derogatio, quæ secundum terminos generalis apparet, censetùr specifica, & individua, ex *l. 2. ff. de liber. & posth.* Diana *par. 7. tr. 2. res. 23.*

3336 His accedit Declaratio S. Congreg. Universi. Inquis. Rom. quem refert Prothonotarius Apost. Piasecii *in praxi Episcopal. par. 2. c. 1. n. 4.* supra Bullam Cœnæ, & est sub his verbis.

An Episcopus, & Inquisitores possint hodie ex c. 6. sess. 24. absolvere lapsos in hæresim, non obstante Bulla Cœnæ Domini, Congregatio censuit eam Bullam derogare Decreto cap. 6. Del Bene *de Inquis. par. 1. dub. 5. num. 16. pag. 193.* eam refert, & sub his verbis.

Congregatio censuit huic Decreto Conc. Trid. sess. 24. c. 6. de refor. non tantùm in crimine hæresis, sed in omnibus casibus comprehensis in Bulla Cœnæ Domini Pii V. esse derogatum.

Et Pegna *in 3. par. direct. q. 92. Inquis. com. 114. vers. Equidem:*

Equidem in Supremo Inquisit. Prætorio S. & se, nec debere Episcopum amplius virtute Concilii Gen. Rom. Inquis. sæpe pronunciatum est, nec posse absolvere occultos hæreticos in foro conscientiæ sive quia per Bullam Cœnæ Pii V. sit derogatum; sive quia Pius V. & Greg. XIII. ita declararunt.

3337 His de causis certum habuit damnatio Alex. VII. qui damnavit quidem propositionem hypotheticam, sed non categoricam, quæ est ejus subjectum, damnaverit: Damnavit namque (quòd Bonacina asserit, Bullam Cœnæ prohibere absolutionem criminum in ea contentorum, quando publica sunt, ac proindè non egari decretro Concilii, fuerit visa, & rata) igitur ejus contradictoria, quòd sententia fuerit tolerata, & falsa; ergo ipsam damnationem dicta sententia non tolerata, sed contradicta ab ipsamet Cœnæ, adeóque est falsa.

3338 Conveniunt autem fere omnes utriusque sententiæ, quòd possit Episcopus dispensare in irregularitate ex hæresi proveniente; quia in Trid. *cit.* solùm irregularitas ex homicidio voluntario excipitur; & in concessione exceptio firmat contrariam aliarum. Nec ex negatione facultatis absolvendi ab hæresi infertur negata facultas dispensandi in irregularitate; quia per Bullam Cœnæ absolutio à censura reservata minimè dispensatio ab irregularitate, in hac nulla fit mentio.

Item sunt res diversæ, & à separatis non illatio, ex *l. Papian. exul. ff. de minor.* Accessorium sequitur suum principale in favorabilibus, minimè in odiosis, & quandò non accessorium naturale, sed ex jure positivo humano. Alberghinus *in manual. quæst.* 52. cum Bordon, Castrogal. & Fagun. cum Mastrium, qui *disp. 13. n. 187.* cum Bonacina; quia *cùm prohibetur majus prohibetur minus, ex cap. Cum illorum de sent. excom.* habetur, Episcopos non posse dispensare in iis casibus, in quibus est prohibita absolutio

3339 Ca-

3339 Conveniunt etiam communiter, quòd absolvens à casibus Bullæ Cœnæ sit excommunicatus, sed quòd talis excommunicatio non sit reservata.. Volpi *ref.* 20. *num.* 3. & constat ex ipsa Bulla, ut *in num.* 3333. licet tamen non sit reservata, ubi Bulla Cœnæ est reservata Papæ. Ex Decreto S. Congr. edito Clem. VIII. 9. Januarii 1691 de quo infra.

QUÆRES I.

3340 *Quid agere debeat hæreticus occultus ob periculum infamiæ, aut gravis scandali urgeat necessitas celebrandi, aut communicandi;*

Affirm. debere uti remedio exposito à Dian. 3111. *ad num.* 1325. Volpi *ibi* Diana *par.* 7. *tract.* 2. *res.* 25. *& par.* 1. *tr.* 1. *res.* 4.

QUÆRES II.

3341 *An Inquisitores possint in foro conscientiæ absolvere ab hæresi occulta?*

Affirm. Inquisitores in Regnis Hispaniæ, & Siciliæ, possunt absolvere ab hæresi non tantùm foro judiciali, & externo, sed etiam foro interno conscientiæ. Minimè alii confessores. Dian. *p.* 2. *tr.* 5. *res.* 4. *par.* 8. *tr.* 15. *to.* Pereiras, Acugna, Villalobos, Castro *par.* 2. *tit.* 2. §. 7. *num.* 61. & quàmplurimi ipsos, & post propos. damn. Pistachia *superstit. par.* 1. *cap.* 29. *n.* 5. *pag.* 200. Quorum alii hanc facultatem Inquisitoribus Hispaniæ, & Siciliæ, competere dicunt ex speciali privilegio, alii ex usu, & consuetudine, ex tacita permissione, ac benignitate S. Sedis, & quidem rationabili; quia cum sint remotæ ab Urbe; privarentur hæretici occasione remedio, retardarentur venire ad Urbem, & cogerentur accedere Romam, quod est remedium non suave, sed rigorosum.

3342 Dicta firmat Carena *cit. num.* 61. ex Maximo *in praxi S. Off. par.* 10. *assert* 108. dicens, ita fuisse decisum à Supremo Tribunali Urbis.

Et quidem plura esse à S. Sede concessa Inquisitoribus Hispaniæ, quæ non sunt aliis concessa, liquidò constat, ut ex tom. 2. Adde Inquisitores in materiis fidei esse delegatos S. Sedis.

3343 Hæc facultas absolvendi in foro conscientiæ ab hæresi occulta, competit non solùm toti Consistorio, sed cuilibet Inquisitori seorsim, ita ut quilibet possit talem facultatem cuilibet Confessario in casu occurrente specialiter committere. Nec ad talem facultatem exercendam, aut committendam requiritur in Inquisitore Ordo Sacerdotalis; quia hæc facultas est concessa Inquisitori, non annexa Ordini, seu in ordine ad Confessionem Sacramentalem, sed annexa Officio. Diana *par.* 1. *tract.* 5. *res.* 3. Joann. de Dicastillo *tr.* 10. *de censuris dub.* 12. Freiras, Villal. & alii apud ipsum.

QUÆRES III.

3344 *Quid agere debeant impediti?*

IMPEDITUS

3345 PErsonaliter adire Pontificem, non tenetur mittere pro absolutione per nuncium, aut litteras; ita absolutè tenet Donatus *to.* 1. *par.* 2. *pag.* 69. *num.* 11. Tamb. *to.* 1. *pag.* 61. *num.* 9. Mendo *in epit. ver. Reservati casus num.* 40. Leander *de censuris tract.* 2. *disp.* 17. *q.* 60. quia jura solùm exigunt personam.

3346 Cæterùm pro occultis puto recurrendum esse ad sacram pœnitentiariam per epistolas, in casibus ad illam spectantibus, si commodè fieri possit, & necessitas aliqua non impediat; quia ad hoc est Sacramentum Pœniten-

Pœnitentiaria ex benignitate Apostolica instituta, ad quam (maximè in nostris regionibus) facilis est recursus, & nullum est infamiæ periculum: *v. instructionem.*

3347 Certum tamen est, quòd non teneatur accipere Bullam Cruciatæ; quia est remedium extraordinarium.

Impeditus igitur adire Papam, impedimento perpetuo, aut longi temporis, potest ab Episcopo directè absolvi pro utroque foro ab omnibus casibus publicis reservatis Papæ à jure, aut ab homine, etiam in Cœna Domini, & hæresis. Donatus *cit.* Tamb. *cit. pag.* 62. Leander *cit. q.* 59. Bellizarius *de Monialibus cap.* 9. *n.* 26. & com. *cap. Si quis suadente, cap. Ea noscitur, cap. Mulieres cap. de Monialib. tit.* 39. *de sent. excommun. in lib.* 5. quæ jura licèt loquantur de censura ob percussionem Clerici, publicam, & enormem, militant tamen in cæteris censuris, & casibus; quia eadem est ratio legitimi impedimenti, & benignitatis Apostolicæ, ne animæ periclitentur. Cui accedit praxis.

3348 Impediti ire Romam, recensentur. *in lib.* 5. *tit. de sent. excom. in cap.* 58. *Quamvis incidens*, his verbis (nisi imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia, aut inopia, puerili, vel senili ætate, seu alia corporis impotentia, sive quolibet impedimento Canonico retrahatur, quominùs Romanum Pontificem possit adire, vel nisi juris beneficio à labore hujusmodi excusetur.)

Item ibi *in cap.* 13. *Ea noscitur, Mulieres, senes, valetudinarii, seu membrorum destitutionibus impediti, licèt ad Apost. Sedem non veniant, ab Episcopis valeant fidelium communioni restitui, satisfacto juxta facultates his, quibus per eos constiterit injurias irrogatas.*

Impedimenta igitur legitima sunt.

1. *Articulus mortis*, de quo infrà.
2. *Infirmitas longa*, licet non periculosa, ut podagra, &c.
3. *Inimicitia*, qua grave damnum [illegible] aut suis prudenter timet, si adiret.
4. *Paupertas*, quia nemo tenetur [illegible] re mendicando.
5. *Ætas pueritis*, seu impubem, [illegible] nilis.
6. *Fragilitas sexus*, sic sunt impedi[illegible] lieres omnes maximè Monial[illegible].
7. *Debilitas virium*, sic viri debiles [illegible] labores itineris sustinere non [illegible]
8. *Astrictus alteri*, sic qui sui juris [illegible] ut servus, aut filius familias, [illegible] ne præjudicio domini, aut patris[illegible] pam adire non possunt.
9. *Cura animarum, aut temporis in[illegible] nium*, quando rationabiliter [illegible] subditi damnum patiantur. Sic [illegible] prio labore tenetur alere [illegible] familiam. Sic qui habet officium [illegible] cum; quod iter impediat, quod [illegible] linqui sine detrimento non [illegible]
10. Quodlibet aliud impedi[illegible] gitimum prudentis judicio, [illegible] impediat, ut detentio in cæter[illegible]

3349 Si impedimentum est perp[illegible] absolvuntur sine onere comparen[illegible] porale, cum onere comparendi, [illegible] dunt in aliam similem excommu[illegible] Ex *c. Eos, qui de sent. excom. c. Statuim[illegible] 5. & c.* 11. *de cætero, tit.* 39. *de sent. [illegible]*

Excipitur impuber, qui factus [illegible] tenetur Papam adire, sed adhuc [illegible] tatem potest ab Episcopo absolvi [illegible] ra in impubertate contracta. Le[illegible] *q.* 59. *ex cap. Quamvis, &c. Puer[illegible] excom.*

3350 Cæteri, elapso impedim[illegible] nentur se præsentare Papæ, quim[illegible] commodè possunt, prudentis arbitrio

circumstantiis; personæ, loci, temporis, personis faciendæ, &c. taliter, ut non adsit culpabilis negligentia, aut fraus.

3352 Sufficit, si se præsentent per procuratorem, si Papa sit contentus, & non velit audire personam; quia jura, dum exigunt personam, benignè concedunt, ut impeditus non teneatur mittere procuratorem, sed ut non impeditus possit per seipsum, aut procuratorem. Leander *cit. q.* 67. Excipitur casus professionis Clerici, pro quo *cap. Quod de voto excom.* exigit taxativè personam. Præsentatio tunc fit, non ad obtinendam absolutionem, cum jam sit directè, & plenè absolutus; sed ad obediendum mandato Papæ ultrà satisfactionem partis, hoc aliud, quod est satisfactionis, exigit. Sanchez apud Leandrum *cit. q.* 66.

3353 Præfatos impeditos ire Romam, si non etiam impediti adire Episcopum, posse à reservatis casibus publicis absolvi in foro conscientiæ à Parocho, aut alio legitimo Confessario, & in horum defectu à quolibet habente, affirmant Castropalaus, & plures apud Leand. *cit. q.* 62. quatenùs eadem est ratio, quare fuit concessa Episcopis dicta facultas; sed rectiùs negant Leander *cit.* & Diana *p. 7. res.* 10. quia jura in dictis impeditis solùm ad Episcopum concedunt recursum, non ad Parochos, & Confessarios inferiores. Excipitur casus necessitatis, quo infirmus confessio, aut communio, de quo infra *num.* 3354. *ad* 3361.

3354 Impeditos adire Episcopum pro casibus sibi reservatis, pariter posse absolvi ab inferiori, affirmant Tamb. *tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 2. *num.* 35. Castropal. Amendolia, & alii in foro conscientiæ, & cum iisdem oneribus quatenùs non obligat strictiùs Episcopus, quam Summus Pontifex.

At rectiùs negant Mastrius *disp.* 21. *n.* 232. & de Lugo; quia jura id concedunt Episcopis in casibus Pontificiis propter distantiam, & accessum difficilem, quod non est in ordine ad Episcopos, qui maximè faciliter possunt pœnitentiarios in locis Diœcesis deputare; hinc Concil. Trident. tantùm mortis articulum excipit.

IN ARTICULO MORTIS,

3354 SEu in probabili periculo ejus Confessarius inferior, imò quilibet Sacerdos potest ab omnibus casibus, & excommunicationibus reservatis, etiam ob hæresim directè absolvere (minimè à suspensione, & interdicto. De Lugo *de pœnit. dub.* 20. *num.* 203. ex Decreto Trident. *sess.* 14. *c.* 7. *num.* 3245 relato) ex Decr. Trid. *sess.* 14. *cap.* 7.

3355 Hoc tamen est discrimen inter peccatum, & censuram, ut si peccatum non habeat annexam censuram, absolutus à peccato reservato in articulo mortis, si convalescat, non tenetur se repræsentare Superiori; quia onus comparendi, quod jura in illo articulo imponunt, solùm est pro censuris reservatis; exceptio autem firmat regulam in contrarium. Mastrius *disp.* 21. *num.* 232. & com.

Si verò sit ei annexa censura, cujusmodi sunt casus reservati Pontifici, tenetur se præsentare, elapso mortis periculo (& sub hoc onere absolvitur) ut satisfactionem præstet, etiam ut in foro externo absolvatur; nam absolutio à censura à privato Sacerdote, quamvis fuerit directè data, ob Triden. *cit.* solùm tamen fuit data, & valet pro foro interno conscientiæ, ac proindè foro externo Superioris præjudicare non potest, ut dictum est *in n.* 3315.

Quòd si elapso periculo Superiori, puta Papæ, aut Episcopo respectivè, non se præsentet

cum commodè potest, ipso jure in censuram reincidit, ex *cap. Eos, qui de sent. excom. in 6. lib. 5. tit. 11.* & ex Decr. S. Congr. *nu.* 3415. relato.

3356 Quando verò quis absolvitur à reservatis virtute Bullæ Cruciatæ, Jubilæi, aut privilegiorum Regularium, in casibus, pro quibus illa se extendunt, tunc elapso periculo non tenetur pro foro conscientiæ pro censura se præsentare; idque ratione privilegii, quod supplet comparitionem; privilegiatus enim stat loco Superioris, & solùm requirit satisfactionem partis, si sit pars læsa: *v. num.* 3367.

3357 Periculum mortis est in fœmina primò paritura, aut quæ est experta partum difficilem; unde hæc potest ab inferiori absolvi, statim ac dolorum sentit initia. Item in bannitis, qui ubicumque impunè possunt occidi, & in iis, qui periculosum iter, aut periculosam navigationem de proximo sunt aggressuri. Ii, quibus timetur de proximo amissio perpetuò usus rationis, aut loquelæ. Qui serviunt infectis peste, qui incidunt in morbum, qui ut morbum solet mortem afferre. Damnati ad triremes, si de proximo periculosam navigationem sint habituri: *v. num.* 3246. *ad* 3248.

IN URGENTI NECESSITATE.

3358 URgens necessitas est, cum quis nec est impeditus perpetuo, aut longo tempore, nec in articulo, seu probabili periculo mortis; est tamen in talibus circumstantiis, ut instet confessio, aut communio, & non habeat promptum Superiorem, sed Confessarium inferiorem. Talis est casus in puella, aut juvene simul cum parentibus Eucharistiam sumpturis, qui sine infamia, aut periculo notabilis damni, non possunt se retr. here. Et infra

3359 In urgenti igitur necessitate, [Confessarius inferior à casibus omnibus] servatis, etiam hæresis, absolvere; [tamen, ita ut pœnitens debeat cum re]tis non reservata adjungere, & tunc [directè absolvitur, indirectè ab illis, a]tenetur postea se præsentare Superi[habenti authoritatem pro reservat]lum ad obediendum, verum etiam [conscientiæ absolvatur, tam à censur]à casibus; ratio est, quia casus illi [lùm indirectè absoluti; nam Confes]ferior non habebat jurisdictionem [lis, ut *à n.* 3121. ad differentiam casu]dimenti, & articuli mortis, in quibus [scopus, & respectivè Sacerdos in for]scientiæ directè à reservatis absolv[quatenus Ecclesia tunc dat illis a]nem ex juribus adductis.

3360 Licet autem hæc sit [sententia, quam sequor, Diana *p.* 11. n. 8. *resp.* 49. probabilem putat sententi]castillo; nimirum in casu necessitat[Confessarium inferiorem directè] tem à casu reservato absolvere, [te necessitate non teneatur superiorem] pro peccato, ut ab eo in foro conscien[solvatur, ut dictum est de articulo] idque non quia Confessarius inferior [tunc reservata absolvere, sed quia in] cessitate, casus illi reservati non sunt; [ex rationabiliter credita voluntate Su]ris, quòd nolit pro tali necessitate [servare; & ritè, quia ex jure Trid. *sess.* 14] servatio facienda est in ædificationem, [nimè in destructionem animarum; in ædi]ctionem autem esset, si in casu necessi[quo puellæ, v. gr. instaret communio, o]famiam, aut notabile damnum, quod [time]

timuret, & ad communionem ob casum reservatum non posset accedere.

3361 At à communi sententia recedere non, maximè ob Decr. S.Congr.7. Decembris 1646. infrà adducendum *n.* 3415.

CONDITIONES TRES

3362 Requiruntur, ut quis absolvatur, non quidem pro peccatis, sed pro censuris reservatis, in casu impedimenti urgenti, & periculi mortis, nempè promissio de comparendo, modo dicto, de standi mandatis Ecclesiæ, & de satisfacienda parti, si quæ sit læsa. Cum verò quis absolvitur urgenti necessitate, requiritur promissio comparendi etiam pro ipsis peccatis reservatis, ob dicta *numer.* 3359. *vide* ibi 3312.

3363 Quæ onera Confessarius sub mortali tenetur injungere, antequam absolvat; si sit materia gravis per Sacros Canones imposita, ita ut si scienter omittat monere, peccet mortaliter, licèt validè absolvat; tenebitur hinc pœnitens ad illa tenetur.

3364 Pro censuris reservatis extra Bullam non in foro Sacramenti, sufficit seria promissio; sacramentum verò solùm exigitur pro foro externo. Idem dic de fidejussione. *Diana tom. 2. pag. 65. n. 16. & pag. 402.*

3365 Pro censuris verò reservatis in Bulla Cœnæ, & pro delicto dantium causam incendio, quando in periculo mortis conceditur Sacramentum Pœnitentiæ, requiritur sacramentum. Diana *par. 5. tr. 9. res. 23.* Non tamen requiri sub mortali. Fidei jussio non solùm requiritur pro foro externo.

3366 A pueris non est exigendum juramentum, ex *n.* 3349. quia non præsumitur habere usum rationis ad dignitatem juramenti requisitum. Certè moribundo, aut habenti impedimentum perpetuum, non est imponendum juramentum; esset frustraneum, & inutile

3367 Per satisfactionem intelligitur restitutio pecuniæ, honoris, vel famæ, quæ parti læsæ debetur. Non venit tamen pœna pecuniaria, quæ fortè debetur fisco, Ecclesiæ, vel Notario; quia non sunt pars læsa.

3368 Quia autem non in omnibus casibus habetur læsio partis, non in omnibus est exigenda satisfactio; hinc in multis casibus ut in casu hæresis, exigitur sola emendatio, & propterea solùm requiritur promissio de comparendo coram Superiore, & de standi mandatis Ecclesiæ.

3369 Quando impotentia ad satisfaciendum non solùm est præsens, sed moraliter certò prævidetur semper futura, non est exigenda promissio de satisfaciendo, quia esset frustranea; bene verò, quando sit spes potentiæ.

3370 Impotentia satisfactionis contingere potest. 1. Ob impotentiam ipsius rei. 2. Ob dubium, quod vertitur de qualitate satisfactionis, quodque resolvi non potest. 3. Ob obstinationem partis læsæ, quæ non est contenta satisfactione rationabili sibi oblata. Aut ob quid simile. Ita Tamb. *tom. 2. pag. 65. n. 15.*

3371 In percussione Religiosi pars læsa est ipse Religiosus. Tambur. *tom. 2. pag. 65. n. 14.* Verricelli. *tract. 8. quæst. 20.* Leander; contra alios, qui volunt, quod sit Religio, seu Prælatus; ratio est, quia ipse est percussus. Tum quia aliàs pars læsa etiam esset Ecclesia, & Pontifex excommunicans; hinc percutiens satisfacere tenetur pro utroque foro ipsi Religioso.

DE POTESTATE REGULARIUM IN RESERVATA.

QUÆRES I.

3372 *An Prælati Regulares possint absolvere suos subditos à casibus reservatis in Cœna Domini, etiam hæresis?*

CErtum est, Prælatos Regulares posse suos subditos, & Novitios absolvere ab omnibus casibus, sive ab homine, sive à jure, reservatis Papæ extra Bullam Cœnæ, ut constat ex sequentibus juribus, & privilegiis. Hoc præmisso, pro resolutione quæsiti, duæ sunt sententiæ.

3373 Prima sententia negat etiam de occultis, maximè hæresis. Bordonus *to. 2. res. 3. q. 2.* Sigismundus, Vecchius, & alii apud ipsum. Diana *par. 1. tr. 5. res. 6. p. 3. tr. 2. res. 122. p. 6. tr. 7. res. 63. par. 8. tract. 7. res. 50.* ubi *in par. 3. cit.* quoad alios casus ab hæresi non vult esse Judex, sed quoad hæresim expresè negat. Ratio est, quia Bulla Cœnæ revocat omnia privilegia, etiam titulo oneroso, & per viam remunerationis concessa, *ut in n. 3334.*

3374 Cui maximè pro hæresi addunt tria Decreta: Primum S. Congr. Episc. & Regul. 17. Novemb. 1528. Jussu Urb. VIII. Secundum ejusdem S. Congr. 7. Decemb. 1646. Tertium est Decretum S. Inquisit. Rom. sub Innoc. X. 23. Maji 1652. confirmatum sub Alexand. VII. 1656. & publicatum Panormi per Edictum DD. Inquisitorum 15. Febr. 1657.

3375 Secundo sententia affirmat, Prælatos Regulares absolvere posse suos subditos ab omnibus casibus reservatis in Bulla Cœnæ Domini, & respectivè dispensandi, exceptis quinque: Videlicet [1. Schisma, 2. Hæresis cum relapsu, 3. Falsificatio literarum Apostolicarum, 4. Delatio prohibitorum ad Infideles, & 5. Conspiratio in Romanum Pontificem.]

3376 Item excepta dispensatione per irregularitate orta, 1. *Ex homicidio voluntario* [supple tu] injusto, non casuali, sed ex proposito patrato, 2. *Ex Bigamia* [supple tu] vera, & interpretativa, non nimè similitudinaria; in hac enim non dispensare possunt; quia est irregularitas ex defectu, & in ea etiam possunt Episcopi cum suis subditis dispensare, *ex cap. Sanè Sanctæ. Cler. conjugatis, & cap. Qui Clerici, non residentes.* Vide infra de irregularitate, 3. *Mutilatione* pariter voluntaria, & injusta ex proposito patrata.

3377 Hanc sententiam tuentur, Sanchez *de Religione tom. 4. tract. 9. lib. 1. cap. 31.* Coriolanus *de casibus reserv. par. 1. sect. 1. art. 23. numer. 6.* Peyr. *de Prin. legis. Constitut.* Sixti IV. §. 5. *à num. 6. in adde ad Constitut.* Sixti IV. *numer. 35.* Bonacina *Theol. moral. de censuris part. 2. disp. 1. q. 2. quæst. 26.* Toranus *à pag. 22. ad 35.* Candolia *tom. 2. in addit. de anno 1653.* ut à retractat à sententia negativa, quam pri editione tenebat. Hasbensis *in sum. p. gul. ver. Absolutio, quoad fratres,* Rodriquez, Port. Villalob. Bannes, apud Melphi *in Comment. cap. 2.* Insuper statuta nostri Ordinis *cap. 7.* 1. Et unus pro mille Doctissimos *tom. 1. part. 1. tr. 13. q. 17. & tom. 2. qu. 17. & 18.* Qui satis docte, & solide solet] rem tractat, ac resolvit: Ita solùm id docet, & resolvit de hæresi iam de relapsu in hæresim, ex Privil. XIII. 18. Martii 1588. quo conceditur

rali societatis suos subditos absolvere ab incesti, & relapsu in hæresim.

3378 Ratio efficax est: Nemo est spolianda jure certo per superveniens dubium; certum autem est, Prælatos Regulares habere jus absolvendi, & respectivè dispensandi suos subditos à reservatis, quæ in Bulla Cœnæ Domini continentur, etiam ab hæresi; revocatio verò est dubia, imò potius certum nullam adesse; adeóque non sunt certo jure spoliandi, sed possunt eos à gravissimis casibus absolvere, & respectivè dispensare.

3379 Discursus firmius probari non potest, quàm ex ipsis juribus, à quibus pendet. Eandem pro certitudine juris.

Primò, est Privilegium Maris Magni Conditum à Sixto IV. Prædicatoribus Bulla 7. num. 1. Ballarii, & Minoribus de anno 72. Bulla 6. *in tom.* 1. & fusiùs in Bullario hui. *pag.* 153. in quo privilegio fundatur jus; quo conceditur Generalibus, Provincialibus, custodibus custodias & Guardianis sub se habentibus, & Prælatis localibus facultas absolvendi, & respectivè dispensandi suos subditos, & alios fratres ad se confugientes ab omnibus excessibus, & à subsequis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis, & sæcularibus sententiis, censuris, & pœnis, quas ex causa à jure, vel ab homine latis, tam per sententiam particularem, satisfactione, exceptis quatuor: Hæresis cum fautoribus, Schisma, Falsificatio litterarum Apostolicarum, & Delatio prohibitorum ad Indices: *v. n.* 3432.

3380 Insuper conceditur iisdem facultas dispensandi in omni irregularitate, ex quacumque causa orta, etiam si celebrassent in locis Ecclesiastico interdicto suppositis, aut censuris ligati Ordines suscepissent, vel cum eis celebrassent, præter quàm homicidii voluntarii, bigamiæ, & mutilationis membrorum.

3381 Item facultas dispensandi irregularitatem ex defectu natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quovis alio illicito coitu, cum facultate tam hujusmodi irregulares, quàm defectum natalium patientes promovendi ad Ordines Sacros, eosque eligendi, atque assumendi ad Religionis Officia.

3382 Nomine homicidii voluntarii venire illicitum in quinto præcepto Decalogi prohibitum, docent Rodr. *in comp. res.* 52. *n.* 24. & Bord. cum aliis *tom.* 2. *res.* 13. *n.* 14. Unde concludunt, posse Prælatos in utroque foro cum suis subditis dispensare tam ad Ordines, quàm ad Prælaturas in irregularitate orta ex defectu lenitatis seu ex homicidio justo.

3383 Item concedit eis eamdem potestatem absolvendi, & dispensandi erga Novitios, sive post, sive ante ingressum, pro quibus addit.

[ita tamen, quòd si aliqui ex hujusmodi sententiis eisdem propter debitum sint astricti, satisfaciant, ut tenentur. Volumus autem, quòd postquam fuerint absoluti, hujusmodi volentes aggregari collegio supradicto, nisi mox Ordinem intravernt [etiam si super hoc induciæ eis à Prælatis ejusdem Ordinis concedantur] eo ipso in pristinas sententias, à quibus eos totaliter absolvi contigerit, relabantur.]

3384 Ut quis Religionem ingrediatur, requiritur, ut debito satisfaciat, si debitum fuit ab ipso voluntariè contractum, & sit spes satisfaciendi; secus, si in voluntariè, aut non sit spes satisfactionis. Mendo in Epit. *ver. Regulares num.* 35.

3385 Insuper concedit, ut ipsi Prælati possint à fratribus, quos pro tempore habuerint in Confessarios, pariter à præmissis absolvi, & dispensari.

3386 Denique præfatam quatuor casuum exceptionem his ponit verbis:

(Et propterea ne, qui sunt destinandi, persæpe revocetur in dubium, &c. Declaramus hæreticos relapsos, Schismaticos, & qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent, dumtaxat esse ad Sedem Apostolicam destinandos; in reliquis verò omnibus; etiam Simoniæ pravitate qualitercumque irretitis, posse per illos, quibus inibi conceditur, absolutionis, & dispensationis beneficium, & gratiam juxta casuum exigentiam impartiri.)

3387 In quo privilegio satis exprimitur hæresis, quia exceptio firmat regulam in contrarium; hæresis autem cum relapsu non est pura hæresis formalis, sed tunc habetur, quando quis reincidit in eamdem hæresim, quam prius in Sacro Tribunali de vehementi abjuraverat. Carena *part. 2. tit. 2. §. 5.*

3388 Prætereà hoc privilegium, cum nullam faciat distinctionem de casibus publicis, & occultis, nec de foro interno conscientiæ, videtur comprehendere etiam publicos, & pro utroque foro. Rodr. *in comp. resol. 3. num. 2.* Bord. *tom. 2. resol. 13. num. 14.* Peyr. *in const. 6.* Julii II. *num. 21.* Cruz, & Diana apud ipsum. Et liquet ex causa motiva privilegii his verbis.

(Ut dicti Ordinis Professoribus omnis vagandi tollatur occasio, & ad Sedem Apostolicam recurrendi subtrahatur pro posse necessitas, &c.)

Non autem tolleretur *pro posse* necessitas recurrendi Romam, si tenerentur eò recurrere pro foro externo.

3389 Absolutio verò quoad hæresim dari potest pro foro interno conscientiæ; quia pro foro externo Inquisitio competit ob privilegium à Paulo V. & Gregorio VII. illis concessum, *de quo infra num. 3410.*

3390 Et quia fuit dubitatum, An dictum privilegium fuerit revocatum per Bullam Cœnæ, Julius, II. die 27. Febr. 1511. Fr. Thomæ de Vio Cajetano Magistro Generali Ordinis Prædicatorum respondit per Bullam 16. quam refert Rodr. in Bullario *pag. 1. ut sequitur.*

(Julius II. &c. Thomæ de Vio, &c. Exponi Nobis fecisti, quòd licèt sel. rec. Noster Papa IV. &c. extendendo declaraverit, quibus casibus ad Sedem Apostolicam recurrendum esset pro absolutione, & dispensatione censurarum, & irregularitatum à personis Ordinis Prædicatorum, nihilominus propter clausulas derogatorias posteà additas, quæ singulis anni in Cœna Domini publicatur, dubitas facultatem illam Ordini prædicto adeptam, &c. Et proinde supplicatis humiliter, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Religiosorum quietem quantum cum Deo possumus, libenter favorabilimus, volentes occasiones tollere vagandi, attendentesque, quòd multa in prædicta declaratione concessa sunt, quæ in Bullarum dicta continentur, ejusdem S. Sedis auctoritate decernimus, quòd illi, quibus in prædicta declaratione concessa est potestas absolvendi, & dispensandi, licitè possint per tempora absolvere, & dispensare ab omnibus, & singulis, ac si prædicta Bulla in Cœna Domini non esset facta, nec fieret. Non terquam à conspiratione in Rom. Pontificem, & ab illis, propter quæ prædictum pro decess-

cessor noster declarando voluit ad eam-dem S. Sedem etiam recurrendum, &c. Non obstantibus quibuscumque Apostolicis ordinationibus, revocationibus, &c.)

3391 Uni constat, Julium II. pro solis quoque casibus, *num.* 3375. relatis, velle, quod ad S. Sedem recurrendum.

3392 Insuper Paulus III. 18. Octobr. 1549. per Bullam 48. in Bullario *tom.* 1. *licet debitum*, idem privilegium concessit Præposito generali Societatis, ut per se, vel per alios ipsius subditos ab omnibus casibus absolvere, & super irregularitatibus, & pœnis dispensare, exceptis casibus à Sixto IV. excessis his verbis:

Sane sæpè in dubium revocetur, qui sint casibus prædictam destinandi, declaratione nostræ parte fel. rec. Sixti Papæ IV. prædecessoris nostri in Bulla, quam Mare Magnum vocant, confirmamus.)

3393 Secundò est privilegium B. Pii V. datum Cassinensibus 15. Julii 1571. per Bull. 19. Incip. *Dum ad Congregationem nostram in tom.* 2. Bullarii. Quod Priv. amplissimum, nam etiam casus publicos utroque foro complectitur, & nullum excipit, nisi homicidium voluntarium injustum, & mutilationem commissam post ingressum in Religionem.

3394 Quibus privilegiis gaudent per excommunicationem omnes alii Regulares, præter Mendicantes, quàm non Mendicantes, Monachales; Regulares enim ex pluribus apud Rodr. *in comp. resol.* 116. communicant in omnibus privilegiis concessis, ut concedendis, tam Mendicantibus, quàm non Mendicantibus. Vide infra de Indulgentiis.

3395 Tertiò est Privilegium Greg. XIII. 31. Martii 1684. quo concessit Patri Generali Societatis Jesu, ut possit per se, aut suos deputatos, suos subditos ab omnibus excessibus, etiam ab hæresi, & ejus relapsu absolvere, quo privilegio per multum tempus usa est Societas licet tandem hanc facultatem à se abdicaverit P. Generalis, teste Tamb. *tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 11. §. 1. *num.* 12. abdicatio autem, aut non usus privilegii uni Ordini concessio, non præjudicat aliis Ordinibus Communicantibus. Turianus *de Privil. ex Panorm. in cap. Cum accessissent: v. num.* 3441.

3396 Ecce jus certum Prælatorum Regularium in suos subditos.

3397 Quòd autem ejus revocatio nedum sit dubia, sed potiùs constet nullam adesse firmiter suadetur ex solutione oppositorum.

Et quidem Bulla Cœnæ non revocat recensita privilegia. Primò; quia ex *n.* 3325. vitanda est correctio juris, quando commodè fieri potest conciliatio; Bulla autem Cœnæ non exprimit Prælatos Regulares erga subditos, sed ritè potest intelligi de absolutione, & de privilegiis, quoad sæculares. Quod maximè suadetur; quia Summi Pontifices, etiam moderni, ut patet in Bulla Cœnæ Clemen. X. *in tom.* 6. Bullarii Const. 341. *in §.* 27. præcipiunt Ordinariis locorum, ut eam (in Ecclesiis suis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenerit, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.)

Insuper *in §.* 28. præcipiunt, ut locorum Ordinarii, Ecclesiarum Rectores, (ac Præsbiteri sæculares, & quorumvis Ordinum Regulares, ad audiendas peccatorum Confessiones quavis auctoritate deputari, transumptum præsentium litterarum

rum penes se habeant, eásque diligenter legere, & percipere studeant.) In quibus verbis non exprimuntur Prælati Regulares in ordine ad subditos, sed potiùs Confessarii in ordine ad sæculares.

Ac proinde hæc propositio, quòd Prælati Regulares possint absolvere sæculares ab hæresi occulta, fuit damnata ab Alex. VII. *ut in prop. 4.*

Inde opinio, quàm tenebat Crousers apud Dianam *p. 6. tr. 6. res. 54.* quòd Regulares possint sæculares absolvere ab hæresi occulta, omninò cadit: ut maximè patebit infrà à *num. 3459.*

3398 Secundò; quia motivum, quo Summi Pontifices ea privilegia concesserunt, fuit ad tollendas occasiones vagandi, ut eorum quies, & inde disciplina Regularis servetur, ut constat ex ipsis verbis *num. 3388.* Quod motivum semper viget, & à Summis Pontificibus intenditur, estque desumptum ex jure communi Canonico, *cap. Cum singula de Præb. in 6. cap. Ut periculosa, ne Clerici, vel Monachi in 6. & cap. Cum illorum, de sent. Excomm. & si Claustrales.*

3399 Tertiò; quia omne tollit dubium Const. Julii II. *de num. 3390.* qui declaravit, quòd non obstante publicatione Bullæ Cœnæ, quæ singulis annis fit, possint Prælati Regulares, quibus per privilegia concessum est suos subditos in perpetuum absolvere ab omnibus casibus in ea contentis, exceptis quinque, *ac si prædicta Bulla non esset facta, nec fieret.*

3400 Non obstant Bullæ derogativæ plurium privilegiorum Regularium. Tales sunt Bulla 9. Greg. XIII. *In tanta* 1. Martii 1573. Bulla 115. Clem. VIII. *Quæcumque* 7. Decemb. 1604. Bulla 106. Urb. VIII. *In specula Militantis* 19. Junii 1630. & Bulla 7. Clem. X. *Superna* 1. Junii 1670.

3401 Pro Bulla Greg. XIII. *In tanta* ponendum est, quòd B. Pius V. per Bullam à præmissis distinctam, quæ est & incipit, *Etsi Mendicantium Ordines* Maji 1567. refert viginti sex gravamina Episcopis solita inferri Regularibus, & plura privilegia ibi Regularibus contra Episcopos, quorum aliqua sunt contra dispositionem Trid. ut est illud, quo Regulares in propriis Ecclesiis suorum dinum, contradicente Episcopo, possint; quod est contra Trid. *sess. 24.* Item, quòd Lectores Theologiæ à superioribus ad munus Confessionis sine examen admissi, ab Episcopis non examinentur, quod est contra Trid. *sess. 25. de reform.* Et similia.

Ex quo factum est (ut ipse Greg. XIII. in præfata Bulla narrat) quòd plures ex tum (altercationes, & lites inter prædictorum Ordinarios, & fratrum ipsorum Ordines) hac de causa revocat prædictam Bullam privilegii Pii V. & alias ejusdem, tum ad ea, in quibus præjudicium Episcopis contra Trid. dispositionem; stas autem Prælatorum Religiarium subditos quoad absolutionem nullum judicium affert Episcopis, nec est Tridentini dispositionem; unde remanere videntur duo privilegia pro Cassinensibus *de num. 3393.* dicatoribus in Bulla 152. *incip. Exposi* 21. Julii 1571. in Bullario. Hinc mè utuntur Peyr. Tamb. Donatus, & dolia *num. 3377. citati.*

3402 At si meum judicium velis quod in veritate sentio; dico intentum gorii XIII. non solùm fuisse tollere

...inter Episcopos, & Regulares, verùm et... ...nes privilegiorum diversitatem; B. enim ...V. concessit privilegia à suis prædeces... ...bus distincta, unde alia privilegia, quæ i... ...is concessit, Gregorius XIII. non re... ...avit, sed reduxit ad unam legem, & nor... ...am, quam illius prædecessores statuerunt. ...ebat ex verbis ipsius Bullæ Greg. XIII.

...403 (Nos hac tanta varietate cognita, ...præsentibus, & futuris discriminibus oc... ...re volentes, &c. statuimus, & ordina... ...de prædictis, & aliis omnibus litteris, ...constitutionibus, quæ ab eodem prædе... ...(supple tu Pio V.) eisdem de rebus, ...eorumcumque Regularium, etiam ...dicantium Ordinibus, & Congregatio... ...quomodolibet emanarunt, ac omni... ...& quibuscumque in eis contentis, eam ...ceps dispositionem, atque decisionem ...pecta materia futuram esse, quæ sive ...veteri, sive ex Sacri dicti Concilii de... ...sive aliis legitimè antè dictarum litte... ...& constitutionum editionem erat, & ...non emanassent, futura fuisset, ad ...dispositionem, & decisionem, suum... ...ctinum, & integrum statum, ac ter... ...illa omnia reducimus.)

404 Ex quo firmiter concluditur, inta... ...mo confirmatam remanere disposi... ...Sixti IV. cum Declaratione Julii II. & ...rmatione Pauli III. ante B. Pium V. e... ..., in qua quinque casus *num.* 3375. ...mantur, & alii tres, quoad irregularita... ...spensationem: *ut in num.* 3376.

405 Bulla Clement. VIII. *Quæcum...*, non facit ad rem, sed solùm dat for... ..., qua Ordines Regulares debeant ...re Confraternitates sæculares, & quo... ...bus illis communicantur Indulgentiæ, ac indulta: Et deveniendo ad electionem Confessariorum, *in §.* 9. præscribit, ut Confessarii ipsorum Confratrum sæcularium debeant esse approbati, tam à suis superioribus, quàm à locorum Ordinariis: Nec eos possint absolvere à casibus Bullæ Cœnæ, & à reservatis Episcopis respectivè. Peyr. in Const. 6. Pii V. *num.* 42.

3406 Bulla Urb. VIII. *In specula militantis Ecclesiæ*, solùm declarat, Privilegium Bullæ Cruciatæ, quoad electionem Confessarii, quo gaudent Laici, & Clerici sæculares, ut ab eo absolvantur ab omnibus casibus reservatis, etiam Papæ, etiam in Cœna Domini (Hæresi excepta) in foro tantùm conscientiæ, non in foro externo; hoc inquam privilegium non suffragari Regularibus, & Monialibus, sed eos, *Quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem, ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apostolicæ, quoad sibi reservata subjecti sint, perpetuò declaramus.* Vide *à n.* 1443.

Ubi (ut vides) Regularibus, & Monialibus non interdicitur absolutè absolutio à reservatis suis superioribus, & Papæ, sed in virtute privilegii Cruciatæ, nam eo absolvebantur à reservatis suis superioribus, & Papæ independenter ab illorum voluntate, quod (ut ipsa Bulla exprimit) cedit *in maximum status, & Regularis observantiæ præjudicium.* Unde ibi nullo pacto læditur, sed potiùs firmatur, & fovetur ordinaria Regularium Prælatorum potestas, qualis est illa à Summis Pontificibus, maximè à Sixto IV. Julio II. & Paulo III. concessa.

3407 Bulla Clem. X. *Superna*, nullo pacto loquitur de casibus Cœnæ, nec de superioribus Regularibus in subditos, *ut patet à num* 3292.

Idem liquet de Bulla Greg. XV. 5. Febr. 1621. *Inscrutabili*, & de Decretis S. Congr. annexis, ubi plura derogantur privilegia: ut in Bullario.

3408 Constat igitur pro certo, Bullas derogativas privilegiorum non inficere assertionem secundæ sententiæ: *v. num.* 3494.

3409 Adde Pium IV. per Bullam 94. *In Principis Apostolorum*, 17. Febr. 1564. terminato jam Concilio Trid. revocasse omnia Regularium privilegia in his solùm, quæ Decretis Concilii Tridentini adversantur. Et ipsum Concilium Trident. *sess. 25. cap. 20.* confirmavit quoad reliqua omnia Regularium privilegia his verbis.

[In cæteris omnibus præfatorum Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipsorum personas, loca, & jura concernunt, firma sint, & illæsa.]

3410 Insuper plures Summi Pontifices post Tridentinum confirmavere Regularium privilegia, quatenus Tridentino non adversantur. Et maximè Greg. XIII. apud Bullarium Rodr. *pag.* 451. per Bullam *Ex benigna* 21. Martii 1575. confirmavit omnia privilegia Fratrum Minorum de Observ. Monialium S. Claræ, & Tertii Ordinis de Pœnitentia. Ita pariter Clemens VIII. *cit. num.* 3439. Et demum Paulus V. per Bullam *Injuncti Nobis* 1. Decem. 1609. apud Lantusca in Theatro *ver. Privil. in omnibus, in quibus* Sacri Concilii Tridentini Decretis, *ac constitutionibus, & litteris Apostolicis*, ac Decretis Clementis VIII. *non adversantur.*

3411 Præmissa autem privilegia, à Sixto IV. Julio II. & Paulo III. concessa, recentiis Decretis, & Constitutionibus non adversari, constabit ea pervolventi. Imo esse conformia Sacris Canonibus *supra n.* 3398. relatis, ne Religiosi vagent.

3412 Catalogum privilegiorum Regularibus à Concilio Trid. revocatorum dat Portellius ver. Trid. Conc. & Hieron. *res. 116. n. 15.* Et ibi reperies privilegia dicta non esse revocata; imo Concilium immutasse pro Prælatis Regularibus proprios subditos quantum ad Sacramentum Pœnitentiæ. Leander *cum multis de Sacr. Pœnit. tr. 5. dis. 11. q. 45.*

3413 Tandem non obstant Decreta contrarium adducta, *num.* 3374.

Et quidem Decretum S. Congr. Epis. & Regul. de 17. Novemb. 1628. approbatum Urb. VIII. quod territus refert Diana *pt. tr. 7. res. 50.* & Donatus *tom. 2. p. 3. tr. 1. q. 17. n. 6.* censuit extincta esse privilegia quæ Regulares habebant, absolvendi subditos Ordinario loci reservatis, & à casibus in Bulla Cœnæ contentis, adeòque *Regulares nec intra, nec extra Italiam possunt quam absolvere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ contentis, aut Ordinario loci reservatis.*

3414 Decretum est, ut sequitur.

[Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, censuit, non confirmationes privilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sac. Conc. Trid. obtinuerunt, nequaquam revixisse privilegia prius ab eodem Concilio, ac deinde ejusdem ipsius Congregationis decretis sublata, sed extincta, si quæ habebant, absolvendi subditos Ordinario loci reservatis, Quemadmodum nec indulta absolvendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini consuevit, utpotè sublata per annum Bullæ publicationem; vires, aut robur quæsiviisse ex subsequentibus privilegiorum confirmationibus. Ac proinde Regulares, juxta vis Ordinis, Congregationis, Sectæ & Instituti, etiam necessario exprimendo

prius, nec extrà Italiã in vim privilegiorum, aut confirmationum ejusmodi, quas vel habent vel obtinuerũt, vel deinceps fortè obtinebunt, posse quemquam absolvere ab eisdem casibus, in Bulla Cœnæ, aut Ordinario loci reservatis. Ac si secus egerint, absolutiones nullas, atque irritas fuisse, ac fore. Ab aliis verò casibus, & censuris Sedi Apostolicæ reservatis: siquidem Regulares habent à Sede Apostolica absolvendi facultatem, illam extitisse minime sublatam iisdem Sacræ Congregationis decretis, hac de re editis jussuque memor. Clem. VIII.

Quam Sac. Congregat. sententiam Sanctitas sua ad se relatam approbavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolatè observari: Romæ 17. Novembris 1628. F. A. Cardinalis S. Honuphr. Loco † sigilli P. Fagnanus Secretarius.]

3415 Quod Decretum non est novum, sed confirmativum aliorum similium jussu Clem. VIII. & Pauli V. quæ referuntur in hoc responsali ejusdem S. Congr. de die 3. Decembr. 1646. ad Cardinalem Filamarinum, quod referunt Donatus *tom.* 1. & Pey. cit. tenoris sequentis.

Eminin. Sign. Questa Sacra Congregatione più volte dichiarato con ordini espressi di Clem. VIII. di Gen. e Novembr. 1602. di Paolo V. di Gen. 1617. e di Urb. VIII. di Novembr. 1628. Che tutte le facoltà d'assolvere da casi reservati; ò reservandi dagli ordinarij, o vero compresi, ò da comprendersi nella Bolla in Cena Domini implicitè, vel explicitè, & altri reservati solamente alla detta Sede nel medemo decreto di Novembre 1602. concessa à secolari, ò Regolari, sono state annullate, & estinte, così dal Sac. Conc. di Trento, come dalle sudette costituzioni, &c. Onde venendo rappresentato alla Santità di nostro Signore da Vostra Eminenza, &c. che in cotesta Città, e sua Diocese alcuni Confessori Secolari, e Regolari, senza giustificare con quali facoltà, assolvono de fatto dalle censure, e casi sudetti, &c. questi Emin. miei Signori di commissione espressa di sua Beatitudine me hanno imposto di scriverle, che &c. faccia intendere à tutti, e Confessori di costi, siano quantosivoglia privilegiati, & essenti, che onninamente si conformino con i sudetti decreti, e non ardiscano dicontrovenire sotto qualsivoglia pretesto, ò caso, etiam di precisa necessità, fuorche in articulo mortis, con reincedenza, si convaluerint.]

3416 Ubi [ut vides] in præmissis omnibus Decretis nulla fit mentio de superioribus Regularibus in ordine ad proprios subditos, sed solùm de ipsis Confessariis regularibus; adeóque intelligi debent in ordine ad sæculares, minime in ordine ad Regulares, & ità sentiunt Donatus, & Peyr. citati, & quamplures apud ipsos. Ut enim inquit Donatus; *Odia sunt restringenda, & in odiosis non comprehenduntur Regulares, nisi in specie exprimantur.*

3417 Imo ità fuisse declaratum à S. C. Reg. facto verbo cum SS. Clem. VIII. refert. Peyr. *cit.* ex Peregrino, & Naldo.

3418 Et quidem satis colligitur ex ipsis decretis; nam indiscriminatim, & unitim loquuntur de Reservatis Ordinario, & de reservatis Papæ in Bulla Cœnæ; quod non haberet locum quoad primam partem, si loquerentur de superioribus Regularibus in ordine ad suos subditos; nam isti non subjacent casibus reservatis Ordinis locorum. Tum quia iisdem, quibus prohibent absolutionem à reservatis Ordinario, prohibent absolutionem à reservatis Cœnæ; unde solùm loquuntur de ipsis Confessariis in ordine ad sæculares.

3419 Decretum SS. Inquisit. sub Innoc. X. 23. Maji 1652. non est ad rem; quia solùm loquitur quoad sæculares, & virtute Jubilæi, ut constat ex ipso edicto Inquisit. Siciliæ, quod fuit publicatum Panormi die 15. Febr. 1657. in quo Decreto nulla fit mentio de Prælatis Regularibus quoad suos subditos, & de Privilegiorum virtute.

3420 Nec obstat Privilegium concessum Inquisitoribus à Paulo V. 1. Sept. 1606. per Bullam, *Romanus Pontifex*, & ab Alex. VII. 8. Julii 1660. per Bullam, *Licet alias*, relatum *in tom. 2. n. 249.* Quia per illud solùm expressè revocatur privilegium Provincialium juridicè procedendi contra suos subditos in causis hæresis, & suspectionis hæresis, processus formando, testes examinando, & reos castigando; quod habebant à Leone X. per Bullam *Exponi nobis* 15. Octob. 1516. in Bullario Rodr. à Paulo III. per Bullam *Romani Pontificis* 25. Aprilis 1546. Et à Pio IV. per Bullam *Pastoris Æterni* 1. Aprilis 1562. *ibid.* & nulla fit mentio de potestate absolvendi in foro interno conscientiæ, quæ quidem est omnino distincta à potestate juridice procedendi, quæ utique solis competit Inquisitoribus.

3421 Hæc sunt Decreta omnia, quæ in oppositum possunt adduci. Si quod aliquid referatur, vel non apparet, vel non est promulgatum, vel non constat authenticè.

3422 Deinde non obstat Stylus Curiæ, seu S. Pœnitentiariæ, si quis sit, absolvendi Religiosos, & respectivè cum eis dispensandi super aliquo ex præmissis casibus. Donatus *tom. 1. part. 1. tr. 13. qu. 17. num. 26.* quia id vel fit ad majorem cautelam, ut ait Donatus: vel quia recurrens potestatem sui Prælati ignorat. Tum quia stylus Curiæ consistit in hoc, quòd si aliqui Regulares ad illam recurrant absolvat, & dispenset; at inde non sequitur, quòd non sit in Prælatis Regularibus Potestas ad hujusmodi absolutiones, & dispensationes, sicut nec id sequeretur, si Regularis ad Episcopum recurreret, & Episcopus absolveret, ac dispensaret; nam quæ enim utitur jure suo. Lege Pontius *ver. dispensare num. 18.* majora docentem.

3423 Non erit autem absque re hic referre quæ habet Melphi *de Pœnis cap. 18. §. 1.* tomo Typis dato Romæ 1649.

[Majorem, & ampliorem facultatem dispensandi, & absolvendi, habent Prælati Regulares, quàm sæculares [suppleatur] suos subditos] & ita mihi semel confessus est Dominum Coccinum, & Rotæ Decanum, & Sacræ Pœnitentiæ Regentem, pro quibusdam casibus, qui è partibus mihi commissi fuerant, respondit ipse prædictus [dixit] quòd vos ad Sacram Pœnitentiariam mittatis gratis; cum in vestris privilegiis majorem Pœnitentiaria facultatem habeatis [sicut de facto est.]

3424 Ex quibus [ajunt sectatores hujus] dæ sententiæ] evidenter concludunt, tum jus Prælatorum Regularium in subditos esse certum, revocationem tamdum esse dubiam, sed potiùs clarè nullam adesse, ac proinde assertum cundæ sententiæ remanere moraliter tam.

PLURA DE PRÆLATIS REGULARIBUS QUOAD SUBDITOS RESERVATA.

3425 Dem dicunt relati Doctores latis Regularibus in ordine ales sibi subjectas, etiam da tam secundi, quàm Tertii Ordinis liter, & sub professione trium stantialium viventes, ex Privil.

ri Prædicatorum, & Minorum Fratrum Ordines 26. Julii 1479. ubi eis concessa communicationem omnium privilegiorum, quatenus earum sexui non contradicunt, eisdem privilegiis fruuntur Tertiarii, & Oblati cum ipsis fratribus clausträliter viventes, ex Const. 22. *Dum intra*, edita in Conc. Lateran. *sess.* 11. à Leone X. 1. Martii 1516. §. 21. *v. n.* 3581.

3426 Item iisdem fruuntur Tertiariæ non clausträliter, sed in domibus suis viventes, etiam si sint viduæ; quæ tamen Tertiariarum Regulam servant, & faciunt solùm votum castitatis ex Ordinarii licentia. Non est tamen necesse, quòd emittant alia duo vota; quæ ex Conc. Lateran. *cit.* Unde sunt verè claustrales. Harum tamen Confessarii esse debent ab Ordinario loci approbati: ex Decreto Congreg. 20. Decemb. 1566. & 31. Jan. 1620. apud Lantuscam, *ver. Tertiarii*, & Peyr. in Constit. 4. Sixti IV. §. 7.

3427 Moniales S. P. Dominici commutare cum privilegiis aliorum Ordinum [exceptis odiosis, & eorum sexui repugnantibus] etiam si Fratrum Ordinis Minorum, & Ordinatorum locorum regimini earum Ordinariorum sit commissum, docet Dominic. 3. *tr.* 2. *q.* 18. & 19. Idem dic de Clarissis.

3428 Prælati Regulares potestatem à præfatis casibus absolvendi, & super eis respective dispensandi, possunt alteri generaliter tribuere; quia est potestas Ordinaria.

3429 Jurisdictio enim delegata est, quæ competit ex particulari superioris commissione, quæque sequitur personam; & hæc exspirat morte concedentis, nisi causa sit ingressa, aut sit data à Summo Pontifice, vel Principe Supremo ad universitatem causarum. Ordinaria verò est, quæ competit ex lege generali, & perpetua, quæque sequitur officium, non personam, qualis est prædicta jurisdictio Prælati Regularis, & hæc non exspirat morte concedentis.

3430 In Confessariis, ut à prædictis reservatis absolvant, non sufficit simplex approbatio in Confessario, sed requiritur ulterius generalis, aut specialis deputatio ad illos, ut liquet ex privilegiis.

3431 Prælati Regulares suos subditos absolvere possunt, ac dispensare, & pariter ab iisdem absolvi & dispensari, non solùm in loco suæ jurisdictionis, sed etiam extra. Melphi in Const. *cap.* 7. *stat.* 1.

3432 Quantum ad Guardianos, affirmant posse à reservatis Papæ absolvere, & absolvi, Port. *ver. Prælatus*, & Rodr. *in comp. res.* 3.

Dico verius non posse; Melphi *cap.* 7. *stat.* 1. *pag.* 504. quia quamvis possent, quantum est ex vi privilegii, quatenus eos comprehendit *ex num.* 3379. non possunt tamen ex jure particulari nostræ Religionis, quæ in Capitulo Generali tale privilegium quoad Guardianos non acceptavit, fundata in Trid. *sess.* 14. *c.* 7. *ubi ad Christiani populi disciplinam pertinere visum est, ut graviora crimina non à quibusvis, sed à summis dumtaxat Sacerdotibus absolverentur.* Idem ibi est concessum Episcopis in suis Diœcesibus, & inde authoritatem quasi Episcopalem habentibus, cujusmodi sunt Provinciales, minime Guardiani; hæc de causa *in stat. cap.* 7. §. 2. per tria Capitula Generalia habetur.

[Decernimus, & sancimus, ut in illis casibus, quos per statuta Generalia, aut per constitutiones Apostolicas reservatos esse, aut reservari contigerit; nemo absolvere quemquam præsumat sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda; nisi à Generali, vel Provinciali Prælato absolvendi facultatem accipiat.]

3433 Hinc in nostra Religione Guardiani licèt sint ipso jure confessarii, facultatem super reservatis Papæ, aut Provinciali non habent, nisi ab ipso Provinciali obtineant. In cæteris verò Religionibus consulat unusquisque propria statuta: *v. n.* 3303.

3434 Illud certum est, Guardianum non posse approbare Confessarios pro aliis, sed id solùm ad Generales, Provinciales, aut Custodes custodias habentes spectare: *v. num.* 3379.

3435 In Ordine nostro reservatur Provincialibus gravis percussio. At in nostris statutis conceditur, ut possit ab ea, etiam in foro externo, absolvere (si non sit atrox, aut subditi in Prælatum) Guardianus, vel eo absente per diem naturalem Vicarius, si Ministri præsentia intra triduum haberi non possit.

Potestatem ad dispensandum quoad alia, quæ ad Sacram Pœnit. non spectant, vide in comp. Rodr. *res.* 52. & Melphi *in comment. c. 2. stat.* 14. §. 5. qui fusè agit de pœnis contra malè promotos ad Ordines.

MONIALES

3436 NOn exemptas subdi casibus reservatis ab Episcopo, non est dubium; quia sunt ejus subditæ.

Exemptæ verò subduntur casibus reservatis proprio Prælato Regulari. Unde Ordinarius pro his non potest alios reservare casus, nisi illos, qui ad clausuram spectant, quia moniales exemptæ, solùm quoad clausuram sunt ordinario subjectæ. Idem dic de puellis, quæ intra Monasteria exempta cum educandis morantur, & habitant, quia ratione loci, sunt liberæ ab Ordinarii jurisdictione: *v. nu.* 1450. & 3297. Donatus *tom. 3. tr. 5. qu. 33. num.* 2. & facta ab Ordinario reservatione alicujus casus ad clausuram spectantis, certum est non posse Prælatum Regularem illo suam subditam absolvere.

Denique dispositio, & restrictio Clem. VIII. super casuum reservatorum ... ta *num.* 3301. solùm locum habet pro ... alibus Prælatis Regularibus subjectis, ... mè pro subjectis Ordinario; quia ... Regularibus est directa. Pelliz. c. 10 ...

NOVITIOS

3437 NOn comprehendi (ait Sim ... cramento Pœnit. *nu.* 77. reservationibus Religionis; quia ... non sunt subditi: sic communis ... regimum, & Laymann. *lib.* 4. *tract.* ... & quamvis ex quodam vivæ voci ... Pauli V. 5. Augusti 1609. concessum ... superioribus Regularibus, ut possint ... vare peccata etiam Novitiorum, hoc ... privilegium non viget, quia ab Urbano VIII. revocata fuere omnia ... vocis.)

QUÆRES I.

3438 *An Prælati regulares possint subditos absolvere ab excommunicatione contra abortum procurantes* à Sixto V. *Insuper ab Excommunicatione, & ... ne, contra simoniacè promotos ad ... eodem Sixto fulminatas?*

VIdetur quòd non, quia Sixtus V. ... servavit Romano Pontifici, ... comprehendendo in reservatione ... periores Regulares in ordine ad ...

Respondeo posse. Rodr. *in com. ... num.* 7. Port. *ver. Prælatus num.* 15. quo si es curiosus, scias, quòd ... Bullam 77. *Effranatam*: 29. Octobris ... tulit excommunicationem latæ ... contra procurantes abortum fœtus, ... mati, sive inanimati, effectu secuto, ...

tes cooperantes ad illum consilio, favore, ratione, aut alio modo; quam censuram reservavit soli Romano Pontifici, comprehendendo etiam superiores Regulares in ordine ad suos subditos. Greg. verò XIV. per Bullam 8. *Sedes Apostolica* 31. Maji 1591. mitigavit rigorem Bullæ Sixti, & proinde tollit censuram contra procurantes abortum fœtus inanimis, & eam reliquit contra procurantes abortum fœtus animati; concessit tamen Episcopis, ut possint in foro conscientiæ ab hujusmodi peccato, & censura absolvere per confessarios sive sæculares, sive regulares ad id deputatos; at id non concessit superioribus Regularibus, unde quod hoc non fuit revalidatum privilegium Sixto V, extinctum.

1439 Postea verò recensita privilegia fuerunt innovata, & in pristinum restituta à Clem. VIII. qui per Bullam 51. *Ratio Pastoralis Officii*, 20. Decembr. 1597.

Ex certa scientia confirmavit, & in pristinum statum restituit omnia privilegia trium Ordinum S. Francisci utriusque sexus; tam quoad, quàm per communicationem inter se & cum aliis Ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus, per suos prædecessores Romanos eis concessa; *in his omnibus, in quibus decretus*, Concilii Tridentini non adversatur. Confirmatio autem ex certa scientia (ut Rodr. *in comp. resp.* 3. *num.* 8.) revalidavit, & revocatum, habetque vim constitutionis, *cap.* 1. *de transact. cap. quoties, extra.* Ex quo concludit Rodr. *cit.* Superiores regulares posse hodie suos subditos utriusque sexus de hoc peccato, & censura absolvere etiam in foro externo. Bord. *tom.* 2. *tr.* 15. *num.* 19.

1440 Super irregularitate ex abortu fœtus animati dispensare non possunt; quia irregularitas ex homicidio voluntario injusto, adeóque est exceptuata à Sixto IV. *ut in n.* 33. o.

1441 Bor. autem *cit. num.* 14. Rodr. *in comp. resp.* 52. *num.* 25. Port. & Belliz. *tr.* 9. *c.* 3. tenent posse Prælatos regulares cum suis subditis pro utroque foro dispensare etiam in tribus irregularitatibus à Sixto IV. exceptis, videlicet homicidii voluntarii injusti, bigamiæ, & mutilationis membrorum; idque in virtute Privilegii Pauli III. Per Bullam 12. *Exponi nobis*: 12. Martii 1545. apud Bullarium Rodr. *pag.* 376. Generali, Abbatibus, Prioribus, & Præsidentibus Ordinis S. Benedicti Vallisoleti concesso, & per communicationem cæteris Prælatis Regulatibus, Generali, Provincialibus, & Guardianis, concessit, ut sequitur.

(Nos igitur, qui singulorum salutem paterno zelamus affectu, hujusmodi supplicationibus inclinati, vobis quòd stante immemorabili consuetudine hujusmodi, etiam de cætero perpetuis futuris temporibus singulis annis prima die Lunæ Quadragesimæ hujusmodi omnes, & singulas utriusque sexûs personas ordinis, & congregationis prædictorum religiosas, ac eidem ordini, & Congregationi oblatas, seu donatas, nec non Eremitas, sub cura vestra existentes intra septa vestrorum, seu ipsorum pro tempore absolvendorum Monasteriorum, seu alioregularium locorum, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, sententiis, censuris, & pœnis per eos pro tempore quomodolibet incursis, etiam in casibus dictæ sedi quomodolibet reservatis, exceptis contentis in bulla, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi, absolvere, & cum eis super quibusvis irregularitatibus per eos pro tempore quavis occasione, vel causa contractis dispensare, prout hactenus, ut præfertur, consuevistis, dicta auctoritate valeatis, plenam, & liberam eadem authoritate tenore præsentium concedimus facultatem.)

Quod

Quod privilegium nullam irregularitatem excipit; nec ei opponitur (ait Peliz. *cit.*) exceptio facta à Sixto; quia usus privilegii Sixti est pro toto anno, Pauli verò est limitatus ad unam solam diem anni, & ideo est concessus amplior, eo fine, *ut majori cum animi hilaritate, & serenitate Altissimo famulari possint*: hanc sententiam probabilem, & tutam in praxi vocat Diana *p. 4. tr. 2. res. 63.*

3442 Insuper Sixtus V. per Bullam 91. *Sanctum* 5. Januar. 1588. tulit censuram suspensionis contra malè promotos ad ordines, & sic promoventes contra Decreta Conc. Trident. per saltum, sine titulo, furtivè, ante ætatem, &c. & ultra suspensionem, tulit excommunicationem contra simoniacè promotos, & promoventes ad ordines etiam minores, aut ad tonsuram; quas censuras pariter reservavit Romano Pontifici, comprehendendo etiam superiores Regulares in ordine ad subditos.

3443 Quem rigorem moderavit Clem. VIII. per Bullam 40. *Romanum Pontificem* 28. Febr. 1595. quatenus Bullam Sixti, & ejus pœnas reduxit ad terminos Sacrorum Canonum, ad Decreta Trid. & ad Const. 7. Pii II. *Cum ex Sacrorum Ordinum*, 17. Novembr. 1461. qua statuitur, ut qui extra tempora, aut ante legitimam ætatem, vel absque dimissoriis, *ad aliquem ex sacris ordinibus se fecerint promoveri, à suorum Ordinum executione ipso jure suspensi sint, & si hujusmodi suspensione durante, in eis Ordinibus ministrare præsumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant*, & nulli reservat. Decreta Trident. de hac materia sunt *sess. 7. de refor. cap. 10. sess. 21. de refor. c. 1. & 2. sess. 23. de refor. à cap. 3. ad 17.*, ubi vide suspensiones, quæ reservantur.

3444 Licèt autem Clemens VIII. censuras & pœnas, quoad alios defectus [illegible] raverit, suspensionem, & excommunica[illegible] nem contra simoniacè ordinantes, & o[illegible] dinatos à Sixto inflictas voluit in suo [illegible] permanere.

3445 Quia tamen idem Clemens [illegible] postea anno 1597. privilegia antiqua [illegible] dictum est *in num. 3439.* innovavit, [illegible] ut Prælati Regulares possint hodie [illegible] ditos à dictis censuris absolvere, ut de [illegible] ortu dictum est, & multò magis [illegible] commissa in collatione officii, [illegible] Rodr. *cit.* & Port. *ver. Prælati poss[illegible] solvendum.*

QUÆRES II.

3446 *An Religiosi possint confiteri, & servatis absolvi extra Ordinem?*

REsp. posse, 1. In articulo, seu [illegible] probabili mortis, 2. In casu [illegible] puta si reperirentur in terris infidel[illegible] urgeret necessitas celebrandi, & Con[illegible] us proprius non adesset.

3447 Itinerantes confiteri poss[illegible] doti extra ordinem de licentia sui [illegible] quam licentiam in nostra Religione [illegible] test Guardianus ex concessione Cap[illegible] neralis *in stat. cap. 7. §. 1. n. 5.* ubi [illegible] dicitur: *Nisi eligendi confessarium [illegible] habuerint à superioribus facultatem.* [illegible] ne autem superioris, & Prælati ven[illegible] dianum, certum est ex iisdem *stat. n.* [illegible] servari in praxi, docet Melphi *in stat. [illegible] 1. nu. 9. 6.* qui ritè ponderat, grave [illegible] ligiosus, ubi Provincialis non est, [illegible] hanc à Provinciali petere teneretur.

3448 Hæc licentia sufficit, si [illegible] lis, aut tacita, seu præsumpta; [illegible] citè continetur in ipsa licentia [illegible] Melphi *cit.*

3449 [illegible]

3449 Religiosus autem itinerans non
[illegible] eligere Sacerdotem simplicem, nisi ad
habeat specialem licentiam sui superioris,
[illegible] eandem potest pro suis subditis sacerdo-
[illegible] simplicem extraneum approbare. Vel
[illegible] faciat extraneus approbatus; quia tunc
[illegible] eligere simplicem ex præsumpta li-
[illegible] sui superioris. His seclusis casibus, Sa-
[illegible] extraneus, si sit sæcularis, debet esse
[illegible] burus ab Ordinario loci; si Regularis,
[illegible], si sit approbatus à proprio Prælato
[illegible] tus; quia Trid. in Decr. requirente
[illegible] bationem Episcopi, non includit Reli-
[illegible], ut advertit Tamb. *tom. 2. pag. 33. nu.*
[illegible] Port. *ver. Confessor. num. 14.*

3450 Nec potest ab extraneo absolvi à
[illegible], nisi habeat expressam licentiam à
[illegible] vinciali pro illis; vel nisi habeat ab eo
[illegible] tatem passivam, ut absolvatur ab il-
[illegible] Ista autem necessitatis pro reservatis
[illegible] re juxtà regulas generales *de num.*
[illegible] 1371.

3451 Hinc Port. *cit.* infert, quòd si duo
[illegible] Sacerdotes simplices itinerent, non
[illegible] ad invicem confiteri, nisi expressam
[illegible] fuerint licentiam sui Superioris;
[illegible] licentiam fatetur eis ex Epikeja dare
[illegible] Guardianum, si discedant è Conventu,
[illegible] et Provincialis.

3452 Port. *cit. n. 13.* refert Priv. Martini
[illegible] Sti Hieron. *ut existentes extra Con-*
[illegible] *posset eligere Confessorem sæcularem,*
Regularem, qui eos absolvat in omnibus
casibus, a quibus absolvi possunt existentes in
Conventu. Non conceditur autem absolu-
[illegible] reservatis Prælatis Ordinis.

3453 In nostra Religione Confessio
[illegible] Religiosi Reformati facta cum Confessa-
[illegible] Observanti, aut econverso, est valida, si
[illegible] confessus sit à Generali approbatus; quia
[illegible] Observantes, & Reformati formant unum
corpus sub uno capite; unde diversas con-
stituunt Provincias ejusdem Religionis.

3454 Invalida est, si Confessarius sit ap-
probatus à suo solo Provinciali (nisi Religi-
osus pœnitens sit hospes, aut itinerans) quia
Religiosi unius Provincialis non sunt sub-
diti alterius Provincialis; & quia jurisdictio
non extenditur in non subditos, facultas de-
legata, quam habet Confessarius ab uno
Provinciali, non extenditur in subditos al-
terius.

Eadem ratione Confessarius unius Pro-
vinciæ, si ad aliam accedat, non potest ibi
confessiones excipere, sed illius Provincialis
approbatione indiget.

3455 Valida autem est, si Provincialis
Reformatus pro suis Confessarium Obser-
vantem approbet, & econversò: Provincia-
lis enim potest (spectato jure communi) Sa-
cerdoti extero, tam Religioso, quàm sæcu-
lari, concedere, ut sui Religiosi Confessio-
nes excipiat, quia respectu suorum subdito-
rum habet jurisdictionem quasi Episcopa-
lem. Sieri *de Sacr. Pœnit. num. 775.* & Mel-
phi *in com. cap. 7. stat. 1. qui q. 10.* in fine
subdit:

3456 (Excipio casum fortuitum, cujus-
modi esset, si quis ex familia S. Francisci, vel
S. Petri in Monte aureo, ob negotia ad Ara-
cœlitanum Conventum accederet, & ibi
celebrare vellet, vel quid simile; tunè dico,
licitè, & validè confiteri. Hoc enim in
praxi videmus fieri ex utraque parte. Lege
Candidum 2. *part. disquis. 24. art. 57. dub.*
3. qui docet, posse ex privilegio hospites et-
iam alterius Provinciæ confiteri, & absolvi
à reservatis, si Confessarii talem facultatem
habeant.)

DE POTESTATE CONFESSARIORUM REGULARIUM QUOAD SÆCULARES, ET EXTEROS.

3457 CErtum est in jure communi, cui accedit consuetudo, non dari casus reservatos Episcopis, sed illos solos eis reservari, quos ipsi in propriis respectivè diœcesibus sibi reservant. Vidal. *pag.* 52. cum com. Hoc præmisso.

3458 Dicoeos absolvere posse in foro interno conscientiæ ab omnibus casibus, & censuris reservatis Papæ, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, & intra Italiam, extra Urbem exceptis aliis sex, de quibus infra *nu.* 3473. insuper exceptis casibus reservatis Episcopis in suis respectivè diœcesibus. Peyr. *tom.* 1. *de subdito. In Appendice q.* 4. *cap.* 10. *pag.* 174. *Item in tom. Privil. in const.* 6. Julii II. *& in constit.* 6. Pii V. Donatus *tom.* 1. *part.* 2. *tr.* 4. *qu.* 33. *&* 34. Rodr. *in comp. res.* 3. *à n.* 36. Port. *ver. Confessor. n.* 22. Vidal. *pag.* 64. Jo. la Cruz. *de Privil. lib.* 2. *cap.* 7. *dub.* 1. *& com. v. n.* 3492.

3459 Constat ex privilegio Societatis, in quo quidem communicant omnes, Regulares, concesso à Paulo III. per Bullam 7. *cum inter cunctas*, 3. Junii 1545. apud Bullar. Rodr. *pag.* 370. his verbis.

[Nec non illis ex vobis, qui præsbiteri fuerint, quorumcumque utriusque sexus Christi fidelium ad vos undecumque accedentium Confessiones audiendi, & confessionibus diligenter auditis, ipsos, & eorum singulos ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, & à quibusvis ex ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis [exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi] absolvendi, ac pro eis commissis Pœnitentiam salutarem injungendi: nec non vota quæcumque per te pro tempore emissa [ultra marinis limi-nis liminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de Urbe, ac S. Jacobi in Compostella, nec non Religionis, & cujuscumque dumtaxat exceptis] in alia pietatis opera commutandi &c. plenam, & liberam facultatem, authoritate Apostolica benigne concedimus.

Non obstantibus quibusvis constitutionibus, &c. & litteris Apostolicis eorum Sixtum IV. in Capitulo: *Et si Dominici*, alios Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & sedem prædictam, etiam consistorialiter editis, &c. quibus, &c. presse derogamus] *v. n.* 3597.

3460 Præmissæ particulæ: *audiendi eorum confessionibus*: intelligendæ sunt secundum juris dispositionem, videlicet, ut absolutio à peccatis fiat in Sacramentali Confessione; censuris verò fieri possit extra illam hoc modo citandus.

3461 Et quia in præmissio Privilegio fit limitatio, Rodr. *in comp. re.* concludit; posse Regulares absolvere Regulares, & exteros utriusque sexus ab omnibus casibus etiam Papæ reservatis, occultis, & publicis; nec non à quibusvis censuris, jure, quàm ab homine, etiam specialiter, & nominatim latis, dummodo partibus satisfiat, aut detur sufficiens cautio de satisfaciendo, *ut à n.* 3364. & pro utroque forum confirmat ex quadam Declar. Pii V. de an.

3462 Hæc autem doctrina Rom. tum ad excommunicatos nominatim, tum quantum ad utrumque forum, non

Et quidem nominatim ab Episcopo excommunicatos non posse absolvi, non quia regulariter hujusmodi excom-

tiones Episcopi sibi ipsis reservant, ut videri possit in formulis; & à reservatis Episcopis Regulares non valent absolvere ex tot Bullis Pontificiis, & Decretis relatis 3407. & 3413. nuperrimè ex Bulla Clem. X. *Supernanum.* §. 6. Hinc damnata fuit ab Alex. VII. propositio affirmativa: *ut in prop.* 12.

3463 Quia regula illa, *majori concesso, inest quoque concessum, quod minus est*; non habet locum, quando minus est separatum à majori, in majori non continetur, & super prohibetur.

3464 Præterea adest Bulla 115. Clem. VII. *Quicumque* 7. Decemb. 1604. *quæ in* §. loquendo de confessariis Regularibus sæculares habet:

Ac ab aliis etiam casibus, tam à Nobis, quam à prædicto nostro in Urbe Vicario, & eorum ordinariis respectivè reservatis, & pro tempore reservandis, & etiam à quavis excommunicatione ab homine lata absolvere, & super irregularitatibus, tam ex aliquo occulto provenientibus, quàm occasione occultè contractis, cum aliquo dispensare (etsi contra dictorum privilegiorum nullo modo pollint.) Tamb. *tom. 2. de casibus reser. cap.* 1. §. 2. aut quòd, si rationabilis sit causa, putà Episcopus nimis distet, aut licentiam negaverit nominatim excommunicatus possit in foro interno absolvi, si sit dispositus, & ei coram non stet, ut pro foro externo à suo Superiore absolvatur. Ita ille.

3465 Item falsum est, quòd absolutio à censuris possit à Regularibus dari etiam pro foro fori. Ex ipsis namque verbis Privilegii Pauli III. *Confessionibus auditis: & pœnitentiam salutarem injungendi*: satis constat potestatem amplam absolvendi esse datam solùm pro foro interno conscientiæ, & nolle Pontificem hujusmodi delinquentes à judicio externo, & pœna juridica liberare.

Cui accedit praxis, & observantia.

3466 Nec juvat Declaratio Pii V. quia Rodr. id probat; quia puto eam comprehendi in revocatione facta à Greg. XIII. *In tanta*: ut liquet ex dictis *à num.* 3401. *ad* 3404. & ritè, quia absolutio pro foro externo, quoad alienos subditos, præjudicat potestati Ordinarii proprii, & Judicis, ad quem spectat causæ cognitio; non sic absolutio solùm pro foro interno conscientiæ, hæc namque (ut advertit Donatus) non ligat manum Judicis; non enim impedit processum, nec ratardat actum justitiæ, nec tollit jus tertii; quia quoad forum judiciale non censetur absolutus, ut dictum est *nu.* 3315. hinc absolutus in foro conscientiæ, est absolutus coram Deo, non coram Ecclesia.

3467 Id solùm verum est, quod docet Diana *p. 1. tr. 11. quæst. 26.* cum multis, *quod Judex contra ita absolutum per Bullam (supple tu: vel per privilegia) non tenetur procedere, undè si velit esse benignus, potest acceptare hanc absolutionem etiam pro foro exteriori, & repellere accusationem fiscalis accusantis illum, vel in ferenda sententia temperare rigorem, & pœnam.*

7468 Corroboratur mea assertio ex aliis ampliſſimis Privilegiis Jubilæi, & Bullæ Cruciatæ, in quibus quidem datur ampla facultas absolvendi ab omnibus casibus, & censuris à jure, vel ab homine, occultis, aut publicis, Sedi Apostolicæ, aut Episcopis reservatis, in solo tamen foro conscientiæ; ut maximè liquet in ampliſſimo Jubilæo contra Turcas edito à Clement. X. §. 9. 1672. *Inter graviſſimas*; & Declar. Urb. VIII. relata pro Bulla Cruciatæ *in n.* 3406.

3469 Deniq; omne tollit dubium Clem. X. per Bullam, *Superna* §. 6. quam refero *in n.* 3295. Omninò vide ibi, ubi nostra assertio præcipitur, & irritum declaratur, oppositum.

3470 Pro foro igitur interno conscientiæ, & exclusis excommunicationibus ab homine latis, firma, & valida sunt nostra Privilegia quoad sæculares, & exteros; atque in suo robore remanet Privilegium Pauli III. quod nunquam fuisse revocatum, imo fuisse confirmatum, constabit perlegenti Bullas, & Decreta, tam revocativa, quàm confirmativa Privilegiorum: *à num.* 3400. *ad num.* 3422.

Imò semper fuisse in usu, ut tradunt Doctores *cit.* & Peyr. *in const.* 6. Julii II. *numer.* 21.

3471 Non obstat Decretum S. C. Episc. & Regul. jussu Clem. VIII. editum 9. Jan. 1601. quod præcipit cuilibet Confessario sæculari, aut Regulari extra urbem, intra Italiam degenti, ut nullus sub prætextu privilegiorum audeat absolvere ex casibus in Bulla Cœnæ contentis; *Vel aliàs quomodocumque Sedi Apostolicæ reservatis.*

Non obstat, inquam; quia prædictum Decr. ob dubia, & difficultates à Regularibus inde exposita, fuit anno sequente 26. Novembris 1602. moderatum per aliud Decr. ejusdem S. Congr. jussu ejusdem Clem. VIII. editum, ut sequitur: apud Peyr. *tom. 1. cit. pag* 175. & Donatum *tom. 2. tr.* 11. *q.* 17.

3472 Cùm autem dubia quædam, ac difficultates, circa ejusdem Decreti interpretationem, atque observationem, emersissent, eadem S. Congr. ne ullus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitative locus relinquatur, & ut clarius appareat, in quibus casibus vigore ejusdem decreti reservatis, intelligatur prohibita absolutio speciali mandato ejusdem S. D. N. Clementis Papæ VIII. similiter vivæ vocis oraculo, super ea re habito, ipsum Decretum ita moderatur, & declarat, videlicet, sub ejusdem prohibitione illos tantum in posterum comprehendi casus, quo in Bulla die Cœnæ Domini consueta continentur.

3473 Ac præterea, 1. Violationem immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Bullæ Cœnæ XIV. 2. Violationis clusuræ Monialium malum finem, 3. Provocantium, & provocatium in duello, juxta Decr. Conc. Trid. Const. Greg. XIII. incip. *Ad tollendum*. Injicientium violentas manus in Clericos juxta Canonem; *Si quis suadente diabolo quæst.* 4. ac juris dispositionem, 5. Sententias relatis scienter contractæ, 6. Atque ex confitentiæ beneficialis. Item omnes, quos Ordinarii locorum sibi reservarunt, vel in posterum reservabunt.

In quibus omnibus jam enumeratis casibus dumtaxat, & sublata etiam parochialitatis audiendi Confessiones, ea mente Congr. vult, & mandat, dictum Decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere.

Ac præterea declarat, eos qui sunt Parochi, tam sæculares, quàm Regulares, ex aliquo ex privilegiis, indultis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis, quæ fuerint, posse juxta eorum privilegia, indulta, & facultates, usu ante idem Decretum receptas, & quæ sub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantum, & non aliàs absolvere à casibus in præfata revocatione non comprehensis, &c.

3474 Ex quo Decreto firmiter constat Privilegium Pauli III. remanere in suo robore, in quo quidem erat ante recitatum Decretum de anno 1601. quoad omnes casus Papæ reservatos, exceptis casibus in Bulla Cœnæ, reservatis Episcopis, & dumtaxat sex relatis. Constat tam ex exceptione in Decreto facta, quoniam confirmat regulam in contrarium; quàm ex positiva confirmatione potestatis quoad casus.

3475 Hoc tamen discrimen est omninò observandum, ut à 20. casibus reservatis in Bulla Cœnæ Regulares absolvere non possint nec intra, nec extra Italiam; quia reservatio Bullæ Cœnæ est facta pro toto orbe Christiano. Idem dic de casibus reservatis Episcopis, ut constat ex Bulla Clem. VIII. *relata num.* 3405. lata pro toto Orbe Christiano, ex Decr. Urb. VIII. 17. Nov. 1628. relato n. 5414. *& in prop.* 12. damnata ab Alex. VII. Reliquis verò sex casibus à Clem. VIII. servatis, relatis in *num.* 3473. non posse in Italiam, & extra Urbem, posse verò in Urbe extra Italiam, ut declarat ipsum Decretum Clem. Item in suburbiis Urbis. Bord. *tom.* 3. *p.* 6. *num.* 12. quia in favorabilibus terminus sunt ampliandi, unde nomine Civitatis venit Suburbia.

3476 Idem docent Bord. *cit. num.* 13. & Tamb. *p.* 3. *tr.* 2. *ref.* 13. in Insulis Siciliæ, Sardiniæ, & Corsicæ; quia Geographi, & Historiographi has insulas non connumerant cum insulis Italiæ; & Pontifex, quando edit limitationem pro Italia, & vult insulas comprehendere, eas exprimit similibus verbis *etiam quo ad insulas conjacentes*, quod in hoc Decr. Clementis. Oppositum tenet Navarr. apud illos, dicens, in relatis insulis Decretum Clementis practicari: *v. tom.* 2. *num.* 292.

3477 Ex dictis colliges, Confessarios Regulares absolvere posse à casibus Sanctæ Officii, satisfacta parte, modo *dicto in tom.* 2. *nu.* 641. *ad* 644. nisi contineant hæresim formalem externam, nec contineantur in Bulla Cœnæ, nec sint intra Italiam de aliis sex: nec Episcopis sint reservati. Mendo *in Epit. tr. Regulares num.* 28.

3478 Demum Peliz. *de Monialibus cap.* 5. *num.* 19. docet Confessarios Regulares etiam intra Italiam posse absolvere Moniales non subditas à quinque casibus à Clem. VIII. reservatis, quatenus prohibitio absolutionis est facta solùm respectu pœnitentium sæcularium, minimè Regularium. At hoc non probo, quia prohibitio est facta respectu pœnitentium exterorum absolutè, ut patet ex verbis Decr. de anno 1601. *in num.* 3471.

Vide *to.* 2. *à num.* 291.

3479 Obiter hic refero privilegium Pauli III. per Bullam 48. *licet debitum* 18. Octobris 1549. concessum Generali Societatis Jesu, & per communicationem Generalibus aliorum Ordinum, ut sequitur.

§. 33. (Et ut cùm aliquos ex fratribus, seu Socius Societatis hujusmodi in Saracenorum, & Paganorum, aliorumque infidelium terras, & Provincias aliàs remotissimas, à quibus non potest adiri Sedes Apostolica, miserit; possit eis auctoritate nostra facultatem concedere, ut Christianos ibidem commorantes, Confessione peccatorum suorum audita, & pœnitentia salutari injuncta, eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis eorum peccatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini reservatis, & consequentibus censuris, & pœnis absolvere.

§. 34. Et cum iis, qui ab infidelitate convertentur tantùm, & in locis remotissimis, qui priùs in gradibus non licitis, tamen lege divina non prohibitis, matrimonium contraxerant, ut in iisdem manere possint, dispensare.

§. 35. Ac in locis prædictis remotissimis, quæcumque Ecclesias, Hospitalia, & alia pia loca, prout expediens fuerit, erigere, ac nunc, & pro tempore erecta reformare, si alicujus præjudicio, & vestes Sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, cœmeteria (si Episcopus, qui ea faciat, Catholicus ibi non adsit) benedicere, ac profanatas Ecclesias reconciliare possint. Et quæcumque

que statuta, & ordinationes, desuper necessaria facere, illaque, postquam facta fuerint, mutare, alterare, ac illis addere, & detrahere.

§. 36. Ac Præposito Provinciali in illis longinquis partibus residente decedente, interim dum alius per Generalem Præpositum mittitur, loco Præpositi sic decedentis, alium eligere libere, & licitè valeant.

§. 37. Et quia in numerosis populis illarum Regionum, tanta est Sacerdotum raritas, ut unus plurium curam populorum suscipere debeat, ut bis eodem die Missam celebrare diversis in locis valeant.)

3480 Ubi nota, Privilegium absolutionis de §. 33. non revocari per Bullam 115. Clement. VIII. *Quæcumque*, 7. Decemb. 1604. relata *num.* 3464. quia Bulla Clem. expressè loquitur de locis fidelium, & orbis Christiani, ubi sunt Episcopi Catholici.

3481 Similiter Innoc. IV. apud Bullar. Rodr. Bulla 20. concessit Sacerdotibus Ordinis Minorum, ut in terris infidelium Christianorum ibi commorantium Confessiones audire, & à peccatis, atque censuris absolvere possint.

DE POTESTATE IN CENSURAM RESERVATAM OB VIOLATIONEM CLAUSURÆ.

3482 CLausura violatur per ingressum mulierum, aut virorum in Monasteria Monialium, vel mulierum in Monasteria virorum, & per egressum Monialium è suis Monasteriis.

QUOAD INGRESSUM

3483 TRes sunt censuræ, videlicet excommunicationes latæ sententiæ in jure fulminatæ.

Prima est Conc. Trid. *sess. 25. de Regul. & Monialibus cap. 5.* contra viros, & mulieres cujusvis conditionis, sine superioris [illegible] in scriptis ingredientes Monasteria Monialium.

3484 Secunda est Greg. XIII. per [illegible] 28. *Ubi Gratiæ* 24. Junii 1575.

3485 Tertia est lata à Clem. VIII. per decretum de anno 1602. relatum [illegible] contra violantes clausuram Monialium malum finem. Et de hac non debet esse mo; quia cum sit reservata Rom. Pont. extra Urbem, & intra Italiam, cum [illegible] one privilegiorum, certum est, Confessa Regulares extra Urbem, & intra Italiam posse ab ea sæculares absolvere.

Pelliz. de Monialibus *cap. 5. num. 12.* cet hanc censuram, & reservationem Cl. VIII. non afficere Moniales, sed solum ingredientes ad malum finem; quia Monialis se habet passivè, & ponitur ut minus, minimè ut subjectum.

3486 Prima igitur censura Trident. incurritur, etiam si ingressus non sit ad malum finem, nec prætextu licentiarum, sed reservata; unde potest absolvi à simplici Confessario, qui tamen [illegible] ad Monialium Confessiones excipiendas putatus; quod semper in hac re est [illegible] nendum ex Bulla Clem. X. *num.* 3492.

3487 Secunda censura Greg. XIII. incurritur, etiam si ingressus non sit ad malum finem ab omnibus mulieribus cujusvis conditionis, & ætatis, usum rationis habentibus ingredientibus Monasteria virorum, & omnibus viris, & mulieribus cujusvis conditionis, ingredientibus Monasteria Monialium. Item à Superioribus utriusque sexus & pariter à custodibus clausuræ, & portionari, & rotariæ admittentes, & admittentes, ingressum sub prætextu [illegible] rum Sedis Apostolicæ, Legatorum, [illegible] rum Prælatorum.

bem à singulis Religiosis, & Monialibus
m superioribus, quàm privatis, qui illos
c admittere sub prætextu licentia-
m ipsorum ordinariorum.

1488 Hinc superiores, & custodes clau-
ræ incurrunt, sive positivè, sive negativè
concurrant, nimirum tam admittendo, quàm
non impediendo, & non impediendo, cum pos-
sint. Personæ verò privatæ incurrunt, solùm
positivè concurrant admittendo, nisi veni-
ant nomine *Conventus*; tunc autem veniunt
nomine *Conventus*, quando omnes congre-
gati unum cum superiore consentiunt in
ingressum, & tunc incurrunt, etiam si negati-
vè concurrant permittendo ingressum.

1489 Talis autem censura in vim Bullæ
Greg. non incurritur ab ingredientibus, ad-
ventibus, aut permittentibus, nisi ingres-
sum virorum, & mulierum in Monaste-
ria Monialium, quàm mulierum in Mona-
steria virorum, fiat sub prætextu licentiarum;
sit reservata Romano Pontifici.

1490 Insuper adest etiam excommuni-
catio reservata Romano Pontifici lata à Pio
V. per Bullam 20. 24. Octob. 1566. quæ in-
cipit *Regularium personarum*, contra mulie-
res ingredi audentes Monasteria virorum
sub prætextu licentiarum.

1491 Deinde Pius V. per aliam Bullam
declaratoriam præcedentis die 16. Julii 1570.
cujus incip. *Decet Romanum Pontificem*, de-
claravit in præfata Bulla fuisse suæ intentio-
nis comprehendere mulieres ingredientes
Monasteria virorum etiam sine prætextu
licentiarum.

1492 Ex quibus Bullis Greg. & Pii plura
colliguntur. Primò: Excommunicatio est re-
servata Romano Pontifici. Unde si est occul-
ta, potest absolvi ab Episcopo virtute Decr.
Conc. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 6.* minimè
si sit publica: *ut in num. 3314.* Posse tamen
absolvi à Confessariis regularibus, etiam si
sit publica, aut deducta ad forum contenti-
osum, in foro tantùm interno conscientiæ,
docet Donatus cum multis *t. 1. par. 2. tr. 4. qu.*
33. & 34. Peyr. *in const. 6.* Pii V. *p. 203. num.*
41. *item const. 6.* Julii II. & *t. 1. de subdito.* quia
dictæ Bullæ in reservatione non comprehen-
dunt Privilegia Regularium. Et hic casus in-
gressus mulierum intra Monasteria virorum,
& virorum, ac mulierum intra Monasteria
Monialium, non comprehenditur in casibus
20. Bullæ Cœnæ, nec in sex Clem. VIII. in
Decreto de anno 1602. quod Decretum est
attendendum, quia est moderativum dispo-
sitionum præcedentium in oppositum, *ut pa-
tet in num. 3471. & 3472.* Vide *à nu. 3459.
ad 3465.*

3493 Imò idem docet Donatus *cit. qu.*
34. de ingressu mulierum in Monasteria vi-
rorum ad malum finem, videlicet ad explen-
dam libidinem; ob eamdem rationem, quia
solus casus violationis clausuræ Monialium
ad malum finem comprehenditur in sex ca-
bus Clem. VIII.

3494 Secundò. Pœnam inhabilitatis, &
privationis Officiorum, fulminatam à Gre-
gor. XIII. *in §. 3.* & à Pio V. unà cum sus-
pensione à Divinis *in §. 4.* non esse reserva-
tam, ait Rodr. *tom. 1. qu. 24. art. 17.* nam ut
constat legenti, reservatio est facta solùm pro
excommunicatione, unde concludit posse ab
ea absolvere pro utroque foro, quoad suos
subditos, Episcopos, & Prælatos Regulares.
Ita Rodr.

3495 Tertiò, si sit sermo de ingressu mu-
lierum intra Monasteria virorum, prædictæ
omnes pœnæ incurruntur, etiam si ingressus
fiat sine prætextu licentiarum, ut constat ex
Bulla declaratoria Pii V. *Decet Romanum
Pontificem, in num. 3491.*

3496 Si autem sit sermo de ingressu viro-
rum

rum, aut mulierum intra Monasteria Monialium, non incurruntur pœnæ nisi ingressus fiat sub prætextu licentiarum. Pelliz. *de Monialibus c. 5. n. 92.* cum multis; quia jura expressè apponunt prætextum licentiarum, ut constat legenti Bullam Greg. XIII. *Ubi Gratiæ de n.* 3483. quæ de tali ingressu disponit.

Et declaratio Pii V. quòd Pœnæ incurrantur, etiam si ingressus fiat sine licentiarum prætextu, solùm, & expressè loquitur de ingressu mulierum in Monasteria virorum. Hic faciunt rationes aliæ legales *de 2. tom. à num.* 422. *ad* 425.

3497 Nec id sit tibi, cum donato *tom. 3. tr. 5. qu. 2. num.* 10. mirum; nam jura in tantùm apponunt prætextum licentiarum, quia prætextus licentiarum erat causa molestiæ, & scandali; nam sub hoc prætextu mulieres prætendebant ingredi Monasteria virorum impunes, & sic majori cum facilitate, & audacia, non sic quæ sine licentia; & vulgò dicitur, quòd sit magis molestus, & timendus inimicus occultus, quàm publicus.

3498 Cæterùm Filliucius cum aliis apud Pelliz. *cit.* & Donatus *tom. 3. tr. 5. q. 2.* tenent, dictas pœnas incurri, etiam si ingressus fiat sine licentiarum prætextu; pro quo adducit stylum curiæ. Stylus autem curiæ facit legem quando lex est obscura, minimè, quando est clara, ut in casu. Unde stando in jure requiritur licentiarum prætextus.

3499 Idem confirmavit Paulus V. per Bullam 52. *incip. Facultatum* 1. Sept. 1608. & per Bullam 74. *Monialium Statui*, 10. Julii 1612. per quas Bullas, quoad ingressum mulierum in Monasteria Monialium, Paulus V. omninò confirmat Bullam Greg. XIII. *Ubi Gratiæ*, relatam *n.* 3484. & apponit licentiarum prætextum, ac proinde de hac Bulla Pauli V. est eodem modo discurrendum.

3500 Idem denique confirmavit Urban. VIII. per Bullã 30. 27. Oct. 1624. *incipiens* (Sacrosanctum, &c.

§. 1. Cum itaq; plures licentiæ Monasteria Monialium ingrediendi diversis ... bus sæcularibus, &c. à Nobis, & diver... manis Pontificibus, &c. concessæ fuerint, ...

§. 2. Nos omnem dubitandi materiam quæ super modo, consensum ... præstandi forsan oriri posset, è me ... volentes &c. declaramus, consensum ... rum Monialium de cætero per eas... niales Capitulariter, & per secretu... præstandum esse, & præstari debere; ... centiæ hujusmodi mulieribus, quibus ... cessæ fuerunt, nullatenus suffragetur.

§. 3. Et quæ Sanctimonialium Mon... vigore licentiarum prædictarum ... sensu capitulariter, ut præfertur, ... gredi præsumpserint, sententias, ... pœnas contra clausuras Monaste... nialium violantes inflictas se noverint ... suras.)

Quid clarius?

3501 De ingressu Confessarii dictum *à num* 1453. *v. n.* 1419. A regularibus ... denda est Bulla Alex. VII. 19. Octob. ... quæ disponit super ingressu super... Confessariorum, atque super com... confessariorum propè Monaste... ut sequitur.

3502 (Felici Sacrarum Virginum ... &c. Præsentibus perpetuò valitura ... ut in posterum intra fines Italiæ, & ... rum adjacentium Generalibus, Pro... bus, Abbatibus, & quibuscumque ... perioribus Regularibus, quibus ... ra, & regimen Monasteriorum Sanc... alium quovis modo incumbit, intra ... rundem Monasteriorum nullatenus ... liceat, nisi ex causa visitationis loca... semel tantùm in anno, ita ut in eo ...

gorum ex memoratis superioribus visitatores, alius superior à visitatione hujusmodi feminino abstineat. Quòd si ob clausuram, quæ à Sancta Tridentina Synodo, etiam in Monasteriis exemptis, curæ, & vigilantiæ Episcopi in primis committitur, aut ob aliã urgentem, ac necessariam causam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluries ingredi septa Monasterii, tunc non aliter ingrediatur, quàm cum præsentia Episc. Diœcesani, vel alterius personæ Ecclesiasticæ sæculari boni exempli, ac maturæ ætatis, ab ipso Episcopo ad hoc specialiter deputatæ. Visitet tamen superior Regularis inferiorem clausuram per se ipsum, non autem per alium, etiã si sint legitimè impeditus; quo casu differatur visitatio in aliud tempus, quo cessaverit impedimentum, & visitationem celeriter, & uno die, debita tamen cum diligentia absolvat, nec ante ortum Solis eam incipiat, nec in occasum protrahat, neq; ipse visitator, nec ejus Socii ullam sumant in Monasterio refectionem. Porrò si visitet Generalis, possit secum habere duos Socios sui Ordinis; si aliquis Generalis, unum tantùm, exclusis omnibus etiam ratione Officii. Qui quidem non alumantur exemplares, & maturæ ætatis, & in actu visitationis à visitatore numquam separentur, sed eum aspicere, & ab illo capi semper possint. Ac præterea visitatio assistant quatuor Moniales ex superioribus Monasterii, quæ similiter visitatione duret, numquam separentur à visitatore, & omnes. Reliquæ verò Moniales, & quæcumq; aliæ mulieres, & puellæ sæculares in Monasterio degentes, nisi legitimo detineantur impedimento, conveniant omnes in Choro, antequam visitator ingrediatur interiorem clausuram, & in eo permaneant durante visitatione, & quousque idem visitator cum Sociis e Monasterio exierit. Ideóq; curet visitator, ut tempestivè admoneatur Abbatissa, seu Monasterii Præfecta, de præstituta die, & hora visitationis; Visitatio verò personalis fiat ad crates, & omninò extra clausuram Monasterii, & per quemcumque superiorem dumtaxata, ut supra dictum est de visitatione interioris clausuræ. Ad hæc Confessor Sanctimonialium tam ordinarius, quàm extraordinarius minimè ingrediatur septa Monasterii, nisi ad Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis ministranda Monialibus, vel aliis personis infirmis, ibi degentibus, nec non ad commendandam animam Agonizantium; nec umquam ingrediatur, nisi cum Socio, qui sit probatæ vitæ, & maturæ ætatis, semperque maneat in ea parte Monasterii, qua Confessorem videre, & ab ipso videri semper possit. Insuper districtè præcipimus memoratis Superioribus Regularibus, ut infra terminum duorum mensium à publicatione præsentis constitutionis computandorum, revocent ad clausura Confessores, eorumq; Socios, Concionatores, & alios quoscumq; Regulares, apud Monasteria Sanctimonialium, vel assiduè, vel ad tempus quocumq; titulo pernoctare solitos: Nevè permittant eosdem, seu alios Regulares, intrà, seu propè septa Monasteriorum hujusmodi habitare, vel commorari, quin etiam infrà eumdem terminum quascumq; Cellas, Mansiones, seu Cubicula propè Monasteria prædicta ad usum memoratorum Regularium existentia, si clausuræ Monasteriorum earundem Monialium contigua sint, eidem clausuræ includi, vel dirui omninò faciant; si verò sint extra septa, vendi, pretiumq; in Monasterii utilitatem converti, nec in posterũ alia similia aptari, ædificari, aut emi permittant. Quòd si infra dictũ terminũ superiores Regulares præmissa cum effectu non adimpleverint, teneatur ordinarius loci, tanquã Sedis A-

postolicæ Delegatus, illa adimplere, & omnino exequi, etiam invocato, si opus fuerit brachii sæcularis auxilio. Verumtamen si Monasterium Regularium virorum, quibus Moniales sunt subjectæ, sit intra dicta Mœnia, vel è converso, habeantur, vel conducantur, si commode fieri possit, mansiones ad usum Confessoris, quæ non sint conjunctæ, seu contiguæ ipsi Monasterio Monialium, sed ab eo penitus disjunctæ, non solùm per parietes, sed etiam per tecta: sin autem utrumque Monasterium sit intra Mœnia, & unum ab altero, Episcopi judicio, multum distans, tunc habeantur, vel conducantur hujusmodi mansiones, ut supra, distinctæ, & separatæ à Monasterio Monialium in distantia ab ipso Episcopo recognoscenda, & approbanda, ità tamen, ut in mansionibus Confessoris, sive intra, sive extra mœnia constitutis, excepto ipso Confessore cum suo Socio, alii Regulares, etiam si superiores sint, minime pernoctent. Si quis verò prædictorum Regularium aliquid contra præsentium tenorem facere, vel moliri præsumpserit, aut adimplere neglexerit, ipso facto pœnam excommunicationis, & privationis omnium officiorum, quæ obtinet, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocisque activæ, & passivæ, absque alia declaratione incurrat. Et nihilominus nullis privilegiis, & exemptionibus tueri se possit, quominus ab Episcopo loci, tamquam ab hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat.]

3503 In meo Ordine Minorum de Observantia extat statutum Cap. Gen. de anno 1664. Quòd in comitatu superiorum, quacumque de causa ingrediantur, semper sit Vicarius, seu Confessarius Monialium, sub pœnis in eisdem statutis contentis] Unde in ingressu Provincialis socius debet esse Confessarius Monasteri, debet enim esse

QUOAD EGRESSUM.

3504 DAt regulam, & prohibitionem Bonifacius VIII. *in cap.* *Statu Regularium in 6.* apud Dom *3. tr. 3. qu. 2. num. 18. & tr. 4. q.*

3505 [Periculoso, & detestabili quidam Monialium statui, quæ honestis habenis, & Monachali modestia, quæ verecundia impudenter abjectis, sua Monasteria nonnunquam per habitum sæcularium personarum dicuntur, præsenti constitutione, &c. Sanctimus, & versas, & singulas Moniales præsentes futuras, &c. sub perpetua in suis Monasteriis debere de cætero permanere clausura quòd nulli earum, &c. valeat quacumque ratione, vel causa, nisi forte tanto, & morbo evidenter earum aliquam locum constaret, quòd non posset cum gravi periculo, seu scandalo commorari Monasteria ipsa deinceps egredienti tas.]

3506 Insuper concedit textus, quòd Abbatissa seu priorissa teneatur præstare magium, vel fidelitatis juramentum quod feudum, quod Monasterium ab aliquo Principe, seu Domino tunc, si non valeat illud præstare per procuratorem, possit exire de Monasterio honesta, & decenti societate, & homagium seu juramentum fidelitatis Principi & eo præstito teneatur ad Monasterium vestigio reverti.

3507 Eamdem const. Bonifacii VIII. *Periculoso*, expressè approbavit Conc. *Sess. 25. de Regularibus cap. 5.* & confirmavit Pius V. per Bullam 8. *Circa Pastoralis* 29. Maji 1566.

3508 Insuper

3508 Insuper idem Pius V. 8. Febr. 1570. ... aliam Bullam, priorem declaravit, ut ...

...Decori, & honestati omnium Sanctimonialium, &c.

...t. Sanè periculo, & scandalo plena res ... Sanctimoniales aliquando parentes, ... sorores, aut alios agnatos, vel co... nec non Monasteria, & alias filiatio... cupata, etiam eis subjecta visitandi, ... infirmitatis causas, aliove prætextu à ... exire, & per sæcularium perso... domos discurrere, & vagari, quo ve... eximium quoque honestatis, & ... decus in discrimen committunt.

...s. Unde nos malo huic, &c. salubriter ... volentes, inhærentes etiam decre... Conc. Trid. &c. ac aliis nostris litteris, ... volumus, sancimus, & ordinamus nulli ... Priorissarum, aliarum Moni... &c. etiam infirmitatis, seu aliorum ... superiorum, etiam eis subjectorum, ... monum, parentum, aliarumve con... eorum visitandorum, aliave occa... & prætextu, nisi ex causa magni in... vel infirmitatis, lepræ, aut epidi... quæ tamen infirmitas, præter alios or... superiores, quibus cura Monasterio... incumberet, etiam per Episcopum, ... loci ordinarium, etiam si prædicta ... ab Episcoporum, & ordinario... jurisdictione exempta esse reperiantur, ... & expresse in scriptis approbata sit, ... Monasteriis præfatis exire; sed nec in præ... casibus extra illa, nisi ad necessarium ... state licere.

...Aliter autem, quam ut præfertur, egredi... seu licentiam exeundi quomodo... concedentes, nec non comitantes, ... receptatrices personas; sive laicas, ... sæculares, vel Ecclesiasticas, consangui-neas, vel non, excommunicationis majoris latæ sententiæ vinculo statim eo ipso absque aliqua declaratione subjacere, à quo, præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi nequeant.

Et insuper tam egressas, quàm præsidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam hujusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, administrationibus per eas, & eos tunc obtentis privamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia imposterum obtinenda inhabiles.

3509 Nomine epidemiæ venit pestis. Pelliz. *c. 5. n. 32. v. an. 1515.* per receptatrices, & comitantes intelliguntur personæ illæ, quæ suo comitatu, aut receptione cooperantur egressui Monialium, aut sunt causa, ne redeant ad Monasterium; minimè illæ, quæ urbanitatis, amicitiæ, aut consanguinitatis præcisè causa Monialem illicitè egressam receperint, aut comitarentur. Pelliz. *de Monialib. c. 5. n. 26.*

3510 Pius ergo V. apponit excommunicationem reservatam Romano Pontifici, & pœnam inhabilitatis, & privationis officiorum non reservatam; unde de hac discutre, ut *in num.* 3494.

Quantum ad excommunicationem.

3511 Dico, ab ea absolvere posse Episcopum, si sit occulta, ut *in num.* 3492.

DIFFICULTAS EST, SI SIT PUBLICA.

IN qua re, Pelliz. *de Monialib. c. 5. n. 28. & cap. 9. nn. 26.* affirmat; quia Moniales sunt perpetuo impeditæ, & si pro absolutione deberent adire Papam, cogerentur ad impossibile; cum teneantur ad perpetuam clausuram: at impossibilium non est obligatio.

3512 Resp. non posse Episcopum ab

hac excommunicatione, si sit publica, absolvere. Donatus *tom. 3. tr. 4. q. 8.* Ratio, quæ me movet est; quia Pius V. quando hanc censuram contra Moniales fulminavit, & eam soli Romano Pontifici reservavit, omnem alium pro absolutione excludendo, jam sciebat. Moniales esse impeditas perpetua clausura, ad quam ex juribus antiquioribus tenebantur; si igitur hoc non obstante, tali rigore reservationis contra Moniales usus est, argumentum evidens est [ni dicere velimus, Pium V. voluisse edere legem deridendam] quòd Summus Pontifex velit, occurrente casu egressionis, Moniales pro absolutione adire Romanum Pontificem, non quidem personaliter, quod est impossibile, & præter intentum Summi Pastoris, sed per litteras, nuncium, aut procuratorem; quod omnino vult, quia vult in tali casu esse consultum, requisitum, & certioratum, ut possit una cum absolutione, & medicina, debita pœna, & correctione ab hujusmodi excessu Moniales coercere.

3513 Ratio autem perpetui impedimenti favet Monialibus, ut possint ab Episcopo absolvi, juxta dicta superius, solùm in aliis casibus, in quibus absolutio reservatur generaliter pro omnibus fidelibus, inter quos tantum per inclusionem tanquam species in genere veniunt Moniales; minimè in casibus, in quibus censura reservata specialiter, & explicitè est lata contra Moniales, qualis est censura à Pio V. lata contra Moniales egredientes, & alia Greg. XIII. lata contra Moniales admittentes, aut permittentes ingressum virorum, aut mulierum intra earum Monasteria, ut *in num. 3484. & in n. 3487.* in Bulla Greg. §. 3. & 4. Idque ob præfatam rationem, aliàs Pontifex edidisset legem, & reservationem deridendam; quod non est excogitandum.

Hinc Fagnanus *in lib. 1. Decr. cap. Quoniam 13. de constit. n. 30.* ait, ex Bulla Pii [illegible] ademptam esse facultatem Episcopo [illegible] petentem in vim dicti *c. 6.* absolvendi Moniales secretò delinquentes in materia [illegible] furæ.

3514 Idem ob eamdem rationem dicit excommunicationeRomano Pontifici reservata, lata à Gregor. XIII. & Pio V. specialiter, & expressè contra mulieres ingredientes Monasteria virorum, aut Monialium, [illegible] superius dicta. Hæ quidem licèt in Jure Canonico super relato censeantur impeditæ hoc eas juvat in casu legis reservatæ [illegible] contra omnes, inter quos mulieres [illegible] tanquam species in genere continentur, [illegible] nimè in casu legis specialiter, & explicè contra mulieres latæ; adeóque teneantur adire Romam per litteras, aut nuncium.

3515 Cui non obstat dictum, quòd personaliter impeditus adire Pontificem pro absolutione, non teneatur adire per litteras aut nuncium, quia hoc est verum regulariter, minime in casibus extraordinariis, in quibus vel Pontifex expressè se declarat, vel evidèter ex ejus lege colligitur, quòd velit hujusmodi impediti recurrant ad ipsum pro absolutione: hujusmodi sunt casus, in quibus expressè, & specialiter Pontifex sibi [illegible] excommunicationem sibi reservatam contra mulieres, & Moniales. Tunc igitur mulieres, & Moniales adire debent Pontificem pro absolutione, modo, quo possunt, non quidem personaliter, sed per litteras, aut nuncium.

Verum tamen est, posse eas Regulares Monialibus approbatos absolvere, [illegible] casibus publicis, in foro tamen conscientiæ juxta dicta *in n. 3492.*

3516 Corroborantur dicta; quia Jus Canonicum, *cap. 6. Mulieres, & cap.* [illegible]

Mo-

Monialib. in lib. 5. tit. 39. de sentent. ex-com. loquitur expressè de censura ob perfractionem Clerici, aut Monialium; in hoc, quòd casu concedit, quòd possint ab Episcopo absolvi, & solùm Doctores ex parilitatione, quatenus pro omni casu sunt quæstæ, illud extendunt ad reliquos casus: quem lectorem autem hujusmodi extensionem, quam plus æquo, & ultra claram mentem Summi Pontificis, ut extensio dicti juris fiat omnes casus, & cum exclusione omnis recursus pro absolutione ad Papam, nisi in illis casibus, in quibus evidenter exigitur Papam velle, ut recurratur ad eum, ut in recensitis casibus constat: *v.* 3524. & 3525.

QUÆRES.

3517 *Monialis quædam egressa est è proprio Monasterio, & ingressa in aliud Monasterium contiguum urbanitatis, seu curiositatis. An incurrerit excommunicationem contra egredientes. & ingredientes la.*

Bord. *de Monialib. cap. 5. nu.* 57. & Bordonus ibi affirmant; quia Monialis non tenetur ad clausuram in communi, sed ad clausuram proprii Monasterii; unde licet ab una transeat de clausura ad clausuram, non tenetur perpetuo servandam est obligata, neque.

3518 Solùm dissentiunt in hoc quòd Pelizarius velit esse duo peccata, & duas excommunicationes incurri, quatenus sunt duo egressus videlicet, & ingressus.

3519 Bord. verò vult esse unum, & unam excommunicationem incurri ob egressum, quamvis Bulla Pii V. dum excommunicat Moniales illicitè egredientes, terminum à quo respicit, non ad quem; non respicit, inquam, locum, ad quem ingreditur, cum enim casus accidere soleat, ut Moniales egrediantur ad vagandum, lex non comprehendit hunc casum extraordinarium ingressus ad aliud Monasterium contiguum: *Et lex ad ea, quæ rarò accidunt, non aptatur, l. Nam ad ea, ff. de legib.*

3520 Si autem cupis scire, quid hac in re sentiam: Duos actus in præsenti casu considerandos puto, egressum videlicet de proprio Monasterio, & ingressum in aliud; quod parum refert, si sit ejusdem, vel alterius Ordinis, cum id materialiter se habeat.

QUANTUM AD INGRESSUM,

3521 Dico eam incurrisse excommunicationem non reservatam Tridentini. Insuper excommunicationem Greg. XIII. & Pii V. reservatam Romano Pontifici. Ab hac autem posse ab Episcopo absolvi, etiam si sit publica.

Ratio primæ partis est, quia Trid. *cit. n.* 3483. comprehendit omnes cujusvis generis, conditionis, & sexus, adeoque Moniales. Potest tamen hæc censura à quovis Confessario pro Monialibus approbato absolvi; quia non est reservata, ut *in n.* 3486.

3522 Ratio secundæ partis est; quia Moniales ingredientes in aliud Monasterium Monialium, comprehenduntur in Bulla Gregor. XIII. *Ubi Gratia*, relata *nu.* 3487. non quidem explicitè, sed implicitè.

Non, inquam, explicitè, quia Bulla explicitè loquitur, & censuram fulminat contra mulieres sæculares cujusvis conditionis, quæ prætextu licentiarum prætendebant ingredi Monasteria Monialium, & earum licentias revocat.

Confirmatur; quia hæ licentiæ non concedebantur Monialibus, sed sæcularibus; nec Moniales id prætendebant, sed sæculares, unde

unde de mulieribus sæcularibus reverà Bulla loquitur; quod maximè convincitur ex Bullis Pauli V. *Facultatum num.* 3499. *Monalium status*, & Urb. VIII. *Sacrosanctum num.* 3500, quæ confirmant Bullam Greg. & pariter expressè loquuntur de mulieribus sæcularibus, ut constat Bullas legenti.

3523. Comprehenduntur autem in Bulla Gregor. implicitè, quia contra Moniales militat idem finis, & eadem ratio legis contra mulieres sæculares latæ, imò potiori jure. Nec talis extensio legis ad Moniales videatur dura Bordonio apud Pelliz. *cit. nu.* 3519. Quia Bulla Pii V. *Regularium personarum*, *de n.* 3490. & alia ejusdem *Decet Romanum Pontificem, de num.* 3491. expressè comprehendit mulieres ingredientes Monasteria virorum, & in odiosis nomine mulieris non veniunt Moniales, sed sæculares, sicut nomine virorum non veniunt Clerici, nec nomine Clerici Regulares, nisi per aliquam particulam exprimantur; & hoc non obstante, docet Bord. cum communi, in Bullis relatis Pii contra mulieres ingredientes Monasteria virorum, comprehendi implicitè Monialem ob identitatem finis, cum verè sit mulier, & exposita periculis non minùs, quàm quælibet mulier sæcularis; qui est finis legis.

Ita pariter dicere debet, quòd Moniales è suo Monasterio in aliud Monasterium Monialium ingredientes urbanitatis, aut curiositatis causa, comprehendantur implicitè in Bulla Greg. XIII. *Ubi gratiæ*, contra mulieres lata; quia sunt verè mulieres, & potiori jure per hujusmodi earum ingressum scandala sequuntur, & Sanctimonialium quies, tam unde egrediuntur, quàm quò ingrediuntur, perturbatur, qui est finis legis, ut constat ex verbis ipsius Bullæ Greg. *Et Canonis periculoso, de num.* 3505.

3524 Ratio tertiæ partis est; quia lex Greg. XIII. non est lata specialiter contra Moniales ingredientes, sed generaliter contra mulieres, ut *in num.* 3497. inter comprehenduntur Moniales tanquam species in genere, & implicitè, adeòque ita vat Jus Canonicum, *cap. de Monialib.* reputantur perpetuò impeditæ, unde sunt Episcopo absolvibiles, etiam si casus blicus.

3525 Non sic Abbatissæ admittentes aut permittentes, & cæteræ Moniales mittentes hujusmodi ingressum; hæ si casus est occultus; absolvi possunt copo, minimè, si est publicus, quia la Gregor. est specialiter, & expresse tra ipsas; unde recurrunt dicta n. 3513. (ut vides) uno modo discurrimus de alibus ingredientibus, & alio de admittentibus, aut permittentibus modi ingressum; quoniam Bulla do de illis discurrit, ut constabit legenti *num.* 3487.

3526 Posse autem præfatas aut permittentes absolvi in foro à Regularibus pro Monialibus sequitur ex dictis *num.* 3515.

QUANTUM AD EGRESSUM.

3527 Resp. cum distinctione, vel Monialis ista est ita egressa suo Monasterio ad Monasterium ut transierit per aliquam viam cet brevem, sæcularibus communem, ut non transierit per talem viam, quæ duo illa Monasteria sunt immediata gua nulla interposita via.

3528 Si primum, proculdubio est in excommunicationem Pii V. *Decernestati*, relatam *in nu.* 3508. ut dicendis *num.* 3530. Eò maximè, quia hibetur egressus, etiam si fiat ad

Monasterium subjectum; ubi supponitur manitus per vias intermedias sæcularium communes, ut constat ex fine, & narratiBullar. Ac proindè de ea discurre, ut *à num. 3515. v. num. 3536.*

3529 Si secundum (stando in jure communi, & ad expressa in recensitis Bullis) vi-

Quòd habeatur fractio clausuræ materiamaximè formalis, seu perfecta, & prout requiruntur ad incurrendam censuram; clausura enim videtur *locus ille, quia janua ibi continetur, ad quem sæcularibus non est accessus.* Donatus *tom. 3. tr. 3. q. 1. n. 5.* versic. *verb. Monasterium n. 3.* adeóq; violalis, seu perfecta clausuræ per egressum videtur *egressus è loco, qui janua clausa continetur, ad locum, ad quem sæcularibus non est accessus.* Cujusmodi non est egressus Monialis ad Monasterium immediatè contigum, sed est de clausura ad clausuram.

3530 Præfatæ duæ definitiones videntur sumptæ ex Bulla Gregor. XIII. *Deo sacris*, 30. Decemb. 1572. & ex const. 8. ubi Pii habetur.

Declaramus præterea, nullis Monialibus, nam Tertiariis, licere habere ostium, per quod ex Monasterio introiri possit in ipsarum Monialium Ecclesiam exteriorem, in qua sæcularibus ad Missas, & Divina officia venire solet accessus, sed omninò muro claudendum: neque itidem licere Monialibus etiam Tertiariis egredi à janua Monasterii, quæ est pro clausura ipsius Monasterii, et ad claudendum aliam ulteriorem januam, per quam patere solet aditus sæcularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad crates, seu loca quibus destinata, quæ vulgò parlatoria nuncupantur, vel ad pulsandum ipsam januam exteriorem, quæ loca, cum saltem pro causis justis patere soleant sæcularibus, extra clausuram censeri debent, etiam pro tempore, quo clausa sunt.

Idem videtur ex ipsis juribus tam capitis *Periculoso*, & Tridentini, quàm ipsius Pii V. *Decori, & honestati*, excommunicationem infligentis, relatis *n. 3508* ubi prohibetur egressus Monialium è Monasterio, expressè assignando pro fine, ne per talem egressum per sæcularium domos discurrant, & vagent, cum honestatis, & pudicitiæ virginalis periculo. Quod clarè constabit ipsa jura legenti; adeóque recensita jura non videntur disponere de præsenti casu, singularis namque est, & extraordinarius.

3531 Dico tamen, recensitam Monialem, quæ est è proprio Monesterio egressa in aliud Monasterium immediatè contiguum, incurrisse excommunicationem reservatam B. Pii V. Ratio desumitur ex identitate finis legis, ut discurrenti patet. Et ex Regula: (Lex etiam exorbitans, & pœnalis extenditur ad casus similes, quando aliàs redderetur reluforia) *in cap. statuimus, de regul.* Fagnanus *in lib. 3. pag. 421. num. 41.*

3532 Suadetur ex simili *in num. 3523* omninò recolendo.

3533 Non obstat regula vulgata, quòd *in pœnalibus non sit facienda extensio ex identitate rationis.*

Primò, quia hæc regula est desumpta ex regula 15. juris in 6. *Odia restringi, & favores convenit ampliari*; quando autem agitur de puniendis delictis, materia dicitur favorabilis, & expediens Reipublicæ, *l. Ita vulneratus, ff. ad leg. Aquilin.* adeóque fieri debet extensio. Fagnanus *in lib. 3. Decr. cap. Immun. 10. de immun. Eccles. n. 13.*

Secundò, quia dicta regula limitatur hac alia regula: *Ubicumque ratio legis est generalior dicto, seu dispositio, tunc ad latitudinem rationis extenditur ipsa dispositio textus, l. re-*

l. regula, §. *final.* Abbas hic *n. 9. vers. Et satis posset dici.* Fagnanus *cit. num. 12.*

Dicta militant in re nostra; nam agitur de puniendo delicto egressus Monialium, quæ punitio maximoperè expedit publico bono Reipublicæ: Et ratio legis prohibentis, & punientis, nempè discursus, & vagatio extra propriam clausuram, est generalior dispositio, taliter ut comprehendat discursum, & vagationem in Monasterium immediatè contiguum.

3534 Firmatur resolutio facto novissimo, & dispositione Sac. Congr. Episc. & Regul. Factum contigit Panormi, ubi Moniales unius Monasterii, occasione facti parietis, qui earum Monasterium ab alio dividebat, è proprio egrediebantur in aliud Monialium immediatè contiguum, & è converso. Pro quo facto Sac. Congr. per duo Decreta de die 3. Octob. 1698. & 18. Septembris 1699. & per tres epistolas de die 21. Augusti 1699. & 4. Septembris 1699. & 18. ejusdem mensis, & anni, Illustriss. ac Reverendissimo Archiepiscopo Panormitano directa. quæ in Archivio M. C. Archiepiscopalis conservantur, facultatem eidem Archiepiscopo commisit recensitas Moniales (salutari pœnitentia injuncta) absolvendi à censuris violatæ clausuræ Sedi Apostolicæ reservatis. Qui sunt proprii termini decretorum, & epistolarum: quæ originalia præ manibus habui, & propriis oculis perlegi.

3535 Ex quibus duo concluduntur. 1. Recensitas Moniales incurrisse excommunicationem Papæ reservatam. 2. Ab ea, si est publica, non posse Episcopum absolvere.

3536 Et colligitur 1. potiori jure excommunicationem reservatam incurrere, si facto pariete intermedio, è proprio Monasterio egrediantur in domum exterorum immediatè contiguam, etiam si illâ fraude mo eam domum cum Monasterio randi; si id absque legitima centia agant: *v. n.* 3528.

3537 2. Clausuram adæquatè quòd *sit locus ille, qui janua netur, ad quem exteris* sus. Sic namque comprehenduntur ales alterius Monasterii, etiam contigui, quæ quidem respectu exteræ.

3538 3. Monialem, quæ proprio Monasterio in aliud tiguum, duas incurrisse reservatas; quia duo sunt delicet, & ingressus, ut *in num.* 3518 tum ad absolutionem ob ingressum, discurre, ut *à n.* 3524 Quantum autem ad absolutionem municationis quoad egressum, *num.* 3511. *ad* 3516.

QUÆRES II.

3539 *An recensita Monialis vi à censura per egressum* ciatæ?

RESpon. non posse. Quia Cruciatæ, quantum ad gendi Confessarium, & bus reservatis, non suffragari & Monialibus, declaraverunt Pontifices; Pius V. const. 22. Julii 1571. Clemens VIII. *Romani Pontificis* 23. Urb. VIII. constit. 105. *In* 1630. ut infrà de Bulla, affirmare potiùs temeritatem probabilitatem; unde non pacto post propositionem noc. XI. damnatam, possit onem sequi.

3540 Nec juvat dicere, quòd Moniales
…ent uti privilegio Bullæ de licentia sui
…ioris, quia earum Superior vel est Epis-
…, vel Prælatus Regularis; isti autem
…nt quidem cedere juri suo, & dare li-
…am utendi Bulla pro reservatis, sed pro
…vatis sibi, minimè pro reservatis Papæ;
…um Papa vult quoad sibi reservata eas
…i Sedi Apostolicæ, per hæc verba: *Or-*
…ariæ dispositioni suorum Prælatorum, &
…i Apostolicæ quoad sibi reservata subje-
…ctas.

3541 Pelliz. *de Monialibus cap. 7. num.*
…ret, prædictam Declarationem Clem.
…& aliorum Pontificum comprehendere
…iales subjectas Prælatis Regularibus,
…ne subjectas immediatè Sedi Apostoli-
…ve Ordinario loci; quia respectu harum
…dat finis prohibitionis, videlicet, quòd
…o Confessarii virtute Bullæ pro reser-
…, *aliquando in speciale vergit Religionis*
…rementum. Nam cùm hæ sint exemptæ à
…ne Prælatorum Regularium, talis ele-
…Confessarii non post cedere in damnum
…Religionis. Tum quia alius finis est, ut
…iales quoad Sacramentum Pœnitentiæ
…untur *dispositioni suorum Prælatorum*;
…ecto autem possunt quoad hoc subjici
…am sui Ordinis, si sunt ab eorum juris-
…one exemptæ? ita Pelliz.

3542 Dico autem pro certo, prædictam
…rationem comprehendere etiam Mo-
…s Prælatis Regularibus exemptas: con-
…a verbis ipsius Bullæ Clem. VIII. ab ipso
…relatis.

Concessionem S. Cruciatæ, & aliorum
…orum particularium, quantum ad præ-
…ens articulum eligendi Confessorem, &
…is etiam à casibus reservatis, cum fratri-
…, & sororibus Monialibus Ordinis præ-
…(suppole tu B. Mariæ de Monte Carme-
lo) ac aliorum quorumcumque Ordinum, &c. ubilibet locum minimè habere, nec censeri, sed nostræ intentionis existere, quòd iidem fratres, & Moniales, quantùm ad Sacramentum Pœnitentiæ, seu Confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subjecti sint, Apostolicâ auctoritate tenore præsentium declaramus, eisdem tamen Prælatis, ut in usu hujusmodi potestatis, se cum subditis benignos, & faciles exhibeant, præcipimus.)

3543 Insuper Urb. VIII. *cit.* idem confirmat, dicens, quòd talis electio, & absolutio virtute Bullæ *cedit in maximum status, & Regularis observantiæ præjudicium.* Item *in detrimentum eorum Regularis disciplinæ.* Ubi ut vides, Clem. & Urb. loquuntur intransitivè, minimè transitivè, nimirum, quòd talis electio facta à fratribus, cedit in detrimentum observantiæ, & disciplinæ Regularis Religionis fratrum, facta verò à Monialibus, in detrimentum observantiæ, & Religionis Monialium; Moniales enim, v. gr. Clarissæ, sunt verè Religiosæ, & verè in se Religionem, & Ordinem constituunt; solùm dicuntur ejusdem, aut diversi Ordinis relatè ad Religionem virorum.

3544 Confirmatur 1. Quia Clem. & Urb. eodem modo id declarant, & prohibent quoad Fratres, & quoad Moniales; igitur si loquendo quoad fratres, sumunt finem illum damni observantiæ, & disciplinæ Regularis intransitivè, ita loquendo quoad Moniales. 2. Quia non minoris, sed majoris considerationis est disciplina, & Observantia Regularis ipsorum Monasteriorum Monialium, quàm Religiosorum virorum; unde pro ea servanda Pontifices intransitivè loquuntur, ac proindè absolutè, sive Moniales sint subjectæ Regularibus, sive Ordinario.

3545 Corroboratur ex *n.* 3540. ex Urb.

VIII. qui quoad exclusionem Cruciatæ vult Moniales etiam, Sedi Apostolicæ quoad sibi reservata subjici.

Non cessat igitur pro Monialibus Ordinario subjectis primus finis.

3546 Secundus finis, quod sint subjectæ *dispositioni suorum Prælatorum*, etiam verificatur de Monialibus immediatè subjectis Ordinariis; quia Ordinarii, & Episcopi sunt verè, imo magis principaliter Prælati. Et *ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus, l. de pretio 10. ff. de publ. in l. rem*; maxime cum idem finis Observantiæ, & disciplinæ Regularis servandæ militet pro cunctis Monialibus, sive Prælatis Regularibus, sive Ordinariis immediate subjectis.

3547 Confirmatur; quia aliud est dicere, quòd Moniales quorumcumque Ordinum subjectæ sint *dispositioni suorum Prælatorum*; & aliud *Prælatorum sui Ordinis*. Primum dicunt Clem. & Urb. minime secundum, quod Pelliz.

CATALOGUS CENSURARUM, ET CASUUM RESERVATORUM SUSPENSIONES.

3548 1. COntra suscipientes Ordines sacros sub titulo ficto patrimonii, vel beneficii, vel extra tempora ab Ecclesia præscripta, vel ante legitimam ætatem, vel absque litteris dimissoriis. Trid. *sess. 21. de refor. cap. 2. sess. 23.*

2. Suscipientes duos sacros Ordines eodem die, aut duobus diebus continuis, & immediatis; qui suspenditur ab exercitio posterioris; quæ suspensio est Papæ reservata.

3. Suscipientes Ordinem superiorem per saltum non recepto inferiori, v. gr. Sacerdotium non recepto Diaconatu. Trid. *sess. 23. cap. 14.*

4. Contra Clericum, qui vacante [illegible] Episcopali Ordinem sacrum recepit [illegible] missoriis capituli, nisi occasione [illegible] recepti, aut recipiendi arctatus fuerit. [illegible] pitulum contraveniens interdicto [illegible] & sic ordinati sunt ipso facto [illegible] Ordinibus susceptis ad beneplacitum [illegible] Episcopi. Trid. *sess. 7. cap. 10.*

5. Contra Sacerdotem sæcularem, [illegible] gularem, qui conjungit in matrimonio [illegible] aut benedicit subditos alterius Parochi [illegible] licentia Parochi, vel Ordinarii. Trid. *sess. [illegible] cap. 1. de reform.*

6. Contra Episcopum, qui Ordines [illegible] primam tonsuram confert extra [illegible] dimissoriis proprii Episcopi, aut Ordi[illegible] nes habet in aliena diœcesi absque [illegible] Ordinarii. Trid. *sess. 23. de ref.*

7. Contra Religiosos introducentes [illegible] lieres intra Monasteria: sunt suspensi [illegible] nis Officiis, ex Bulla B. Pii V. & Greg. [illegible] Ubi ipsæ fœminæ ingredientes Mona[illegible] virorum, aut è converso, sub præce[illegible] tatum, excommunicantur ipso facto.

EXCOMMUNICATIONES Reservatæ Papæ extra Bullam Cœnæ.

3549 1. PErseverantes in excom[illegible] catione delegati. Papæ [illegible] annum.

2. Communicantes in divinis [illegible] cum excommunicatis à Papa: dum communicans sit Clericus, & excom[illegible] catus sit nominatim denunciatus.

3. Incendiarii nominatim per [illegible] Ecclesiæ publicati.

4. Illi, qui gravant in personis aut [illegible]

...qui sententiam excommunicationis, su...
...nis, aut interdicti in aliquem tule...
...si in eo per spacium duorum mensium ...
...veraverint.

...Illi, qui post absolutionem à priori ex...
...municatione reservata Papæ, sub con...
...one comparendi coram Papa, aut satisfa...
...parti læsæ, talem conditionem elapso ...
...more negligunt.

...Religiosi, qui Sacramentum Extremæ ...
...ctionis, aut Eucharistiæ per modum via...
...vel matrimonia solemnizant sine specia...
...tia Parochi; vel absolvunt excommu...
...ti Canone, præterquam in casibus in ...
...ncessis.

...Confessarii, qui dispensant in votis ul...
...minis, S. Petri, & Pauli, & S. Jacobi in ...
...postella, castitatis, & Religionis, atque ...
...bus reservatis Papæ absolvunt sine pri...
...go, & concessione.

...Laceratores, & exenterantes corpora ...
...rtorum, ut conserventur, vel ut de...
...antur, ut ossa possint in alia loca trans...

...Dantes, vel recipientes aliquid per mo...
...pacti, & conditionis ob ingressum Re...
...onis.

...Spoliantes Ecclesiam cum fractura ...
...rum, aut fenestrarum, postquàm fue...
...r sententiam Ecclesiæ nominatim de...
...ti.

...Moniales professæ, si è Monasterio ...
...rantur, nisi causa magni incendii, aut ...
...ræ, aut pestis per Superiorem, & Episco...
...m probata; item eas comitantes, & reci...
...tes.

...Ingredientes Monasteria monialium ...
...ne necessitate, & debita licentia. Et mulie...
...s ingredientes Monasteria virorum sub ...
...ctorum facultatum.

...Clerici, vel laici quacumque arte usurpantes bona, res, jura, fructus, reddi...tus, aut jurisdictiones alicujus Ecclesiæ, vel beneficii sæcularis, montium pietatis, aut aliorum piorum locorum; vel impedientes, ne percipiantur ab eis, ad quos de jure spectant.

14. Prædicatores, qui aliquid prædicant contrarium, aut dissonum Sacræ Scripturæ. Qui tempus præfixum futurorum malorum, vel adventus Antichristi, aut certum Judicii diem prædicunt. Qui futura quasi specialiter revelata dicunt, aut alienas, atque inanes divinationes asseverant, ex Leone X. in Concil. Lateranen.

15. Religiosi, aut Clerici sæculares, qui aliquem inducunt ad vovendum, jurandum, aut promittendum, ut apud eorum Ecclesias sepulturam eligat, vel jam electam ampliùs non mutet, *Clement. cupientes, & cap. 1. Bonif. VIII. de sepulturis.*

16. Illi, qui contra piam sententiam de Immaculata B. M. V. Conceptione, ejusque festum, aut cultum, aliquid quovis modo, publicè, vel privatim, voce, vel scripto loqui, concionari, tractare, disputare ausi fuerint, vel argumenta contra eam afferendo, & insoluta relinquendo. Alex. VII. in Bulla *Solicitudo*, die 8. Decembris 1661.

CASUS 20. RESERVATI in Bulla Cœnæ Domini.

3550 1. Hæretici cujuscumque sectæ, eorumdem receptatores, fautores, defensores, eorumdem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes scienter legentes, retinentes, imprimentes defendentes, & schismatici: *vid. tom. 2. n. 286. àn. 281. & àn. 318.*

2. Appellantes ab Ordinationibus, seu mandatis Romani Pontificis, ad futurum concilium, eorumque fautores.

3. Piratæ, Cursarii, ac latrunculi maritimi discurrentes mare Romani Pontificis, præcipuè à Monte Argentario usque ad Terracinam, ac eorum fautores, receptatores, & defensores.

4. Naufragorum Christianorum cujuscumque generis bona, etam in littoribus inventa surripientes.

5. Imponentes nova pedagia, & gabellas, vel eas augentes, præterquam in casibus. à jure, seu ex speciali Sedis Apostolicæ licentia permissis.

6. Falsificantes litteras Apostolicas, aut falsò fabricantes.

7. Deferentes arma, aut alia usui bellico idonea ad Turcas, & alios Christiani nominis inimicos, vel hæreticos, per Sanctæ Sedis sententiam expressè, & nominatim declaratos. Vel ad Christianæ Reipub. aut Catholicæ Religionis statum pertinentia in ejusdem damnum illis annunciantes.

8. Impedientes eos, qui victualia, & alia necessaria Romam convehunt.

9. Ad Sedem Apostolicam venientes, vel ab ea recedentes, sua, vel aliorum opera lædentes, vel sine jurisdictione vexantes in Curia Romana commorantes.

10. Romipetas, & peregrinos, etiam in Urbe morantes, vel recedentes, lædentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

11. Interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios; aut eos à suis Diœcesibus, Territoriis, Terris, seu Dominus ejicientes, nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel favorem.

12. Occidentes, quovis modo percutientes, aut bonis spoliantes, per se, vel alios, eos, qui pro negotiis sua ad Romanam Curiam recurrunt, aut eorum Advocatos, Procuratores, Agentes, Fautores, vel Judices super dictis causis deputatos.

13. Appellantes à gravamine, vel executione litterarum Apostolicarum ad eam potestatem,

14. Executionem litterarum Apostolicarum, aut aliarum expeditionum impedientes, & prohibentes ad gratias impetrandas accedentes.

15. Judices sæculares, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua tribunalia, eamque Ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant: *vid. tom. 1. a num.* 719.

16. Impedientes Prælatos, ne suæ jurisdictione utantur, quique illorum, & Delegatorum judicia eludentes, ad Curiam Imperialem recurrunt, aut contra illos ac eorum atque in his præstantes auxilium.

17. Usurpantes jurisdictiones, fructus, redditus, & proventus ad Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum tinentes, vel ea sequestrantes: *vid. a num.* 704.

18. Imponentes decimas, & alia personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, aut eorum fructibus: *v. a num.* 794. *num.* 791.

19. Judices, & quilibet ministri, executores sæculares, quomodolibet interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus, contra personas Ecclesiasticas.

20. Occupantes, invadentes, detinentes bona, aut terras Ecclesiæ Ro-

mediatè, vel mediatè subjecta, & illis jurisdictionem usurpantes.

Hi casus sunt desumpti ex ipsa Bulla Cœnæ, *ut in Bullario tom.* 4. & 6.

ALII SEX CASUS EXTRA Urbem, & intra Italiam Summo Pontifici reservati.

1551 1. Violatio immunitatis Ecclesiasticæ circa confugientes ad Ecclesias: *v. tom.* 1. *an.* 609.

2. Violatio clausuræ Monialium ad malum finem: *v. annum.* 3482.

3. Injecto manûs violentæ in Clericum.

4. Provocatio, & pugna in duello: *v. to.* 1. *anno.* 2130.

5. Simonia realis scienter contracta: *vid. tom.* 1. *annum.* 1201.

6. Confidentia beneficialis: *vide tom.* 1. *num.* 1164.

REGULATI CASUS HIS CONTINENTUR VERSIBUS.

Casus 20. Bullæ Cœnæ.

1551 1. Hæretici. 2. A Papa appellans. 3. Cum fure. 4. Piratæ.

5. Augens vectigal. 6. Aut Breve falsifi-

7. Hostibus arma ferens. 8. Victum quive

9. Quos Papa. 10. Aut pietas,

11. Aut sua causa ciet.

12. Præsulibus gravis. 13. Ad laicum

14. Sit reus. 15. Aut Judex, qui trahit acta

16. Prælati. 17. Ecclesiæve usurpans jura.

18. Onus; & qui his statuit.

19. Captus nolcit eosque reos.

20. Sedis Apostolicæ terras quique occupat atrox.

Hos omnes Domini Cœnæ Anathema ligat.

ALII SEX CASUS.

3553 1. Ura sacri violata loci. 2. Vel sepsta sacrarum Virginum. 3. It in Clerum cum violenta manus.

4. Simonia fide. 5. Aut facto producta.

6. Duellum.

Hos intra Italiam, nonnisi Papa levat.

EXPOSITIO.

3554 1. In 3. casu Bullæ Cœnæ non comprehenduntur, qui furantur in fluminibus, aut in alio mari, sed in mari Pontificis. Nec qui ad alia pergentes, semel ex accidenti alterius navis bona deprædantur; sed qui ex professo ibi rapinis dant operam, licet actu nihil furentur. Nec Catholici infideles persequentes, & rapientes. Nec si inter spoliatos, & spoliantes sit bellum; quia tunc non dicuntur piratæ, sed repressalia facientes.

2. In 4. non comprehenduntur, si bona non sunt Catholicorum. Si quis capit cum suæ vitæ periculo, & aliter periissent. Si ab hostibus incendio, aut vi demerguntur. Vel si bona naufragantium ab alio capta, ab eo dono, aut furto quis accipiat.

3. In 5. comprehenduntur novæ gabellæ, non antiquæ, nisi quoad novum augmentum. Item impositæ à non habentibus auctoritatem imponendi. Eam habent Papa, Concilium generale, Imperator, Rex; eam non habent Civitates, & alii Principes, alterius Supremi Principis jurisdictioni subjecti, nisi habeant mistum imperium.

4. In 6. incurritur, si in litteris originalibus, aut authenticis Sedis Apostolicæ, aliquid

etiam minimum addat, mutet, aut deleat, quod verborum sensum mutet. Non incurritur, si litteræ expiraverint, aut si error grammaticalis corrigatur.

5. In 7. non comprehenduntur, qui vendunt sine delatione, ut si Christiani in sis partibus degentes illis vendant, aut existentes in propriis locis, v. gr. Liburni, vendant Turcis ad se venientibus.

6. In 10. comprehenduntur illi, qui Romam petunt, vel ibi commorantur devotionis, seu peregrinationis causa.

7. In 17. non comprehenduntur, qui tales fructus mobiles furantur, sicut alii fures, quia hi non dicuntur sequestrare, nec usurpare, quod est quædam appropriationis species, sed furari. Nec qui bona personæ Ecclesiasticæ usurpant, illi provenientia, non ratione Ecclesiæ, Monasterii, aut beneficii Ecclesiastici, sed ratione patrimonii, aut alterius tituli temporalis, & non Ecclesiastici; nec quando beneficia vacant.

Hæc ex summa Dianæ, Toleto, & Mendo *ver. Bulla Cœnæ.* Pro sex casibus Clem. VIII.

3555 Religiosi gaudent immunitate confugiendo ad proprias Ecclesias ob delictum etiam in ejusdem Ecclesiæ Monasterio commissum; & Superiores, ac alii extrahentes incurrunt censuram, si eos extrahant ad infligendam pœnam in foro externo debitam delicto intra idem Monasterium commisso. Non incurrunt autem, si extrahant ad correctionem. Patet ex dict. *à num.* 681. *ad* 684.

3556 Quibus accedit decisio Sac. Congr. Immunit. in AEsina apud Matthæucci *tom.* 2. *ver. Immunit. Eccl. num.* 30.

(Exposuit Sac. Congregationi super Immunitate Ecclesiastica, & controversiis jurisdictionalibus, Fr. Carolus de Montecchio Ord. Minorum Observantiæ Reformatorum S. Francisci, se extractum fuisse de mandato Patris Provincialis ab Ecclesia Conventus AEsini, in quo morabatur, infraude propterea declarari incidisse in excommunicationem, tam ipsum Provincialem, quam tres executores: Et eadem Sac. Congregationis rationibus à P. Procuratore Generali Ordinis allatis, inter quas adductum fuit, præfatum Fratrem Carolum extractum fuisse ad correctionem, & ob id ad domum detentionæ translatum, censuit, Provincialem, illosque Fratres professos non incurrisse, Romæ hac die 19. Aprilis 1701.)

EXPLICATUR EXCOMMUNICATIO PERCUSSORIS CLERICI.

3557 PErcussorem Clerici, aut Monachi excommunicat Innoc. II. in 3 *quis suadente* 17. *q.* 4. his verbis: *Si quis suadente diabolo in Clericum, vel Monachum manus violentas injecerit, anathematis vinculo subjaceat, & nullus Episcoporum præsumat eum absolvere*; comprehenduntur res, fœminæ, mandantes, consulentes, quia id positive, efficaciter cooperantes, & secuto.

3558 Nomine *Clerici*, veniunt Clerici saltem prima tonsura initiati, habitum, & tonsuram gestantes, etiam si sint excommunicati, suspensi, interdicti, irregulares, aut verbaliter degradati. Item Clericus conjugatus, si cum una, & virgine contraxit, habitum ac tonsuram deferat. Hi quoque gaudent privilegio Canonis: *si quis.*

3559 Privilegium Canonis amittit Clericus. 1. Bigamus *verè*, quatenus cum duabus contraxit, vel *interpretative*, quatenus cum una corrupta, *lib.* 1. *in* 6. *tit. de bigam.*

a, habitu, & tonsura dimissis, ter monitus non resumpsit. *cap. Cum contingit 2. de sent. excom.* 5. Qui sine habitu, & tonsura enormibus se immiscet, cruentando, latrocinia committendo, seditiones, aut bella commovendo, &c. *v. n.* 737. & 787.

3560 Nomine *Monachi*, includuntur Religiosi professi, & Moniales, Conversi, & Conversæ, *cap. Cum illorum, & cap. de Monachis lib. 5. tit. 39. de sent. excomm.* Novi utriusque sexus, etiam si sint admissi ante annum 15. dummodo non sint infantes, sed jam rationis habeant, & hi dicuntur *Oblati, can. Religiosos, de sent. excom. in* 6. Tertiarii Mendicantium, si habitum gestent, & in communitate vivant Mulieres Tertiariæ in propriis domibus viventes, vitam cœlibem ducentes, juxta formam *num.* 748. præscriptam Const. Leonis X. *Dum intra.*

Eremitæ collegialiter viventes, sub obedientia Episcopi, aut alicujus Prælati viventes. Gloss. *in cap. Qui verè* 16. *q.* 2. & ex usu cum ejus voluntate Pontificis. Et quamvis professionem non emittant, eorum est similitudinaria Religio, ad similitudinem scilicet veterum Eremitarum.

Omnes illi, qui habitu Religioso assumpto Monialium servitiis sunt mancipati, & pro illis eleemosynas quærunt, dummodò vivant propè Monasterium, earum more. Item illi, qui habitu Clericali incedentes, inserviunt Congregationi Presbyterorum, qui Collegialiter modo Religioso sub certo Superiore vivunt.

Denique equites S. Joannis Hierosolymitani, quia sunt verè Religiosi. De reliquis eorundem dic, ut in *num.* 746.

3561 *Per injectionem violentam manum*, intelligitur *omnis actio exterior injuriosa personam Ecclesiasticam violenter tangens sive immediate sive mediate*, v. g. si vestem tangat. Hinc si quis improperia in Clericum jaciat, aut lapidem projiciat, sed lapis eum non tangat, excommunicationem non incurret.

3562 Item nomine *manus*, venit quodlibet instrumentum, quo fit actio physica injuriosa, nempe pes, &c. & ponitur *manus*, quatenùs est instrumentum magis solitum ad tales injurias.

Ad hanc igitur excommunicationem incurrendam, tria copulativè requiruntur, factum consummatum, violentia, & injuria. Injuria semper est annexa actioni physicæ, violentæ, & nocivæ.

3563 Mastrius ex nostro Assesano summatim, & satis actiones, in quibus quis excommunicationem incurrat, vel non incurrat, refert; & quidem incurrit, qui Clericum conspuit, pulvere, luto, vel aqua conspergit, vestem lacerat, aliquid per vim, & injuriam de ejus corpore eripit, pileum, v. gr. pallium, ita ut actio sit graviter injuriosa; si manu, vel pede, aut baculo eum percutiat. Si manus violentas injiciat in equum, cui ille insidet, sistendo per frænum; quia licèt talis actio sit levis respectu corporis, est gravis respectu honoris; si eum persequatur, ut in flumen, vel fossam incidat, aut equo decidat. Si in carcere violenter detineat, aut in loco, unde sine dedecore exire non possit.

3564 Incurrit, qui aliqua ex his injuriis physicis offendit Clericum mortuum. Pignatelli *tom. 6. consul. 5. num.* 3. Sperellus *decis. 45. n. 56.* contra Henriquez; quia Canon est favorabilis statui Clericali; & ideo extendendus. Idem potiori jure dic de Clerico dormiente: At non incurrere, qui vestes illi non adhærentes laceraret, sequitur ex *num.* 3561.

Incurrit, qui manu sinistra ad collum Clerici injecta, altera manu supra pugionem apposita, aut qui una manu eo per pectus, aut Capu-

Capucium apprehenso, alteram in forma pugni tenens eum minatur: *Si non esses Clericus, te percuterem.* Est enim actio physica, violenta, & injuriosa. Sperellus *decis.* 45. *num.* 36.

3565 Incurrit, qui venenum Clerico præbet, statim ac ille bibit. Lezana *tom.* 3. *ver. Clericus num.* 5. Sperellus *dec.* 20. etiamsi mors non sequatur, quia propinatio veneni est actio exterior physica, violenta, & nociva, ac inde injuriosa; & secuto hausti, habetur effectus secutus sufficiens ad censuram (nam (rectè ponderat Matthæucci *tom.* 1. *ver. Excom. Canonis num.* 29.

In casu veneni propinati, duplex consideratur effectus; alter est ipsa propinatio, ob quam indubiè non incurreretur censura, nisi ea consummata esset, & sic nisi Clericus venenum biberet; alter est effectus veneni, nimirùm mors, & iste effectus nullatenus est necessarius ad incurrendam censuram, sicut non est necesse ad effectum, ut mandans eam incurrat, quod Clerici mors, vel corporalis læsio sequatur, sed sat est, quòd mandatarius sclopum explodens, Clericum cum pulvere, vel aliqua materia attingat, quia semper verificatur, quòd violentas manus injecerit in Clericum, per actionem nimirùm justitiæ repugnantem, ipsam Clerici personam cum injuria, & temerè tangentem.)

Quòd si mors sequatur, tunc erit factum enorme, & homicidium.

3566 Non incurrit ipse Clericus, qui seipsum injuriosè percutiat; quia jus de persona distincta loquitur. Mastrius contra aliquos.

Nec alius, qui causa disciplinæ, & correctionis, Clericum percutit, ut Pater, Superior, Præceptor, Senex, aut aliquis propinquus. Constat ex *Authentica presbyteros* 1. *cap. de Episcopo, ex cap.* 1. *de sent. excom. & in c. cum voluntate.*

Nec qui clam crumenam Clerico abscidit, aut vestem tollit; quia non est violenta, sed fraudulenta.

Nec qui percutit ad defendendum se, suos, aut suas res, vel honorem, eum moderamine inculpatæ tutelæ.

Nec si percussio sit jocosa, vel casualis, quando janitor, vel apparitor turbam non percutit Clericum.

Nec si percussio fiat ex subito, & non nè deliberato animi motu; vel si injuria Clericio prudenti non sit talis, ut aliquem mortale.

Nec si ipse Clericus percussionem remittat, aut consentiat, si percussio non injuriosa, v. gr. si fiat joco, vel si velit a terius manibus disciplinam pati; si non injuriosa, percutiens est excommunicatus, etiamsi Clericus percussioni consentiat, quia injuria statui Clericali irrogatur, cui Clericus cedere non potest: *v. à num.* 1050. *& à* 2115.

Nec qui ratione officii vi extrahit de Ecclesia Clericum divina Officia turbantem, aut ibi indecentia patrantem. Glossa in *Celebrationem*; quia præsumitur rem, non injuriâ manus injicere.

Pari ratione non incurrit, qui repellit Clericum injustè suam domum occupantem, si alio modo repellere non possit, utitur jure suo; adeóque non committit injuriam.

Nec mulier, quæ percutit Clericum per honestate, non puris verbis, sed facti am insultantem, si alio modo repellere possit: *v. num.* 2094.

Nec qui percutit Clericum in fragrante mine cum uxore, matre, sorore, vel filia pertum, ex *cap. Si verò*, ut in n° 2096.

rentem, si percutiat non statim, sed inter-
allo tempore, quo dolor sedari posset. Vel
ium opera clam expecter, ut in fragranti
rentem percutiat ; vel si eum cum aliis
sanguinis peccantem reperiat ; quia
ntat cit. ita disponit.

Nec pueri ante annum 14. pubertatis pu-
s percutientes: ut infrà *de excommun.*
ctor.

Nec qui percutit Clericum degradatum
gradatione reali, & actuali: infrà de degra-
ione.

Nec demum incurrit Summus Pontifex ,
Clericum percutiat; quia subjectum censu-
debet esse subditus illi, qui fert censuram;
nnus autem Pontifex nullum Superio-
m agnoscit, & ideo nullam censuram in-
rre potest. Tum quia censura est de jure
mano positivo, & Summus Pontifex est
ra omne jus humanum positivum.

PERCUSSIO DIVIDITUR

3567 COmmuniter à Doctoribus in le-
vem , mediocrem , & enor-
em.

3568 Levis est, *quæ fit sine relictione ve-
ris*, ut quæ fit palma, pugno, pede, ba-
lo, vel lapide vestigium non relinquen-
.

3569 Mediocris est, *quæ fit cum relictio-
e vestigii, sine tamen mutilatione , notabili
anguinis effusione, aut lethali vulnere.* Ut si
ulus, quod dens, aut capillorum copia e-
ellatur, vestes effringantur, si stercore vul-
entur, & similia.

3570 Enormis est, *quæ fit cum mutilatio-
e, aut cum notabili sanguinis effusione , quæ
ri solet naribus, vel cum lethali vulnere, vel
ando ex se sit levis, sit autem, & atrox ratione
ersonæ percutientis, aut percutientis personæ.* Levis namque erit, si ala-
quis percutiatur Clericus; enormis verò, si E-
piscopus Abbas, Provincialis. Levis erit , si
sanguis effluat è naribus ; quia sunt organum
nimis facile ad emittendum ex levissima
causa sanguinem : *vide num.* 571.

3571 Recensita divisio percussionis in
triplicem , est arbitraria facta à Doctoribus ,
sed judicio quidem prudenti.

3572 In jure autem, ex const. 2. Joannis
XXII. apud Confectio pag. 19. duplex di-
stinguitur, levis scilicet, seu modica, & gra-
vis, seu enormis ; quæ constitutio , quia val-
dè juvat, affertur, & est, ut sequitur.

(Perlectis litteris vestris circa absolutio-
nem excommunicatorum, vos in eis dubita-
re perspeximus, quæ esset modica , aut levis
injuria, circa quam, sicut talis loquitur, absol-
vendi vobis contulimus potestatem. At quod
cum sit facti potiùs, quàm juris quæstio , vo-
bis prout possumus, respondemus : illam vi-
delicet modicam percussionem, aut impulsi-
onem, pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut
baculi , vel lapidis, quæ ad livorem mutila-
tionem membri, fractionem dentis, depilati-
onem capillorum non modicam, vel effusio-
nem sanguinis non excedit, nec tam levissimi
ictus , aut pugni percussione sanguis exiret ,
transire in atrocem injuriam profitemur , ut
propter hoc sit ab absolutione talium absti-
nendum: ut tamen non solùm ipsum factum,
imò etiam facti qualitas, percutiendi modus,
aut injuriandi, circa hoc diligentiùs attenda-
tur; & ipsius facti circumstantia, loci videli-
cet, & etiam personæ, quæ sit levis, vel modi-
ca, gravis, aut enormis injuria, manifestius co-
gnoscatur. Loci quidem, ut in theatro , vel in
foro, coram Rege, Prælato, vel Judice, in Ec-
clesia, coram multis in alio loco publico ali-
cui injuria conferatur, Personæ, veluti si Ma-
gister, vel Judex, aut etiam Magistratus , aut
Prælatus, Pater, aut Patruus, vel aliquis in di-
gnitate, vel personatu constitutus, ab inferio-

ri, vel humili contra naturam juris patiatur, per hæc quidem graves videantur injuriæ; & quæ sint leves, aut modicæ, tanquam ex opposito cognoscantur. Sanè quia negotii natura non patiatur, ut ad plenum omnia disserantur; judicium autem talis enormis injuriæ vestro duximus arbitrio committendum, ut potestatem vestram, cum ad hæc processeritis, temperetis, ut citrà metas hujusmodi potiùs, quàm ultra eas circa absolutionem talium procedatur: ne injuriantes de vicina absolutione confisi, de facili in atroces prorumpant percussiones, vel injurias: & sententias Canonis jam periculosiùs contemnentes, in excommunicationis sententias proclivius prolabantur. Tolerabilius est enim aliquos, qui per vos etiam possunt absolvi, nobis, vel superiori absolvendos relinquere, quàm contra statuta Canonum imagine quadam absolutionis [quod non fit sine grandi periculo] quemquam relinquere inodatum: cum umbra quædam videatur in opere, veritas autem non subeat in effectu, &c.]

3573 Ex his colliges, percussionem dici levem, non in se, sed in comparatione ad mediocrem, & enormem; unde in se debet esse peccatum mortale, quia excommunicatio non incurritur ob veniale. Nec sufficit, quod mortalis sit quoad actum internum, sed requiritur, quòd talis sit etiam quoad actum externum; quia Ecclesia non judicat de internis; hinc si quis animum internum haberet cum violentia, & injuria percutiendi Clericum, in effectu tamen absque extrinseca violentia, & injuria leviter illius pectus tangeret, non incurreret censuram; quia actio externa non esset mortalis in se, sed solùm quoad actum odii internum.

3574 In dubio, an percussio sit levis, vel gravis, est censenda gravis. Clericatus *cap.* 27. *n.* 14. Ex extrav. Pii II. apud Nav. *cap.* 27. *n.* 91. sequitur ex com. Joan. Thom. *num.* 3572. & ex *n.* 3564.

3575 Percussor Clerici est vitandus de quo eo, quòd talis denuncietur, per hoc solùm, quòd sit notorius percussor Clerici, ut nulla valeat tergiversatione celari. Extrav. Martini V.

QUANTUM AD ABSOLUTIONEM EPISCOPUS

3576 POtest à percussione levi absolvere ex *cap. Pervenit, de sent. excomm.*

3577 Potest à mediocri, & abenormi solvere, si fuerit occulta, ex Dec. Tom. 24. *de refor. c.* 6. ut *in n.* 3314. & à publica si persona excommunicata sit ex illis, uti sunt Moniales, &c. juxta dicta *num.* 3345.

PRÆLATUS REGULARIS

3578 POtest suos subditos, & Novitios absolvere, nedum à peccatis levi, aut mediocri, ex *cap. Monachi, caput rum, §. Si claustrales, & cap. Canones de sent. excommun.* sed etiam abenormi ex privilegiis *à numer.* 3375. relatis Leand. *p.* 1. *cap.* 18. *num.* 3. Laym. *in theolog. mor. l.* 4. *tr.* 9. *cap.* 7. *n.* 10. Tamb. *de jure Abb. t.* 2. *disp.* 14. *q.* 10. *n.* 6. Sorbo *ver. Abbas ordinaria quoad fratres.*

Quia in relatis privilegiis, maximè in quo fuit petitio, qui essent excepti crimes, pro quibus sit ad Sedem Apostolicam rendum, solùm quinque sunt excepti, ut in *nu.* 3386. & 3390. inter quos non percussio enormis; exceptio autem regulam in contrarium.

3579 Firmiter suadetur; quia in tione facultatis reservandi casus Clem. VIII. Prælatis Regularibus

...ditos, sub n. 10. conceditur reservabilis: ...sio, aut vulneratio, seu gravis percussio ...cumque persona. Quæ concessio suppo- ...ultatem absolvendi, nullus namque ...perior potest sibi reservare casum, quem ...potest absolvere: v. num. 3301.

Quod (ut rectè ponderat Matthæucci ...ver. Excom. Canonis n. 55.) magis li- ...quet verbis, quæ Urb. VIII. confirmans ...rectum Clem. VIII. addidit: *Sanctitas sua ...mus declaravit, ut si hujusmodi Regula- ...Confessarius casus alicujus reservati fa- ...cem petentibus, Superior dare noluerit, ...nihilominus Confessarius illa vice pœni- ...Regulares, etiam non obtenta à Superi- ...facultate, absolvere.* Ubi ad rem notetur, ...in, facultatem petentibus Superior dare ...mus: Pontificem supponere, Superiores ...ipsos, vel alios, quibus id commise- ...posse proprios subditos à præfatis ab- ...re: v. n. 3302.

3580 Qui autem sint hi Superiores, di- ...cet n. 3379. 3432. & 3303.

Quantum ad satisfactionem: v. n. 3371.

3581 De Monialibus exemptis, rectè ait ...tucci cit. num. 60. (Moniales exem- ...vicem percutientes, absolvuntur à ...Prælatis Regularibus, vel aliis de præfa- ...commissione; etenim privilegia Re- ...bus data, eorumdem Monialibus com- ...cantur, ut observat Pignatell. tom. 7. ...80. num. 4. Piasec. prax. par. 2. cap. 3. ...n. 1. & expressè in Bulla Aurea Sixtus ...indulget: *Ut moniales, & Tertii Ordinis ...existentes sub cura Fratrum Prædi- ...& Minorum respectivè, possint, & ...libere, & licitè uti in omnibus, & per ...privilegiis, immunitatibus, gratiis, ...concessionibus, facultatibus, & in- ...spiritualibus, & temporalibus præfatis ...Fratrum Prædicatorum, & Minorum con- ...cessis, quatenus earum sexui, & statui non contradicant*; & pro Monialibus S. Claræ repetit Leo X. *Const. cum sicut*, & Gregor. XIII. *Const. ex benignæ Sedis*, & Sixt. V. *Const. etsi Mendicantium*, confirmantes privilegia Fratrum Minorum de Observantia, & Monialium Sanctæ Claræ, ac Tertii Ordinis Sancti Francisci, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus.

3582 Si in aliquo Conventu sint tantùm Prælatus, & unus Sacerdos subditus, qui invicem se percusserint; tunc si percussio est occulta, potest Prælatus illum Sacerdotem absolvere, eumque eligere, & absolvi; vel è converso, potest illi facultatem committere, ut ipse superior absolvatur, sicque absolutus subditum absolvere. Port. *in resp. mor.* quia tunc, cum percussio sit occulta, Prælatus non est vitandus, sed toleratus; adeóque habet jurisdictionem, & inde potest eam exercere, & delegare.

3583 Si verò percussio sit publica, ut nulla possit tergiversatione celari, videtur, quòd non; quia tunc, cum sit vitandus, & inde careat jurisdictione, nec posset absolvere, nec eam delegare.

Attamen Diana *to 5. tr. 2. ref. 26.* Passerinus, Lezzana *verb. Clericus n. 17.* Port. *cit.* & alii cum Tamb. docent, quòd tunc, licet non possit sibi eligere subditum pariter publicè excommunicatum, quatenus hic, cum sit vitandus, non est capax jurisdictionis; potest tamen eligere alium Sacerdotem; & ab illo absolvi; quia tunc, licèt sit privatus jurisdictione, illa electio non est actus jurisdictionis, sed solùm designatio personæ, cui Papa ex vi juris, aut privilegii dat jurisdictionem.

3584 Si subditus sit laicus, aut Superior non sit talis, qui potestatem Ordinariam habeat absolvendi, adeóque non possit eam ali-

teri delegare, ut in *n.* 3302. 3379. & 3432. tunc recurrere debent pro absolutione ad Superiorem Provincialem.

QUÆRES I.

3585 *A quo sit absolvendus Religiosus, qui Religiosum alterius Ordinis, aut Clericum sæcularem percussit?*

PAsser. *de elect. cap. 26. num. 67.* Rodr. & alii apud ipsos tenent, Prælatos Regulares absolvere posse suos subditos à censura Canones ob percussionem, etiam enormem alterius Religiosi, sive proprii, sive alterius Ordinis, sive etiam Clericorum sæcularium; hac moti ratione, quia privilegia Prælatorum Regularium absolvendi ab hujusmodi censura, relata *à numer. 3379. ad 3392.* maximè privil. Bonifacii IX. Ordini Prædicatorum, hanc dant facultatem absque limitatione.

3586 Dico tamen, Religiosum Clericum sæcularem percutientem, non à proprio Superiori Regulari debere absolvi, sed ab Episcopo, ex *cap. Religioso in 6.* sub eodem titulo, vel à Sede Apostolica, ex stylo Curiæ, vel à Superiori Regulari de licentia Episcopi loci.

3587 Religiosus verò percutiens Religiosi alterius Ordinis, debet ab ambobus eorum Prælatis absolvi, ex eadem Decretali, his verbis: *Si verò claustralis aliquis in Religiosam personam alterius claustri manus injecerit violentas, per Abbatem proprium, & ejus, qui passus est injuriam, absolvatur.* Quam decretalem Cabas. *n. 9.* & Engel. *n. 122.* ex Molina apud Matthæucci *cit. nn. 58.* explicant, ut absolutio, & executio pœnæ fiat per Superiorem percussoris, tanquam per Judicem Ordinarium, cum præscientia, & consensu Superioris offensi, tanquàm actoris super injuria sui Religiosi, nisi Superior offensi integrum negotium Superiori permissio commiserit, aut injuriam remittat.

Quod si Religiosi illi ad invicem, & mutuò se percusserint, poterit quilibet Superior suum subditum absolvere, quia unus alteri pensatur. Alarius *pag. 626. num. 9.*

QUÆRES II.

3588 *An Regulares possint absolvere Regulares, & exteros à percussione levi Clerici?*

POsse, tenent Diana *par. 9. tr. 4. re.* Verricelli *tr. 8. q. 15.* cum aliis quos; quia licèt Regulares non possint absolvere sæculares à casibus ipsis speciales reservatis, à casibus scilicet, quos ipsi in propriis respectivè diœcesibus sibi reservant, absolvere possint à casibus ex jure communi reservatis Episcopis, seu à quibus ex communi conceditur Episcopis facultas absolvendi; talis est percussio levis, quæ proinde hodie [ait Verricelli *cit. num.* non est excommunicatio Papalis, sed Episcopalis, Episcopis competens, non ex re speciali, sed ex jure communi, & ordinario, ex *cap. Pervenit*, ut in eum *num. 3429.*

3589 Nec obstare dicunt Decr. Clem. VIII. de anno 1602. relatum *nn. 347.* prohibetur cuilibet Confessario tam Regulari, quàm Regulari, sub prætextu privilegiorum absolutionis *Injicientium violentas manus in Clericos*, juxta Canonem, *Si quis dente diabolo 17. q. 4. ac juris dispositione*, quia talis reservatio est facta juxta jus dispositionem, jus autem commune, quod *venit*; percussionem levem communi Episcopo; adeóque restrinxit Canonem *suadente*; ubi habetur reservatio Papæ percussionem mediocrem, vel enormem proinde Confessarios Regulares intra Urbem, & extra Urbem, solùm à mediocri

...ntem, non posse sæculares absolvere; quia ...sola in reservatione Clem. VIII. com...prehenditur, minime percussio levis.

3590 Dico tamen, Regulares non posse ...Italiam, & extra Urbem sæculares absolvere à percussione levi, nisi ab Episcopo ...ientem obtineant absolvendi casus ipsi ...servatos. Miranda *in man. Prælatorum* ...*t.1.q.4. art.* 2. Leone *de censur.* apud ...Tamen cit. & alii. Ratio est, quia Decretum ...Clem. VIII. absolutè reservat percussionem ...olentam, non distinguens de occulta, aut ...ublica, nec de levi, aut mediocri, vel enor...& ubi lex non distinguit, nec nos distin...guere debemus. Nec Canon: *Si quis suaden...*, distinguit de levi, &c. ut patet in *n.*3557.

3591 Neque verba Decreti reservantis, ...*uæ dispositionem*, favent Confessariis ...egularibus; quia jus, *cap. Pervenit* [ad ...hæc verba referuntur] absolutionem à ...percussione levi concedit Episcopis, minime ...Confessariis Regularibus, aut sæcularibus; ...pariter Decretum Clem. VIII. per dicta ...ba, eamdem facultatem confirmat Epi...scopis, sed expressè prohibet cunctis Con...fessariis tam sæcularibus, quàm Regulari...bus intra Italiam, & extra Urbem. Et ex hoc ...patet, quod non possint à percussione levi ex...imi, & sæculares absolvere.

3592 Qui tamen poterunt à percussione ...sæculares, & exteros absolvere, si fa...cultatem supra casus Episcopo reservatos ab ...ipso Episcopo obtineant, quam facultatem ...Episcopos posse illis delegare, non est dubi...um, quia est potestas ordinaria; & tunc Con...fessarii sæculares, aut Regulares à percussio...ne levi absolvunt, minime virtute privile...giorum, sed ex delegatione, & commissio...ne Episcopi.

De privilegio Canonis, fusè agunt Privi...tera *pag.* 22. *ad* 34. Peyr. *tom.* 2. *pag. mihi* 381 Matthæucci *tom.* 1. *à pag.* 311. Clericatus *cap.* 27.

CASUS 8. RESERVATI
Illustrissimo, & Reverendissimo Archiepisc. Panormitano.

3593 1. RAptores virginum, prolem suffocantes, nefandum sodomiæ scelus, non modò exercentes, sed etiam semel committentes.

2. Paganis viris, vel mulieribus, aut bestiis abutentes.

3. Qui Sanctimoniales, vel aliàs mulieres intra Monasterium comorantes, turpiter alloquuntur, iisdemque per se, vel per alios scribunt, vel turpiter quid intendunt, aut tractant.

4. Sortilegium operantes, & magicas artes, veneficia, superstitionesque exercentes, & quolibet sacramento, vel sacramentali, aut re sacra ad id abutentes.

5. Litterarum, ac sigilli Archiepiscopalis, & ejus Curiæ falsarii, & qui litteras, & scripturas Archivii, vel furto abripiunt, vel quovis modo mutilant, aut deturpant, ut integre legi nequeant: *v. n.* 3554. *n.* 4.

6. Notarii, qui legata ad pias causas facta non denunciant.

7. Clerici ad quoslibet Ordines per saltum, vel furtive promoti: vide infra *de Irregul. tom.* 3. *n.* 37. & 91.

8. Bonorum Ecclesiasticorum invasores.

EXPLICATIO.

3594 *Prolem suffocantes*, dicuntur personæ illæ, quæ in lecto, periculum advertentes, & non curantes, prolem opprimunt; vel quæ prolem ex adulterio, v. gr. natam, ut occultent, suffocant.

3595 Non sufficit ad reservationem, si ra-

ptus sit viduæ, aut defloratæ. Conditiones raptus: *vide num.* 2158. pro sodomia: *vide àn,* 2175. *ad* 2178.

3596 Nomine *Pagani,* non veniunt hæretici, sed non baptizati, ut Furcæ, &c.

3597 Qui semel sortilegium committit, incidit in reservationem; quia verè dicitur sortilegium operans. Non sic semel, aut iterùm magicas artes, venificia, & superstitutiones operans; quia reservatio hic requirit exercitium; duo autem, vel tres actus non faciunt exercitium; nam exercitium dicit frequentiam. Tamb. *tom.* 2. *pag.* 46. *num.* 33.

3598 In 6. casu non comprehenditur legatum factum ad satisfactionem rei ablatæ, aut furti; at peccant mortaliter in hac Diœcesi Notarii illud non denunciantes, ex præcepto Synod. Panor. de anno 1679. *num.* 243. ubi fit distinctio inter legata ad pias causas, & legata ad satisfactionem rei ablatæ, aut furti; & ideo pro utrisque est peccatum, sed pro prioribus reservatio.

3599 Pro 8. casu invasio propriè est bonorum stabilium; nam mobilium, dicitur furtum, ut *in n.* 3554. *n.* 7. ubi vide, quæ sint bona Ecclesiastica.

3600 In Diœcesibus, ubi in peccato carnis cum Confessario reservatur peccatum complicis, nomine *peccati carnis,* venit, non solùm copula consumata) nisi exprimatur) sed quodlibet peccatum mortale externum carnis, nempè tactus impudici, &c. Item nomine *complicis,* venit persona illa, quæ cum Confessario peccavit: hæc quidem non potest ab eodem validè absolvi; bene verò ab alio Confessario, quia respectu ejusdem Confessarii, peccatum complicis est in tali diœcesi reservatum, minimè respectu alterius Confessarii; nam respectu alterius Confessarii persona illa non dicitur complex in peccato carnis: *v. tom.* 2. *num.* 608.

CASUS RESERVATI

In Ordine Minorum Regularis Observantiæ S.P. Francisci.

Ministris Generalibus, & Provincialibus.

Pro Observantibus sunt 19.

3601 1. NOmen Dei, aut Domini Nostri Jesu Christi, aut Deiræ Virginis Mariæ blasphemantes.

2. Rebus sacris abutentes,

3. Quidquam in Religionis detrimentum, extra Religionem patefacientes.

4. Discordias Patrum, vel depositionem Prælatorum manifestantes.

5. Calumniam in judicio cuiquam imponentes, vel ad id faciendum inducentes.

6. Falsò, ac scienter, quempiam accusantes, & accusantem revelantes.

7. Falsum testimonium deponens, vel deponendum procurantes, aut alium quomodolibet infamantes.

8. Jurati veritatem negantes, & falsum affirmantes.

9. Ter debitè moniti obedire renuentes.

10. Consumatum carnis peccatum quemcumque admittentes.

11. Denarios contra Regulam acceptes tenentes, vel asservantes.

12. Rei factæ, vel notabilis furtum perpetrantes.

13. Religionis bona extra Ordinem quomodo dantes.

14. Fratribus, vel sæcularibus vendentes, aut quovis alio modo alienantes.

15. Generalis, vel Provincialis, aut eorum Secretariorum litteras, tum missas, non suppiendas, impedientes, frangentes, falsificantes, vel quomodolibet intercipientes.

16. Sigillum Ordinis, vel cujusvis

...ſtri Prælati, aut perſonæ notabilis, falſifi-
...cantes.

17. Libellum famoſum facientes, fieri procurantes, inducentes, conſulentes, pro-
...centes, vel publicantes.

18. Graviter quempiam percutientes, aut contra Prælatum machinantes.

19. Carnes, cum Eccleſiæ præcepto, vel legali vetitum fuerit, comedentes, niſi ſcri-
...tam facultatem ob neceſſitatem à Superio-
...re ſibi impetraverint.

PRO REFORMATIS 13.

3602 1. VEneficii, incanteſimi, è ſortilegii.

2. Diſobedienza contumace, quando alla terza monitione per un giorno natu-
...rale, il ſubdito perſevera nella diſubbidi-
...enza.

3. Percuſſione grave d'un altro Religio-
...ſo Chierico ſecolare.

4. Manifeſtatione di coſe, che infamino Religione, ò Frate particolare.

5. Peccato di carne volontario compito.

6. Proprietà di peccato mortale.

7. Furto di coſe notabili, ò replicato.

8. Falſa accuſa con infamia dell'accuſa-
...to dar memoriale falſo in qualche Tribu-
...nale.

9. Falſo teſtimonio in giuditio.

10. Falſificatione di mano, ò ſugello de Superiori, ò di perſona notabile, ò del Con-
...vento.

11. Malitioſo impedimento, ritardatione, ò ſtratura di lettere de Superiori à ſubditi, ò de ſubditi à Superiori.

12. Far libelli famoſi, conſigliare, ò in-
...durre, che ſi faccino, quando ſi giunge à ſe-
...gno, che ſiano eſpoſti, buttati, ò in qualſi-
...voglia modo publicati.

13. Procurare, agiutare, conſigliare aborto
...humano, ancorche non ſia ſeguito l'effetto.

Vide dicta ſupra Decr. Clem. VIII. *à nu.* 3302.

Super quo dubitatum fuit,

An in Decreto Clem. Papæ VIII. de anno 1593. 16. Maji ſuper qualitate caſuum ab eorumdem Regularium Superioribus reſervandorum edito, cenſuræ etiam comprehenderentur; ita ut iiſdem Superioribus abſque Capituli Generalis, aut Provincialis conſenſu, aliquibus peccatis in Decreto hujuſmodi non contentis, excommunicationem annectere, ejuſdemque abſolutionem ſibi reſervare liceat?

S. Congr. Card. negotiis Regularium præpoſita, Illuſtriſſimo Bandino referente, cenſuras in ſupradicto Decreto comprehendi cenſuit. Romæ 7. Julii 1617.

CONFESSARII SCIENTIA.

3603 COnfeſſarius, ut validè abſolvat, requiritur, & ſufficit, quòd cognoſcat peccata ſaltem ſub ratione confuſa peccati, & ſciat formam Buſem. *lib. 6. tract. 4. c. 2. dub. 4. n. 3.* quia ſic habet partes eſſentiales ſacramenti.

3604 Ut autem licitè abſolvat, ejus ſcientia debet eſſe tanta, ut ſciat diſcernere, an peccata, quæ communiter patrantur, ſint mortalia, vel venialia, unum, aut plura; circumſtantias mutantes ſpeciem in peccatis communiter occurrentibus; nam de aliis etiam doctiores ſæpè dubitant. Leander hic *diſp. 11. q. 106.* qui cum multis *q. 109.* ait, non requiri, quòd Confeſſarius de omnibus, quæ audit à pœnitente, judicet, an ſint peccata gravia, vel levia; imò neque, an ſint, vel non ſint peccata, ſed de communibus, reliqua verò audiat, & intelligat, ac poſteà abſolvat, cum debita intentione; quia ſi non tenetur omnia peccata cognoſcere, minimè tenebitur determinatum judicium de omnibus ferre.

3605 Item

3605 Item scire debet spectantia ad restitutionem, requisita in pœnitente, ut sit rectè dispositus, & remedia peccatis opportuna, insuper casus reservatos, censuras, & irregularitates.

3606 *Confessarii Regulares*, ex suis privilegiis, extra Italiam, & intra Urbem absolvere possunt toties, quoties, ab omnibus casibus Pontificiis, exceptis casibus 20. reservatis in Bulla Cœnæ Domini, & casibus reservatis Episcopis pro singulis respectivè diœcesibus. Iidem verò intra Italiam, & extra Urbem, absolvere pariter possunt toties, quoties, ab omnibus casibus Pontificiis, exceptis casibus Episcopis reservatis, casibus 20. reservatis in bulla Cœnæ Domini, & insuper aliis sex casibus Pontificiis, qui post præfatos 20. referuntur. Unde Confessarii Regulares solùm horum, & casuum in propria Religione reservatorum debent memoriam tenere. Insuper absolvere non possunt nominatim excommunicato per sententiam ab homine, nisi virtute Bullæ Cruciatæ, & satisfacta parte: *vide propos. 12. ab Alex. VII. damn.*

3607 *Confessarii autem seculares*, ultrà præmissas, debent quàmplurium aliarum censurarum reservatarum memoriam tenere, quapropter omnium catalogum pro Confessariorum commodo apposui.

3608 In casibus difficilioribus, sufficit, quòd sciat dubitare; & tunc, si sit periculum errandi, v.gr. circa impedimenta matrimonii, restitutionem, censuram reservatam, &c. debet absolutionem differre, usquequò libros consulat, aut doctiores.

3609 Sacerdos notabiliter in scientia deficiens, mortaliter peccat, si ad audiendas Confessiones se exponat. Major autem, aut minor scientia requiritur, & sufficit, juxtà locorum, & pœnitentium diversitatem, juxtà illud Isaiæ 24. *Erit sicut populus, sic Sacerdos.* Sæpè pœnitentes docti possunt Confessarios juvare: *vide num. 278. 284. 1[illegible] & 3312.*

CONFESSARII PRUDENTIA.

3610 DEbita prudentia Confessarius tetur, si accuratè sui, & [illegible] menti conditionem attendet. Est hoc [illegible] mentum *secunda tabula post naufragium*, deóque Tribunal pœnitentiæ, sed mise[illegible] diæ, & portus salutis. Est ipse *Judex*, [illegible] ter, & medicus, atque pacis mediator [illegible] Deum, & hominem. Quamvis igitur [illegible] Confessarii per se sit audire, non interrog[illegible] pœnitentem, sæpè attentâ pœnitentis [illegible] ditione eum interrogare tenetur.

3611 Et quidem non est opus [illegible] *re pœnitentes*, si sint docti, aut licèt non [illegible] docti, sunt tamen satis instructi [illegible] cum suis circumstantiis aperiendis: [illegible] quos advertit non bene examinatos, [illegible] judicio indigere; idque humano [illegible] pœnitentes nimiùm vexet.

3612 Pro qua re sciendum est, [illegible] integritate confessionis exprimendam [illegible] numerum certum, & determinatum [illegible] catorum mortalium, quando constat [illegible] do verò non constat, sufficit exprimere [illegible] merum probabilem, aut verisimilem, [illegible] do particulas, *plus, minusve*, vel *circa*, [illegible] verba se extendunt ad parvam summam [illegible] dicio prudenti respective ad numerum [illegible] adduntur: v. gr. in numero denario ad [illegible] vel tria, in centenario ad decem; & [illegible] confessus est, se peccasse circa decies, [illegible] steà recordetur peccasse per aliàs ter, non tenetur hæc tria confiteri; tenetur [illegible] si plurium recordetur.

3613 Qui verò bona fide confessus [illegible] peccasse vigesies, & postea inveni[illegible]

...ltim decies, non tenetur talem numerum ...ntare; nam in numero majori continetur minor, & sic confessio est integra.

3614 Quando non potest haberi numerus probabilis, dicenda est frequrntia in die, ...mana, mense, vel anno, quantum humanitùs fieri potest; quòd si neque hoc fieri ...ssit, sufficit dicere consuetudinem, & tempus peccandi.

3615 Hoc modo audiri debet concubinarius, qui diù concubinam domi retinuit, ...retrix, debent enim explicare numerum fornicationum, quot in die, septimana, mense, vel anno si non possunt sine pericolo magni erroris, sufficit, quòd exprimat tempus, per quod in malo perseverant.

3616 Caveat, ne simplices interroget de ...ntis fortè illis ignotis, ne sic eos ad peccandum doceat. Interrogationes in materia ...ali, maximè cum mulieribus, sint pauc, & cautæ, ne nimium ruborem afferat, ...entem doceat, aut in aliquod periculum ...ationis se, vel pœnitentem ponat; ...si id timeat, potiùs patiatur, ut aliquid ...gnati materiali desit. Busemb. *lib. 6. tr. ...g, 2. dub. 6.*

3617 Pœnitentes, dum confitentur, *non ...rumpat*, sed solùm quando advertit eos ...ere, aut confundi, suggerat, ac adjuv. & statim sistat. Nunquam vultum aspernum, aut gestum aliquem horroris ...endat; nunquam inter confitendum re...endat, sed verbis dulcibus ad confi...dum alliciat: confessione verò comple..., tunc, ut oportet, moneat, reprehendat, ...corret; ita tamen, ut in reprehendendo ...am non ostendat, sed amorem; aliud no...men non sit in ore, nisi *filius*, *filia*; sic ore ...ritatis pleno dignoscere faciet pœnitenti ...tiam peccati, offensam Dei, damnum ...num animæ, & corporis, pericula, inquietitudines, &c. ut ita pœnitentem non confundat, sed lucretur.

3618 Confessarius *advertens pœnitentem ignorantiâ alicujus mali gravis laborare*, si orta aliquâ dubietate pœnitens eum interrogat, tenetur veritatem aperire, quia silentium esset erroris approbatio. Si verò pœnitens eum non interroget; si Confessarius advertat, ignorantiam esse vincibilem, & culpabilem, tenetur eum monere, quia est indispositus, & in malo statu, ac proindè non absolvendus, nisi velit desistere, & malum reparare.

3619 Si verò advertit ignorantiam esse invincibilem, quatenùs, v. gr. bonâ fide rem alterius detinet, matrimonium cum impedimento dirimente contraxit; &c. tunc si prævideat, seu prudenter timeat admonitionem non profuturam, nempè pœnitentem non restituturum, aut adhuc cum conjuge mansurum, &c. eum monere non debet quia monitio caret fine, imò est occasio majoris mali; quoniam per monitionem ille, qui priùs erat in statu peccati materialis sine offensa Dei, constituitur in peccato formali cum offensa Dei. Hinc Sanct. August. relatus *in cap. Si quis de pœnit. dist. 7.* inquit: *Si scirem tibi non prodesse, non te monerem, non terrerem.* Idem dic, si ex monitione timeat aliquod magnum dānum, aut scandalum secuturum, v. gr. ex conjugum separatione filiorum periculum, parentum hostilitates, &c. Mastrius *disp. 21. q. 8. n. 716.* Lugo, Villel. Diana, Tamb. *tom. 2. in meth. confess. lib. 3. cap. 4.* ubi addit, quòd in tali casu, si pœnitens sciat peccatum in contrahendo matrimonium commissum, nesciat verò invaliditatem, de peccato absolvat, at invaliditatem non ostendat.

3620 *Confessarii Principum, & Prælatorũ*, si sciant eos non satisfacere proprio officio, v. gr.

v. gr. circa collationem beneficiorum, electionem ministrorum, gubernationem subditorum, circa eleëmosynas ex bonis Ecclesiasticis faciendas, &c. tenetur eosdem de sua obligatione monere, aliàs erunt eorum peccatorum participes, & unus alterum ad inferna trahet; quia rarò eorum ignorantia est invincibilis, & rarò id evenit sine damno communi, & sine scandalo subditorum putantium similia licere.

3621 *Confessarius* [ait Gobat. *tom. 3. de veton. 373.*] *tenetur ex charitate sequi opiniones probabiles, quando sectando severiores, conjicit pœnitentem in periculum peccati formalis.*

3622. Parochus, si ex Confessione pœnitentis dignoscat impedimentum dirimens, & matrimonium sit contractum, gerere se debet *ut in n.* 3618. *&* 3619.

Si non sit contractum, debet illum monere, & si opus fuerit, terrere, ne contrahat: at si persistat in contrahendo, non potest illum à matrimonio repellere, sicut nec potest ab Eucharistia. Imò nec potest illum post Confessionem monere, absque eo, quòd priùs ab illo licentiam petat, & obtineat. Ant. à Spir. Sanct. *de Sacr. Pœnit. tract. 5. disc. 15. sect. 6. num.* 1557. cum Bonac. idque ratione sigilli Sacramentalis, *ex num.* 3206. *&* 3222.

3623 Si ipse solus impedimentum occultum sciat extra Confessionem, non potest ad matrimonium procedere, sed tenetur illud Ordinario manifestare. Ant. à Spir. Sanct. *de Matr. tract. 11. disc. 4. sect. 14. nu.* 212. quia bonum Sacramenti prævalet juri particulari secreti naturalis; *ut in tom. 2. à num.* 68.

QUÆRES I.

3624 *Petrus, qui bona fide contraxit cum impedimento dirimenti, quod eidem in foro conjugii ignorat, fecit votum cum juramento de non reddendo debitum uxori: audito in Confessione ad Parochum prætali voto nullo, parochus sett impedimentum dirimens, quo modo se gerere debeat?*

Resp. Si Parochus prudenter putet, [illegible] ex manifestatione impedimenti [illegible] speretur profectus, sed potiùs damnum non tenetur illud aperire, juxta *num.* [illegible] Quia pœnitens non petit, an habeat impedimentum (tunc enim utique teneretur sitivè respondere, *ut in num.* 3618.), [illegible] confitetur peccatum in faciendo votum [illegible] re alteri debita, aut de eo ex confessione erronea violato. Unde tunc se gerere [illegible] sicut cum eo, qui operatur ex confessione erronea, & inde dicere votum non tenere, imò à peccato in eo emittendo absolvere; tunc mentitur; quia stante conscientia erroneâ, sic vovendo peccavit, nec tenetur [illegible] vare tenetur.

QUÆRES II.

3625 *Dum duo sponsi accedunt cum pompa, & comitatu ad Ecclesiam ad matrimonium contrahendum, alter eorum notat impedimenti dirimentis. Quidque agere debeat, ut se retrahat sine infamia, &* [illegible]

Respon. Si impedimentum non affert infamiam, aut scandalum, ut si [illegible] tis ex copula licita, &c. tunc debet sponsus illud manifestare, & inde se [illegible] re, usquequo de remedio provideatur, penitùs desistendo, vel dispensationem tendo.

3626 Si impedimentum afferat infamiam aut scandalum, ut si sit affinitatis ex illicita, &c. tunc debet requirere Pa[illegible] pro Confessione, occasione reconci[illegible]

ri aperire impedimentum; Parochus autem potest sponsum monere, ut statim vovere cuiusvis, quo peracto, de licentia ejus cui vovit, dicat, eos non posse contrahere, quia sponsus ille habet impedimentum [illegible] quo indiget dispensati, & nesciebat.

3627 Quod votum debet verè emitti, ac Parochus mendacium proferret, quod gravis veniale, nullâ ratione cohonestari posset, cùm sit ab intrinseco malum: Potest autem emitti ad breve tempus, ut sic Sponsus, si nolit, aut non possit pro dispensatione impedimenti dirimentis recurrere, [illegible] vovi tempore elapso, cum alio contrahere.

PRUDENTIA CUM MONIALIBUS

3628 Esse debet eximia. Sit confessarius deputatus pro omnibus indifferenter, docaria à particularibus haud recipiat, [illegible] eorum loquatur, nisi quæ ad confessionem, & salutarem animæ instructionem pertinent, non sit asper, nec indiscretus in [illegible] morum reformationem, minimè totum & simul, sed paulatim procuret, ne totum perdat, & ovem amittat.

3629 Monere tenetur Monialem de consuetudine erronea contra se ipsam, etiam si sit [illegible] aliqua regulari observantia, quam erroneè putat obligare sub mortali; quia si sunt [illegible] peccata, quæ committuntur scienter, quanto magis, quæ ignoranter? Et cum [illegible] de mulieribus, valdè juvat attendere doctrinam, & dictum D. Thomæ *in n.* 151.

3630 Quando autem conscientia erronea [illegible] super observantia Regulari, debet quidem monere, quòd ejus omissio non sit mortalis, sed debet simul firmis motivis enixè tam observantiam suadere; ita ut monitio sit [illegible] peccatum mortale vitandum, minimè ad observantiam omittendam.

3631 Prompta habeat remedia contra scrupulos, & valida motiva ad ostendenda mundi mala, ac suavitatem Religionis, & jugi Christi, in comparatione ad jugum mundi.

3632. In occasione proxima utatur consideratione offensæ Dei, quatuor Novissimorum, maximè mortis, vitæ, ac pœnæ æternæ; atque etiam motivis politicis, famæ, honoris, cum reflexione ad honestatem natalium, & ad pœnam, atque inquietudinem animi, & corporis, quæ in similibus experitur

3633 Sit eruditus super propriis Monialium Regulis, & observantiis, ut firma sint ejus responsa, & consilia, in mente habens, contrarietatem responsionum, & consiliorum scandalum parere Monialibus.

3634 Denique omnino ab opinionibus laxis se abstineat, æquitati tamen se accommodet.

PRUDENTIA IN OCCASIONE PROXIMA.

3635 Occasio peccandi, est duplex, remota, & proxima: *Occasio proxima* est illa, in qua homo positus, circumstantiis experitur, quòd sæpe sæpius, & frequenter cadat in novum peccatum. *Occasio remota* est illa, quæ attentis circumstantiis non est frequenter, licèt sit raro, cum peccato conjuncta. Unde maximè sunt attendendæ circumstantiæ personæ, loci, firmitatis doloris, &c. hinc sæpe eadem occasio carnis, seu conversatio mulieris, quæ juveni est proxima, seni, aut juveni timorato, qui peccatum abhoret, est remota,

3636 *Occasio proxima*, propriè dicit duo, videlicet occasionem extrinsecam, & periculum formale proximum peccandi; quæ duo separari possunt, nam potest esse occasio extrinseca

trinseca sine periculo proximo, ut in sene, &c. & periculum proximum sine occasione extrinseca ut in juvene consueto ad se polluendum, ubi sine occasione extrinseca est periculum proximum peccandi, ortum ex habitu pravo intrinseco.

3637 *Periculum formale proximum* est illud, quod circumstantiis attentis, ita inclinat, & movet ad peccandum, ut in persona similis conditionis soleat esse frequenter cum peccato conjunctum. Periculum verò materiale seu remotũ, est illud, quod non est hujusmodi. Periculum formale aliud est extrinsecum ortum ex occasione extrinseca, aliud intrinsecum ortum ex prava conditione ipsius hominis.

3638 Occasio proxima, licèt sit frequentior in peccatis carnis, in quolibet tamen peccato mortali potest contingere.

3639 *Concubinarius est*, qui mulierem, cum qua frequenter peccare solet, domi retinet, vel extra pro se expositam.

3640 Qui est in occasione remota, potest absolvi, alioquin ⌜ut inquit Apost. 1. *ad Cor. 6.* ⌟ *debueramus omnes exire de mundo*; nam etiam in ipsa solitudine, & in artibus licitis adest occasio remota peccandi, possunt tamen bene exerceri.

3641 Qui est in occasione proxima involuntaria, quatenus non est in sui potestate eam repellere, potest absolvi, dummodo concurrant quatuor *in nu.* 3652. exposita. Ratio est; quia occasio peccandi in se non est peccatum, nisi sit voluntaria; & qui in ea est, potiùs dicitur eam pati, quàm in eam se committere. Talis occasio involuntaria contingere potest in filio familiæ cum famula domini, inter fratres, sorores, filios, & filias familiæ, & similes conjunctos, qui non sunt sui juris, habitantes in eadem domo sub cura parentis, avi, patrui, &c. item in serva respectu domini. Confessarius servam ab[illegible] gat ut totis viribus resistat, & non obs[illegible] reciprocantiam amoris. Dominus tamen [illegible] solvi non potest, quia in eo casu [illegible] luntaria, & libera; imo serva, si dominus [illegible] se emendet, potest licitè fugere, aut [illegible] num compellere, ut eam alteri vendat; [illegible] istis tamen debet se gerere confessarius [illegible] cum recidivis, differendo aliquando [illegible] tionem, & difficilem se ostendendo, [illegible] absolvit.

3642 Qui est in occasione proxima [illegible] luntaria, quam facilicet liberè potest [illegible] lere, & non vult, absolvi non potest, [illegible] semel, quia est indispositus ob defectum [illegible] doloris, & propositi; imò est in [illegible] peccato mortali, juxta illud, *Qui amat periculum, peribit in illo*, quia occasio proxima voluntaria, & periculum formale proximum voluntarium, si assumatur, est peccatum ejusdem speciei cum actu, ad quem [illegible] qui enim in illam, seu in illud libere [illegible] cit, habet judicium probabile prudens, [illegible] peccabit, adeóque virtualiter vult peccare. Unde licèt, si sequatur actus principalis, gr. fornicatio, non sit opus cuicumque periculi in confessione aperire, sed [illegible] actum principalem exprimere; si tamen sequatur, opus est exprimere, se [illegible] in periculum proximum, seu occasionem proximam talis peccati. Eadem ratione mini licet quærere directè occasiones proximam peccandi pro aliquo bono [illegible] aut tẽporali. *v. prop. 61. & 63. ab In. XI.*

3643. Eum, qui est in occasione [illegible] voluntaria peccandi, seu concubinarius posse semel, & iterum absolvi, antequ[illegible] domo concubinam ejiciat, dummodo [illegible] ter proponat ejicere, tenent Leander *de [illegible] dis. 7. qu. 35.* & quamplures alii; [illegible] sicut qui tenetur restituere rem, quam

let, potest semel, & iterùm absolvi.

3644 Dico tamen, eum qui habet occasionem proximam, nempe extra propriam domum, posse semel, & iterum absolvi, si modo firmiter promittat occasionem se non committere, & in eam amplius se non committere. Moneo tamen confessarium, ut post opportunas monitiones, protestetur *se eum pro vunc absoluturum*; hoc namque medio inquam ejus sum, & expertus sum fructum; penitens namque terretur, dum videt sibi negationem absolutionis comminari.

3645 Ille verò, qui retinet occasionem proximam voluntariam, nempè mulierem in propria domo, nec semel debet absolvi, nisi eam illam ejiciat. Paludanus, D. Anton. Silvester, & alii; *quia cum fœmina semper esse, & non cognoscere fœminam, nonne plus est quam ignem sustinere?* ait Bernardus *ser. 64. in Cant.* Quam securitatem salutis potest præstare homo, dum detinet leonem in sinu?

3646 Quòd si cessáverit periculum formale, & proximum de novo peccandi, tam remote, quàm mente, v.g. propter senectutem, infirmitatem, cognationem de novo orta, &c. aut quia propositum amplius non peccandi fuit ita intensum, & solidum, ut retenta vir, & mulier sint emendati, & simul habitent ut frater, & soror, idque diuturni temporis experientiâ constet; tunc vir nec tenetur mulierem è domo ejicere, nec ab absolutione impeditur, etiam si interdum, rarò tamen, peccaverint; dummodo non adsit scandalum vicinæ, quatenus concubinatus sit occultus, vel si publicus, ex testimonio saltem Parochi, aut aliâ viâ constet de emendatione, & quòd vivant ut frater, & soror, Leander *tr. 9. q. 40. 41. & 43. cum aliis*; quia tunc occasio de proxima facta est remota, & periculum de formali, & proximo, factum est materiale, & remotum, ut constat *ex nn. 1635. & 1636.*

Nec locus præcisè sumptus est occasio proxima, alioquin in omni loco esset occasio proxima. Cardenas *dis. 40. cap. 4. art. 2. num. 63. cap. 5. artic. 78. cap. 7. artic. 1. num. 126.*

3647 Hic facit exemplum, quod adducit Cardenas *dis. 40. cap. 2. nu. 19.* Sint duo homines, unus quorum ingrediatur domum, in qua consuevit peccare, cum proposito tepido, & remisso, quòd non sit peccaturus, alter ex causa necessaria ingrediatur in similem occasionem, munitus tamen solido timore Dei, intensissimo proposito non peccandi, ac ferventi oratione, atque experientia, quòd sic aliquando munitus, fuerit firmus in servando proposito; tunc primus se constituit in periculo formali, non sic secundus.

3648 Bertaldus *in direct. 9. pr. dec. in fine n. 3.* ait, *quòd mulier habitans in domo, ubi peccat, si non reincidat frequenter, sed rarò, puta ter, aut quater in anno secundum Graffium, aut semel in mense secundum Cœlestinum in comp Theol. moral. absolvi possit, dummodo absit scandalum; quia talis cohabitatio rarò ad peccatum inducens, non est amplius occasio proxima, quoniam posset vir ille ita cum alia muliere extra peccare, absque eo, quòd esset occasio proxima, aut impediretur absolvi.*

3649 Imò in regulis prudentiæ in confessione, 3. regula, ait ex quodam Casista: *Quòd ille, qui expertus est quòd non est in tali occasione per tres vices repertus, quin una vice ceciderit, eam censere debeat occasionem proximam*: ita fere ille.

3650 Cæterùm hic casus emendationis, ex firmo proposito in occasione proxima mulieris in propria domo, est quidem possibilis, sed rarus, & singularis, ut inter corvos corvus albus; unicum remedium est vel matrimonium, si illud inire possint, vel separatio, quoniã in materia carnis victoria non habe-

tur, nisi per fugam. Unde nunquam confessarius in occasione proxima voluntaria debet huic proposito quantumvis intenso se fidere, & absolvere, si concubinarius potens concubinam è domo ejicere, in proposito suo nolit ejicere; quia ex regulariter contingentibus tale propositum non solet executioni mandari. Videri potest Cardenas *dis.* 40. *c.* 4. *art.* 2. *&c.* 5. *art.* 2.

3651 Ab occasione proxima extrinseca repellenda non excusat causa aliqua utilis, aut honesta; *ut constat ex num.* 1050. imò nulla alia causa est sufficiens, nisi sola impossibilitas physica, aut moralis; quia hæc reddit occasionem extrinsecam involuntariam. Impossibilitas physica est in iis, qui non sunt sui juris.

3652 Difficultas est in discernendo, quando adsit *impossibilitas moralis*: pro qua re ita discurrit Cardenas *cit. c.* 5. 6. & 7.

Ad impossibilitatem moralem constituendam requiritur causa necessaria, seu urgens, quæ superet vires fragilitatis humanæ; talis censetur, si ex separatione sequatur valdè grave detrimentum in vita, fama, aut bonis: ita Doctores communiter: Bertaldus *de Peccatis in regulis prudentia in confessione*, 3. *Regula*, præsertim Leander *hic tr.* 5. *dis.* 7. *qu.* 36. 38. (qui tamen *in qu.* 39. plus æquo se extendit circa gravitatem detrimenti:) quia tunc non dicitur velle occasionem extrinsecam, sed pati, & permittere, ut damnum evitet.

3653 Iste autem, qui non potest repellere occasionem extrinsecam, tenetur vitare periculum formale peccandi per actus proprios, nimirum, 1. Per verum, & firmum dolorem de præteritis, 2. Per intensum, & solidum propositum solus cum sola non alloquendi; imò totis viribus mulieris aspectum vitandi: insuper, quòd si casu, aut aliqua causa, occasio occurret, Dei gratiâ non permansura, 3. Per verum propositum, & promissionem separationis, quando erit possibilis, adhibendo interim impossibilitate morali, 4. Per servitutem orationem pro divino auxilio, & frequentiam sacramentorum, maximè confessionem cum eodem confessario; à quo modo vitandi periculum formale per actus proprios nulla causa sufficit ad excusandum, etiamsi adsit periculum vitæ, quia præfata media non sunt firma detestatio peccati, propositum constans, & imploratio divini auxilii, &c. sed in potestate cujuslibet hominis, adeòque ad illa quilibet homo tenetur, etiam cum periculo vitæ; nam quilibet homo tenetur ad vitandum peccatum mortale, etiam cum periculo vitæ.

3654 Non sufficit propositum remissum, & tepidum, quia non est sufficiens ad vitandum, aut saltem extenuandum periculum formale peccandi; sed requiritur vividum, efficax, & constans.

3655 *Sit exemplum*: Puella post diuturnum tempus concubinatûs, conscientiæ morsibus mota accedit ad confessarium, exponens impossibilitatem moralem exeundi ex ea domo, seu necessitatem moraliter permanendi, quia aliàs, utpotè omnibus destituta, aut fame periret, aut majus malum, nempè in publicum meretricium caderet; confessarius cognita impossibilitate morali occasionem extrinsecam repellendi, eam monuit, ut periculum formale vitaret, aut saltem extenuaret per actus proprios, & resistendo, uti suprà: respondet mulier se non posse elicere firmum, & efficax propositum resistendi libidini eo quatenus resistendo incurrit eandem impossibilitatem moralem, quoniam certò cognoscit, quòd tunc è domo expelleretur, & ita eadem mala incurreret.

3656

3656 In hoc caſu confeſſarius non poteſt puellam abſolvere, niſi è domo illa exeatur; quia impoſſibilitas moralis excuſat à repellenda occaſione extrinſeca, at non tollit à propoſito firmo repellendi periculum formale per proprios actus, ob rationem etiam, adeóque in hoc caſu impoſſibilitas moralis dicti propoſiti eſt vincenda per relationem occaſionis extrinſecæ.

3657 Ita igitur puella non poteſt abſolvi, nec deobligari à repellenda occaſione extrinſeca, quia non habet efficax, & conſtans propoſitum vincendi periculum formale per proprios actus, & reſiſtendi conſtanter, non obſtante, quòd ſit è domo expellenda: ita fuſè diſcutit Cardenas *cit.* Quidem tantum ad paritatem de concubinario, qui ob impoſſibilitatem moralem excuſatur ab expellenda muliere, *in cap. 7. art. 3. num.* 148. reſpondens, ait. *Diverſa itaque eſt ratio in concubinario, qui urgentiſſimâ neceſſitate coëxercinet fœminam: iſte enim poteſt per propoſitum efficax, & implorationem divini auxilii extenuare periculum peccandi: hæc autem fœmina non poteſt illud extenuare propoſitum, & alia media, niſi expellenda ſit à domo, ut ſupponit hypotheſis.*

3658 Caſus contingere poteſt, ut occaſio proxima ſit voluntaria viro, ſed involuntaria mulieri. Voluntaria viro, in quantum ipſe libenter petit, & quærit. Involuntaria mulieri, in quantum ob ſui pulchritudinem experta eſt, quòd etiam in aliis domibus eandem occaſionem eſt paſſa, nec alium modum vivendi ſine eodem periculo habet, aliunde ipſa non quærit virum, ſed paſſivè ſe habet, & patitur: Et conſequenter, quòd ipſa poſſit abſolvi, quatuor præmiſſis conditionibus. Vide *in prop.* 41. ab Alex VII. *dam. & in prop.* 42. ab Innoc. XI. *damn.*

CIRCA OCCASIONEM PROXIMAM, QUAM QUIS PATITUR.

3659 PLura congerit Sieri in ſuo opuſculo de Sacr. Pœnit. in editione de ann. 1698. ut ſequitur.

„ *Quamvis quis fuerit in occaſione proxima*
„ *peccandi mortaliter, eſt tamen diſpoſitus,*
„ *ſi eam nolit, ſed patiatur, dummodo adhi-*
„ *beat alia remedia neceſſaria ad vitan-*
„ *dos relapſus.*

„ HAnc propoſitionem concedit communis ſenſus Theologorum. Et ratio eſt,
„ quia in tantum, qui voluntariè verſatur in
„ occaſione proxima, quam potens tollere
„ non vult tollere, non eſt diſpoſitus ad ab-
„ ſolutionem Sacramentalem, quia habet
„ actualem voluntatem peccandi, adeóque
„ caret propoſito ſufficienti: Quòd autem
„ habeat voluntatem actualem peccandi, pa-
„ tet, tùm quia vult cauſam, ex qua ſequitur
„ peccatum, unde cenſetur velle peccatum;
„ tum etiam quia non vult adimplere id, ad
„ quod tenetur ſub peccato; tenetur autem
„ ſub peccato ad removendam occaſionem
„ proximam peccati. At hæc non militant in
„ eo, qui patitur occaſionem proximam pec-
„ candi, quia non vult cauſam peccati, a-
„ deóque non cenſetur velle peccatum; nec
„ voluntariè omittit adimplere id, ad quod
„ tenetur, quia non tenetur ad id, quod
„ moraliter non poteſt præſtare. Doctri-
„ nam hujus rationis brevibus complexus
„ eſt Sanctus Baſilius *in conſtit. Monaſtic. cap.*
„ 4. *fol.* 489. ubi dicit in hujuſmodi caſibus
„ hominem non amare periculum, ſed illud
„ invitum ſubire. Videatur etiam Div. Tho-
„ mas 2. 2. *q.* 10. *art.* 9. *in corpore.* Ex hac ra-
„ tione apparet, cauſam excuſantem ad non
„ removendam occaſionem proximam pec-
„ candi, talem debere eſſe, ut reddat remoti-
„ onem

„ onem moraliter impossibilem, adeóq; non „ sufficere ad non fugiendam occasionem „ proximam peccandi causam aliquam uti- „ lem, aut honestam: quod adeo verum est, ut „ opposita sententia damnata fuerit ab Inno- „ centio XI. Et quidem meritò, quia Cha- „ ritas propria dictat, quòd nulla utilitas sit „ præferenda periculo proximo peccandi. „ Nec ulla ratio honestatis potest cohonesta- „ re perseverantiã in periculo proximo pec- „ candi, adeò ut magnum bonum non solùm „ temporale, sed nec etiam spirituale possit „ reddere licitum, quærere directè occasio- „ nem proximam peccandi, ut idem Pontifex „ declaravit, damnans oppositam sententi- „ am. Addo nec sufficere quamcumque ne- „ cessitatem permanendi in occasione proxi- „ ma peccandi ad hoc, ut aliquis teneatur il- „ lam non removere. Est ergo requisita talis „ necessitas, ut reddat moraliter impossibile „ tollere occasionem proximam: Hæc autem „ necessitas esset gravis infamia, magnum „ damnum, atq; incomodum gravissimũ, sive „ in tẽporalibus, sive in spiritualibus; hæc e- „ nim mala ingerunt moralẽ impossibilitatẽ.

„ Ex dictis sequitur primò, posse absolvi „ Chirurgum, quando sine suo gravi detri- „ mento, vel infamia, non potest omittere „ exercitium suæ artis, quamvis in medendis „ fœminis experiatur voluntarias pollutio- „ nes, dummodò adhibeat alia remedia, quæ „ videri possunt necessaria ad evitanda pec- „ cata. Idem judicium fero de viris fundenti- „ bus christeres mulieribus. Sanchez *lib. 9. de* „ *matr. disp. 45. & alii.*

„ Sequitur secundò: Confessarium etiam „ non Parochum, esse dispositum ad absolu- „ tionem Sacramentalem, etiam si nolit re- „ cedere ab officio audiendi confessionem, „ quamvis in tali exercitio experiatur fre- „ quentes delectationes morosas, aut volun- „ tarias pollutiones, si abstinendo à [illegible] „ onali patiatur gravem infamiam, aut [illegible] „ bile detrimentum, & damnum [illegible] „ fortunæ, adhibeatque alia con[illegible] „ media. Toletus, Castropal. & alii.

„ Infertur tertiò, cum Navarro [illegible] „ *cap. 3. n. 21.* Delugo, *disp. 14. de poen.* „ 152. Suario *de pœn. disp. 32. sect. 1.* Regi- „ do *tom. 1. lib. 8. num. 19.* Graffis *p. 1. dec.* „ *cap. 27. n. 23.* Coriolano *de casibus re-* „ *vatis fol. 76.* Lopez *p. 1. instruct. cap. 22.* „ aliis communiter, Filios familias, [illegible] „ ri domum Patris deserere, quando in [illegible] „ set talis occasio peccandi, quam [illegible] „ re non potest, quia in hoc non est [illegible] „ dummodò verè pœniteat, & aliqua [illegible] „ geat emendatio, feratque proposi[illegible] „ hibendi alia media.

„ Infertur quartò, Adolescentem [illegible] „ peccantem cum filia domini, vel [illegible] „ la, si nequeat sine notabili damno [illegible] „ nem removere, esse dispositum, [illegible] „ in occasione permaneat, quia [illegible] „ vult, sed eam subit invitus. Tamen [illegible] „ *Sacr. pœn. disp. 3. q. 14.*

„ Infertur quintò, Mercatores, Sarto- „ æque aliorum officiorum personas, [illegible] „ teneri deserere Officia propria, [illegible] „ illis exercendis experiantur pro[illegible] „ casiones peccandi, si dicta officia [illegible] „ deserere sine notabili damno, [illegible] „ non haberent aliunde, ex quo vivere [illegible] „ stro Pal. *tr. 2. disp. 2. punct. 9. §. 3.* [illegible] „ rus, Graffis, & alii communiter.

„ Infertur sextò, cum Thoma Hurta- „ *tr. 1. cap. 7. resol. 5.* citante plures alios, [illegible] „ tharœdos, Magistros scholarum, & [illegible] „ absolvi posse, quamvis nolint [illegible] „ ria omittere, & quamvis in [illegible] „ antur occasiones proximas peccandi, [illegible] „ ad ea exercenda compellat urgens [illegible]

ra. Spectat autem ad prudentem Confessarium benè attendere in casu particulari, an verè subeunda essent gravia ista damna, aut incommoda, si Pœnitens hujusmodi occasionem tollat: Sæpè enim non est prudens in pœnitente timor dicti mali subeundi, quia est nimis facilis falli, dum credendi est.

Infertur septimò, cum communi: Adolescentem non teneri, vel suprà tabulam cubare, nè dormiat in lectulo cum sorore, quamvis expertus sit pluries peccasse; est enim gravissimum incommodum, supra tabulam, vel humi dormire; tenetur tamen alia media proportionata præstare: & ex eadem ratione optimè dixit Tancred. *tr. de Sacramento pœn. disp. 3. quæst. 14.* posse absolvi adolescentem, qui cum alio adolescente in lecto solet habere tactus impudicos, etiam si non proponat deserere lectum, si deberet humi cubare, & alia media præstet.

Infertur octavò: esse absolvendam Concubinam, vel Concubinarium, si nolint à cohabitatione separari, ob metum cadendi in constantem virum; ob metum incurrendi mortis, mutilationis, amissionis notabilis famæ, honoris; est enim necessitas urgens, quæ cogit. Thomas Hurtadus, & apud Leander *tr. 5. de pœn. disp. 7. qu. 74.* Debere tamen debet alia remedia efficacia, quæ absque isto gravi incommodo adhiberi potest.

Infertur nonò: posse absolvi, qui non firmiter ejicit fœminam, cum qua solitus fuit peccare, si gravissimum damnum in re familiari, ac pecunia deberet pati. Ovedeus *tom. 2. tr. 6. contr. 3. num. 163.* dummodò cohabitatio sit ad breve tempus, ut notat Castro Pal. *tr. 2. disp. 2. punct. 9. §. 3.*

Infertur decimò: esse dispositum ad absolutionem Sacramentalem illum, qui cum consanguinea, vel alia fœmina habitante in diversa domo, habet frequentes tactus inhonestos, quamvis nolit abstinere ab ingressu illius domi ob gravem infamiam, quam subiret, nisi ingrederetur. Navarr. *in sum. in cap. 3.* dummodò tamen adhibeat alia remedia.

„ An autem, si postquàm adhibita sunt alia „ remedia, & pœnitens sæpiùs absolutus in „ eadem relapsus sit peccata sine ulla emen„ datione, possit absolvi, quamvis nolit o„ mittere illam occasionem; est gravissima „ difficultas, atq; ea tota pendet ab illa quæ„ stione, an in tali casu teneatur pœnitens „ subire illud grave damnum, ut tollat occa„ sionem proximam. Non teneri ad hoc, a„ deóq; posse in prædicto casu absolvi, docet „ cum Vivaldo, & aliis, Cardinalis Delugo „ *de pœn. disp. 14. n. 156.* Ratio his Doctori„ bus est, quia si primâ vice non tenebatur, „ neque deindè tenetur; nam cùm occasio „ proxima non sit peccatum, sed dispositio „ ad peccatum, potest honestari ex illo „ gravissimo damno, quod ex remotione oc„ casionis subire deberet; & ut approbans „ hanc sententiam, ait Gobat. *in quint. tr. 5.* „ *c. 32.* in tali casu ille occasionē proximam „ patitur, non vult, sed permittit peccatum, se „ exponendo periculo cū proposito resisten„ di, quoad poterit. Quod adeò firmum est „ Cardinali Delugo, approbantibus Dicastil„ lo, & Gobat, ut dixerit, Petrum constitutum „ in periculo proximo peccandi, quod aver„ tere nequit, nisi incurrat extremam pau„ pertatem, & calamitatem, si haberet reve„ lationem, quòd sit tentationi succubiturus, „ non teneri illam occasionem removere; „ adeóque posse absolvi, si animum habeat „ utendi omnibus aliis mediis, quæ confessa„ rius prudens injunget. At oppositum docet

„ Suarez *de pœn. disp. 32. sect. 2.* cui assentior „ quia si adhibitis omnibus aliis mediis, perseverans in illa occasione proxima, non „ experitur ullam emendationem, videtur, „ quòd remotio talis occasionis sit unicum „ medium ad vitanda peccata, adeòque adsit „ obligatio tollendi tale periculum; nec ab „ hac obligatione eximitur ratione damni, „ quod passurus erit, juxta illud: *si oculus tuus, vel pes tuus scandalizat te, eripe eum*; „ & quidem debet homo, juxta Christi Domini præceptum, amittere potiùs omnia „ bona mortalia, ne animæ suæ detrimentum „ patiatur. A fortiori dabunt hanc doctrinam „ Tannerus *tom. 4. disp. 6. n. 112.* Lopez *in instructorio cap. 8.* Cajet. & Corradus, qui „ omnes docent, etiam si nulla alia media „ fuerint inutiliter adhibita, adhuc non obstante quocumque damno teneri hominem deserere occasionem proximam. Ad „ argumentum pro oppositâ sententia respondetur: Non teneri hominem, ante adhibita alia media, subire illud grave damnum ex remotione occasionis; quia hæc „ remotio non apparet unicè necessaria ad „ evitanda peccata; apparet tamen unicè „ necessaria, si post quàm adhibita sunt alia „ media, hæc videntur insufficientia ad impediendos relapsus: Unde non est mirum, „ si antequam adhibita fuerint alia media, „ homo sit dispositus ad Sacramentalem absolutionem, non verò post adhibita inutiliter alia media; nam in primo casu cum remotio occasionis non fuerit unicum medium, non tenebatur homo ad illud suscipiendum cum notabili incommodo: in secundo casu, cùm censeatur unicum medium, tenetur ad illud etiam cum notabili incommodo; adeóque, si illud adhibere renuat, non est dispositus ad Sacramentalem absolutionem.

„ Ubi obiter moneo Confessarios, qui non curent, quòd illi, quorum confessiones dirigunt, vivant cautè in usu opinionum etiam probabiliorum; potest enim accidere casus, quòd aliqua opinio considerata circumstantiis, appareat tuta & tuta hic, & nunc non sit tuta in praxi, vel quòd in praxi sit tractiva alicujus incommodi, mentis, adeóque illa eadem virtus, quæ prohibet illud inconveniens, prohibet etiam hic, & nunc usum illius opinionis. Vel potest accidere, quòd usus alicujus opinionis in praxi impediat aliquod medium unicum ad observantiam alicujus præcepti tutis, ad quam tenemur ex præcepto, quidem virtus obligat, ne deducatur in praxim illa sententia. Vel potest accidere, quòd usus alicujus opinionis sit cum periculo ruinæ animæ; hujusmodi sententiarum usum, & reverentia erga Deum, & amor propriæ salutis æternæ impellunt. G. qui probabiliter credit, se committere peccatum, si tali, vel tali occasioni se exponat, nat, nequit se illi occasioni committere, cèt etiam probabiliter judicet, nullum traturum peccatum; nam hoc secundum judicium potest esse fallax, ac propterea qui eo duceretur, traheretur ad periculum ruinæ, ut meritò, ac rectè discumbunt muniter scholastici contra paucos.

Hæc Sieri.

3660 In recensitis tamen corollariis [maximè quoad praxim] attendendum est vera impossibilitas moralis, & non potest: Et ubi ea est vera, si verè præmittuor remedia adhibeantur, & non prævaquod cõtingere potest in pluribus. Sic explum in corollario decimo, ubi non practicam impossibilitatem moralem inquam moralis impossibilitas est abstinendũ ab ingressu diversæ domũ

mulier, cum qua frequentes tactus inhonesti, est expertus? Sæpè quis occupationis suæ, vel inconvenientis causa, solet diu desistere ab accessu domûs mulieris, quam frequentare debebat, absque ulla impossibilitate moralis, & absque eo, quòd inde gravis infamia oriatur: hoc igitur idem, quod practicari necessitate; cur non potest practicari sine necessitate?

3661 Insuper Cardenas *disert. 40. num. 17.* necè ait, cadere sub damnatione Innoc. *pag. 62.* opinionem (quam non pauci docent) nempè *licitum esse non fugere occasionem proximam cum jactura divitiarum, seu bonorum fortunæ*: Non enim limitat ad urgentem necessitatem moralem concubinatus; neque ad impossibilitatem moralem. Quæ alia causa, quàm afferunt, ut concubinarius non teneatur expellere occasionem proximam, manet intra terminos solius utilitatis, atque in terminis comprehensis sub damnatione.)

3662 In quolibet ergo casu occasionis proximæ, quam quis patitur, non est danda circa absolutio, nisi impossibilitas moralis ibi sit, & quatuor remedia verè ab eo adhibeatur, *juxta dicta à num. 3652. ad 3667.* Cæterùm est attendendum, ne fiat palliatio, & passio obcæcet. Et favet monitum in fine P. Sieri in fine, De occasione proxima voluntaria agit Ant, à Spir. Sanct. de Sacr. *pœnit. tr. 5. disp. 3. à n. 127. ad 183.*

QUÆRES I.

3663 *Sacerdos, qui est in occasione proxima, quatenus retinet domi concubinam sacris indutam vestibus in Sacristia confitetur, & promittit Confessario, se ejecturum concubinam. An Confessarius debeat illum absolvere?*

Resp. Nec debere, nec posse, maximè, si facta interrogatione, reperiat idem aliis vicibus promisisse, & non servâsse promissum. Ratio est; quia ex una parte negando absolutionem, impedit periculum nullitatis sacramenti, & sacrilegii ob periculum indispositionis Sacerdotis, quæ quidem stantibus circumstantiis rationabiliter præsumitur. Ex alia parte non facit injuriam Sacerdoti; quia potest sibi providere per veram contritionem, *v. t. 3. à n. 279.*

QUÆRES II.

3664 *An Confessarius possit permittere pœnitenti, qui concubinam dimisit, ut adeat domum accedat ad visendos filios, quos ex ipsa genuit?*

Affirmat Sancius *in selectis disp. 10. num. 9.* si non sit periculum reincidentiæ, nec scandalum, in quantum constet de emendatione.

Sed rectiùs Clericatus *cap. 122. num. 33.* cum Diana docet, non debere accessum permittere sine necessitate, & tunc non nisi cum probis sociis: *v. num. 3646.*

PRUDENTIA CUM RECIDIVIS

3665 Recidivitas, seu consuetudo peccati, propriè distinguitur ab occasione proxima; quia occasio proxima *ex num. 1044.* ultra periculum formale peccandi dicit occasionem extrinsecam, consuetudo verò est frequens reincidentia in idem peccatum, sine emendationis apparentia, orta ex intrinseca fragilitate; hinc consuetudinarius, & recidivus dicitur juvenis, qui frequenter se polluit, nullam emendationem ostendens; hic quidem non tenetur ad occasionem repellendam, quia occasio est ipsa fragilitas carnis juveni intrinseca, & involuntaria; tenetur ad periculum formale vitandum, aut saltem extenuandum per actus proprios supernaturales.

3666 Nomine autem consuetudinarii, & recidivi, quoad prudentiam confessarii, veniunt etiam illi, qui sunt in occasione proxima extrinseca involuntaria, ob impossibilitatem physicam, aut moralem eam repellendi. Bertaldus *in Reg. prud. cit.* & Tamb. *tom. 2. in meth. Confes. lib. 3. c. 3. §. 4.*

3667 Item, *aliud est* [ait Cardenas] *negare consuetudinario absolutionem, donec auferat consuetudinem; & aliud per unam, vel alteram hebdomadam absolutionem differre, ut vim sibi inferat contra consuetudinem*: his præmissis.

3668 Dico, 1. Confessarius, si vel ex præviis monitionibus, vel ex proprio remorsu videt in consuetudinario aliquam emendationem, quatenus non cum tanta frequentia, sed rariùs cadit, debet illum absolvere; Tamb. & Bertaldus *cit.* quia tunc pœnitens est dispositus, & stante aliquâ emendatione, habet jus ad absolutionem, & denegatio, aut dilatio absolutionis, posset eum desperare, ut caderet in pejus. Hinc

3669 Dico, 2. Confessarius dèsperans de emendatione consuetudinarii, si prudenter discernit eum non habere verum propositum non peccandi, sed remissum, aut oretenus, debet absolutionem denegare, aut differre, donec reperiat eum dispositum cum firmo proposito non peccandi. Si verò in eo discernat verum propositum non peccandi, potest liberè eum absolvere, sed etiam potest absolutionem differre. Cardenas *dis. 39. cap. 5.*

Assertio tres habet partes: ratio primæ, quia tunc pœnitens non est dispositus, cùm ei deficiat verum propositum.

3670 Ratio 2. Quia tunc pœnitens est verè dispositus, adeóque potest confessarius illum absolvere, juxta illud Trid. *sess. 14. cap. 2. Pœnitentes per Sacerdotum sententiam non semel sed toties, quoties ad pœnitentiæ Tribunal confugerint, posse ab admissis peccatis liberari*; & D. Hieron. *Epist. 46. ad Rusticum. Non solùm septies, sed septuagies septies delinquenti, si convertatur ad pœnitentiam, peccata condonantur*: *v. num. 3073.*

3671 Ratio 3. quia confessarius non solùm est judex, sed etiam medicus; & quia latio absolutionis est validum remedium curandum, aut saltem extenuendum morbum consuetudinis peccatij; ideò potest confessarius illud adhibere, quandò prudenter expediens judicaverit. *Ad hoc autem* [ut innuit Cardenas *cit. cap. 2. n. 12. magna requiritur prudentia in confessario; nam remedia quæ aliquibus prosunt, alios possunt vitæ diversas infirmorum dispositiones.* Et eam insinuat Conc. Later. *in cap. omnis utriusque sexûs*, dicens; *Sacerdos autem sit discretus, & cautus, ut more periti medici superponat vinum, & oleum vulneribus sauciati.*

Confessarius igitur sit medicus, non carnifex, & ejus finis sit ovem lucrari, non tondere: *v. prop. 60. ab Innoc. XI. dam.* & 3052.

PRUDENTIA CUM MERETRICIBUS

3672 TAmb. *in meth. Conf. lib. 3. cap. §. 5.* cum Bauer, & Nav. *cit.* tenet, meretricem in lupanari existentem posse absolvi concurrentibus tribus, videlicet, 1. justâ causâ permanendi in eo loco quatenùs hic, & nunc alium non habet, & tamen ut omni conatu curet alio abire, 2. rà detestatione peccati, 3. constanti proposito Dei auxilio non peccàdi in ea occasione.

3673 Dico: si hujusmodi meretrix accedat ad confessarium sponte, ex vera pœnitentiæ dine, & cum eximio dolore, tunc potest solvi concurrentibus dictis tribus, nam ut à *num. 3652.*

Si verò accedat tempore Paschali, ut sacrificium præcepto, non debere statim absolvi, sed differendam esse absolutionem juxta prudentiam confessarii, attentâ ejus frequentia ad peccandum; quia tunc potest prudenter dubitare, an propositum sit efficax, & firmum. Eximitur semper casus, quo ista extraordinarium dolorem, & propositum haberet, ut confessarius prudenter discerneret, non à Deo efficaciter tactam, & victam: tunc quidem expediens est, ut statim absolvat, admonitionibus confirmet; & sacramentorum gratiâ muniat.

CAPUT VI.

De Peccatis.

PECCATUM PHILOSOPHICUM.

3674 CElebris, sed non satis clara est divisio peccati actualis *in philosophicum, & theologicum*: quamplurium autem confusione seclusâ,

Hæc quidem divisio solùm habet locum actibus ab intrinseco malis, ut perjurio, homicidio, odio Dei, &c. hoc præmisso.

3675 Dico: *Peccatum Philosophicum, & Theologicum*, non distingui nisi penes diversas considerationes; idem enim peccatum v. g. homicidium innocentis, dicitur *philosophicum* consideratum, ut contrariatur naturæ rationali, seu rationi: dicitur *Theologicum* consideratum, ut offensa Dei, & contrarium legi æternæ: consideratio enim rationis, & virtutis moralis naturalis est philosophica; consideratio verò Dei, ejusque legis æternæ est Theologi: Hinc homicidium innocentis consideratum, ut contrarium principio naturali: *Quod tibi non vis, alteri ne feceris*, dicitur peccatum philosophicum; consideratum verò, ut contrarium legi æternæ, Theologicum.

Reverà tamen, & ex natura rei idem peccatum, nempè idem homicidium innocentis est philosophicum, & theologicum, quia eo ipso, quòd adversatur rationi naturali indispensabiliter, adversatur Deo, ejusque legi æternæ, adeóque est offensa Dei, & peccatum Theologicum. Unde non datur peccatum philosophicum re ipsâ, & in praxi à Theologico separatum; non enim dari potest homo legis naturalis invincibiliter ignarus.

3676 Lex namque æterna interior Dei *num.* 142. non consistit in imperio libero ad extra, sed in judicio intellectûs repræsentantis bonum, & malum naturale, & in actu voluntatis divinæ reprobativo, & displicentiæ circa malum, approbativo, & complacentiæ circa bonum, explicato per verbum indicativum, *Nolo* malum, v. gr. homicidium, *Volo* bonum, v. g. dilectionem proximi.

3677 Quæ lex (ut vides) est naturalis, & necessaria, estque lex propriè dicta, & obligatoria, quia actum divinæ voluntatis includit. Quæque lex nobis innotescit, & intimatur independenter à revelatione, & locutione libera extrinseca, sed per lumen naturale, eo tempore, quo homines usum rationis accipiunt, ita ut usus rationis sit dictæ legis notificatio, & intimatio; hinc per hujusmodi legem incipiunt discernere inter bonum, & malum, adeóque ex eo tempore lex naturalis incipit obligare. Quare, si non supervenisset lex externa Dei per revelationem, & locutionem liberam factam Moysi, prohibens homicidium, & præcipiens dilectionem, adhuc obligati essemus ad non occidendum, sed diligendum; hujusmodi namque locutio, seu impertum liberum, non est aliud, nisi externatio legis æternæ naturalis interioris.

3678 Quòd autem detur hujusmodi lex

naturalis intimata nobis per usum rationis, & naturæ lumen, independenter ad omnem promulgationem externam, suadet Regius Psaltes in Psal. 4. qui, cùm interrogasset: *Quis ostendit nobis bona?* ut scilicet ea sequamur, respondet: *Signatum est super nos lumen vultûs tui Domine.* Hinc Paulus ad Rom. 2. *Gentes naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, & sibi ipsi sunt lex, & ostendunt opus legis inscriptum in cordibus suis.* Et tandem Cicero, 1. de legibus, legem naturalem definit, quòd sit *Ratio summa insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria.*

3679 Insuper ultra lumen naturæ legem æternam cunctis hominibus intimans, & Deum esse demonstrans (Dei namque existentia est naturaliter cognoscibilis) dantur divina auxilia sufficientia, ut non detur in praxi ignorantia invincibilis Dei, & legis naturalis æternæ.

3680 Firmiter demonstratur ex seria, & sincera Dei voluntate, quâ teste Apostolo, 1. ad Tim. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire.* Super quo præclarum est testimonium D. Clementis Rom. *lib. 2. constit. Apost. c. 59. Ex ore Domini nostri Jesu Christi audivimus, & perfecte scientes didicimus, quæ sit voluntas Dei, bona placens & perfecta, per Jesum Christum nobis demonstrata, ut nullus intereat, sed universi homines unanimi sententia credentes ei, & unanimem laudem ferentes in eum vivant in æternum.*

3681 Ex quo fit, ut nullum hominem Deus destituerit mediis sufficientibus, & necessariis ad sui, & fidei cognitionem. Et quidem suâ universali, & mirabili providentiâ, teste Joan. *c. 1 Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Hinc Theologi docent, nullum ex infidelibus esse, quem Deus per se ipsum, aut per Angelum custodem non illuminaverit, vel explicitè, prædicatores mittendo; vel implicitè, nè suggerendo fidem; sive implicitè, subtrahendo, quòd secta, in qua versatur, falsa, ac proinde veram inquirat; quod quidem falsum suadetur, tam ex recensito testimonio Joannis, quàm ex diligenti Angelorum custodia; quoniam sicut Angelus tentatorem semel fideles vexat circa mysteria fidei, ita credibile est, quòd Angelus Custos non semel infidelibus inspiret, quòd secta, in qua versantur, sit falsa.

3682 Præterea efficacibus, & præcipuis mediis munire volens (ut ait Paulus ad Corinth. 5.) *Pro omnibus mortuus est Christus: ut & qui vivunt, jam non sibi vivant sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit*: adeóque nullus hominum est ex infidelibus, & infidelibus gentilibus, & actualiter influxum à Jesu Christo non accipiat. Vide *in prop. 4. 5. & 6. ab Alex. VIII. dam.*

3683 Hinc colliges, in actibus ab omni peccato malitiæ philosophicæ esse immunibus, aliter annexam malitiam theologicam, id est offensam Dei, & peccatum mortale, quam respondet pœna æterna, à cujus incurrendi gratia non excusat; quia pœna æterna non est pœna extraordinaria, ut censura, &c. sed ordinaria, & quasi naturalis, annexa culpæ mortali; adeóque qui libere, & advertenter consentit in malitiam moralem naturaliter gravem, tacitè consentit in pœnam æternam, quoniam nedum philosophicè, sed theologicè peccat, cùm offendat Deum.

3684 Hâc ratione, qui in lege naturæ contra eam graviter deliquerunt, peccarunt mortali, & theologicò peccaverunt, & à eo decesserunt, damnati sunt, ut in Gentili contingere potuit.

3685 Totam rem mirè firmat, & il-

Apost. ad Rom. *cap.* 2. dicens: *Quicumq; sine lege peccaverunt, sine lege peribunt*: Gentis (inquit Lyranus) legem scriptam non habentes, quales fuerunt Gentiles, sine lege scripta peribunt, quia habuerunt legem naturalem bonum, & malum ostendentem; ideo Gentiles operantes contra dictamen illius legis, merebantur puniri, & viventes secundum ipsam, præmiari. Unde concludit Apost. *Cum enim gentes, qui legem non habent*, scilicet Mosaicam, *naturaliter ea, quæ legis sunt faciunt*; scilicet ex naturali dictamine rectæ rationis, *ejusmodi legem non habentes*, scilicet Mosaicam, *ipsi sibi sunt lex*; ideſt ratio naturalis, quæ est principalior pars hominis, propter quam dicitur totus homo, ipsa quidem est eis lex, quia lex scripta divina, vel humana, est à lege naturali derivata, quantum ad agibilia; quæ prima principia agibilium sunt impressa intellectui practico, ex quibus derivantur leges quasi quædam Conclusiones.

3686 Proinde Apost. *c.* 5. ut removeret fictionem quamdam, quæ fieri posset, de peccatum, utpotè quod definitur *transgressio legis divinæ*, non fuerit ante legem scriptam, inquit: *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo*; quia licet antea non erat lex scripta, erat lex naturalis inserta mentibus humanis. *Peccatum autem* (prosequitur Paulus) *non imputabatur, cùm lex*, scilicet scripta, *non esset*. Non quia Deus non imputaret illud in offensam, & ad pœnam; sed quoniam tam creverat Gentium malitia, & usus carnis, quòd lex naturalis fuerat obscurata, in tantum, ut ejus transgressionem homines non reputabant peccatum, sed peccata sicut aquam bibebant, & sine rubore etiam publicè committebant; unde in Genesis 6. dicitur: *Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra*. Et Genesis *cap.* 19. *Delebimus enim locum istum, eo quòd increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos, ut perdamus illos*. Unde Sancti Patres dicunt, hanc, scilicet offuscationem legis naturalis, fuisse unam ex causis, ut Deus legem scriptam dederit,

3687 Reverà tamen ante legem scriptam fuit peccatum; quia fuit lex naturalis, cujus transgressio est peccatum. Constat ulteriùs ex pœna, nam ait Apost. ad Rom. 5. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors*, in pœnam; propter peccatum enim Deus ante legem scriptam punivit aquis diluvii totam carnem & igne Sodomorum Urbes. Hinc teste eodem Apost. ad Eph. *c.* 5. *propter hæc enim*, scilicet fornicationem, immunditiam, & avaritiam, *venit ira Dei in filios diffidentiæ*.

3688 Hinc meritò ab Alex. VIII. die 24. Augusti 1690. damnata fuit propositio sequens:

Peccatum philosophicum, seu morale, est actus humanus disconveniens naturæ rationali, & rectæ rationi; theologicum verò & mortale, est transgressio libera divinæ legis. Philosophicum quantumvis grave in illo, qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei neque æterna pœna dignum.

3689 Exinde excluditur primò error eorum, qui conceptus formales peccati Philosophici, & Theologici, solùm metaphysicè (& ut meliùs dicam) secundùm diversa connotata, & varias considerationes distinctos in re, & practicè separantes, insuper ignorantiam Dei invincibilem practicè, imo regulariter admittentes, dixerunt, Americanos, Romanos, & Gentiles, qui vitam adulterijs, stupris, furtis, & homicidiis plenam duxerunt

xerunt, non peccasse peccato theologico, quia Deum non cognoverunt; sed solùm peccato philosophico, in quantum præmissa delicta solùm contraria rationi naturali cognoverunt; ac proinde non commisisse offensam Dei, nec fuisse æternâ pœnâ dignos.

3690 Secundò excluditur error eorum, qui Molinistarum errores sectantes, & latam viam peccandi licentiæ aperire volentes, præcisiones objectivas, imò & formales, practicas, ac physicas chymerizavere, dicentes animas unitas, tentationibus carnis urgentibus, non debere curare, quid agant sensus; sed in Dei amore, & unione persistere; & si tunc sensus in libidines, etiam viri cum muliere prorumpant, non peccari Theologicè; quia nec offensam Dei, nec Deum actu cognoscunt. Quæ major fatuitas? Prætendunt sistere in unione, & amore Dei, & simul illum non cognoscere. Stulte: Si Deum non cognoscis, quid amas? Idolum.

3691 Ad peccatum igitur theologicum, non requiritur, quòd fiat ex intentione expressa contrariandi Deum, seu legem naturalem æternam; quia hoc adderet rationem contemptûs formalis: sed quòd actu cognoscatur esse contrariù Deo, seu legi naturali æternæ. Adeóque peccatum philosophicum, seu actus ab intrinseco malus, si sit voluntarius, quatenùs scilicet cognitus esse contra rationem, adhuc est volitus, necessariò est offensa Dei; quia est contra legem æternam, & inde contra ejus legislatorem, qui est Deus.

PECCATUM THEOLOGICUM

3692 ACtuale ex D. August. *Est dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam*; per Scotum, *est carentia rectitudinis debitæ inesse actui.* Quæ definitio licèt propriè competat peccato commissionis, ex ea tamen hauriri potest definitio peccati omissionis, quòd sit *non dictum, non factum, vel non concupitum contra legem æternam.*

3693 Clariùs: *Peccatum commissionis* est id, quo fit id, quod prohibetur: *Peccatum omissionis est*, quo omittitur id, quod præcipitur.

3694 *Peccata spiritualia* sunt, quæ sumantur per potentias spirituales, ut superbia, ira, &c. *Carnalia* sunt, quæ consumantur per potentias carnales, ut furtum, homicidium, fornicatio, &c. Item peccatum actuale dividitur in peccatum *cordis, oris & operis*, quatenùs tripliciter peccari potest, *cogitatione, verbo, & opere.*

3695 *Peccatum habituale* est macula delicta in anima ex peccato actuali manente permanente.

3696 *Peccatum originale* est carentia justitiæ originalis transfusa ab Adamo per naturam seminalem in posteros.

3697 *Vulnera peccati originalis* sunt quatuor, *Ignorantia, malitia, concupiscentia & infirmitas.* Quæ vulneratio orta est ex dissolutione illius ordinis, & armoniæ, quæ erat in justitiæ originalis habebatur, ut corpus mæ, sensus rationi, & ratio Deo plene ceretur. *Ejus pœna* est exclusio à vita

3698 Et quamvis hæc quatuor sint præcipuè effectus peccati originalis etiam effectus peccati actualis, mortalis; nam per illud ratio obscuratur in agendis, voluntas malum, induratur ad bonum, tentationes vincendas, & ad bonum aggrediendum; denique potentia & sensus magis fervent ad malum.

PECCATUM MORTALE, ET VENIALE

3669 DIfferunt, quia *Mortale* primum gratiæ sanctificantis

Deo inimicum, & dignum pœnâ æter-
Veniale verò non est hujusmodi, sed so-
impedit, ne homo in ferventiores actus
tos, & charitatis prorumpat. Quæ diffe-
est à posteriori, & ab effectibus. A pri-
autem per Scotum *in 2. d. 21. quæst. 1 litt.*
Peccatum mortale à veniali differt per
quòd mortale est *privatio rectitudinis*
ad Deum beatificè consequendum: Ve-
est privatio rectitudinis non necessariæ,
ibus ad Deum beatificè consequendum.
veniale dicitur dignum veniâ.

1700 Peccatum aliud est mortale, vel ve-
genere suo, seu ex objecto, aliud per
ens ex circumstantiis adjunctis. Morta-
genere suo est illud, quod est contra le-
graviter obligantem: Veniale ex gene-
est illud, quod est contra legem levi-
obligantem.

1701 Unde per hoc, quòd aliquis actus
contra consilium, non sequitur, quòd sit
mum: constat *ex 1. ad Cor. 7. De Virgi-*
præceptum Domini non habeo, consilium
do, hinc qui nubunt, neque venialiter
Deratione igitur peccati sive mor-
ve venialis est, quòd sit contra legem:
Apost. ad Rom. 4. *Ubi non est lex, neq;*
cratio: & ibidem, c. 7. Non cognovi
am, nisi per legem.

1702 Legem graviter obligare, vel levi-
gnoscitur, vel ex modo loquendi Scri-
il pœnam æternam, v. gr. comminet,
vel non: vel ex declaratione Ecclesiæ:
communi sensu Doctorum. Sit exem-
Apost. enim ad Galatas 5. postquam
set peccata contra præcepta decalogi,
sibi subdit: *Qui talia agunt, Regnum*
non consequentur. Loquendo autem de
otio, &c. ad Eph. 5. non comminatur
em, sed solùm ait: *Quæ ad rem non*
pertinent.

Lex igitur intendit obligationem, consilium verò perfectionem,

MORTALE, ET VENIALE PER ACCIDENS.

3703 QUando dicitur mortale fieri veniale per accidens, & econversò, non est sensus, quòd actus, qui est mortalis, fiat venialis, aut econversò; sed quòd materia, quæ ex genere suo esset mortalis, aut venialis, ratione circumstantiæ adjunctæ sit venialis, aut mortalis. In hoc sensu.

3704 Peccatum ex genere suo mortale fieri potest veniale, 1. *Ex imperfectione actûs*, scilicet ex defectu plenæ advertentiæ, aut libertatis, de quo fusè modò: qui defectus potest universaliter dari in qualibet materia.

3705 2. *Ex parvitate materiæ.* Parva materia *est illa, quæ suppositâ gravitate finis, judicio prudenti parum conducit ad dictum finem à Legislatore intentum.* Hinc, quia judicio prudenti labor unius horæ parum conducit ad finem vacandi Deo die festo, multũ verò labor sex horarum; ideò ille erit materia parva, & venialis, iste magna, & mortalis.

3706 Parvitas materiæ à mortali excusans non datur in omnibus materiis; non enim datur in materia infidelitatis, in simonia de jure divino, in juramento falso assertorio, in materia luxuriæ, ut fusiùs dictũ est in propriis locis. Parvitas materiæ non datur in illis materiis, in quibus ex ratione per se prima objecti oritur notabilis oppositio ad virtutẽ, quæ circa illud versantur, ut in allatis exẽplis, v. gr. in actu hæresis contra fidẽ; datur verò in illis materiis, in quibus ex ratione per se prima objecti oritur oppositio ad virtutem, neq; gravis, neq; levis, sed talis est ratione per se secunda. Sic furtũ opponitur contra justitiam ratione dãni proximi, quod non est grave, aut

leve ex ratione per se prima damni proximi, sed ratione quantitatis rei, aut conditionis personæ.

3707 Peccatum ex genere suo veniale fieri potest mortale per accidens, 1. *ratione conscientiæ erroneæ, de qua in num. 9.*

3708 2. *Ratione contemptus, aut inobedientiæ formalis. Contemptus formalis.* Habetur, 1. quando præceptum violatur, eò quia contemnitur præcipiens formaliter, ut superior est; seu quando præceptum violas, eò quia ipsi, aut superiori subjici renuis: & hoc est peccatum superbiæ consumatæ, 2. Quando non vis obedire præcepto, aut superiori, quia præceptum est, vel quia superior est; & hoc est peccatum inobedientiæ formalis.

3709 Qui peccat contemptu formali, duo peccata committit in confessione exprimenda, unum contra virtutem, cujus est præceptum, alterum contra obedientiam, vel contra Religionem, si Deum præcipientem contemnat.

3710 Qui contemnit contemptu materiali præceptum humanum leve, aut grave in materia levi, venialiter peccat; mortaliter autem, si sic contemnat præceptum divinum. Contemptum materialem in præsenti voco, quo quis præceptum violat, ex eo quia contemnat præcipientem sumptum non formaliter, ut superior est, sed materialiter ut talis homo est, v. gr. quia est indiscretus, imprudens, indoctus, indignus, &c. ratio est, quia in 1. casu contemptus dicitur non absolutus, sed secundùm quid, quo contemnitur homo talis, non potestas, ac proinde injuria non redundat in Deum, *à quo est omnis potestas*; in 2. casu injuria fit Deo, qui etiam quoad esse Dei est summâ reverentiâ dignus.

3711 Item non peccas mortaliter, si rem levem parvipendas, non quia præcepta est, & relatè ad præcipientem formaliter sed ira, aut quia res levis est. Idem est, si parvipendas rem levem præceptam præcepto ex eo quia præcisè res levis est; si autem tes vile præceptum Divinum, aliàs blasphemiam committeres, & facile *v. n.* 2070.

INOBEDIENTIA FORMALIS

3712 Est vitium inclinans ad non fa dum, quod jubetur, ex eo pr liter, quòd jubetur. *Materialis* est, qu nat ad non faciendum, quod jubetur. *dientia formalis* importat malitiam cam inobedientiæ in confessione expr dam. *Inobedientia verò materialis*, e cumstantia generalis inclusa in omn to, ac proinde non involvit malitiam dientiæ, nec est in confessione expr nisi præsuppponat præceptum specialiter obedientiam intendea furatur, regulariter solùm com tiam furti, minimè inobedientiæ, si sit ulteriùs prohibitum sub præcepto li obedientiæ.

3713 Præceptum formale obe betur, quando superior præcipit: *I sanctæ obedientiæ, In nomine Christi,* forma; & tunc teneris obedire sub quia intendit obligare quantùm pot veniali, vel nullo, si alia forma utat sem. *lib. 4. c. 1. dub. 4.*

3714 Declaratur: ut præceptum su ris obliget sub mortali, duo simul re tur juxta dicta de lege, *n.* 149. num perioris intentio, quâ intendat sub obligare, & gravitas materiæ; nam superior sub veniali obligare in mate vi. Gravitas autem in materia confes test vel secundùm se, vel ratione cumstantiarum; hinc quamvis non p perior præceptum sub mortali ob

...ere in materia omnino levi, potest tamé, ...teria, quæ est in se levis, sit gravis ex ...s, & circumstantiis, ut dictum est in *tom.* ...n. Unde præceptum formale obedien- ...dictum scilicet in virtute sanctæ obedien- ...&c. supponere debet in materia gravita- ...secundùm se, aut ratione finis, & cir- ...dientiarum.

3715 Hoc præmisso. Quando gravitas ...cepti, & intentionis superioris non con- ...tate est desumenda ex gravitate formæ ...ctum.

Gravitas formæ verborum habetur, si ...ceptum imponatur, non verbis commu- ...*Præcipimus, injungimus, mandamus,* ...*mus, & similibus*: sed verbis specialibus, ...*rmate S. Obedientiæ, in nomine Christi,* ...*ulsatione divini judicii, sub pœna ma-* ...*ioris æterna, &c. ut à n.* 173. Donatus ...*t. tract.* 17. *qu.* 12. 13. & 14.

3716 *Inobedientia formalis*, semper in- ...malitiam gravem, etiam si materia sit ..., quia involvit contemptum superio- ...præceptoris ut talis. Inobedientia ma- ...s, supposito præcepto obedientiam in- ...ræ, est gravis, vel levis juxta gravita- ...vel levitatem materiæ, & juxta dicta ...3710.

3717 Religiosus ex vi voti obedientiæ ...tenetur ad obedientiam formalem, sed ...alem; quia non vovet obedientiam ...alem, & sub motivo obedientiæ, sed ...nam materialem, videlicet execu- ...em rei, quæ præcipitur, ex quocumque ...o præcipiatur: hinc à mortali excusa- ...levitate materiæ, *v. à n.* 2057. *ad* 2071.

3. RATIONE PERICULI PROXIMI.

3718 De eo actum est *à num.* 3637.

QUÆRES I.

3719 *An, qui concupiscit mulierem, cujus statum ignorat, aut mulierem in communi, peccet peccato stupri, adulterii, vel sacrilegii?*

Negat Tamb. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *n.* 13. quia non potest assignari, cujus sit speciei. Vult autem, quòd debeat in confessione aperire, se concupivisse mulierem, cujus statum ignorat, vel mulierem in communi; quia aliàs non exprimeret peccatum, quod patravit.

3720 Respondeo: sic concupiscens, vel ita statum fœminæ ignorat, ut neque de ejus conditione dubitet, an sit conjugata, vel Deo dicata: & tunc malitiam simplicis fornicationis contrahit; quia aliæ species, cùm non sint cognitæ, sunt involuntariæ. Vel ita ignorat, ut licèt non certè sciat, dubitet tamen prudenter, an sit conjugata; & tunc contrahit malitiam adulterii, quia ejus periculo se exponit, & est paratus ad illam speciem: *v. num.* 26.

3721 Eâdem ratione mortaliter peccat, qui elicit actum in dubio, an sit peccatum grave, vel leve, nisi rationabiliter deponat dubium.

QUÆRES II.

3722 *An operans cum sola consideratione actuali malitiæ in genere, nil de gravitate, aut levitate cogitans, vel dubitans, peccet mortaliter, aut venialiter?*

Peccare mortaliter, affirmant Mastrius *in Theol. mor. disp.* 15. *q.* 1. *art.* 2. *nu.* 12. & Bonac. 1. quia operans aliquid cum cognitione malitiæ in genere, vult virtualiter illud agere, etiam si sit mortale, 2. Quia aliàs rudes in gravissimis peccatis, & furtis regulariter à mortali excusarentur, quia regulariter, dum peccant, solùm in genere appre-

hendunt, quòd malè agant, minimè quòd graviter, & mortaliter malè agant.

3723 Peccare solùm venialiter, tenent Arriaga *de actibus hum.* Nav. Busem. & plures apud eos, 1. Quia talis malitia sic apprehensa, est imperfecta in genere moris, adeóque non potest actus contrahere ex illa malitiam gravem, sed levem, 2. Quia gravitas nullo pacto est cognita; igitur non est voluntaria, & inde contrahi non potest, 3. Quia aliàs, si quando quis profert mendacium leve, cogitaret solùm in genere actum esse malum, & nullo pacto cogitaret esse leve, peccaret mortaliter, ex disparitate non assignanda; quod est valdè durum.

3724 Falsum autem est, quòd operans cum tali cogitatione censeatur virtualiter velle actum, etiam si esset mortalis, quia intentio virtualis supponit actualem præteritam, in aliquo uno medio permanentem, quæ nulla supponitur. Nec si operans est obligatus ad diligentiam ad inquirendum, an actus sit mortalis, vel non; quia de gravitate nulla supponitur in mente cogitatio, dubietas, aut suspicio; ac proinde inadvertentia, & oblivio est invincibilis. Nec sequitur, quòd inde rudes in gravissimis peccatis, & furtis regulariter à mortali excusarentur; quia regulariter, licèt non advertant distinctè ad quantitatem furti, & damni v. gr. satis explicitè advertunt ad gravitatem in confuso; quod sufficit, ut graviter peccent.

QUÆRES. III.

3725 *An hic actus, quo quis dicat: Volo committere omnia venialia, sit peccatum mortale?*

Resp. esse mortale non ex genere suo, sed per accidens ratione periculi probabilis peccandi mortaliter, cui se exponit, juxta illud Eccles. 19. *Qui spernit modica, paulatim decidet*, & D. Greg. III. past. admon. *Qui minima peccata devitare neglexit, ab ipsa justitiæ, non quidem repente, sed paulatim totus cadit.* Mastrius *disp.* 15. *n.* 30. & Lezana contra Castrop.

4. RATIONE SCANDALI, AUT FINIS.

De quo actum est à pag. 41.

AD PECCATUM MORTALE REQUIRITUR

3726 Ultra materiæ gravitatem, quæ sit perfectè voluntarium, requiritur tum scilicet cum deliberatione intellectus, id est cum plena advertentia malitiæ [illegible] & cum pleno voluntatis consensu; unde ab alterius defectu excusetur quis à culpa mortali: debet, inquam, esse actus humanus, voluntarius, hoc est procedens ab homine liberè cum prævia cognitione objecti; unde homo debet esse liber libertate proximè differentiæ ut ita agat, aut omittat, ut possit non agere, aut non omittere; juxta illud *Eccli.* 31. *Beatus vir, qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit.* Alioquin actus ab eo procedens dicitur *actus hominis*, quatenus ab homine procederet; sed non *humanus*, quia non esset libero etiam fieri potest à bruto, n. 1. n. 2. & 8. ab Alex. VIII. *damn.*

3727 Plena advertentia tunc habetur quando intellectus per firmum, & perfectum judicium, cum libero, & expedito usu rationis sensuum usu de malitia objecti deliberat, de ea expendendo singula.

Advertentia imperfecta contingere potest vel propter hominis ad singula discutienda tarditatem, qui licèt advertat rem deliberatam, imperfectè tamen, & veluti in confuso advertit. Vel quia sit impeditus liber[illegible]

sensuum internorum; ut contingere solet in somno, ubi aliquando habetur expressa cognitio malitiæ gravis, & tamen non sufficit ad libertatem, in quantum non sufficit ad libertatem consensus, quæ plenam advertentiam imponere debet, & hæc importat expeditum exercitum sensuum usum. Similiter, si sensuum externi non sint omnino, sed aliquantulum impediti, & ligati, ut contingit in illis, qui sunt statim è somno excitati; tunc cognitio malitiæ, etiam gravis, dicetur semiplena, in quantum non est sufficiens ad plenam libertatem consensûs requisitam ad mortale.

3728 Plenus consensus est plena, & perfecta voluntatis libera approbatio, plenam advertentiam præsupponens, ad differentiam semipleni consensûs, qui est imperfecta voluntatis approbatio, in quantum voluntas objectum non amplectitur toto (ut ità dicam) actu, sed imperfectè, & ex subreptione quadam.

Hinc voluntatis consensus ex duplici capite potest esse imperfectus, 1. ex defectu advertentiæ ex parte intellectûs, 2. ex defectu pleni consensûs ex parte voluntatis: ratio prima, quia cum semiplena advertentia non præstare perfectus consensus: ratio secunda, quia cum plena advertentia compati potest semiplenus consensus.

3729 In voluntate autem tres reperiri solent motus, & 1. motus primò primus, qui voluntatem usum rationis, & malitiæ advertentiam prævenit, ac proinde nullo pacto est liber; vel (juxta mea principia) esto aliquam imperfectissimam cognitionem supponat, & tamen ità celer, ut non sit in hominis potestate eum cohibere, in quantum vehementiora passio sensitiva, aut distractio, ità rationem perturbat, ut non sit locus libertati, 2. Est motus secundò primus, qui advertentiam imperfectam supponit, locum semiplenæ libertati relinquit, ità ut simpliciter impediri possit; & evenire solet ob distractionem, aut passionem aliquam sensitivam; nam sicut, quando hæ sunt perfectæ, libertatem impediunt, ità quando sunt imperfectæ, illam diminuunt. 3. Motus perfectus, & deliberatus, qui tunc habetur, quando consensus est plenè liber, præsupponens rationem expendentem singula, quæ malitiam concernunt.

3730 Motus primò primus nullum est peccatum, se etiam si objectum sit in graviter malum. Et sic omnino à peccato excusantur vehementissimi motus iræ, concupiscentiæ, & sensualitatis. Motus secundò primus est peccatum veniale. Motus tandem deliberatus est peccatum mortale, si materia sit gravis.

3731 Difficultas tamen non levis est ad dignoscendum, quandonam sit, vel non sit in actu plena advertentia, & deliberatio, plenusque, ac perfectus voluntatis consensus. Et quamvis ex dictis non mediocris haberi possit notitia, ut tamen plenius rem expendam, conjecturas, & signa valdè utilia, quæ communiter à Doctoribus recensentur, asseram.

3732 Signa igitur imperfectæ advertentiæ sunt, 1. remissè, & (ut ità dicam) ad similitudinem semidormientis rei malitiam apprehendisti, 2. Si postea meliùs considerans, judicas te id non fuisse facturum, si ità apprehendisses, 3. Si vehementi passione, apprehensione, vel distractione laborasti, vel turbatus fuisti, ità ut ferè nescires, quid ageres: ità Busem.

3733 Signa imperfecti consensus sunt. Primò, si quando actionem aliàs graviter malam quis fecit, non fuit plenè sui compos, sed quasi semidormiens, distractus, &c. ità ut judicet, se id non fuisse facturum, si plenè vigilasset. Imò addit Mast. *in Th. mor. disp. 15. de pec.* quòd

quòd, si quis post factum dubitet, an id fecerit in somno, vel in vigilia: dum esset sui compos, vel non, &c. non est leve indicium, id fecisse sine plena advertentia, & sine pleno consensu; nam quæ cum plena advertentia fiunt, faciliùs sic facta cognoscuntur, quia plena advertentia præterita liberam permittit homini de suis actibus cognitionem, nisi fortè temporis mora aliquam induxerit oblivionem.

3734 Secundò, si quis dubitet, an plenè consenserit. Si sit vir timoratæ conscientiæ peccatum mortale abhorrens, eique dissentire solitus, præsumendus est, non plenè consensisse, licèt aliquam in repellendis tentationibus negligentiam admiserit. Secus est judicandum de viro perdito, tentationibus succumbere solito. Ratio utriusque est; quia ex juris peritis valida præsumptio, & probabilitas ex consuetis desumitur.

3735 Tertiò, si quis valdè timidè, & suspensè, se processisse meminit, 4 Si comperias te fuisse sub tali dispositione, talibusque circumstantiis, ut faciliter potuisses peccatum exequi, non tamen sis executus; imò cùm tui plenè compos es, præ viribus respuis, præsumere potes te non plenè consensisse; quia non ità faciliter affectus deliberatus mutatur. Hinc (ut advertit Tamb. *cap. 1. de Peccatis, §. 3. n. 28.*) quando motus pravus tempore imperceptibili insurgit, & paulò post, ut advertis, curas expellere, est signum nullius, aut certè dumtaxat imperfecti consensûs præstiti. Dixi: *ut advertis*: Quia si non advertis, poterit motus pravus, utpotè delectatio morosa, aut alius motus per notabile tempus absque peccato durare; licèt non sit verisimile, quòd intra notabile tempus advertentia malitiæ gravis non suppetat.

3736 Quintò denique, si quis soleat ità esse affectus, ut animum firmum, & sæpè repetitum non committendi mortale habeat, præsumere potest non plenè consensisse peccato, 1. Quia hìc non consentit facilè; 2. Quia quando aliquid est multoties cogitatum, si posteà plenè ametur, facilius & sine difficultate cognoscitur.

3737 Quælibet ex conjecturis præcedit facit judicium probabile, quo tuti esse possumus, non fuisse plenum consensum, & pro inde nec peccatum mortale. Quæ conjecturæ sunt firmiter menti dandæ pro securitate conscientiæ.

3738 Colliges, quod si in acto, seu objecto sint plures malitiæ species distinctæ, si tamen advertas tantùm ad unam, illam contrahis, non aliam: *v. gr.* si quis cognoscat fœminam, ignoret tamen esse conjugatam, malitiam fornicationis contrahit, non adulterii, quia illa, non hæc fuit cognita, & ita voluntaria.

3739 A peccato excusant, 1. Impotentia sive physica, sive moralis; quia ad impossibile nemo tenetur: *v. tom. 2. 2.* Violentia absoluta; quia tollit voluntarium: *v. num. 2. 3.* Eâdem ratione excusat ignorantia invincibilis sive juris, sive facti. De qua *in tom. 2.* De metu, quando excuset, dictum est *lib. 3. 31. v. prop. 2.* ab Alex. VIII. *damn.*

DISTINCTIO SPECIFICA PECCATORUM

3740 DEsumitur per oppositionem ad diversas virtutes, vel ad diversas honestates ejusdem virtutis, seu per diversum modum tendendi contra eandem virtutem. Exemplum primi sit in fornicatione, & adulterio, quæ distinguuntur specie; quia fornicatio opponitur virtuti castitatis, adulterium verò superaddit malitiam injustitiæ, quia opponitur castitati, & justitiæ, ob injuriam

...ur alteri conjugi, qui est dominus ...peccatis conjugis.

Exemplum secundi sit in furto, & rapina, ...ae opponuntur eidem virtuti justitiæ, & ...men distinguuntur specie; quia rapina su... malitiæ injustitiæ furti injuriam vi... quæ est diversus modus tendendi ...contra eandem virtutem justitiæ, & impor... oppositionem ad diversam honestatem e... eadem virtutis, quæ diversitas modi tenden... prius relinquitur discernenda prudentis ...ditio. Aliud exemplum clarius est in di... eritate modi tendendi per excessum, & per ...fectum contra eandem virtutem: *ut in n.* ...86. & 1086.

DISTINCTIO NUMERICA PECCATORUM

3741 NOn desumitur à distinctione numerica præceptorum, sicut neq; ...nctio specifica peccatorum absolutè de... mitur ex diversitate præceptorum. Diana ...*tr.7.res.*21. Leander *hic tr.5.dis.*8.§.8. ...5. contra Nav. nam præceptum non fu... & præceptum non concupiscendi rem ...nam, sunt diversa, & tamen furtum, & ...ctum furandi sunt ejusdem speciei. I... homicidium est unum numero, & spe... peccatum, & tamen est contra duo præ... divinum, & humanum.

3742 Dixi: *absolutè*, quia sæpè ex præce... rum diversitate etiam peccatorum diver... specifica à posteriori colligitur, & tunc ...ntur, quando præcepta intendunt virtu... diversas, sive materia sit diversa, sive ea... de: ut fractio jejunii præcepto Ecclesiasti... præcepti, & simul à confessario in satis... factionem injuncti, duplicem malitiam spe... distinctam contrahit, contra temperanti... & pœnitentiam: quia præceptum Eccle... habet ut motivum formale tempe... rantiam; præceptum verò confessarii, satis... factionem sacramentalem pœnitentiæ.

3743 Quando verò præcepta, licèt diversa, sunt circa eandem materiam, & idem motivum formale, tunc unicum specie erit peccatum: hinc qui die Dominico, quo aliud festum occurrit, sacrum omittit, vel die quadragesimæ, quo vigilia contingit, jejunium frangit, unum specie, & numero peccatum committit: quia utrumque præceptum eandem virtutem, & honestatem intendit, nempè Religionem, & Dei cultum inauditione sacri, & temperantiam in jejunio.

3744 Eadem ratione, in sententia mihi probabiliori, quòd *Franciscani* non habeant nisi tria essentialia, cætera verò sint purè præcepta; Franciscanus in Quadragesima die veneris: quo vigilia occurrit, jejunium frangens, unum numero, & specie peccatum committit, non obstante, quòd tria transgrediatur præcepta: secus est dicendum in sententia, quæ eos tenet esse obligatos ex voto ad jejunium, quia votum Religionem intendit.

3745 Item *Distinctio numerica peccatorum non desumitur ex distinctione numerica objectorum.* Leander *hic tr.5.dis.*8.§.3. *à qu.* 19. Tamb. & alii, Ratio est, quia gratis admisso, quòd ex distinctione numerica peccatorum dentur in eodem actu plures malitiæ numero distinctæ (quod negant Filliuc, Suarez. & alii) adhuc inde non sequitur, quòd constituantur plura peccata numero distincta; nam peccatum non est unum numero ex sola malitia morali, sed etiam ex ipsa entitate individuali actûs; adeóque licèt plures numero sint malitiæ, si unicus est actus!, qui est earum subjectum, unicum erit peccatum: sicut in physicis, si plures essent albedines in eodem subjecto, unum esset album, non plura; concreta enim accidentalia

lia multiplicantur numero ad multiplicationem numericam subjectorum, non formarum, Tum quia Trid. *sess. 14. c. 5. & can. 7.* nos obligat ad exprimendum in confessione speciem, & numerum peccatorum; minimè, ad numerum malitiarum.

3746 Hinc resolves: unum numero peccatum committere, nec teneri ad explicandum numerum personarum, 1. Eum, qui unicâ explosione bombardæ plures occidit, 2. Qui unico actu plures mulieres concupiscit, 3. Qui unico actu detractationis plures læsit, 4. Qui unico actu malo pluribus scandalum dedit, 5. Qui unico actu bona multorum surripuit, 6. Qui simul circa plura sub juramento mentitur.

3747 Dices: Qui unico actu plures baptizat: *ut in nu.* 2988. plura numero baptismata perficit; igitur, qui unico actu plures homines occidit, aut unico actu plures mulieres concupiscit, plura numero peccata committit.

Resp. disparitatem esse, quia *ex nu.* 2991. homo est subjectum baptismi; & ideò, si unico actu baptizentur plures homines, tot numero erunt baptismata, quot homines, ob recensitam rationem; quia concreta accidentalia multiplicantur numero ad multiplicationem numericam subjectorum: respectu autem actûs occisionis, & actûs concupiscentiæ, homo, & mulier non est subjectum, sed terminus, & objectum, & quia extensis ab objecto actus speciem sumit, non numerum, ideò, qui unico actu plures occidit homines, aut unico actu plures concupiscit mulieres, non tot numero peccata committit.

3748 In his tamen casibus, & similibus non sufficit dicere: *uno actu commisi homicidium, semel concupivi conjugatam, &c.* quia sic non fatetur peccatum, quod commisit, sed debet in plurali dicere. *semel occidi plures, semel concupivi plures conjugatas.*

3749 Item adverti debet, an numerus objectorû sit excedens, ut notabiliter aggravet, quia tunc est aperiendus, juxta dicta [illegible]

3750 Insuper qui unico voluntatis actu statuit omittere divinum officium per mensem, aut annum, vel jejunium per totam quadragesimam, non committit tot numero peccata, quot sunt dies, sed unum, unde sufficit, si dicat: *Habui voluntatem unius anni officium, frangendi jejunium per multum tempus, &c.* In casu autem, quo dictum actum voluntatis executioni mandaret non recitando, non jejunando, &c. singulis diebus, tunc quolibet die unum novum peccatum patraret, ratione omissionis externæ officii, & actûs externi frangendi jejunii.

Ratio est, 1. Quia singulis diebus omittere posset, & jejunare, 2. Quia actus illi externi sunt actus disparati omninò consurgentes, & completi, quorum unus secundùm existimationem moralem prudentum non facit unitatem moralem cum alio; sicut enim unus diei recitatio non ordinatur ad aliam, ita una omissio recitationis quoad unum diem non ordinatur ad aliam.

3751 E contra, qui eodem die statuit recitare plures horas, unum numero peccatum committit, & non tenetur numerum horarum exprimere; quia in officio unius diei una hora ordinatur ad aliam; adeoque omnes conflant unum officium diurnum. Lander *cit.* his præmissis.

3752 Dico 1. *Distinctio numerica peccatorum desumitur ex distinctione numerica actuum voluntatis moraliter interruptorum.* Ratio est, quia peccata sunt concreta accidentalia, quæ multiplicantur numero ad multiplicationem subjectorum, & cohibentur

rentium subjectum malitiæ formalis peccati
de actus voluntatis, sequitur, quòd ad multi-
plicationem numericã actuũ voluntatis, ejus-
modi sint actus moraliter interrupti, multi-
plicentur numero peccata, tam illa, quæ so-
la consumantur interiùs in voluntate,
quam illa, quæ consumantur exteriùs per a-
lias potentias; quoniam nullus haberi potest
vitæ bonus, vel malus, nisi ab ipsa voluntate
collativè, vel imperativè procedat.

3753 Difficultas est in assignando, *quando actus voluntatis interni moraliter interrumpi censeantur.* Canus vult non interrumpi, nisi per actum contrarium; & sic volens fornicari Bertam, si ab hac voluntate cesset per aliquam distractionem, aut somnum, v. gr. nodis, & posteà, quando adverterit, eandem voluntatem amplectatur, non censetur has renovationes explicare, quia censentur moraliter unus actus, & solùm ut plures numero materialiter, & physicè.

3754 Filliuc. addit, interrumpi etiam per liberam cessationem ab illo.

Diana addit, interrumpi etiam per quamcumque cessationem involuntariam, nempè somni, &c.

Mastr. inquit, actus voluntatis tunc censeri moraliter interruptos, quando nec formaliter, nec virtualiter perseverant in aliquo effectu.

Tamb. asserit, actus voluntatis physicè interruptos ob distractionem, negotia, somnum, &c. accipere unitatem moralem à permanentia habituali malæ cogitationis, ratione cujus permanentiæ animus illius peccati semper est affectus, & promptus ad cogitationes illas malas; nisi interruptio physica sit tanta, ut non censeatur adesse dicta permanentia, sed evanuisse: ut si habenti voluntatem occidendi inimicum supervenerint plurium mensium, aut mortalis infirmitas, si posteà voluntatem occidendi reassumat, distinctus actus censetur, & cum priori non continuatus.

3755 In harum opinionum varietate illud certum est, actus voluntatis moraliter interrumpi per retractationem, seu voluntatem contrariam.

3756 Dico 2. *Distinctio numerica peccatorum etiam desumitur ex distinctione numerica actuum externorum moraliter interruptorum.* Ratio est eadem, quia actus externi moraliter interrupti sunt plures numero moraliter distincti actus, ac proindè numero distincta peccata.

3757 *Explicatur assertio*: actus externi sunt duplicis generis, *Ordinati* scilicet, aut *Disparati*,

ACTUS ORDINATI

3758 AD unum numero actum, seu finem principalem: ut si quis, ad hoc ut inimicum occidat, ut puellam obtineat, per plures menses parat insidias, adhibet media, &c. omnes illi actus non sunt peccata distincta ab ipso actu finali, sed unum peccatum, quia unitatem numericam sumunt ab ipso actu finali; unde effectu secuto, sufficit dicere, semel fornicatus sum, homicidium commisi. Solùm adverti debet, an aliquis ex illis actibus contineat malitiam specificam, à malitia actus finalis distinctam, v. gr. malitiam scandali, &c. ut de circumstantiis dictum est, quia tunc talis actus est specialiter aperiendus, utpotè mutans speciem.

3759 Hinc colliges 1. oscula, tactus, verba impudica, & alios actus copulam præcedentes, comitantes, & consequentes, unũ numero peccatum integrare cum actu principali, nempè cum copula, quæ sola est ex-

plicanda; quia omnes hujusmodi actus ordinantur ad unum actum principalem, ut dispositiones, partes, complementa, aut appendices operis.

3760 2. Qui obtinuit finem, non tenetur actum voluntatis, & decretum illud procurandi exprimere, nisi fuerit moraliter interruptus; sed sufficit, ipsum peccatum consummatum fateri, v. gr. copulam. Si autem finem non sit assecutus, sufficit, si dicat, se procurasse homicidium, puellæ copulam, &c.

ACTUS DISPARATI

3761 SUnt, quorum unus non dependet ab alio, ut si quis nunc blasphemat, aut concupiscit puellam, & hinc ad horam iterùm blasphemat, aut concupiscit puellam, independenter tamen à primo actu.

3762 De istis loquendo, si fiant eodem impetu, & calore, seu si posteriores fiant ex vi prioris, censentur moraliter continuati, & conflant unum numero peccatum. Si verò non fiant eodem impetu, & calore, seu si posteriores non dependeant à priori, censentur moraliter interrupti, & plura numero peccata; tales regulariter censentur, si multum intermediet temporis, v. gr. si inter unam, & aliam blasphemiam intermediet hora: Tunc si adsit dubium, debet exprimi tempus.

3763 Hinc resolves, unum numero peccatum committere eum, qui uno impetu, & eodem calore pluries, etiam aliqua interruptione physica intercedente, inimicum percutiat, blasphemet, pejeret, detractet; & Confessarium, qui in mortali successivè plures confessiones audit, unam post aliam.

3764 Econtra, qui plures successivè occidit, vel eâdem nocte plures fornicationes habuit, etiam cum eadem muliere, ita tamen continuatâ per totam noctem fornicandi, debet numerum occisionum, & fornicationum exprimere, quia tot numero peccata committit. Similiter Sacerdos die Natalis Domini tres Missas in mortali celebrans tria sacrilegia committit. Dian. p. 1. *tr.* 1. *res.* 2. Leander hic *tract.* 5. *disp.* 1. *quæst.* 9. 10. *& alibi.*

3765 Quorum ratio est, quia omnis actio habet terminum definitum, & indivisum, in quo completur, & terminatur; multiplicatâ actione, multiplicantur numero peccata; minimè, quando non habet terminum definitum. Prioris generis, secundùm prudentem, & communem hominum existimationem, est plures fornicationes successivè habere sub uno voluntatis imperio, aut tres Missas die Natalis in mortali celebrare, quia sunt actus omnino consimiles, non facientes inter se unitatem moralem. Posterioris verò generis sunt audientium plurium confessionum; quia fiunt seorsim Confessario per modum unius, & judicantur moraliter existimantur unius.

Tum quia confessiones plurium enuntiantur [ut ita dicam] uno impetu, & calore unâ nempe assistentiâ, ac proinde censentur actiones moraliter unitæ.

De fornicationibus specialiter patet, quia una copula est terminus completus, & consummatus; nam non est via ad aliam, ne quidem tiùs impedimentum; hinc alia non priori, sed à perversa voluntate

3766 Ex dictis concluditur regula universalis, hoc est distinctionem numericam peccatorum desumendam esse ex distinctione numerica actuum moraliter inconsideratorum.

CAPUT VII.

De septem vitiis Capitalibus.

3767 1. *Superbia est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ.* Quatuor ejus species. 1. Cùm quis æstimat habere sibi bona gratiæ, naturæ, & fortunæ. 2. Cùm cognoscit habere à Deo ea bona, sed falso merito, & justitia. Utraque est ex genere suo mortalis, & non excusatur, nisi per inconsiderationem. 3. Cùm cæteris debitis, appetit videri, quod habet; quæ est venialis, si aliorum despectus sit notabilis. 4. Cùm jactat se habere, quod non habet, de facto vel dicto.

3768 *Jactantia*, est mortalis, vel venialis juxta qualitatem rei, de qua quis se jactat: nam jactantia de bono, etiam si sit de re falsa, per se venialis, mortalis verò per accidens, si fiat cum notabili contemptu, aut damno aliorum, ut fuit jactantia *Pharisæi* Luc. 18. 1. Jactantia de peccato commisso mortalis, si peccatum est mortale. Non tenetur quis explicare speciem peccati, de quo se jactavit, nisi cum jactantia intervenerit gaudium, aut complacentia de illo. Lessius hic *n.* 5. *disp.* 8. §. 3. *q.* 22. Diana *par.* 4. *resol.* 161, sed sufficit dicere: *Laudavi me, aut glorificatus sum de peccato mortali*; hæc enim malitia jactantiæ consistit, quòd ad gloriam apud homines captandam assumit sibi pro medio peccatum, ad quem finem quomodocumque se habet, quòd peccatum sit mortale, vel illud.

3769 Narrare peccatum commissum non est jactantiam, aut approbationem, sed ex honesta ratione simplicis relationis, est venialiter. Vide *num.* 2286

3770 *Filiæ superbiæ*, sunt vanagloria, præsumptio, & ambitio.

3771 *Vanagloria*, est cupiditas inanis gloriæ: est ex genere suo venialis. Potest fieri mortalis per accidens, uti jactantia: *v. nu.* 3706.

3772 *Præsumptio*, est appetitus aggrediendi aliquid supra vires. Regulariter est venialis.

3773 *Ambitio*, est inordinatus appetitus dignitatis, & honoris non debiti; vel debito majoris. Est ex genere suo venialis; fit mortalis, vel ratione materiæ, ut si ambias officium, quo notabiliter es indignus; vel ex circumstantiis, ut si modo, vel medio mortaliter malo, puta per simoniam; vel ratione damni, quod proximo infertur, vel si fit cum notabili aliorum contemptu.

Moderatè appetere, & acceptare honorem convenientem, & ob honestum finem, atque etiam juxta rationis taxam firmiter impedimentis resistere, & pericula aggredi, quæ ejus consuetudinem impediunt, non est actus superbiæ, aut ambitionis, sed magnanimitatis.

3774 2. *Avaritia est inordinatus divitiarum appetitus.* Est ex genere suo venialis; fit mortalis, si ejus causâ transgrediatur quis in materia gravi divina præcepta.

3775 3. *Luxuria est inordinatus appetitus venereorum.* Est ex genere suo mortalis: De ea *in 6. prac. Dec.*

3776 4. *Ira est appetitus inordinatus vindictæ.* Est ex genere suo mortalis: de ea *à nu.* 295.

3777 5 *Gula est inordinatus appetitus cibi, & potus.* Est venialis ex genere suo; fit mortalis. 1. Si fiat in tanto excessu, ut quis violet jejunia Ecclesiæ. 2. Si gula fiat notabiliter ineptus ad functiones, ad quas sub mortali tenetur. 3. Si inde graviter, & advertenter suæ saluti noceat.

3778 In hac materia fuit damnata ab Innoc. XI. sequens propositio 8. *Comedere*,

& bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non obsit valetudini; quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.

3779 Quæ propositio tria puncta continet, quæ seorsim, & singillatim sunt ex genere suo venialia, & multò magis simul unita.

3780 Et 1. Peccatum est, *comedere, & bibere usque ad satietatem*, videlicet *immoderatè*; quia comestio, & potus sunt ordinata à natura ad vitam conservandam; adeóque id, quod est illi superfluum, à recta ratione deviat, & inde est peccatum.

2. Eadem ratione peccatum est, si id fiat ob solam voluptatem, quia qui sic comedit, comedit more brutali, pervertendo ordinem à natura institutum, ut in simili dixi *n.* 2280. Non peccat autem, qui moderatè comedit ob voluptatem, eam saltem virtualiter ordinando ad necessariam vitæsustentationem; quia tunc non habet voluptatem pro fine principali, & unico, sed pro fine subordinato, vel pro medio ad finem principalem sustentationis consequendum, juxta illud, *quod sapit, nutrit*; & sic non pervertit naturæ ordinem. Ità ferè discurrit Cardenas *disp.* 6. *prop.* 8. qui addit, quòd comedens ob voluptatem, si moderatè comedat, virtualiter pro fine principali sustentationem intendit, quia superfluo cibo non utitur, sed necessario ad sustentationem, adeóque non ob solam voluptatem comedit.

3781 3. Quamvis *licitè possit appetitus naturalis suis actibus frui*, id est verum, si fruatur, ac complaceat moderatè, & non pervertendo ordinem, & finem, ad quem actus est à natura institutus. Quoniam [ut ait D. Thom.] *Omnia delectabilia habent pro regula necessitatem congruentiæ*; ac proinde assumi debent secundum finem proprium, ad quem sunt à natura ordinata: ut *concentus musicalis*, est ordinatus ad hilaritatem, aut naturam applicationibus delectationibus sublevandam. *Odor fera* ad corroborationem, aut tetri odoris vitationem: adeòque appetitus naturalis hominis eos moderatè, aut ob solam voluptatem, & delectationem sinè peccato venialí frui potest.

3782 *Ebrietas* est, qua quis videns se modo innaturali ob voluptatem, aut ingviem scienter se usu rationis privat. Est ex genere suo mortalis; quia est gravis Dei imaginem sic deturpare. Et quamvis Lessius cum aliis apud Arsdekin *num.* 149. *quæst.* 12. putet, licitum esse inebriari alium per modum necessariæ medicinæ, ut ad impediendum grave malum, v. gr. homicidium, ad quod patrandum erat ille determinatus; verius puto cum Arsdekin non licere, quia ebrietas formalis est ab intrinseco mala, cum privet hominem modo innaturali usu rationis, & reddat similem bruto. Malum autem potest alia via impediri, potionem somniferam, quia somnus est naturalis.

6. INVIDIA: *vide num.* 313.

3783 7. ACcidia, ex D. Thom. *Est tædium spiritualium rerum*, de importat quoddam tædium bene operandi, juxta illud Psal. 118. *Dormitavit anima mea præ tædio.* Est ex genere suo mortale opere consummato. Venialiter peccat, qui tædio, & fastidio se afficit super jejunio, auditione sacri, &c. non quia bona sint inutilia anima, sed ob incommodum corporis illa tamen, si sint præcepta, in exercitio implet. Mastrius *disp.* 15. *num.* 144.

CAPUT VIII.

De Indulgentiis.

3784 INdulgentia, *est remissio pœnæ temporalis extra sacramentum per applicationem satisfactionis Christi, & Sanctorum, virtute clavium: v. n.* 3179.

3785 Indulgentia alia est *plenaria*, quæ remittit totam pœnam Purgatorii, quia satisfacit pro tota pœna temporali peccatis præsentis debita.

Hoc non potest quis unico actu plures Indulgentias plenarias lucrari, quia cum per illam tota remittatur pœna, per alias nil obtinetur; sed tunc omnes simul ad integrum effectum concurrunt. Gobat. *tom.* 2. *par.* 1. *tr.* 15. *num.* 209.

Alia est partialis unius anni, septem annorum, &c. pro qua sciendum est, quòd annus, vel dies secundùm Canones aliquibus peccatis gravioribus imponebatur pœna, v. gr. jejunium, aut aliud, facienda per tot annos, quadragenas dierum, &c. singulis diebus, hebdomadibus, &c. Hoc supposito, quando conceditur Indulgentia partialis trium annis, centum annorum, plurium quadragenarum, &c. per id non designantur totidem anni, aut dies de pœnis Purgatorii, sed totidem anni, aut dies de pœnitentiis per dictos Canones injunctis; adeóque Indulgentia centum annorum tantum tollit duratem pœnæ Purgatorii, quantum tolleret pœnitentia centum annorum per sacros Canones imposita; quanta autem hæc sit, nemini notum est, soli Deo.

3786 Ad Indulgentiam lucrandam, sufficit intentio virtualis. Diana *par.* 4. *tr.* 4. *res.* 22. Leander *de sacr. tr.* 5. *disp.* 14. *q.* 37. & alii quos Arsdekin *tom.* 2 *pag.* 241. *nu.* 15. tenent, quidlibet, qui Indulgentiam ignorat, adhuc illam lucretur, si opus injunctum exequatur, ob intentionem implicitam, qua si sciret, vellet lucrari. Quolibet mane in Præparatione Missæ protestari soleo, me intendere lucrari, tam pro me, quàm pro defunctis, Indulgentias omnes, quas, mediante eo sacrificio, lucrari possum.

3787 Per Indulgentiam remittitur pœnitentia satisfactiora à Confessario imposita, sed non pœnitentia medicinalis; & tunc non tollitur præceptum per ejus abrogationem, sed per materiæ subtractionem.

3788 Indulgentia non remittit culpam, neque pœnam peccato veniali debitam, non remissa culpa; quia pœna non potest remitti, non remissa culpa.

3789 Qui est consecutus Indulgentiam, debet esse in gratia, saltem dum ultimum opus facit. In Indulgentia pro defunctis, requiritur, quòd ipse defunctus, & non operans sit in gratia, quia Indulgentia habet valorem ex opere operato, & ille, non iste, est eam consecuturus.

3790 In Indulgentiis attendenda sunt opera injuncta, & conditiones, quia *tantum valent, quantùm verba sonant*; & licèt possit dari parvitas materiæ, consultius est exactè opera injuncta exequi.

Quando apponitur, quòd *sit confessus, & contritus*; attendi debent verba: si enim ex illis colligatur, Pontificem velle statum gratiæ, tunc non erit necessaria confessio, si quis cognoscat se in gratia, erit autem necessaria, si exigatur tanquam conditio.

3791 Indulgentia concessa alicui Ecclesiæ, si Ecclesia paulatim, aut simul tota destruatur, & sic paulatim, aut mox reædificetur, remanet Indulgentia; quia Indulgentia non datur loco simpliciter, sed Ecclesiæ, quæ est moraliter eadem. Et pariter Ecclesia, si de uno in alium locum reædificetur Su-

perioris auctoritate, suas secum fert Indulgentias, si eundem servet titulum, & Patronum. Quòd si non reædificetur, etiamsi id fiat post longum tempus, Indulgentias amittit. Gobat. *tom. 2 tr. 4 par. 2. c. 6. num. 320.* Diana *par. 6. tr. 7. res. 32.*

3792 Indulgentiæ debent executioni dari gratis, nam à Summis Pontificibus in Brevibus solet apponi clausula irritativa : *Præsentes nullæ sint, si aliquid pro scriptura, præsentatione, publicatione, aut executione detur, vel sponte oblatum recipiatur.* Quod latè adverit Diana *par. 5. tr. 13. resol. 71.* ubi refert mandata Regis Catholici pro observantia.

QUÆRES.

3793 *An translato festo, transferatur quoque Indulgentia?*

RESP. transferri, si transferatur festum non solùm quoad officium, verùm etiam quoad forum, hoc est quoad abstinentiam à servilibus. Si Indulgentia sit concessa, non affixa determinatæ diei talis mensis, sed pro die Festo Sancti. Non transferri verò, si festum transferatur solùm quoad officium. Gobat. *tom. 2. tr. 4 par. 2. cap. 7. à n. 323.* Diana *par. 6. tr. 7. res, 31.* Lezana, & alii apud ipsos.

Ratio desumitur ex intentione Legislatoris, nempè Summi Pontificis ; Indulgentia namque, ut constat ex Bulla 14. Clem. IV. & ex 34. Pii V. datur in usum, & devotionem populi, atque in festi solemnitatem : Populus autem non attendit ad officium, sed ad id, quod est publicum, nempè ad festi solemnitatem quoad forum, cui maximè confert Indulgentia. Ex quo fit, quòd translato festo non solùm quoad officium, sed etiam quoad forum, transferatur Indulgentia, si talis translatio non fiat voluntariè, sed juxta Rubricas, & ritum Ecclesiæ: non transfertur verò Indulgentia, si festum transfertur solùm quoad officium.

3794 Et quamvis sit privilegium, seu declaratio Pontificum, ut in festis Protectorum Sanctorum Religionum, quòd Indulgentia transferatur unà cum festo, ut præfatum Greg. XIII. apud Peyr. & Gobat. concessit pro festo S. Francisci de Paula.

Modò non est recedendum à dictis; nam tunc temporis hujusmodi festa non erant solùm quoad officium, verùm etiam quoad forum, seu cum abstinentia à servilibus; non sic modò post Urb. VIII. qui numerum festorum quoad forum restrinxit, & moderavit.

Ac proindè servanda sunt Decreta Congreg. Rituum de die 30. Septembris 1689. & 10. Junii 1690. relata in Rubricis particularibus nostri Breviarii *tit. 10. n. 108.* ubi bus disponitur, quòd translato festo, minimè transfertur ipsa Indulgentia.

INDULGENTIA PORTIUNCULÆ

3795 DIE 2. Augusti in Ecclesiis Religionis Seraphicæ applicari potest pro defunctis. Ita est novissimè declaratum, & concessum per Breve Innocentii XI. anno 1687.

3796 Item in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum propè Assisium non suspenditur per annum Sanctum ex Brevi Innoc. X. Julii 1650. Clem. X. 12. Novembris 1670. & Innoc. XII. 21. Augusti 1699. Indulgentiæ verò Ecclesiis, & locis Ordinis, suspenduntur pro vivis, minimè pro Defunctis: vide infra *n. 3835.*

3797 Insuper in recensita Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum propè Assisium

quolibet anni die, per Breve Innocent. XII. sub die 28. Augusti 1695. tenoris seq.

INNOCENTIUS PAPA XII

Ad perpetuam rei memoriam.

Redemptoris, & Domini nostri Jesu Christi vices, licèt immeriti, gerentes in terris, cœlestium munerum thesauros, quos ipse dispensationem humilitati nostræ commisit Deus, fideli, prudentique liberalitate libenter erogamus, sicut pia sublimium Principum præclaris in Ecclesiam Dei meritis congruum, ac Religiosorum virorum precibus, alienæque saluti laudabiliter incumbentium vota postulant, & Nos ad augendam, fovendamque fidelium pietatem proficuum in Domino arbitramur. Itaque spirituali Christi fidelium ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupat. Domus Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum propè, & extrà muros Civitatis Assisien. Assiduè (ut accepimus) ex universis Christiani Orbis partibus devotionis causa confluentium consolationi, animarum saluti, quantum cum Domino possumus, benignè consulere, necnon dilecti filii Bonaventuræ Poerii Ministri Generalis dicti Ordinis supplicationibus, etiam totius Ordinis prædicti nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis, quibus piæ, atque eximiæ plurium orthodoxorum Principum preces in idipsum tendentes accessere, favorabilem assensum præbere cupientes, ac omnipotentis Dei misericordiâ, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexûs Christi fidelibus ad Ecclesiam suprædictam, hoc præmittitur, confluentibus, qui illam vere pœnitentes, & confessi, ac Sacrâ Communione refecti, in quocumque anni die devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsùs fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Aug. 1695. Pontificatûs Nostri Anno quinto.

I. F. Card. Albanus.

3798 Eamdem Indulgentiam quotidianam concessit visitantibus Ecclesiam S. P. Francisci Conventualium Civitatis Assisii Innocent. XII. *per Breve Comm ſæ nobis.*

QUÆRRS I.

3799 *An Indulgentia Portiunculæ in aliis Ecclesiis Ordinis, possit pro eo die lucrifieri toties, quoties?*

Certum est, quòd stando in jure, non apparet talis extensio; nam Indulgentia illa lucrifit toties, quoties, quæ est concessa perpetua simpliciter absq; præfixione diei; quæ verò est affixa diei, non lucrifit, nisi semel eodem die, ut statuitur in Decr. Innoc. XI. de Apocryphis Indulg. modò adducendo. Indulgentia autem Portiunculæ solùm est primi modi Assisii, alibi est secundi modi.

Nec in diplomatibus, quibus dicta Indulgentia plenaria à Summis Pontificibus conceditur aliis Ecclesiis Ordinis, apponitur particula, *ad instar.*

3800 Si

3800 Sistemus autem praxi, fideles putant, in cunctis Ecclesiis Ordinis pro die secunda Augusti lucrifieri toties, quoties, ad instar Indulgentiæ Assisii; unde eam diem in continuis visitationibus insumunt: quod vidi practicari etiam Romæ, nedum à simplicibus, verum etiam à viris doctis, & primatibus; unde hæc Indulgentia ubique nuncupatur Portiunculæ: qua stante praxi, & consideratione, quòd hæc Indulgentia sit extraordinaria, utpotè quæ ortum habuit à Christo Redemptore, causam habet Religio confugiendi ad pedes Summi Pontificis pro expressa concessione, sicut concessum dicitur pro Indulgentia S. Francisci de Paula die secunda Aprilis.

3801 Modò tamen adest Decretum S. Congreg. quo disponitur, *servandum esse solitum*, apud Matthæucci *tom. 2. pag. 100. verb. Indulg.* ut sequitur:

Eminentiss. & Reverendiss. Domini.

(Episcopus Labacensis à parte Imperii Orator Devotus, EE. VV. humiliter exponit, quòd non obstante Decreto Innocentii XI. de Apocryphis Indulgentiis sub die 7. Martii 1678. quo declaravit, semel dumtaxat in die, plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam lucrifieri, pergunt Fratres Ordinis Sancti Francisci Reformatorum Provinciæ Carniolæ populo persuadere, Indulgentiam pro die secunda Augusti, de Portiuncula nuncupatam eorum Ecclesiam visitantibus concessam, toties, quoties, eadem die lucrifieri posse.

Cum autem hujusmodi abusus ad Summ. Pontificem ab Ordinariis deferri jubeat Sac. Congr. Concilii Trid. *sess. 25. de refor. cap. 21.* in decreto de Indulgentiis.

Id circo Orator quærit, & declarari petit, an præfata Indulgentia, de Portiuncula nuncupata, etiam comprehendatur sub Decreto, & declaratione sanct. mem. Innocentii XI. supradicto. Pro qua gratia, &c.

Die 17. Julii 1700. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, audita relatione Procuratoris Generalis, & Ministri Provincialis, censuit servandum esse solitum, ut impressorem Cameralem.)

3802 Pro Ecclesiis S. Mariæ Angelorum *v. num, 3806.*

QUÆRES

3803 *Quomodo sit intelligendum* [illegible] *es, quoties?*

PLures tenent, esse intelligendum, [illegible] tationes pro eodem die sint, sive moraliter interruptæ, sive continuatæ; qua [illegible] sunt ampliandi.

3804 Alii docent, visitationes debere esse moraliter interruptas, ut inter unam, & aliam visitationem, aliquod medium [illegible] interpellatio. Afferunt exemplum in [illegible] nis: si quis enim, postquam Princeps [illegible] sit, statim, & per plures vices aliquot [illegible] pellatione ad invisendum rediret, [illegible] tationes plus saperent risus, aut [illegible] quàm prudentiæ.

3805 Si quid sentiam, scire cupis: [illegible] eo secundum modum plus sapere [illegible] humanæ: Primum plus pietatis, ac [illegible] tatis. Scio tamen cum S. Job. c. 10. [illegible] *esse oculos carneos, nec sicut videt homo videre.*

PRO COMMUNICATIONE INDULGENTIARUM.

3806 IN Ordine Minorum de observ. adest Bulla Innoc. XII. die 9. [illegible] cembr. 1695. apud Rubricas [illegible] nostri Breviarii novi, ut sequitur.

Innocentius Episcopus, &c. salutem, &c. Nobis Dilectus Filius Fr. Franciscus Diaz Sancto Bonaventura, Sacrarum Congregationum Indicis, Rituum, & super Disciplina, seu Reformatione Regularium Consultor, ac Missionariorum diversarum Provinciarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Familiæ Ultramontanæ Procurator, nobis monstravit, quòd aliàs ad ipsius instantiam, à fel. rec. Innocentio Papa XI. Prædecessore nostro, Litteræ in forma Brevis, sub die 5. Septembr. de anno Domini 1686. emanarunt, in quibus confirmata reperitur Communicatio Privilegiorum, & Indulgentiarum, etiam Plenariam, usque tunc non concessarum, inter Ecclesias, Loca, Confraternitates, Congregationes, Ordines, & personas utriusque sexus, Obedientiæ, vel Jurisdictioni Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci subjectas, à pluribus Romanis Pontificibus, ipsius Innocentii Nostris etiam Prædecessoribus, eisdem respective privilegia concessa, à qua communicatione, prout iteratis vicibus à Sede Apostolica extitit declaratum, resultare dignoscitur, quòd quando decoratum reperitur esse unus Loci, vel una Ecclesia, aut una Confraternitas, seu quævis Congregatio, vel aliquarum è dictis personis aliqua Indulgentia, sive Plenaria, sive non, applicata per modum Suffragii, vel non applicata animabus Purgatorii, ad favorem earundem tantùm personarum, vel omnium fidelium Christi fidelium concessa, minimè tamen revocata, qui in eo Loco, Altari, vel Ecclesia Confraternitatum, id diebus in concessione expressis perfecerint, quod per eandem concessionem fuerit præscriptum: in quem Locum, Altari, vel Ecclesia, Confraternitatum, Congregationum, Ordinum, & Personarum prædictarum eadem Indulgentia ab omnibus respective acquiratur, qui iisdem diebus easdem ibi emiserint diligentias, in concessione taxatas.)

QUÆRES.

3807 *An stante prædicta mutua communicatione privilegiorum, & Indulgentiarum Ordini nostro concessa, omnia pia loca Viæ Crucis, seu Calvarii à Religiosis seu Ordinibus utriusque sexus, obedientiæ, vel directioni Ministri Generalis Ordinis Minorum S. Francisci subjectis, ubicumque terrarum ad instar Stationum Viæ Crucis seu Calvarii Montis ejusdem erecta, gaudeant eisdem privilegiis, & Indulgentiis, ibi à pluribus Romanis Pontificibus pro cunctis fidelibus utriusque sexus concessis?*

3808 RESP. affirmativè; sic namque declaratum fuit ab Innoc. XII. in Bulla relata *num.* 3806. quæ incip. *Sua nobis*, declarativa confirmationis prædictæ mutuæ communicationis factæ ab Innoc. XI. ubi inter alia reperitur resolutio hujus dubii tenoris sequentis.

(Sed quia adhuc post prædictum Decretum dubitabant nonnulli, an mens dictæ Congregationis fuerit stabilire, quòd Pia Loca Viæ Crucis, seu Calvarii, ad recolendam, seu meditandam Christi Passionem, à prænemoratis Personis, seu Ordinibus ad instar Stationum Calvarii Montis, juxtà diversa etiam privilegia Sanctæ Sedis erecta, comprehensa sint in præfata mutua communicatione, eâdem Congregatio sub die 12. mensis Novembris mox elapsi, declaravit, etiam præfata pia Loca Viæ Crucis, seu Calvarii, comprehendi in sæpè dictis Litteris dicti Innocentii XI. Prædecessoris Nostri, ac proinde frui, & gaudere posse Indulgentiis, & Privilegiis in eisdem Litteris contentis, & expressis, ac Nos sententiam prænemoratæ Congregationis sub die 15. ejusdem mensis

Novembr. pariter benignè approbavimus, sicuti in Decreto præfatæ Congregationis, desuper similiter emanato, plenius continetur.]

3809 Insuper in alio Brevi ejusdem Innoc. XII. incip. *Debitum, &c.* Ordini nostro concesso 19. Maii 1694. inserta, ac comprobata reperitur sequens dispositio in nostro Capitulo Generali edita, ut sequitur.

[Quoad Tertiarios verò, & Cordigeros, serventur statuta, seu Decreta Capituli Generalis Romæ, ut præfertur, anno 1688. celebrati: omnimodaque adhibeatur cura, ut in cunctis Confraternitatibus erectis, seu erigendis in Ecclesiis Conventuum, seu Monasteriorum, &c. Exercitium Viæ Crucis, & orationis mentalis, quàm citiùs stabiliatur; eóque introducto, una è Dominicis, seu diebus festivis, pro quolibet mense, à Superiore Locali, de assensu discretorii Conventûs, seu Monasterii, in perpetuum assignabitur, ad consequendam Indulgentiam Plenariam, novissimè à SS. D. N. Innocentio XII. in Brevi, *Ad ea*; benignè concessam.] Quæ ordinatio in non exiguum cedet animarum profectum, si ubique terrarum à Nostratibus praxi mandetur.]

3810 Ex præmissis Bullis vides, hujusmodi pia loca debere esse erecta à Nostris; Indulgentias verò lucrifieri ab omnibus Christi fidelibus utriusque sexûs.

3811 Indulgentiæ Stationum Viæ Crucis, & Calvarii Montis Jerusalem, quibus per communicationem juxta præfata Brevia gaudent recensita loca Viæ Crucis ubique à Nostris erecta, sunt plures Indulgentiæ Plenariæ, ac non Plenariæ, cum liberatione unius animæ à Purgatorii pœnis. Ut constat ex compilatione Indulgentiarum per Reverendiss. P. Matthæum à S. Stephano tunc Ministrum Generalem, nunc Cephaludensem Episcopum facta, & hic Panormi [illegible] data anno 1698.

3812 Catalogum Indulgentiarum [illegible] revocatarum habes apud Rode[illegible] Port. Lantuscam, & Matthæucci [illegible] *dulg. Vide prop. 37. ab Alex. VII. dam.*

DECRETUM DE APOCRYPHIS INDULGENTIIS AB INNOC. XI. APPROBATUM.

3813 [Delatæ sæpiùs fuere ad S[illegible] Congregationem Indu[illegible] tiis, sacrisque Reliquiis præpositam, [illegible] gentiæ quædam confictæ, & omnino [illegible] quæ per diversas Orbis Christiani partes [illegible] cumferuntur; aliæ verò examinatæ, [illegible] adhibito studio inventæ sunt, vel apo[illegible] phæ, vel à Romanis Pontificibus revoca[illegible] vel nullæ, quòd datum eis tempus præ[illegible] set: quarum quidem plurimæ, cùm nob[illegible] cilem cognitionem habeant Christi fide[illegible] harum rerum minùs peritos fallant, [illegible] indulgentiæ, remissionisque peccato[illegible] suorum consequendæ frustrantur. Quo[illegible] brem eadem Sac. Congregatio vehem[illegible] cupiens huic malo magis in dies serpen[illegible] currere, animarum profectui, & Indulgen[illegible] tiarum dignitati consulere, placuit [illegible] singulari diligentiâ colligi, & in Indicem [illegible] ferri curavit.

Tales in primis sunt illæ, ut affer[illegible] concessæ à Joanne II. & Sixto IV. recen[illegible] bus orationem charitatis Jesu Christi Do[illegible] ni Nostri, *Precor te, piissime Domine*, S[illegible] Urbano II. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, ut [illegible] dici solet, Campagnolæ, & Sanctæ Vale[illegible] ab Eugenio III. Revelationi de Plaga [illegible] mero Jesu Christi, facta S. Bernardo, [illegible] nocentio III. Archiconfraternitati, & [illegible]

Redemptionis, à Bonifacio IX. visitanti-
Capellam S. Nicolai de Tolentino in ejus
festo, à Joanne XXII. osculantibus men-
tum plantæ pedis Beatæ Mariæ Virginis, ab
Alexandro VI. Imagini B. Mariæ, vulgo di-
ta Laghetti, à Leone X. gestantibus funi-
culum S. Francisci, primùm in Urbe impres-
sam, & deinde Mediolani anno 1665. [suas
easdem habent, & veras Confratres Ar-
chiconfraternitatis Cordigerorum Sancti
Francisci] recitantibus Salutationem Ange-
licam ad pulsum horologii, & Imagini Con-
ceptionis Mariæ Virginis Immaculatæ in cir-
culo depictæ, cujus pedibus Luna subjecta
à Pio IV. vel Pio V. Principi Senatum, à
Clemente VIII. dicentibus Orationem: *O*
admirandum mysterium, &c. & Ecclesiæ Sanctæ
Mariæ, quam vocant, Montis Serrati, Ave-
nione impressæ, tum aliæ pro animabus
Christi fidelium defunctorum, impressæ Ma-
gnæ 20. Julii 1606. à Paulo V. cantantibus
quammodo: *Te Matrem Dei laudamus, te Ma-*
trem Virginem confitemur, &c. vel si die Sab-
bati interierint, dum idem canitur, & Coro-
nis, Rosariis, Imaginibus, & Numismatibus,
quæ Medallias appellant, ab eo benedictis,
Federico Cardinali Borromæo supplicante
anno 1611. dum Ecclesia Romæ in hono-
rem Sancti Caroli ædificaretur, & ab eodem
Paulo, & Gregorio XV. dicentibus: *Sia lo-*
dato il Santissimo Sacramento, Laus San-
ctissimo Sacramento, ab Urbano VIII. in ho-
norem ejusdem Sacramenti precibus Cardi-
nalis Magalotti, & Sacerdotibus, celebrata
Missa, dicentibus: *Ave filia Dei Patris, Ave*
Mater Dei filii, &c. à Clemente X. recitanti-
bus mane, meridie, ac vespere consuetam An-
gelicam: *Angelus Domini, &c.* & in fine: *Deo*
gratias & Maria. Ac demùm aliæ à nonnul-
lis Romanis Pontificibus tributæ, ut ajunt,
Coronæ Mysteriorum Passionis Domini no-
stri Jesu Christi, precè Magni Ducis Etruriæ.

Talis Indulgentia Sodalitatis S. Nicolai, quâ repetitâ quinquies Oratione Dominicâ, & Salutatione Angelica, unam liberari animam quolibet die à Purgatorii pœnis affirmant. Tales aliæ Perusii Confraternitatis Sanctorum Sebastiani, & Rochi, & Romæ Societatis S. Bernardi ad Columnam Trajani. Tales demùm aliæ Crucesignatorum S. Eustorgii Mediolani, Arimini, & Bononiæ.

Ejus generis sunt & illæ concessæ, ut ajunt, Capellæ Rosarii in Ecclesia S. Antonii de Rovigo, seu Rodigii, vel Ecclesiæ Sanctissimæ Trinitatis Bergomi, aut S. Petri Mõtis Todoni die festo Inventionis Sanctiss. Crucis, vel gestantibus funiculum S. Francisci de Paula, vel celebrantibus Missas S. Augustini, aut alias quinquies in honorem quinque festivitatum B. V. vel recitantibus Officium Sanctæ Franciscæ Romanæ, aut Antip. *O Passio magna, &c.* in memoriam Passionis Jesu, aut Rosarium S. Annæ [quod Congregatio Sacrorum Rituum non probat] aut orationem, quæ impressa cum Imagine S. Annæ circumferri solet: *Ave gratia plena, &c.* [quæ oratio prohibetur] aut Officium Conceptionis B. V. Immaculatæ, quod asserunt à Paulo V. probatum fuisse, aut Orationem: *Deus, qui nobis in Sancta Syndone, &c.* [excipitur Indulgentia centum dierum anno 1671. concessa precibus Ducissæ Sabaudiæ ad annos 25. cunctis in illius ditione degentibus] aut aliam: *Ave filia Dei, &c.* post Communionem recitandam, vel aliquoconspicuo signo venerantibus Sanctiss. Eucharistiæ Sacramenti nomen: Indulgentiæ rursus octoginta millium annorũ veteri de Tabula exscriptæ, quam in Basilica Lateranensi asservari affirmant, pro dicentibus Orationem illam verè piam: *Deus, qui pro redemptione*

randi, &c. tum quæ impressæ fuerint Papiæ anno 1670. sub hoc titulo, *Sommario dell' Indulgenze concesse dalla Santità di N. S. Papa Leone X. all' Imagine della Concettione della Gloriosa Vergine Maria*, vel Pisauri sub nomine Beatæ Joannæ anno 1608. evulgatæ, vel Barlettæ, seu Baruli à recitantibus quasdam non sanè malas Orationes lucrandæ, vel Parmæ à visitantibus per Quadragesimæ dies Ecclesias Tertii Ordinis Sancti Francisci, vel Pistorii, & Vastallæ à recitantibus Orationem: *Ave Sanctissima Maria Mater Dei, Regina Cœli, &c.* & aliæ in peculiari impresso libro descriptæ, quibus frui dicunt Devotos Seraphicos, & Benefactores.

His annumerandæ sunt, quæ Crucibus Caravacensibus tributæ dicuntur, vel Coronæ, sive Stellario Conceptionis Virginis Immaculatæ, quod ex duodecim globulis precariis constat, vel Granis, Crucibus, & Coronis Aloysiæ Ascensione Hispanæ Monialis Ordinis Sanctæ Claræ, vel Mensuræ altitudinis Jesu Christi Domini Nostri, vel Imagini, aut Mensuræ vulneris lateri ejus inflicti, vel Orationi, ut ajunt, in Sepulchro Domini nostri repertæ, & Indulgentiæ, ut ajunt, innixæ revelationi factæ Sanctis Brigittæ, Mechtildi, & Elisabeth, vel Beatæ Joannæ de Crucæ, & concessæ, ut asserunt, granis, quæ aliquod ex tribus granis tetigerint extantibus penes Romanum Pontificem, Hispaniarum Regem, & Ministrum Generalem Fratrum Minorum Observantiæ Sancti Francisci.

Omnes verò, & singulas jam dictas Indulgentias Sac. Congreg. partim esse confictas, & plenè falsas declarat, partim apocryphas, vel ex alio capite nullas, quæ nemini suffragari possunt; easque in futurum nulla in loco ut veras publicari, & lucrandas Christi fidelibus propon vetat: Foliaque, & Libros, ubi sic proponuntur, seu asserentur, omno præcipit aboleri, nisi prædictæ Indulgentiæ fuerint diligenter expunctæ; nec vim men vult, alias, quas hoc Decretum continet, pro veris; & legitimis, tutisque probatis haberi.

Ac demum, omnes Indulgentias concessas ante Decretum Clemen. VIII. latum 9. Januarii 1597. Coronis, Rosariis, seu Calculis, Crucibus, & Imaginibus cris, vel ante Breve Pauli V. quod incipit *manus Pontifex*, &c. editum 23. Maji 1606. personis Regularibus quarumcumque Religionem, & Ordinum, etiam Mendicantium, vel ante Constitutionem 115. Cl. VIII. cujus initium *Quæcunque*, &c. & Pauli V. incipientem: *Quæ salubrium*, habitas per aggregationem, vel aliam communicationem ab Archiconfraternitate Ordine, Congregatione, Societ Jesu, Capitulo, vel Cœtu quocunque, ab eorum Officialibus, Superioribus, que personis, vel persona, etiamsi vel ejus mentio specialis, & individua enda esset, nisi fuerint deinde Romanis tibus authoritate innovatæ, aut confirmatæ, nullius esse roboris, & momenti declarat.

Porro Summaria Indulgentiarum Congregationibus Doctrinæ Christ Confraternitatibus Sanctissimæ Trin & Redemptionis Captivorum, Nom Dei, Rosarii, B. Mariæ de Mercede, R demptionis Captivorum, B. Mariæ de Carmelo, Cinctur S. Augustini, & nicæ, nisi ab eadem Congregatione ta, non permittuntur.

Indulgentias verò Stationum Urbis à Romanis Pontificibus singulari beneficio vel communicatæ sunt, vel municabuntur interdum aliquibus

ribus, aut personis, diebus tantum Stationum in Missali Romano descriptis, suffragari posse declarat: semel autem dumtaxat in die Plenariam Indulgentiam in cernis dies Ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus, lucrifieri.

De quibus relatione facta per Secretarium ad Sanctissimum, cuncta Sanctitas Sua probavit, & inviolatè servari jussit Datum Romæ die 7. Martii 1678.

Aloysius Card. Homodæus.
Loco † Sigilli.
Michael Angelus Riccius Secret.

ALTARE PRIVLEGIATUM

3814 Est illud, in quo à Summo Pontifice concessa est Indulgentia Plenaria pro defunctis; quam quidem potest pro animabus Purgatorii concedere, eas liberando; non directè, & immediatè per modum absolutionis, & judicii, ut facit pro vivis, cum non sint illi subjectæ; sed per modum suffragii, seu cujusdam auxilii, offerendo Deo de thesauro Ecclesiæ satisfactiones per modum pretii condigni pro earum liberatione.

3815 Indulgentia Altaris privilegiati, aut data pro animabus Purgatorii concessa, certo, & infallibiliter suum habet effectum. D. Thomas *in* 4. *dist.* 21. *q.* 2. *art.* 3. *q.* 2. Martinus *disp.* 24. *q.* 3. *n.* 46. Dian. *par.* 9. *tr.* 2. *res.* 3. Villalob. & communior contra Laymann, & alios. Ratio est, quia ex una parte pretium, quod offertur, est æquale debito; cum offertur de thesauro Ecclesiæ consistente in satisfactionibus Christi, B. Virginis, & Sanctorum, qui est superabundans, & nunquam deficiens: *v. tom.* 3. *n.* 241. Ex alia parte habetur promissio Dei de tali pretio acceptando, inclusa in articulo fidei de communione Sanctorum, & expressa in verbis Christi: Matth. 16. *Quodcumque solveritis super terram, erit solutum, & in cœlis.* Quæ promissio est universalis, *Quodcumque*, & non excludit animas Purgatorii; quia ly, *super terram*, cadit supra solutionem activam, non supra passivam.

3816 *Communio Sanctorum*, consistit in hoc, quòd corpus Ecclesiæ Catholicæ, seu universalis, prout comprehendit tres partes, *militantem*, scilicet viatorum in hac vita contra hostes animæ militantium, *satisfacientem*, in alia vita in Purgatorio satisfacientium, & *triumphantem*, Beatorum in Paradiso Deo fruentium; est ita perfectè unitum, ut unius membri bono participent cætera membra, ex Apost. ad Rom. 2. & ex *Psal.* 118. sic nostræ orationes, & sacrificia juvant animas Purgatorii; orationes verò Sanctorum nos juvant, & illas.

3817 Hinc colliges 1. differentiam inter suffragia, quæ à fidelibus propria authoritate fiunt pro animabus Purgatorii, & inter ea, quæ fiunt authoritate Apostolica; nam illa offeruntur per modum simplicis deprecationis, & impetrationis, ut Deus de congruo acceptare dignetur; hæc verò per modum compensationis, & condignæ satisfactionis ex vi condigni pretii, quod offertur, & promissionis Dei de eo acceptando, inclusæ in articulo fidei de communione Sanctorum, & expressè in verbis Christi.

3818 2. Quòd nulla Indulgentia valeat pro defunctis, nisi sit expressè à Papa concessa pro illis; quia nullus potest disponere, & offerre pretium pro illis de bonis communibus Ecclesiæ, quæ sunt satisfactiones Christi, & Sanctorum, nisi solus Papa.

QUÆRES I.

3819 In concessione Altaris privilegiati apponi solet clausula, *dummodò in ea Ecclesia tot, v. gr. quindecim Missæ celebrentur quotidie* : An si in ea non celebrentur tot Missæ, concessio teneat?

Dian. *par. 9. tr. 2. res. 9.* nil de suo apponens, refert resp. Bordoni *tom. 2. res. 91. num. 8.* eique adhærere videtur. Qui respondet non tenere, si numerus Missarum præscribatur tanquam conditio.

3820 Addit tamen contra Rodr. Silvium, & alios, talem clausulam regulariter non esse conditionem ad valorem privilegii necessariam; sed apponi narrativè, attentâ supplicatione factâ, in qua est expressus conveniens, aut magnus sacerdotum numerus; narrativa autem nec conditionem, nec jus facit, ex *cap. Ex litteris 3. de fide instrum.*

Quod suaderi potest; nam in similibus Brevibus non semper idem numerus sacerdotum celebrantium præscribitur, sed aliquando septem, aliquando quindecim, & aliquando quadraginta; quæ diversitas non aliundè oritur, nisi ex diversitate expositorum in supplicationibus, ad quæ Summus Pontifex attendit.

3821 Tum quia particula, *dummodò*, regulariter modum significat, non conditionem. Tamb. *in meth. celebr. Miss. lib. 1. cap. 4. §. 4. n. 41.* Barb. & Sanchez: qui modus non constituit actum, nempè privilegium, sed adjicitur actui perfecto.

Mastrius *disp. 23.* Leander *tr. 5. de pœn. disp. 14.* Diana *par. 9. tr. 2.* Arsdekin *tom. 2. pag. 250.*

QUÆRES II.

3822 *Beneficiatus nimio suo labore, & magna Curiæ difficultate, concessionem Altaris privilegiati obtinuit cum clausula, dummodò quotidie quatuor Missæ in ea Ecclesia celebrentur: An si in ea non celebrentur tot Missæ, concessio teneat?*

Resp. tenere, si id fiat ratiò, aut casu fortuito; minimè si fiat contemptu ter. Diana *par. 9. tr. 2. res. 9.* Rodr. & alii apud ipsum.

Ratio primæ partis est, quia hæc accipienda sunt humano modo, & moraliter, quæ frequentiùs accidunt, *l. 3. 4. 5. & 6. ff. de leg.* & splendor Ecclesiæ non amittitur ex defectu Missarum, qui fortuitò, & raro contingit.

3823 Ratio secundæ partis desumitur ex resolutione prioris quæsiti. In tantum enim in consuetis clausulis, *dummodò tot quot, quindecim, septem Missæ quotidie celebrentur* diximus dictas clausulas non apponi regulariter, ut conditiones, sed narrativè, & modum; adeóque, si pauciores dicantur, non cadere concessionem; quia cum pauciori numero servatur sufficiens cultus, & decor Ecclesiæ, qui pro concessione Altaris à Pontifice intenditur. Non ita res se habet in casu, quia clausula quatuor Missarum non est regularis, sed extraordinaria, & singularis, & si minùs, quàm quatuor Missæ celebrentur, non servatur cultus, decor, & splendor Ecclesiæ à Pontifice pro concessione tanti cultus (quæ fuit causa laboris, atque magnæ difficultatis) adeóque colligimus, dictam clausulam appositam esse taxativè, & conditionem, atque inde concessionem Altaris cadere, si communiter non servetur.

CAPUT IX.

De Jubilæo.

3824 JUbilæus à verbo *Jobel*, quod apud hebræos est *annus remissionis*, durat solet per quindecim dies, excepto Jubilæo anni Sancti, qui durat per totum annum.

3825 In eo conceduntur plures facultates. 1. Absolutionis ab omnibus censuris, & casibus reservatis, faciendæ à quolibet Confessario, approbato tamen ab Ordinario loci, excepto crimine hæresis formalis, nisi emendetur, ex Decr. Alexan. VII. 1656. 2. Commutandi, non dispensandi omnia vota, exceptis solùm votis Castitatis, & Religionis, ac votis promissionis à tertio acceptatis: de quo de voto.

3826 Jubilæus non potest bis lucrari, sed Bonac. contra Arsdekin *tom. 2. pag. 241.* quem plures pro se refert. Nam clarè colligitur ex verbis Jubilæi.

3827 Qui omisit lucrari Jubilæum in sua patria, potest illum lucrari alibi, ubi tempus præscriptum non jam est elapsum. Qui ob confessionem iterùm peccat peccato reservato, potest iterùm absolvi, si non expiraverit tempus. Si quis tempore Jubilæi incepit confessionem, quam tamen materialiter non perfectam ob justam causam opus sit dissolvi, potest tunc tolli reservatio, & fieri commutatio votorum; imò Confessarius potest posteà peractâ confessione præstare omnia, quæ ante; quia cœptâ causâ manet notarius delegati, donec finiatur, Busem. *cit.* Bonac. Dan. Confessarius potest absolutionem post Jubilæum differre ob occasionem proximam pœnitentis, vel quia pœniteris accessit eodem die, & confessio non potuit perfici.

3828 Qui peccat peccato reservato in confidentiam Jubilæi, potest virtute Jubilæi absolvi, nisi expressè exceptuentur reservata in confidentiam Jubilæi commissa. Aliud est peccare positâ notitiâ, seu post notitiam Jubilæi, & aliud *in confidentiam* Jubilæi; nam *confidentia* importat, quòd notitia Jubilæi influat in peccatum, & sit ejus causa, quatenùs quis illud non faceret, si non haberet notitiam Jubilæi, & spem facilis absolutionis.

3829 Qui absolutus est à reservatis, si posteà non impleat alia opera, & indulgentiam non lucretur, verè remanet absolutus, si, quando confessus est habuit intentionem veram, & non fictam lucrandi Jubilæum. Imò de eo, qui omnia opera neglexit, in fine tamen, seu ultimo die, pœnitentiâ ductus accedit ad confessionem, & communionem, probabile putat Arsdekin. *tom. 2. pag. 242.* cum Diana *par. 5. tr. 12. res. 26.* & aliis, quòd Confessarius possit omnia opera præscripta in alias pias actiones commutare, & reddere eum participem Jubilæi, quia tunc est verè impotens ad opera præscripta peragenda. Eâdem ratione addit contra Lugo, quod pro eo, qui omnibus præscriptis peractis, ultimâ Dominicâ communicare non potest, quia inadvertenter bibit, possit Confessarius communionem in aliud opus commutare; *vide à num. 3309.*

Quamvis autem per confessionem invalidam, virtute Jubilæi non tollatur reservatio; addit Clericatus *cap. 122. n. 18.* tolli reservationem, si confessio invalida fuit facta Superiori, ita ut posteà sufficiat confessionem repetere simplici Confessario, & ab eo absolvi; quia satisfecit intentioni Ecclesiæ per confessionem reservatorum Superiori factam.

3830 Opera præscripta debent omninò intra unam, & eandem septimanam impleri: imò

imò tria Jejunia non possunt aliis diebus ejusdem septimanæ impleri, v. gr. die Jovis, &c. sed fieri debent diebus præscriptis, Mercurii, Veneris, & Sabbathi.

3831 Non potest quis propria authoritate opus præscriptum etiam in melius commutare, sed solus Confessarius commutare potest, quando impotentia physica, aut moralis adest.

3832 Adolescentes, & senes, qui ex privilegio Ecclesiæ ante 21. & post 60. annum non tenentur jejunare, tenentur pro Jubilæo, quia est conditio apposita ad gratiam Jubilæi: quòd si habeant causam justam non jejunandi, petant communicationem.

3833 Eleemosyna sufficit, quòd sit modica, quia relinquitur arbitrio quantitas; & licèt impotentes dare eleemosynam, ut Religiosi; & alii pauperes, probabiliter non teneantur ad aliud opus, ut vult Arsdekin *to. 2. pag. 242.* & Leander *tr. 5. de pœnit. disp. 14. q. 53.* tutius tamen est, ut commutationem petant. Dominus, sit det famulo eleemosynam elargiendam pauperibus, & famulus eam defraudet, & pro se retineat, Jubilæum non lucratur, quia non præstat in re opus præsceptum. Leander *cit. quæst. 49.* Diana *par. 5. tract. 12. resolut. 31.* contra Sà.

3834 *Quantum ad visitationem*: Si Ecclesia Regularium sit designata ab Ordinario pro visitatione, Regulares ibi commorantes satisfaciunt eam visitando. Bardi contra Liranum, quia Jubilæi simplicem visitationem præscribunt. Si verò eorum Ecclesia sit designata determinatè pro mulieribus, tunc tenentur visitare alienam Ecclesiam designatam pro viris. Visitatio fieri debet ex intentione lucrandi Jubilæum, quia visitans debet orare pro intentione Pontificis.

3835 Per Jubilæum anni Sanctifcon-duntur extra aliæ Indulgentiæ, sed non constitutis in mortis articulo, neque so-duntur Indulgentiæ pro defunctis. Inno-Jubilæos non suspenditur Bulla Cruciat ita declaraverunt Gregor. XIII. Cl VIII. & Urb. VIII. apud Buseub. *c. 1. dub. 3. quæst. 3.* & novissimè Inno XII. Certum tamen est, quòd ut quis tur Jubilæum, & ejus Indulgentiam, indiget Bulla Cruciatæ in locis Bullæ; Jubilæus est indultum generale specia Summo Pontifice concessum indepen à Bulla.

CAPUT X.

De Bulla Cruciatæ.

3836 Bulla, *est diploma, seu Breve Pontificium, in quo multæ gratiæ conceduntur dantibus certam eleemosynam subsidium belli contra infideles, & hæreticos.*

Taxa pro Bulla virorum. Pro Cardinibus, Episcopis, Inquisitoribus, Legatis bus, & pro insignibus quibusdam, videlicet pro Ducibus, Marchionibus, mitibus, Pro Regibus, Commendat & aliis Officialibus Curiæ Suæ Majes eorumque uxoribus, viris viventibus, reales, videlicet, monetæ Siciliæ decem reni, & grana decem. Viduæ verò, & proprio titulo ex dictis gaudeant, debent solùm duos reales.

Pro communibus personis duo re delicet duo tareni, & duodecim gran dimidio: *v. n. 3893.*

3837 Non valet Bulla, si pro ele na detur pecunia in individuo furtiva.

Valet, si pecunia furtiva iacet cum propria, ut discerni non possit

missionem est fur factus ejus dominus
ne restituendi: tantundem: *v. à n.*
2476.

Valet, si meretrix det pecuniam ex turpi
quia licèt cum peccato, est justè ac-
v.n. 2781.

Qui Bullam accipit credito, ea
est, si accipiat animo solvendi. Si
accipiat credito animo solvendi, sed
impotentiam nullam habeat spem il-
solvendi, non fruitur privilegiis Bullæ;
reverà non est soluturus, & Bulla requi-
eleemosynam realem, saltem quæ certò

Bulla durat per annum à die pu-
nis, usque ad diem sequentis publi-
nis, quæ fieri solet Dominica Septuage-

Non potest quis ea uti, nisi verè illam ha-
non enim sufficit propositum accipien-
sufficit, si eam habeat domi.

eam amitteret casu, probabile est, quòd
ea frui; minimè, si sponte projiceret.

Qui accepit Bullam in loco, ubi va-
accedat ad locum, ubi non valet, po-
privilegiis Bullæ, exceptis privilegiis
ovis, & laticiniis in Quadragesima,
bus de consilio utriusque Medici, in
quibus prohibentur; quia expressè

Extraneus accedens ad locum Bul-
cumque causa, etiam sumendæ Bullæ, si
Bullam, potest ejus privilegiis frui;
redeat ad patriam, potest iisdem frui,
privilegiis quoad carnes, & laticici-

Si verò alicui existenti extra Regnum
ab alio accipiatur, & remittatur Bulla,
potest ille Bulla frui; quia Bulla requi-
quòd qui vult Bulla gaudere, quando
accipitur, sit in eo loco, cui Bullla con-
v.n. 3895.

Per Bullam plura privilegia conceduntur, quæ ibi expressè referuntur, & præsertim

ABSOLUTIO A RESERVATIS.

3842 PEr Bullam absolvi possunt omnes casus, & censuræ reservatæ, tam Episcopo, quàm Summo Pontifici, etiam in Bulla Cœnæ Domini, excepta hæresi formali, & externa, etiam occulta, (de qua fusè *in tom. 2. n. 258. & à n. 281. & hic à n. 3340. ad 3352.*) hoc cùm discrimine, ut casus reservati Episcopo, absolvi possint toties, quoties; similiter casus reservati Papæ extra Bullam Cœnæ Domini, si sint occulti, etiam toties, quoties; quia evadunt Episcopales, quatenùs videlicet absolvi possunt ab Episcopo, ut in *n.* 3588. Si verò sint publici, & pariter casus Bullam Cœnæ Domini, sive publici, sive occulti, absolvi possunt semel in vita, & semel in morte.

Si contingat, quòd quis eodem anno cadat iterùm in eosdem casus publicos, loquendo de reservatis Papæ extra Bullam Cœnæ; ut in eosdem casus, sive publicos, sive occultos, loquendo de reservatis in Bulla Cœnæ; potest absolvi per secundam Bullam, pariter semel in vita, & semel in morte; at si contingat tertia vice, non potest accipere tertiam Bullam eodem anno: *v.n.* 3847.

3843 Doctores, qui tenent, posse Episcopum virtute Trid. absolvere à casibus reservatis in Bulla Cœnæ, si sint occulti, consequenter tenent, quòd per Bullam casus reservati Papæ tam extra, quàm in Bulla Cœnæ, si sint occulti, possint absolvi toties, quoties; quia evadunt Episcopales: vide dicta *à num.* 3323.

3844 Dicitur *semel in morte*, & significatur, quòd si quis in articulo mortis virtute

Bullæ à reservatis absolvitur, si convaleſcat, non tenetur ſe præſentare Superiori, cui ſunt reſervati; quod tamen facere debet, qui in articulo mortis à reſervatis abſolvitur ſine Bulla. Omninò: *v.n.* 3355. & 3356.

3845 [Abſolutio à cenſuris [ait Mendo *in epit. ver. Bulla Com. Cruc.*] nequit concedi, ſi detur pars læſa, niſi ei ſatisfiat, aut detur cautio ſufficiens; nec poteſt concedi à cenſuris latis ab homine in particulari, ne judicia turbentur; ſed à cæteris. Attamen præſtita ſatisfactione, aut cautione, ſeu data impotentia ſatisfaciendi, poteſt quis excommunicatus ſpecialiter ab homine, abſolvi pro foro interno conſcientiæ virtute Bullæ, à quacumque excommunicatione reſervata, & à non reſervata; & ab hac poterit abſolvi à quovis Confeſſario abſque Bulla. Quod idem dic virtute Jubilæi, aut privilegii, ſi detur: Etenim hæc abſolutio nullatenùs perturbat ordinem judicialem, cùm ſolùm proſit pro foro interno, ità ut abſolutus poſſit gaudere ſuffragiis Eccleſiæ, & a peccatis abſolvi; & pietas exigat, ut cùm per ipſum non ſtet, quominùs abſolvatur, non privetur eis bonis ſpiritualibus. At à cenſuris generalibus reſervatis non poteſt quis ideo abſolvi pro foro interno, niſi ab habente ſpecialem jurisdictionem, quia illæ cenſuræ reſervatæ ſunt etiam quoad forum internum.

Inde ſi abſolutus pro foro interno obtineat beneficium, tuta conſcientia poterit illud retinere, & facere fructus ſuos, eſtò poſſit Judex eum illo privare. Imò ſi ille celebret, non manet pro foro interno irregularis, eſto ſit puniendus, & habendus ut irregularis pro foro externo. Quòd ſi excommunicatus non debeat ſatisfacere cuiquam, ſed ejicere concubinam, aut quid ſimile; nequit abſolvi, niſi illud exequatur. Si autem ſit pars læſa in caſibus, in quibus non tenetur reſtituere ob impotentiam, aut quia teneretur incommodo gravi ſui ſtatus, non tenetur ſatisfacere; nam ſatisfactio eſt etiam reſtitutio.

In articulo mortis poteſt præſtari abſolutio à cenſuris, dum conſtet, à moribundo linqui in teſtamento, aut aliter, hanc obligationem ſatisfaciendi. Qui vel ex ordinario, vel ex delegatione abſolvit, præſtita ſatisfactione, aut cautione, abſolviret validè, ſed illicitè, quia non ſervat gravi juris formam. Idem dic, ſi abſolvitute Bullæ; nam clauſula addita de ſatisfactione præſtanda, non eſt limitativa ſtatis, ſed admonitio formæ juris, & id ampliùs cernitur, ſi moribundus abſolvetur, non petita ſatisfactione, nec tione; nam pia mater Eccleſia non ut in his caſibus negligentia Confeſſarii ſuo munere obeundo præjudicet pœnitenti.)

3846 Virtute Bullæ non poteſt dari abſolutio à ceſſatione à divinis, & dicto, ſive generali, ſive ſpeciali, ſive perſonali; quia Bulla eſt pro ceſſatione quæ impediunt receptionem Euchariſtiæ vel Sacramenti Pœnitentiæ, non aliis, juſmodi ſunt recenſitæ cenſuræ. Nec læ poteſt diſpenſari ſuper irregularitate ex delicto; quia ultrà allatam Bulla non dat facultatem ad dum, ſed ad abſolvendum, Tamb *de Bulla cap. 9. §. 6. num. 5. & 6.* 3606.

QUÆRES.

3847 *An absolutus vi Bullæ ab uno casu ...ria, v. gr. à duello, si incidat in alium ...n Pontificium diversæ speciei, v gr. in si...um realem possit eodem anno vi ejusdem ...absolvi, & sic successivè si incidat eodem ...n alios casus Pontificios diversæ speciei?*

...firmat Leander *de censuris tr. 2. disp. ...q.8.* cùm pluribus, quia cùm Bulla ...orabilis, ejus verba sunt amplè inter...da; verba autem Bullæ, *semel in vita*, ...n facultas absolvendi à reservatis Pa...ngitur ad unicam absolutionem, ...commodè explicari de absolutione ...eamdem speciem peccati; dato enim, ...Confessarius pluries eodem anno vir...dem Bullæ absolvat, semper tamen à ...specie diversis verificatur, quòd se...& non pluries ab eodem casu reservato ...at, Etaliàs majori frueretur privilegio ...plura incidisset reservata, quàm qui in ...ora; nam ille posset semel absolvi à ...n reservatis diversæ speciei, hic non ...duobus specie diversis per duas abso...es, semel ab uno, & semel ab alio.

3848 Resp. non posse. Bardus *De Bulla ...r. 1. sect. 1.* Quia verba Bullæ sunt am...terpretanda, sed non ultrà sensum ex...m, expresè autem ly semel afficit a...absolutionis, non casum; verba enim ...*Possint eligere in confessarium quemli...presbyterum secularem, aut Regularem ...tatum ab Ordinario, qui eos possit absol...semel in vita, & semel in articulo mortis, ...bus peccatis, & censuris, reservatis ...absolvere, etiam declaratis in Bulla Cœ...nis, excepto crimine hæresis* Undely, ...facultatem absolvendi restringit non ...quoad speciē, sed etiam quoad genus.

Nec est mirum, quòd sic majori frueretur privilegio, qui in plura incidisset reservata, quàm qui in pauciora; quia hoc eveniret per accidens, in quantùm unum mortale non potest sine alio remitti.

QUÆRES II.

3849 *An Confessarius actu approbatus ab Ordinario in sua Diœcesi, possit confessiones audire in alia Diœcesi virtute Bullæ Cruciatæ.*

RESp. omninò non posse, sed debere esse actu approbatum ab Ordinario loci, ubi fit confessio. Villalob. *in summ. tom. 1. tr. 15. dis. 15. n. 3.* Cardenas *disp. 2 par. 1. q. 3.* & Mendo contra Dianam *par. 1. tr. 11. res. 7.* Leandrum *de pœnit. tr. 5. disp. 19 q. 70* Tamb. *de Bulla c. 11.* & quàm plures alios. Ratio est, quia quoad electionem Confessarii, Pontifex in Bulla nil privilegii concedit, sed vult, & intendit se conformare Tridentino, quod requirit ad probationem actualem ab Ordinario loci, ubi fit confessio.

3850 Hanc fuisse suam mentem, sæpe declaravit Pontifex, & 1. quia Bulla requirit *Confessarium approbatum ab Ordinario.* S. Congr. Concil. ab Archiepiscopo Valentino interrogata, quid veniat nomine *approbati ab Ordinario*, respondit his verbis: *Congregatio Concilii respondet: Approbatum ab alio, quam à Valentino Episcopo in Diœcesi Valentina non censeri approbatu ab Ordinario.* Quod Decr. refert Barri *d. Bulla Cruc. par. 2. tr. 5. c. 1. sect. 2. n. 19.* & Rodr. *in Bulla Cruc. §. 9. n. 5.* affirmat illud legisse, & per publicum Notarium fuisse omnibus Monasteriis Valentiæ intimatum.

3851 Item anno 1611. emanatum fuit Decretum tenoris sequentis:

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, censuit Regulares hujusmodi, utcumq; exemptos, non posse, absq; Or-

dinarii Hispalensis licentia, & approbatione, personarum sæcularium confessiones audire, litteræque Cruciatæ prædictas in hac re quidquam novi juris minimè induxisse, &c.

3852 Quod Decretum confirmavit Paulus V. ut sequitur.

Paulus Papa V.

Nomine Venerabilis Fratris Petri Archiepiscopi Hispalensis Nobis nuper expositum fuit, quòd in Civitate, & Diœcesi Hispalesi irrepserit abusus, ut Regulares absque pro tempore existentis Archiepiscopi Hispalensis licentia sæcularium personarum confessiones audire &c. & vigore litterarum Apostolicarum super Cruciata nuncupata emanatarum illa sibi permissa esse prætendebant; quare Nos, &c. tenore præsentium ejusdem Concilii Decretis inhærentes, Regulares prædictos non posse absque Ordinarii licentia sæcularium personarum confessiones audire, &c. absq; licentia, & approbatione ipsius Ordinarii, &c. litteras q; Cruciatæ prædictas in hac re quidquam novi juris minime induxisse &c. ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus, &c. non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, &c cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ, &c. die 11. Octobris 1611. Pontificatus Nostri anno septimo.

3853 Deinde idem declaravit Clem. X. in Bulla de anno 1670. quæ incip. *Superna* relata superiùs *in* §. 3. *n.* 3292. Quæ Bulla comprehendit præfata tria decreta, & Bullam Cruc. in illis verbis de §. 1.

Nos attendentes, quòd aliàs diversis temporibus prædictæ dubitationes, &c. nonnullis Prædecessorum nostrorum Pontificum Constitutionibus, earumque declarationibus definitæ fuerint, ejusmodi definitiones in unum collectas, & in illis.

Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, Ordinum, Monasteriorum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumq; tam sæcularium, quàm Regularium. Quibus verbis non solùm significatur privilegia Ordinum, verùm etiam privilegia Cruciatæ sæcularibus concessa.

3854 Denique omne tollit dubium ratio novissima S. Congr. de anno 1675. Archiepiscopus námque Hispalensis significavit eidem SS. Patri Clementi X. quod non obstante declaratione per eum anno 1670. edita Regulares prætenderent, posse approbari in una Diœcesi ab uno Ordinario, ut confessiones audire virtute Cruciatæ: ac inde supplicavit, ut declararet, nihil litigare Bullam Cruciatæ Regularibus, an probatis ad audiendas confessiones in rium suæ Diœcesis Hispalensis; qua ta supplicatione, SS. materiam examinandam dedit Sacræ Congregationi, quæ declaravit ut sequitur:

HISPALENSIS.

Sacra Congr. Cardinalium Concil. Trid. interpretum sæpiùs declaravit, Regulares posse absque Ordinarii licentia, & approbatione sæcularium personarum confessiones audire &c. nec constitutionem, quæ Cruciata appellatur, in hac re quidquam novi juris inducere. Romæ 16. Februarii 1675.

Decretum pro Diœcesi Valentina vidisse, refert Rodr. *tom.* 1. *q.* 133. verò duo de anno 1611. cum confirmatione Pauli V. & aliud de anno 1675. pro Diœcesi Hispalensi, authentica apud se habuisse, modò in officio præfati Archiepiscopi conservari testatur Cardenas *disp.* 2. *par.* 6. *q.* 3. *à num.* 286. *ad* 299.

3855

3855 Remanet igitur firmiter ostensum Clementem X. in Const t. de anno 1670. comprehendisse Bullam Cruciatæ; & Bullam Cruciatæ non concedere privilegium, ut Confessarius sive sæcularis, sive Regularis, approbatus ab uno Ordinario, etiamsi duret ejus approbatio, possit eligi ubique.

3856 Nec dicas, recensita tria decreta emanasse non universaliter, sed pro locis specialibus, ac proinde non extendenda. 1. Quia Bulla Clem. X. est universalis. 2. Quia recensita Decreta non habent vim puræ legis, & statuti, sed declarationis legis communis Trident. & privilegii Cruciatæ ut patet per verba: *Declaramus*: *Declaravit*. unde eorum propriè non dicitur extensio, sed comprehensio; quatenùs tria decreta edita, unum pro Diœcesi Valentina, & duo pro Hispalen. comprehendunt eumdem intellectum pro omni alia Diœcesi; cum enim Tridentinum, & privilegium Cruciatæ sit idem in relatis Diœcesibus, & in aliis, ubi est Bulla Cruciatæ, intellectus Pontificis declarantis, quo ad approbationem Confessarii vigere Tridentinum, & privilegium Cruciatæ non induxisse novum jus; idem erit pro omni alia Diœcesi, ubi est bulla Cruciatæ; adeóque cum constet de declaratione, intentione, & intelligentia Summi Pontificis, non potest ab ea ullo modo recedi.

3857 Quibus accuratè consideratis, cuilibet sani intellectus constabit, oppositam opinionem affirmativam non esse probabilem; nisi gratis dato, sed non concesso, quòd aliquam probabilitatem haberet, adhuc nullo modo posset amplecti; quia cum agatur de jurisdictione, & inde de valore sacramenti, tuta opinio amplectenda esset. Ex Decr. Innoc. XI. *vid. prop.*

In meo Manuali Ordin. *num.* 17. excusoque graves Doctores, qui in affirmativâ sententiam abierunt; eò maximè, quia ante Bullam Clem. X. scripserunt.

3858 Modò tamen opinio affirmativa non solum est improbabilis, verùm etiam sub gravi censura damnata; nam post hæc à me bis typis data, accessit Bulla XII. de die 19. Aprilis 1700 quam referunt Mathæucci *to.* 1. *ver. Approbatio ab Ordinario*, & Pignatelli *in consult. Edit. novissima.* Bulla est:

INNOCENTIVS PAPA XII.

[Cum sicut non sine gravi animi nostri dolore ex nonnullorum Venerabilium Fratrum Episcoporum Regni Portugalliæ, & aliorum timoratæ conscientiæ virorum delatis ad Nos querelis accepimus, quòd in Regno præfato revixerit, ac indies magis invalescat opinio per quasdam fel. rec. Pauli V. Urb. VIII. & Clemente X. Romanorum Pontificum, Prædecessorum nostrorũ, Constitutiones, nec non plura Congregationem, tunc existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, ac respectivè negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, decreta, dudum damnata, & reprobata, qua innixi plerique illarum partium privilegia, & indulta per literas Apostolicas pro Cruciata Sancta emanatas, seu ut vocant, Bullam Cruciatæ, concessa, ita intelligenda esse existimant, ut facultas in litteris, seu Bulla hujusmodi Christi fidelibus attributa confitendi peccata sua cuilibet Confessario, per quemcumque Ordinarium ad confessiones audiendas approbato, locum habeat, & habere censeatur, etiamsi is non fuerit Ordinarius loci, in quo confessiones præfatas excipi contigerit. Hinc est, quòd Nos ex debito Pastoralis officii, quod humilitati nostræ meritis licèt, & viribus longè impari commisit divina dignatio, animarum periculis in re tanti momenti, qua-

lis est Sacramentalis confessio, quantùm Nobis ex alto conceditur, paterna charitate occurrere cupientes, necnon Constitutionibus, & decretis supradictis inhærentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S.R.E. Cardinalium, primùm quidem supradictis negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, subindè verò etiam aliorum in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum à Sede Apostolica specialiter deputatorum, qui opinionem præfatam ex integro examinarunt, remque totam maturè discusserunt, consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, decernimus, & declaramus, Bullam Cruciatæ Sanctæ nihil novi juris induxisse, nullumque privilegium contiuere quoad approbationem Confessariorum contra formam ejusdem Concilii Tridentini, & prædictarum Constitutionum Apostolicarum, adeo ut Confessarii, tam sæculares, quàm Regulares, quicumque illi sint, in vim dictæ Bullæ Cruciatæ à Pœnitentibus ad audiendas eorum Sacramentales confessiones electi, nullatenùs confessiones hujusmodi audire valeant sine approbatione Ordinarii, & Episcopi Diœcesani loci, in quo ipsi Pœnitentes degunt, & Confessarios eligunt, vel ad excipiendas confessiones requirunt; nec ad hoc suffragari approbationem semel, vel pluries ab aliis Ordinariis aliorum locorum, & Diœcesum obtentam, etiamsi Pœnitentes illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbassent, subditi forent; confessiones autem aliter, & contra earumdem præsentium, aliarumque Apostolicarum Constitutionum formam deinceps faciendas, & excipiendas respectivè, præterquàm in casu necessitatis in mortis articulo, nullas fore, irritas & invalidas, & Confessarios ipso jure suspensos esse, & etiam rigide puniendos ut ipsis Ordinariis locorum. Porrò quamvis que contrariam opinionem tanquam falsam, temerariam, scandalosam, & impiam perniciosam, prætenso quoris contrario, contrariaq; consuetudine, etiam antiquissima, minimè obstantibus, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, harum serie damnamus, & reprobamus, contrariumque usum, ac contrariam consuetudinem hujusmodi penitùs, & omninò abrogamus, & abolemus. Ac proinde omnibus, & singulis Christi fidelibus, cujuscumque status, gradus, conditionis, & dignitatis existant, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, ne supradictam opinionem docere, tueri, aut ad praxim deducere quovis modo audeant, aut præsumant, sub pœna excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque ulla declaratione incurrendæ, à qua nemo quàm, præterquàm à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo hujusmodi constitutus, absolutionis beneficium obtinere valeat, interdimus, & prohibemus. Decernentes, &c. Sicque, & non aliter, &c. Sublata, &c. ritum, &c. Non obstantibus, &c. Romæ 19. Aprilis 1700.]

REGULARES, ET MONIALES

3859 NOn possunt uti privilegio Bullæ eligendi Confessarium qui a casus reservatos; constat ex dictis *a n.* 1449. *ad* 1449. *& à n.* 3539. *ad* 3547.

Possunt autem reliquis privilegiis Bullæ frui; quia illis in Bulla prohibetur esse orum, & lacticinio um per Quadragesimam nisi sexagenarii sint, aut militares, &c. sequa-

sequenter aliis privilegiis non privantur; quia *exceptio firmat regulam in contrarium.*

COMMUTATIO VOTORUM.

3860 Virtute Bullæ commutari possunt, non dispensari omnia vota etiam jurata, exceptis tribus: *Perpetuæ castitatis, Voti simplicis Religionis, & peregrinationis Jerusalē de votionis causa.* Unde jure Ordinario vota reservata sunt quinque, ut in *num.* 1998. Jure autem extraordinario, & ex privilegio Bullæ sunt tria; eum verba clausulæ sunt: *Item fumentibus Bullam conceditur, vota omnia, Vltramarino, Catharis, & Religionis exceptis, in aliquod subsidium hujus expeditionis per eundem Confessarium commutari.* Ubi in singulari dicitur *Vltramarino*, ac proindè restringitur ad principale peregrinationis Jerusalem. Et de his votis discurre, ut à *num* 1999.

3861 Rectè ait Mendo *in epit.* (Negant vota emissa in favorem tertii commutari per Bullam, si sint accepta; non enim conceditur facultas in præjudicium alterius. Neque possunt commutari vota, aut juramentum communitatum; quia non his, sed personis Bulla conceditur.

Commutatio votorum, sicut & absolutio à censuris, fieri potest extra Sacramentum Pœnitentiæ, virtute Bullæ, nec ullam requiritur causa; sed sufficit privilegium.

3862 In qualibet commutatione votorum, virtute Bullæ Cruciatæ, danda est eleemosyna in subsidium Cruciatæ, deponenda intra Cruciatæ capsulam, à Commissario Cruciatæ in certa Ecclesia designata, quæ Panormi erat in Ecclesia Sancti Francisci.

Quæ eleemosyna debet esse distincta à materia, in quam votum commutatur; debet tamen cum materia commutationis computari,

Si votum non habeat expensionem annexam, eleemosyna debet esse arbitraria Confessarii prudentiæ, juxtà qualitatem, & commoditatem voventis.

Si verò habeat expensionem annexam, eleemosyna tanta esse debet, quanta esset expensio facienda pro voto. Si sit peregrinationis, quanta esset expensio facienda in accessu, videlicet pro itinere, & mora in itinere, & in loco pro executione voti, deductis expensis, quæ pro eo tempore fuisset facturus domi; qui excessus correspondet peregrinationi, & dari debet in subsidium Cruciatæ. Confessarius tamen potest juxta suam prudentiam aliquid ex illo relaxare voventi, quod solet esse sexta pars, & quinque partes elargiuntur in subsidium Cruciatæ. Sit

EXEMPLUM.

3863 Petrus vult, ut ei commutetur votū accedendi Romam ad visitandum Apostolos. Tunc Confessarius interrogare debet, quantum judicio prudenti expendisset pro accessu, videlicet pro itinere, mora in itinere, & in loco pro executione voti: Sint sexaginta scuta; tunc deductis expensis, quæ eo tempore fuisset domi facturus, quæ si sint triginta, computantur peregrinationi triginta; ex his confessarius remittere potest voventi modicam partem; praxis est, ut ei remittatur sexta pars, videlicet scuta sex, & injungat, ut alias quinque partes, nimirūm scuta viginti quatuor deponat in capsulam in subsidium Cruciatæ.

Insuper per mensem, quo v. gr. erat peregrinatio quantum ad accessum duratura, injungat bis, aut ter jejunium, Rosarium, confessionem, communionem, & visitationem Ecclesiæ, aut Capellæ in loco, ubi moratur, Sanctis Apostolis dicatæ. Vide dicta de Voto *à num.* 1949. *ad* 1954.

USUS

USUS ORATORII IN DOMIBUS PRIVATIS

2864 BUlla Cruc. concedit, ut in privato Oratorio ab Ordinario visitato, & designato, habentes Bullam possint, etiam tempore interdicti, celebrare Missas, & alia divina Officia, per se, si sint Sacerdotes, aut per alios in sua, & suorum familiarium, ac consanguineorum præsentia, & recipere Eucharistiam, & alia sacramenta, excepto die Paschatis. Illi tamen, qui præmissis utentur, teneantur toties preces aliquas Deo fundere pro unione, & victoria Principum Christianorum contra infideles. Hæc concedit Bulla Cruc.

3865 Supposito igitur Oratorio ritè approbato ab Ordinario, ad quod erigendum Bulla non dat facultatem, sed supponit erectum. Diana *p. 9. tract. 1. res. 23.* Tamb. *de Bulla cap. 5. §. 4.* Busem. *de Bulla lib. 8. dub. 12. quæst. 1.* Trulench. Garcias, & alii contrà Sotum, Joan. la Cruz, Castropal. Supposito inquam Oratorio ritè approbato, Bulla Cruc. tollit restrictiones, quas apponit ordinarium privilegium Pontificis, oratorium privatum concedens.

3866 Unde, quia privilegium Oratorii est coarctatum, 1. Ad unam Missam, 2. Ad alios dies præter solemniora festa, 3. Ad dominum domus, ejus familiam, & hospites nobiles, exclusis familiaribus actu non necessariis: Privilegium Cruc. concedit, 1. Ut possint celebrari, quot Missæ voluerit dominus eodem die, 2. Ut possint celebrare & alia Sacramenta Eucharistiæ, & Pœnitentiæ recipere, etiam in festis solemnioribus, una communione excepta intra tempus Paschale in Parochia facienda; unde non prohibetur ibi die paschatis communio ex devotione, quod patet per illam clausulam, *etiam tempore interdicti*: si enim ea privilegium ... concedit etiam tempore interdicti, ... est plus, concedit in festis solem... quod est minus; tum quia ly *etiam* ... alia, 3. Ut possint prædictis usibus in O... rio frui etiam familiares non neces... bentis Bullam, & consanguinei ejus... etiam qui non sunt de familia, hoc ... non sunt commensales, licèt ipsi non ... beant Bullam.

3867 Per consanguineos veniunt ascendentes, & descendentes, aut collaterales ... ad quartum gradum. Excluduntur per ... clausulam affines; possunt tamen com... di per aliam nomine *familiarum*, salte... gè, quatenùs in eadem domo habitant... ratione dicuntur propriè *domestici*: ... magis si sint commensales habentis Bul... quia tunc dicuntur de familia.

3868 Difficultas est: *An consanguine... familiares nō habentes Bullam satisfa... inter sint sacro, ibi non præsente domino ... te Bullam?*

Negat Rodr. quia soli domino, & ... ratione domini est privilegium conc... Affirmat Joan. à Cruce; quia Bulla ... respectum ad dominum, & non pu... bit præsentiam domini esse neces... Tamb. *cit. num. 46.* utramque partem ... bilem putat.

3869 Consequenter ad dicta, Busem. ... *de Bulla cap. 1. dub. 12. qu. 2.* infert, quòd ... vilegia Oratoriorum coarctet Præla... rior, coarctationes tollit Bulla, ut à Pon... fice. Si coarctet Pontifex, eas revocat ... Pontifex per concessionem annuam ... Item si post acceptam Bullam concedat ... vilegium oratorii cum his restrictionibus ... telligi debet coarctatio pro non habe... Bullam.

3870 Oratio facienda juxta num. 386.

…esse unum *Ave*; ejus autem omissio non …ciat actum, aut concessionem, nec erit …rialis, sed venialis, quia est levis, nec est …ctio essentialis, sed modus adjectus actui …ssito. Tamb. *cit. n.* 41.

…US OVORUM, ET LACTICINIO-RUM.

3871 IN Quadragesima in Bulla communi prohibetur etiam Sacerdotibus sæcu…bus; qui tamen possunt iis vesci in Quadra…sima, excepta hebdomada Sancta, quæ in…ia Dominica Palmarum, per aliam Bul…m, quæ dicitur lacticiniorum.

3872 Pro hac Bulla lacticiniorum, quæ est …cta, & ab Urb. VIII. concessa, elargien…est eleemosyna jam à Commissario Gene…i Cruciatæ taxata.

Tax est, Pro Patriarchis, Episcopis, etiam …atibus, & Abbatibus jurisdictione gau…ibus, Reales viginti quatuor. Realis est …mus unus monetæ Siculæ cum granis qua…, & quarta parte grani.

…o dignitatibus Canonicalibus Ecclesia…m Cathedralium, & Collegiatarum, reales …

…o illis, qui in dictis Ecclesiis gaudent …onibus, & pro beneficiariis sive ani…rum curam habentibus, ut sunt Parochi, …e non, quorum tamen redditus annuus as…dit ad summam scutorum trecentum, rea…ales.

…o habentibus beneficia, Capellanias, …siones, & quosvis redditus Ecclesiasticos …ducenta scuta annualia ascendentes, reales …uatuor.

…o cæteris Clericis, & Presbyteris sæcu…ribus, reales duo.

3873 Hæc Bulla non possunt uti Regula…s, & Moniales; quia sunt excepti. Nec Epi…opi ex Ordine Minimorum, ex dictis *num.* 1868. Possunt autem uti Episcopi ex aliis Ordinibus, quia in illis prævalet qualitas Episcopatûs. Non possunt uti Cardinales regulares, nisi sint Episcopi; quia nec Religio, nec Bulla hoc illis concedit, nec eos exprimit.

Hinc Cardinales sæculares non indigent hac Bulla particulari lacticiniorum, sed per Bullam communem Cruciatæ comedere possunt ova, & lacticinia per totam Quadragesimam, etiam in majori hebdommada, sicut cæteri sæculares.

3874 Non potest quis, vi hujus Bullæ particularis, sicut sæcularis vi Bullæ communis vesci lacticiniis extra Regnum, in quo non est Bulla; quia hæc Bulla particularis est extensio Bullæ communis, ac proinde est intelligenda cum eadem limitatione.

3875 In jejuniis ex voto, Jubilæo, & pœnitentia Sacramentali, nedum vi Bullæ, verùm etiam sinè ea potest quis vesci ovis, & lacticiniis, si in illis non sit intenta explicitè, aut ex circumstantiis implicitè abstinentia ab ovis, & lacticiniis, quia jejunium Ecclesiasticum stat cum lacticiniis.

PRIVILEGIUM VESCENDI CARNIBUS.

3876 PEt Bullam communem datur privilegium vescendi carnibus de consilio utriusque medici cunctis diebus jejuniorum, etiam quadragesimæ. Ubi (ut vides) ad usum lacticiniorum vi Bullæ Cruciatæ non requiritur causa, sed sufficit privilegium. Ad usum verò carnium requiritur causa, nempe necessitas, & consilium utriusque medici, si necessitas non sit patienti certa.

Non dicas, hoc privilegium nullum habere effectum, quia etiam sinè Bulla, quando necessitas est patienti dubia, potest quis carnibus vesci de consilio utriusque medici, corporis

ris scilicet, & animæ. Nam habet hunc effectum de Thesauro Ecclesiæ, ut habens Bullam, quamvis de consilio utriusque medici vescatur carnibus, satisfaciat præcepto, & habeat meritum jejunii, ac si carnibus non vesceretur ut ex verbis Bullæ.

PRIVILEGIUM CIRCA TEMPUS INTERDICTI.

3877 UT habentes Bullam (possint in Ecclesiis, quibus alias divina Officia (interdicto durante) quomodolibet celebrare permissum fuerit, vel in privato Oratorio ad divinum Cultum tantum deputato, ab Ordinario visitando, & designando, etiam tempore interdicti, cui ipsi causam non dederint, vel per eos non steterit, quo minùs amoveatur: Et qui facultatem ad id à Commissario Generali habuerit, etiam per horam, antequam illucescat dies, & per horam post meridiem, in sua ac familiarium ac consanguineorum suorum præsentia, Missas; & alia divina Officia, per se ipsos, si Presbyteri fuerint, vel per alium celebrare facere, & tempore interdicti divinis interesse) sunt verba Bullæ.

3878 Item conceditur [tempore interdicti, id est interdicti localis generalis, Eucharistiam, & alia Sacramenta, præterquàm in die Paschatis, posse recipere.]

3879 Item conceditur (Mortuorum corpora, nisi fortè vinculo excommunicationis innodati decesserint, cum moderata funerali pompa sepeliri.)

QUÆRES.

3880 *An habens Bullam tempore interdicti teneatur sub mortali audire Sacrum die festo?*

NEgant Alterius, Avila, apud Tamb. de Bulla *cap.* 5. §. 2. qui hanc opinionem probabilem putat; quia nemo cogitur uti suo privilegio.

3881 Dico obligari sub mortali. Vide bos, Trullench, apud Tamb. *cit.* ob rationem *de num.* 2810. Quia tenetur quis implere ceptum quando potest; sed tunc potest per Bullam potest audire sacrum tempore terdicti; igitur.

3882 Non obstat ratio opinionis oppo quòd Bulla sit privilegium, ac proinde imponat onus, sed liberum relinquat habentem, ut eo uti velit, vel non; qua quoad facultatem audiendi sacrum tempore interdicti, est quidem privilegium ex rum, non onus; sed est privilegium in ne ad pœnam interdicti, quam tollit; vato enim usus Sacramentorum, sicut cleſiasticæ sepulturæ, est magna pœna: verò audiendi sacrum, tali privatione tionis per Bullam ablata, non imponitur Bulla, sed à præcepto Ecclesiæ de audi sacrum die festo, quod omnem fidelem peditum obligat; adeòque cum habentem Bullam jam expeditum, obligat.

Sit exemplum de Principe, quia carn detendo det liberam facultatē exeundi ille, si die festo non egrediatur ad sacrum peccat mortaliter; non quia sit impositum onus à Principe; ejus enim facultas est in ordine ad privationem exeundi, quæ pœna ob delictum imposita; onus verò diendi sacrum imponitur ab ipso præpto Ecclesiæ, quod fidelem expeditum obligat

USUS INDULGENTIARU

2883 REgulares, & Moniales, quæ sine Bulla non possint frui Bullæ gentiis specialibus Bullæ, ut fruantur omnibus, non indiget Bulla: habent ipsa Bulla: *Exceptis tamen iis, quæ concessa ordinum mendicantium superioribus*

fratres. Insuper ex Decl. S.C. Conc. quam refert Turanus *pag. 215. nn. 5.* his verbis: *Ad instantiam fratrum minorum in Regno Siciliæ degentium*, S. Congr. Conc. die 24. Martii respondit, *Oratores gaudere Indulgentiis Apostolica concessis, etiam si Cruciatam non deferant. Habentur Archiv. Procurat. Reg. S. Francisci Transtiberim fol. 78.*

3884 Valdè pauperes, qui ob impotentiã dare non possunt taxatam eleemosynam, Indulgentias alias extra Cruciatam acquirere, vid. Bardi *p. 2. tr. 1. cap. 1. sect. 6. Quintanadu.* & Lodov. à Cruce, moti ex præsumptione Summi Pontificis, quòd non velit Indulgentiis priventur, qui sine culpa illam habere non possunt; & supra afflictionem egestatis corporis addere afflictionem animæ. Omninò tamẽ negant Tamb. *tr. de Bulla cap. 3. §. 7. n. 14.* & Mendo, quia Papa expressè pro eo anno suspendit omnes Indulgentias pro iis, qui Bullam non sumunt.

BULLA DEFUNCTORUM

3885 Conceditur in locis Cruciatæ: per eam elargitur Pontifex liberationem unius animæ, seu Indulgentiam plenariam per modũ suffragii pro anima defuncti, eo sumente Bullam determinanda. Quæ Indulgentia est distincta ab indulgentiis illis communis, quibus etiam liberatur anima.

3886 Pro hac Bulla erogantur duo reales, vel aureus duo, & grana duodecim cum dimidio, ab omnibus personis, tam privatis, quàm insignibus.

3887 Pro eadẽ anima possunt sumi singulæ duæ Bullæ; pia tamen consuetudo non sumuntur plures, sicut plures applicantur Indulgentiæ, & Missæ.

3888 Una Bulla non potest applicari nisi pro una anima; quia in Bulla in singulari apponitur: *pro anima talis personæ* Tamb. *cit.* contra Mendo, qui vult posse applicari pro pluribus, & tunc fructus indulgentiæ dividi pro illis pluribus pro rata.

3889 Facta applicatione pro tali anima non potèst variare animam; quia per ipsam applicationem habuit suum adæquatum effectum indulgentia.

3890 Si Bulla accipiatur credito, suũ effectum habet facta applicatione, absque eo quòd expectetur tẽmpus solutionis.

3891 Non est necesse, ut inscribatur nomen defuncti, licèt usus sit, qnód inscribatur, tam nomen defuncti, quàm nomen accipientis. Nec est necesse ipsam Bullam servari; non debet autẽ apud ipsum custodem relinqui, ut fraudes vitentur, nec possit alii dari

DE BULLA COMPOSITIONIS

3892 Per hanc Bullam potest, 1. quis se componere super rebus ablatis, aut aliter malè acquisitis, quorum (factâ priùs debitâ diligentiâ) nescit dominum, seu creditorem. Quæ compositio fieri potest super dictis debitis incerti domini usque ad summam trecentum scutorũ Hispaniæ, nimirùm trecentum scutorum, & viginti unius, cum tarenis octo, & granis novem monetæ Siculæ: & ita pro una Bulla potest sibi retinere duas uncias, tarenos decem, & septem cum granis quatuor; & sic accipiendo tot Bullas usque ad summam debiti trecentum scutorum.

3893 Taxa pro una Bulla est, ut solvantur duo reales à qualibet persona, tam privata, quàm insigni.

Non sufficit una Bulla pro pluribus, sed tot debent sumi Bullæ, quot debitores, licèt debitum singulorũ sit minus eo, super quo possint componi.

Quòd si debitum hanc summam excedat,

tunc non potest uti Bulla quoad excessum, sed fieri debet compositio particularis cùm commissario Cruciatæ, qui in Regno Siciliæ est Archiepiscopus Panormitanus.

Imò potest quis cùm ipso Commissario componi super tota quantitate, qui solet designare pro Cruciata decem pro singulis centenariis.

3894 Hac Bulla, sicut & Bulla communi lætari possunt solùm fideles baptizati, minimè Infideles, nec Catechumeni.

Debent existere in Regno Bullæ, aut ad illud personaliter declinare, sicut etiam pro Bulla communi. Undè Neapolitanus (ait Tanab.) per paucas horas Panormi manens potest hac Bulla lætari, vel cùm Commissario componi: *v. n.* 3841.

In Bulla debet inscribi nomen. Non est autem necesse, ut Bulla conservetur. Tambur. de Bulla *c.* 28. §. 7. *num.* 2. contra Mendo.

Hæc Bulla prodest Defunctis, si ipsi ante mortem commiserunt hæredi, aut alteri, ut tot Bullas pro se sumeret, aut ut compositionem faceret cùm Commissario. Vel si commisit, ut consuleret Theologos; & tunc si hæres debeat, sumat Bullas. Si verò nil mandaverunt, eis non prodest. Tunc autem hæres, si reperiat bona componibilia potest nomine suo Bullas sumere, & componere.

3895 Qui furatus est in confidentiam Bullæ, non potest componi, licèt, qui peccavit in confidentiam Bullæ, possit absolvi; quia primum in Bulla prohibetur, non secundùm, *v. n.* 3828.

3896 2. Supradicta compositio fieri etiam potest super bonis aliorum bona fide acquisitis, & super bonis inventis, etiam super bonis naufragantium, si post debitam diligentiam inveniri non possit dominus; Excommunicatio autem Bullæ Cœnæ solùm ligatur cognito, vel comparente domino.

3897 Quæ (ait *Mendo* ver. Bulla cœnæ *num.* 12.) in litore maris inveniuntur, res ex naufragio primi occupantis fiunt, licet quæ profunduntur in aliqua solemnitate ea, quæ à domino derelinquuntur. Ligna, quæ inundatione fluminis asportantur, & res exigui valoris, ac longè à domino ferentur, inter derelicta habentur: secùs si talia bona prudenter judicetur, dominum velle ea recuperare, & recuperare. Non tamen sunt bona certa, quæ in incendio, aut naufragio pereiuntur. Nam dominus ea non derelinquit & vellet, si posset, ea conservare. Quinimo si res sit peritura, nisi quis illam servaret, ad hoc ejus dominium non acquireret, nec domino non abdicatum.]

3898 Si facta jam compositione, & rebus ptis Bullis, veniat in notitiam creditoris, tenetur restituere totum, deductis expensis læ. Si partem bona fide consumpsit, tenetur restituere reliquum. Si verò omnia consumpsit, ad nihil tenetur in foro interno conscientiæ; at pro foro externo posset [ut] cogi, ait Mendo *cit. n.* 15. quia [ea compositio (inquit ipse) est quoddam genus tributi rendi dominium pro foro interno, secundum scripti ptio pro foro externo.]

[Et quidem (subdit idem) si habenti na incerta restituisset ea pauperibus, non neretur domino comparenti restituere; positio autem succedit in eandem restitunem pauperibus faciendam. Et separabit dominium in foro externo à dominio ro interno; sicut qui non potest recuperare Petro centum aureos, & tollit ab eo reum ejus valoris, in foro interno habet dominium, at pro foro externo, si ad cedat ad judicem, poterit ab eo cogi, ut dat, tamquam non suum.]

Hæc autem in re nostra verum est, non per se, sed per accidens: Non per se, quia compositio cùm fiat auctoritate Papæ potentis licere, & sine ulla limitatione, ex se valet tum pro foro externo. Sed per accidens, quantùm deberet in foro externo constare, quod est difficile; quia creditor posset dicere, compositionem non fuisse factam sine credito, aut sine præmissa diligentia. Tamb. *cit.* c 18. §. 5. *n.* 11. cùm Acosta, & alijs.

3899 3. Compositio fieri potest super bonis injustè acquisitis, puta per usuras, &c. facta debita diligentia ignoretur dominus.

3900 Pariter si dominus cognoscatur, sed non reperiatur, vel multùm distet, absq; eo quòd sit rediturus, nec debitum possit solvi, vel ejus hæredes transmitti sine magnis expensis, *ut in n.* 2727. Mendo *cit.* n. 14. quia tunc æquè se habet, ac si ignoretur. Et similiter domino comparente non tenetur in foro interno conscientiæ restituere, eo modo dicto *in n.* 3898.

3901 Fieri potest per eamdem Bullam compositio super legatis. Legata possunt dupliciter esse facta, 1. ad exonerandam conscientiam, 2. solius pietatis causa.

Quoad priora, sit *exemplum, & resolutio*, ex Tamb. Petrus in fine vitæ cognoscens, aut existimans, summam centum scutorum, esse ex suis ablatis, & nesciens dominum, ad exonerandam conscientiam, eam summam legat certæ Ecclesiæ, aut determinato pauperi: pauper autem, & Rector Ecclesiæ habuerunt notitiam legati, & hoc non obstante fuerunt negligentes per annum in exigendo ab hæredibus Petri legatum: in hoc casu conceditur Bulla hæredibus, ut possint se componere super medietate totius legati. In hoc casu supponitur, quòd hæredes legantis habeant notitiam legatarij; unde solùm requiritur, quòd moneant legatarium de legato relicto, nisi aliunde illud sciverit; nam annus negligentiæ computari debet à die notitiæ legatarij.

Quoad posteriora, si legata sint facta non ad exonerandam conscientiam, sed alia pia causa, tunc si hæres legantis facta diligentia debita invenire, seu scire non possit legatarium, potest etiam quoad totum legatum se componere, modo dicto *in n.* 3892. & 3896.

2902 5. Denique fieri potest compositio super fructibus debitis ex omissione horarum canonicarum, & super fructibus ex redditibus Ecclesiasticis malè perceptis.

3903 Distributiones verò, si percipiantur injustè, non possunt componi; quia non debentur Ecclesiæ, sed cæteris, qui Choro interfunt. Imò idem tenet Mendo *ver. Horæ Canonicæ n.* 30. etiam si essent designatæ Ecclesiæ; quia tunc Ecclesia succedit loco interessentium.

3904 Qui est certus de stipendio accepto pro Missis celebrandis, non recordatur tamen, pro quibus applicare debet, nec à quibus accepit, non potest componi, sed tenetur ad Missas; quia potest applicare, pro quibus debet, & quos Deus scit.

3905 Denique rectè, ait Mendo *in Epit. ver. Bulla Compos. n.* 34. quòd [Dilatio in compositione erit peccatum mortale, computando eam cùm dilatione in restitutione: imò minor dilatio sufficit ad peccatum, cùm possit esse impotentia ad restitutionem, non ad compositionem, quæ minori quantitate fit.

Cæterùm si quis impotens sit restituere, & potens componi; non tenetur ad compositionem faciendam, quia id est privilegium; sed potest expectare tempus opportunum ad restituendum.]

QUÆRES.

3906 *Petrus est certus de debito, dubius verò an Franciscus, vel Joannes sit creditor. An possit virtute Bullæ componi?*

Resp. cum distinctione; vel Petrus est certus de disjunctivo creditorum, nimirum, quòd creditor sit aut Franciscus, aut Joannes; vel est præcisè dubius, an creditor sit Franciscus, aut Joannes, & diligentiis peractis non potest se determinare. Si primum, non potest componi, sed debet restituere utriq; pro rata dubii, juxta dicta *n.* 2699. Quòd si post divisionem constet, unum illorum esse dominũ, nõ tenetur alter suam partem illi restituere, si divisio fuit facta communi consensu; quia in prima divisione unusquisque cessit juri suo. Mendo *cit. n* 3.

Si secundum, potest componi; ratio disparitatis est, quia in primo casu, licèt Petrus sit dubius de persona determinata, est certus de disjunctivo duorum; adeóque habet locum justitia resarcienda, cui cedit privilegium Bullæ. In secundo casu Petrus est præcisè, & absolutè dubius de persona determinata, adeóque habet locum jus privilegii Bullæ, quo non potest quis spoliari per purum dubium.

Privilegium Commissarii Cruciatæ ad dispensandum super impedimento affinitatis: *v. inn.* 4242.

De Bulla fusè agunt Bardi, Mendo, Latius Tamb. & Diana *p. 1. tr.* 11.

CAPUT XI.

De Extrema Unctione,

3907 Extrema unctio, *est Sacramentum novæ legis, constans unctione olei sacri, & Sacerdotis deprecatione, ordinatã ad salutem moribundi, quoad animam, & corpus.* Fuit institutum à Christo, & postea promulgatum Jacobi *c.* 5. *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, ut orent super eum ungentes illum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.*

MATERIA, ET FORMA.

3908 *Materia Remota*, est oleum olivarum, quod quantùm ad valorem debet esse ab Episcopo benedictum: constat ex Tradit. Apost. & ex Conc. Flor. in *Arm. instruct.* Quòd debet quolibet anno renovari in Cœna Domini, veteri exusto. Si novum haberi non possit, licet uti antiquo.

Item (si id requirat necessitas, ob infirmorum copiam) licitum, & validum erit Sacramentum, si oleo benedicto superaddatur ab hinc plùs oleum non benedictum, dummodo singulis vicibus minor quantitas addatur non benedicti: liquet ex antiqua prati Ecclesiarum, *& ex Declar S. Congr.*

EMINENTISSIMI, ET REVERENDISSIMI SIGNORI.

3909 Determinando si nel decreto de' [illegible] testa Sacra Congregatione, [illegible] sotto li 2. Marzo 1679. sopra la contesta di 65. propositioni, che circa il valore Sacramenti non si debba seguire l' opinione probabile, lasciata la più sicura: ut [illegible] opinione controversa trà Theologi, [illegible] supplire all' Olio Santo, che mancasse, [illegible] lecito aggiungerne del non benedetto [illegible] volte, purche l' aggiunto considerato [illegible] ratamente, e in ogni aggiunta sia [illegible] quantità del Olio Santo, benche considerate tutte le aggiunte insieme fosse maggiore. [illegible] qui è nato dubbio nella Diocesi di Sevilla, nella quale per la sua vastità è impraticabile benedire tant' Olio, che basti sempre [illegible]

; se sia lecito fare detta aggiunta all' Olio Santo, per esservi molti Theologi, che tengono l'opinione negativa per più sicura. On- per haver la resolutione di tal dubbio, l' Arcivescovo di Sevilla, devotissimo Orato- e, fece porgere all' EE. VV. un memoriale ppulativo, nel quale si deducevano le opi- ioni de' Theologi sopra questo punto. Ma non havendo sin' hora havuta la dichiaratio- supplica perciò l'EE. VV. degnarsi di dar- la per sicurezza, e quiete della conscienza propria, e del suo gregge. Usches.

Feria quarta die 23. Septembris 1682. in Generali Congregatione S. Officii habita in Conventu S. Mariæ super Minerva coram Eminentissimis, & Reverendissimis Domi- nis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Ge- neralibus Inquisitoribus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.

Lecto supradicto memoriali, Eminentissi- mi, & Reverendissimi Domini Cardinales Inquisitores prædicti decreverunt in casu proposito, Posse.

Franciscus Richardus, S. Rom. & Univer- sa Inquisitionis Not.

3910 *Materia proxima*, est unctio cer- tarum partium corporis.

3911 *Forma* sunt verba: *Per istam san- ctam Unctionem, & suam piissimam misericor- diam indulgeat tibi Deus, quidquid per visum deliquisti. Amen.*

Invocatio Trinitatis non est de essentia, quia Conc. Flor. & Trid. præmissam formam obtinent.

Dubia est hæc forma; *Ungo te Oleo Sancto, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & per suam misericordiam indulgeat tibi Deus &c.* Quia plures Doctores negant, eò quòd forma essentialiter profertur modo imperativo, non indicativo.

3912 Unctiones sunt faciendæ in quinq; sensibus corporis, sub eadem forma, exprimendo tamen nomen sensus, qui unitur. Videlicet; Ad oculos, *quidquid per visum deliquisti. Amen*, 2. Ad aures, *per auditum*, 3. Ad nares, *per odoratum*, 4. Ad os, compressis labiis, *per gustum, & locutionem*, 5. Ad manus, *per tactum*, 6. ad pedes, *per gressum*, 7. Ad lumbos seu renes, *lumborum delectationem*. Unctio renum in fœminis non est decens, ideo omitti solet; eò maximè quia unctio ad pedes, & renes non est essentialis: *v. n.* 3917.

3913 Muti, surdi, cæci, aut mutilati, inungi debent propè organa sensuum, quibus carent; quia peccare potuerunt, licèt non per sensus externos, per potentias internas illis correspondentes, vel per desiderium actus illiciti. Arsdekin *tom. 2. pag. 272. n. 10.*

3914 Non sufficit ad valorem unica unctio, nec pro materia Chrisma, *de quo in nu.* 3015. sed debet esse Oleum benedictum distinctum à Chrismare, Scotus *in 4. d. 23. litt. D.* quia opiniones affirmantes, utpotè minùs tutæ, & exponentes sacramentum frustrationis periculo, non sunt practicandæ, nisi in casu necessitatis, quo non adesset nisi Chrisma, vel non possent fieri omnes unctiones, juxta dicta *in* 77.

3915 Unde tempore pestis, aut alterius necessitatis, qua omnes unctiones fieri non possent, unica unctione ungi potest unum organum magis promptum, vel potiùs caput, ubi omnes sensus vigent, vel meliùs (si fieri potest) ungat velociter, & sine crucis forma unum oculum, aurem, narem, manum, & os, dicendo sub una forma totali: *Per istam sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, gressum, & lumborum delectationem. Amen.*

3916

3916 Tempore pestis Sacerdos potest facere unctiones sine contactu immediato manus, utendo virga longa Oleo tincta, quam postea comburat; & hoc pacto singulas unctiones perficere poterit. Arsdekin *cit. n.* 2. Diana.

MINISTER

3917 Hujus sacramenti, quo ad valorem est solus Sacerdos, idque ex institutione Christi: *ut in num.* 3907. Ad licitè ministrandum debet esse Sacerdos proprius, vel Parochus, aut Sacerdos de licentia Parochi.

3918 Est validum, si à pluribus Sacerdotibus simul fiant unctiones. Sieri *num.* 167.

Quid de Regularibus: *v. n.* 4173.

SUBJECTUM

3819 Est infirmus in probabili periculo mortis constitutus ex morbo, vulnere, partu, vel senectute. Constat ex verbis Jacobi *num.* 3907. Unde hoc sacramentū ministrari non debet, *Navigantibus*, etiam si immineat submersio; Militibus proximè bellum aggressuris, damnatis ad mortem, aut parturientibus, nisi ex partu antecedenter, vel postea orta sit mortalis infirmitas; quia partus ex se non est infirmitas; & hoc sacramentum non est institutum pro sano. Scotus *cit. litt. B. v. num.* 2912.

3920 Pueris usum rationis habentibus danda est Extrema Unctio, licèt non communio: Item moribundis sensibus destitutis, licèt communionem non possint recipere; si ante petierint, signum doloris dederint, aut Christianè vixerint. Idem dic de phreneticis, & delirantibus; non potest autem dari perpetuò amentibus. Potest dari vulneratis, vel morsu venenoso læsis.

3921 Qui hoc sacramentum recipit, debet esse in gratia, saltem per contritionem *num.* 2962. *& n.* 2.

3922 Sponte negligere hujus Sacramenti susceptionem, non esse mortale, sed veniale, docet communis; quia hoc sacramentum non est necessarium ad salutem, sed tantùm utile; & nullibi constat de præcepto. Mastrius *disp.* 21. *num.* 75. cum Poncium.

3923 Effectus hujus sacramenti sunt, Augmentum gratiæ sanctificantis, 2. Auxilia contra dæmonum tentationes, 3. Remissio venialium primariò, & per se. Remissio etiam mortalium, secundariò men, & per accidens, puta si infirmus reperiatur cum peccatis mortalibus, quæ invincibiliter ignorat, quatenus bene confessus est, sed ob aliquem defectum essentialem, quem invincibiliter ignorat, confessio fuit invalida. Idem contingit potest in amente, qui ante insaniæ peccatum mortale, de quo solùm habuit tionem. Tunc per accidens hoc sacramentum confert primam gratiam, juxta *in Peccatis sit, remittentur ei*, 5. Est remissio reliquiarum peccati; ex Trid. *sess.* 14. 2. *Peccatorum reliquiæ*, ex D. Thom. languor animi, torpor, mœror, tristitia dium, anxietas, & similes affectiones quæ ex peccatis præteritis oriri & in confusionem inducere, 6. Effectio infirmi ab ægritudine corporis.

3924 Hos effectus causari in quamctione, docet Diana, Arcinus, quia tunc sacramentum est cum Mastrius verò cum aliis vult, in singulis ctionibus causari gratias partiales, dependenter ab alia, de quo Scotus illud est certum, hoc sacramentum unum unitate integritatis, non indi-

nis Scotus *in 4. d. 23. quæst. un.* Mastrius Bellat. Arideckin *tom. 2. pag. 274.* Tamb. *tom. 3. lib. 6.*

DE ORDINE.

Fusè actum est in Exam. *Ord. in tom. 3. à n. 1.*

DE MATRIMONIO

CAPUT I.

De Sponsalibus.

3915 SPonsalia sunt, *promissio deliberata, & mutua, signo sensibili expressa, futuri matrimonii, inter personas jure habiles.*

Hinc ad valorem, 1. Non sufficit propositum, quia non inducit obligationem, sed retinetur promissio: *v. n.* 1785. 2. Non sufficit, quòd unus promittat, alter purè acceptet; sed requiritur, quòd uterque promittat, 3. Requiritur ætas septennii, quia tunc præsumitur usurationis, ut promissio sit voluntaria, & deliberata: *v. n.* 1789.

3916 Si parens, aut curator contrahat sponsalia de futuro pro filio, aut filia præsente, & non contradicente, valida sunt sponsalia, nisi adsit metus, quia jus accipit taciturnitatem pro expressione consensus. Si verò contrahat pro absente, tunc si filius, aut filia est impubes, ut sponsalia sint valida, opus est, ut consentiat, seu ut illa, quando scit, expressè vel tacitè aliquo signo sufficienti ratificet. Si est impubes, valida sunt sponsalia sine ejus ratificatione; quando tamen est factus pubes, tenetur illa implere, non ex necessitate contractus, sed ex debito honestatis: *v. nnn.* 1979.

3917 *Sponsalia valida obligant sub mortali ad unas pars contrahat matrimonium, quando ab altera requiretur, nisi præfixus sit terminus, Et qui recusat potest cogi à Judice etiam per censuras.*

3918 *Si quis dicat*; Non ducam aliam, quàm te, *non fiunt sponsalia; quia illa verba sunt vera, etiam si nullam ducat.*

3919 *Qui promisit simulatè aliquam ducere per se nō tenetur ad nuptias sed damnum inde ortum compensare, Si autem sub tali promissione puellam induxit ad copulam, tenetur eam ducere, Nisi illa esset lōgè inferioris cōditionis, v. g. si vir esset nobilis, illa agricolæ filia; sed satisfaciet dotando. Quòd si illa suæ disparitatis conscia consensit in copulam, amisit jus ad dotem, quia censetur ipsa ultro decipi voluisse: v. n.* 2143.

3930 *Sponsalia posteriora contra priora, etiam si jurata, aut copula accesserit, sunt invalida.*

3931 *Liberi qui parentibus insciis contraxerunt sponsalia, etiam cùm iis, qui imparia sunt conditionis, obligantur, nec à parentibus impediri possunt, nisi magnum scandalum ex matrimonio timeretur.* Dianap. 9. tr. 7. *resol.* 71.

3932 *Resiliens culpabiliter à sponsalibus. perdit suas arrhas, & tenetur alteri parti reddendas, ac ad restitutionem, quanti ejus intererat talem contractum impleri: v. n.* 3938.

3933 Ubi Trid. *non est receptum, sponsalia jure antiquo transeunt in matrimonium per quævis signa externa maritali affectu exhibita: v. gr. per copulam:* ubi verò Trid. *est receptum; hæc signa non tenent, nec sunt licita, si fiant clandestina sine Parocho, & testibus: v. nn.* 5421. 2138.

3934 Habet tamen matrimonium clandestinum vim sponsalium validorum, ità ut teneantur matrimonium contrahere coram Parocho, & testibus, si contrahentes sunt impuberes, minimè si sint puberes; quia Trid. *sess. 24. c. 1. de matr.* declarat omninò inhabiles ad contrahendum clandestinè contra-

hentes. Tambur. contra *Aversam*, qui vult, ex matrimonio clandestino etiam inter puberes resultare sponsalia valida Clericatus *c.* 141. *n.* 15.

3935 Ligati aliquo impedimento dirimenti non possunt validè sponsalia inire, nisi sub conditione dispensationis obtinendæ; & tunc ante dispensationem nullum valorem habent nec publicam honestatem indicunt; unde dispensatione obtenta, requiritur novus consensus ad sponsalia. Ex quo fit, quòd si ante dispensationem contraxisset quis cum alia, cum qua nullum impedimentum habet, contrahere deberet cum hac secunda.

3936 Ad sponsalia non requiritur determinata forma, sed sufficit consensus utriusque expressus verbis, aut signis, juxta morem patriæ

3937 Interdicti possunt validè inire sponsalia, non sic publicè excommunicati excommunicatione majori; qui tamen possunt validè matrimonium inire, sed illicitè Clericatus *cit. num.* 15.

3938 In sponsalibus apponi possunt conditiones, quæ sint honestæ, non prohibitæ, nec matrimonii libertati repugnantes.

Unde non possunt apponi pœnæ, v. gr. ut qui promissis non steterit, solvat gemmam, centum aureos, &c. nec potest accipi pignus; quia repugnant libertati ac proinde prohibitæ *ep. Gemma, de Sponsalibus*

Non sunt autem prohibitæ arrhæ sed licitæ, si contrahentes non sint Minores, sed excedant annum vigesimum quintum. Arrhæ sunt *sponsalitiæ largitates, qua actu in sponsalibus traduntur in benevolentiæ signum & matrimonii securitatem.*

Possunt dari arrhæ ab uno tantùm sponso cum obligatione, ut si alter recuset adimplere sponsalia, Arrhas restituat, & ulteriùs earundem valorem, vel etiam duplum, triplum, aut quadrupulum, non ultra, *l. de Sponsalibus.* Et tunc Arrha, [illegible] valor restitui debet in conscientia [illegible] absque legitima causa, duplum vel [illegible] plum, & quadruplum non debet [illegible] tentiam Judicis Ita Clericatus *cap. 141. n. 6. & 7. v. num.* 3932.

DISSOLVUNTUR SPONSALIA *Per octo causas.*

3939. 1. (Per matrimonium validum [illegible] altero initum; quod quidem [illegible] cèt suppositis sponsalibus cum alia, [illegible] stuo), & peccaminosum, est validum.

Matrimonium post sponsalia cum [illegible] tractum cum alia, nedum extraneo, [illegible] etiam consanguinea Sponsæ extra primum gradum, est validum, & sponsalia dissolvit quia talis consanguinea est sponsæ extra nam impedimentum publicæ honestatis sponsalibus validis non extenditur [illegible] ultra primum gradum: *v. n.* 415.

2. [Per mutuam remissionem promissionis] si sponsi sint puberes, [illegible] sint impuberes, *cap. de illis & cap. duo de spons. impub. v. n.* 4115.

3. [Per impedimentum dirimens] veniens.

4. Per enormem crimen unius partis [illegible] tur sponsalia ex parte innocentis: tale [illegible] est hæresis, homicidium, furtum [illegible] fornicatio; & hæc quidem ante sponsa [illegible] parte sponsæ commissa, si fuerint [illegible] ignorata, imò si sponsa liberè [illegible] altero tactus impudicos, oscula & [illegible] xus, potest sponsus resilire; non potest [illegible] sponsa resilire, etsi eadem sponsus [illegible] nisi fiat in istis valdè enormiter [illegible] actus illi in sponso non ita redundant [illegible] eius sponsæ, sicut vice versa redundant [illegible] *v. n.* 2149.

si superveniat notabilis mutatio, quæ
tio cognita à contrahendis sponsalibus
set, v. gr. odium grave inter spon-
tigus morum asperitas, periculum
probabile, quod ex matrimonio sint
scandala, aut gravia odia inter paren-
os amicos.

3943 Si alteruter incidat in morbum, qui solet
perpetuus, aut valdè diuturnus, ut mor-
cadicus, gallicus, lepra, &c. aut sponsa
tur, aut enormiter deformetur; aut
amissione officii, vel alio modo red-
ptus aderi familiaris sustentationē,
magna alterius partis debita detegan-
sponsa promissam dotem præstare ne-
, vel sponsus cū magno sponsæ incom-
incipiat vagari, aut sine ejus licentia ad
quas terras proficiscatur; quia tunc
censentur juri suo renunciare.

3944 Dissolvuntur sponsalia etiam jurata per
ptum alterius in Religionem, aut per
ingrediendi, aut Ordinis sacri susce-
em.

3945 Quando dictæ causæ sunt manifestæ,
sponsalia dissolvi sine authoritate Ju-
Quod si sponsus cognito suo jure resi-
dubiomnius carnaliter cognovit spon-
censentur tacitè jure suo renunciasse, & de-
ratificasse.

3946 Si sponso superveniat nova hæredi-
ia ut sponsa sit jam illi inæqualis, non
habet jus resilendi, quia non est deceptus
ditione sponsæ, in qua nulla est facta
em. Idem est de sponsa, si ipsa nova su-
ior hæreditas.) Hæc Arsdekin *tom.* 2.
161. ex Busemb. *tr.* 6. *c.* 1. *de sponsal.*

3947 Sufficit ad dissolvenda sponsalia ti-
contrectationis paternæ. Oris grave o-
notabile puzza del fiato, aut copula
per vim illata sponsæ; Clericatus *c.*
quia licet sponsa non peccavit, est tamen
facta valde vilis, affert sponso notabile dede-
cus: *v. n.* 4115.

3945 Ad judicem autem Ecclesiasticum
spectat cognoscere, an causæ sint legiti-
mæ ad dissolvenda sponsalia. Tales cen-
sentur, ubi de malo exitu timetur. Cleri-
catus *cit. num.* 19. *ex cap. Ex his* 10. *de Spon-
salibus.* Quia Judex Ecclesiasticus est Judex
competens, quando agitur de validitate,
aut invaliditate, licèt Laicus sit Judex com-
petens, si agatur de executione. Clericatus
c. 141 *n.* 5.

3944 Sponsalia per subsequens matrimo-
nium validum dissoluta, probabilius est non
esse extincta, sed suspensa, ità ut mortua
conjuge teneatur, qui fidem fregit, ad
sponsalia priora, si pars læsa velit nubere;
ait Mastrius *dis.* 20. *num.* 82. & Brancatus con-
tra Bonac. & Trancr. ut in simili dicitur de eo,
quia contraxit matrimonium cum voto sim-
plici castitatis.

3945 Qui post sponsalia cum una con-
trahit sponsalia cum alia, cum qua insuper
habet rem, tenetur ducere primam, & do-
tare secundam, si hæc erat virgo aut si non
virgo, eam publicitate dehonestavit; nisi
prima charitate mota suis sponsalibus cede-
ret, ut vir secundam duceret. Sanchez *de
Matr. lib.* 8. *disp.* 49. Diana *part.* 11. *tr.* 2. *res.*
70 quia per priora sponsalia vir erat alteri
mulieri adstrictus, & secunda mulier per copu-
lam nō acquisivit jus in rem alterius. Est con-
tra Castropal. & Pontium apud Clericatum *cit.
num.* 21. qui volunt, quòd teneatur ducere se-
cundam si hæc erat insciā priorum sponsa-
lium, idque ad reparandum nimium dam-
num secundæ.

3946 At si moriatur prima, tunc habet lo-
cum secunda opinio, quòd ad reparandum
damnum teneatur ducere secundā. Quòd si
cum hac secunda non habuit rem non tene-

tur eam ducere; quia posteriora sponsalia stantibus prioribus fuerunt invalida; & quod ab initio non subsistit, tractu temporis non convalescit, *cap. Placet, de Conver. conjugat.* Clericatus *cit. num.* 22.

3947 Qui post votum simplex castitatis defloravit puellam sub promissione matrimonii, tenetur ad votum. Rodr. *in sum. tom.* 1. *cap.* 28. *num.* 11. Diana *in sum. ver. Ingredi Religionem num.* 3. contra Leandrum *de matr. tr.* 9. *dis.* 2. *q.* 5. quia hujusmodi promissio, aut sponsalia sunt contra jus à Deo jam acquisitum, adeóque iniqua, & invalida; sicut à pari, qui post promissionem conjugii, aut sponsalia, emittit votum simplex castitatis, tenetur ad sponsalia. Villal. *tr.* 12. *diff.* 12. *n.* 9. Navar. Sanchez. Filliuc. contra Leandrum *cit. qu.* 6. quia votum esset de re alteri promissa, nec Deus acceptat promissionem in præjudicium tertii; ita à fortiori, si votum sit prius, standum est pro voto.

3948 Sponsalia ab initio invalida, & sponsalia ab initio valida, quæ postea mutuo consensu dissolvuntur, in hoc differunt, quòd invalida non pariunt impedimentum publicæ honestatis, bene verò valida; quod impedimentum durat etiam post dissolutionem mutuo consensu factam. Clericatus *c.* 142 *n.* 12. *v. n.* 4115. *& à n.* 4125.

Scotus *in* 4 *d.* 28. *q un. lit. B. C. & D.* 30. *qu.* 2. & Mastrius *dis.* 20. *q.* 4. Leander *tract.* 9. *dis.* 1. *&* 2. Tancredi *tom.* 1 *de matr. lib.* 1. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 8. *tr.* 3. Busemb. & Clericatus *cit.*

CAPUT II.

De Matrimonio secundùm se.

3949 MAtrimonium est contractus, & describitur, quòd *sit Sacramentum inter baptizatos, quo vir & mulier sibi mutuo legitimè corpora sua tradunt, ad perpetuam vitæ societatem, & remedium concupiscentiæ.*

3950 Hinc ad matrimonium requiritur: Mutuus consensus contrahentium de præsenti, ad differentiam sponsalium, ubi consensus est de futuro, & ideò sponsalia contrahuntur per verba de futuro; *Ducam te in uxorem, ducam te in maritum*, Matrimonium per verba de præsenti: *Duco, seu volo te in uxorem, Duco, seu volo te in maritum.*

2. Requiritur, quòd consensus sit externus per signa externa sufficientia, sive consistant in verbis, sive in alio signo; & hæc fiant immediatè per ipsos contrahentes, non mediatè per procuratorem.

Si Parochus ex errore linguæ dixit sponsi an vellet ducere fœminam, v. gr. Rosinam in maritum, & sponsus affirmavit; valida est Matrimonium; quia (ut supponitur) ex circumstantiis apparet, quòd verbum Sponsi sit ducendi fœminam in uxorem. Sanchez bat. *tom.* 1. *tr.* 10. *n.* 394.

3. Quòd talis consensus sit inter personas non legitimè impeditas. Ex jure postea requiritur ætas pubertatis, *de quam n.* ... alioquin erit nullum.

4. Demum requiritur præsentia Parochi & duorum testium, cum illis verbis: *Ego vos conjungo, &c.* alias erit matrimonium clandestinum, & novo jure Tridentino nullum: *v. n.* 22; 8. 3933.

3951 *Ministri* hujus sacramenti sunt contrahentes: *materia*, vero, & *forma* eorum mutuus consensus, hoc modo. *Materia, ex qua, & proxima*, est mutuus consensus externis signis expressus, quatenus habet rationem traditionis corporum; quæ verò est idem consensus, quatenus habet rationem acceptationis: materia remota ipsa corpora contrahentium.

Effectus hujus Sacramenti est gratia ...

gratia, videlicet augmentum gratiæ; unde ipsi contrahentes debent esse in gratia, alioquin peccant mortaliter; quia ponunt obicem gratiæ, quam Sacramentum causaret.

3952 Matrimonium dicitur *ratum*, quando contractus est factus modo explicato, sed nondum est secuta copula: Dicitur *consumatum*, quando est secuta copula. Unde matrimonium ratum, & consumatum, non differunt essentialiter, & in ratione sacramenti; sed accidentaliter penes copulam secutam, vel non secutam.

3953 Certum est, validum esse matrimonium, inter absentes per procuratotem initum; *c. fin. de Procur. in 6.* quia matrimonium non sunt à Christo semotis à linea contractus, quia contractus ipse fuit elevatus ad lineam sacramenti, seu ad causandam gratiam.

3954 In procuratoribus non requiritur diversus sexus, sed possunt esse duo viri, vel duæ mulieres; quia non contrahunt nomine proprio.

Procuratori potest quis dare mandatum intendendo in eam, quam ipse procurator in gratiam mandantis elegerit. Clericatus *cap.* 142. *num.* 8.

3955 Procurator autem debet adamussim servare tenorem mandati, ita ut si excedat, aut deficiat, invalidum sit matrimonium.

3956 [Quid, si expedito procurationis mandato (ait Clericatus *cit. num.* 9.) mandans revocet consensum, sed Procurator ignorat revocationis prædictæ, contrahat matrimonium nomine ejusdem mandantis; dic. Matrimonium esse nullum; quia in negotiis civilibus valent gesta per Procuratorem revocata, quando revocatio nec Procuratori, nec parti nota est, *l. si mandatum, ff. mandati*: tamen secùs est in matrimonio; & ratio diversitatis est, quia in temporalibus, & merè politicis, Respublica supplere potest consensum contrahentium, non autem in Sacramento matrimonii, de cujus essentia est, ut intet veniat verus, & realis consensus conjugis. Tamb. *d. cap. 4. §. 1. num. 5. 6. & 7.*]

3957 Item, si expedito mandato, antequam procurator contrahat, mandans fiat amens, tutius est asserere, quòd matrimonium sit nullum. Diana *part. 3. tract. 4. res. 240.* Tamb. *de matr. tract. 4. cap 4. à num. 11.* Clericatus *cap. 242. nu. 11.* quia deficit verus consensus realis. Sermo autem est de vera amentia, minimè de prhæneſi ad tempus: hæc namque (ut rectè advertunt relati Doctores) æquiparatur ebrietati, quæ hominem à statu humano non amovet.

3958 Et quamvis Tamb. *cit. §. 2.* cum Castropal. teneant, posse matrimonium contrahi per Epistolam, qua Sponsus scribat sponsæ, *se eam ducere in uxorem*; rectè ait Clericatus *cap. 142. nu. 12.* hunc modum non esse practicandum: tam quia utriusque consensus præstari debet coram parocho, & testibus, ad quod non videtur sufficere Epistola; quam quia hic modus est expositus fraudibus, & falsitati. Ita ille.

DE TRIBUS BONIS MATRIMONII.

3959 Fines *primarii*, seu *bona* ad substantiam matrimonii ex institutione Christi requisita, sunt tria, videlicet, *Sacramentum*, *fides*, & *proles*: adeóque, ut quis validè contrahat, necesse est, ut saltem implicitè intendat se obligare ad indissolubilitatem, seu perpetuitatem, ad fidem servandam conjugi, & ad prolem studiosè non impediendam per media illicita, sed gratanter eam acceptandam, ac Religiosè educandam, si eveniat; ita ut, si

omnem, aut unam tantum obligationem ex prædictis tribus positivè excludat, v. gr. si positivè habeat animum non se obligandi ad fidem servandam, aut ad bonum prolis, etiam per intentionem mente retentam, invalidum sit matrimonium ex defectu consensus, qui est de substantia contractus. Scotus *in* 4. *d.* 31. *qu. un.* § *Ad quæstionem lett. A. & E. v. n.* 4250.

3960 Si verò quis, dum matrimonii contraxit, habuit intentionem saltem implicitam se obligandi ad præfata tria bona, sed simul habuit animum talem promissionem, & obligationem non servandi, mortaliter peccavit, sed validum est matrimonium, Exemplum: Puella parturientium doloribus exterrita, quando matrimonium contraxit, habuit saltem implicitè animum se obligandi ad bonum prolis, sed simul habuit intentionem hujusmodi obligationem non exequendi, sed impediendi; & in effectu studiosè sumpsit medicinam sterilitatis inductivam: peccavit quidem, sed validum est matrimonium. Scotus *cit. & dist.* 30. *quæst.* 2. *art.* 2. D. Bonavent. *in* 4. *d.* 31. *art.* 2. *qu.* 3. D Thomas *in* 4. *d.* 31. *qu.* 1. *art.* 3. Tancredi *tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 29. *a num.* 3. *ad* 7. Tamb. *lib.* 8. *de matr. tr.* 4. *c.* 2. §. 3. *&c.* 5. §. 8. Busemb. *lib.* 6. *c.* 2. *dub.* 1. *n.* 5. *& com.*

3961 Ratio est, quia intentio se obligandi ad substantialia contractus, se tenet ex parte actus primi, & inde est de essentia contractus; intentio vero obligationem exequendi, sicut & ipsa executio, se tenet ex parte actus secundi; actus autem secundus accidit actui primo, & ideò ejus defectus non tollit, sed stat cum substantia contractus, ut in simili dixi de juramento, & voto *n.* 1561.

3962 Hac ratione plures Sancti validum matrimonium inierunt, & illibatam castitatè servaverunt, quoniam mutuum dominium corporum separari potest ab usu, [illegible] omninò lege Scotum *in* 4. *d.* 30. [illegible] satis doctè ostendit, quo pacto validum [illegible] rit matrimonium B. Virginis cum S. Joseph & inviolatum castitatis votum remanse[illegible]

CAPUT III.

De consensu conditionato.

3963 CErtum est ex dictis, conditione contra tria bona matrimonii tare matrimonium; quia destruunt [illegible] stantiam, sine qua consistere non potest.

Unde matrimonium, 1. Sub hac conditione: *Contrabo tecum, donec aliam pulchriorem reperiam*: quia est contra bonum Sacramenti; 2. *Contrabo tecum, si te adulteraturam prædideris*; quia est contra bonum fidei; 3. *Contrabo tecum, si vitabis generare, vel educare prolem*; quia est contra bonum prolis. Castro Palao *tract.* 14. *d.* 2. *p.* 2. *n.* 16. Adeòque secus ac in aliis conditionibus. Pro quibus.

3964 Matrimonium contractum sub conditione de præsenti, vel præterito, *Tecum contrabo, si prædium, quod mihi dixisti, habeo officium à Rege habuisti*, non suspendit consensum, quia vel ita est, vel non est; sed contractus est validus; si non, invalidus. Sed non suspendit consensum conditio de futuro necessario, v. gr. *Te duco, si erit sol orietur*; vel de futuro contingenti certò futuro, [illegible] *Et Antichristus nascetur*; quia æquivalet necessario.

3965 Validum est matrimonium contractum sub conditione de futuro contingenti turpi, quæ non sit contra substantiam, [illegible] tria bona matrimonii; v. gr. *Duco te, si prædium alienum, quod invito domino dominus non restituas*. Vel sub conditione impossibili, quia hæ conditiones habentur pro non appositis, *ex cap. final. de condit. appos.* [illegible]

3966 Matrimonium initum sub conditione de futuro contingenti honesto; v.gr. *Te accipio, si tuus pater consenserit, dotaverit, &c.* valida posita conditione. Sed conditione purificata, probabilius est, quòd requiratur novus consensus absolutus coram Parocho; quia prior, licèt fuerit per verba præsentis, cum fuerit conditionatus, fuit imperfectus, ac proinde habet rationem nullius. Ita Tamb. *tom* 2. *pag.* 144. *nu.* 3. cum Diana contra Sanchez, Lugo, & alios, qui non requirunt novum consensum, quem tenent, quòd prior consensus conditionatus fieri debeat coram Parocho, & debeat, quia habet rationem matrimonii: *num.* 3955.

3967 Hæc tamen sint dicta pro intelligentia matrimoniæ deinceps in praxi nullo conditiones sunt à Parocho permittendæ, quod si aliqua sit conditio purificanda, expectare faciat, & ea purificata, per consensum absolutum contrahant.

CAPUT IV.

De solemnitatibus Matrimonii.

3968 Solemnitates Matrimonii aliæ sunt substantiales, sine quibus invalidum est matrimonium; talis ex jure Trid. est præsentia Parochi, & duorum testium. Accidentales, sine quibus validum est, licitum Matrimonium; tales sunt denunciationes, & benedictio.

DENUNCIATIONES

3969 Faciendæ sunt à Parocho, vel ab alio de commissione Parochi, in parochia utriusque contrahentis, tribus diebus festivis, sed non immediatis, putà tribus denunciatis esse tamen tribus diebus festivis immediatis, v.gr. tribus festis Paschatis, tempore paschali; sed praxis est de mediatis.

3970 possunt fieri intra Missarum solemnia, vel tempore concionis, aut alio tempore.

3971 Denunciationes obligationem sub mortali inducunt, ut qui scit impedimentum aliquod, teneatur illud revelare, etiam si sciat sub secreto naturali, aut sit occultum; ut *in tom.* 2. *nu.* 61. excepto Secreto Sacramentali.

3972 Qui post factas denunciationes, intra quatuor menses matrimonium non contraxit, non potest contrahere, nisi novas denunciationes præmittat arbitrio Episcopi. Ex declar. Cardin. Fenech. *de debito*? quia intra tam longum tempus, potuit impedimentum aliquod, maximè affinitatis, de novo contrahi.

3973 Denunciationes omittere sine dispensatione Episcopi, est mortale, nisi omittatur sola tertia denunciato, in casu, quòd nullum sit periculum.

3974 Causæ, ob quas possunt Ordinarii dispensare, ad duo genera reducuntur, 1. Si adsit probabilis suspicio, ne matrimonium malitiosè impediatur Ex Trident. *sess.* 24. *cap.* 1. *de reform.* 2. Si immineat grave periculum animæ, corporis, vel famæ ipsorum contrahentium. Clericatus *cap.* 144. *num.* 4. *qui subdit.*

[In specie autem à Canonistis solent notari sequentes causæ; videlicet. Primò, inæqualitas contrahentium, ubi nobilis ducit ignobilem, dives pauperem, senex juvenem. Si concubinarius in articulo mortis velit in uxorem ducere concubinam ad legitimandam prolem; quo casu solus Parochus dispensare potest, si tempus non permittat accessum ad Episcopum, vel Vicarium. Tertiò, si puella sit sub tutore, qui malitiosè differat ejus matrimonii. Quartò, si puella defforata fuerit à sponso, quem timor sit, si differatur

differatur, eam ampliùs non esse ducturum. Quintò, si immineat tempus Adventus, vel Quadragesimæ, dummodò malitiosè ei aproximatum non extiterit. Sextò, si matrimonium contrahendum sit inter Magnates, de quorum nullo impedimento satis manifestè constat.)

3975 Quando autem Ordinarius denunciationes dispensat, debet examinare extrajudicialiter duos testes.

3976 Ad impediendum matrimonium sufficit unus testis etiam ex auditu, qui impedimentum, aut ejus suspicionem denunciet; debet tamen testimonium esse juratum, quamvis secretum. Et tunc ordinarius debet supersedere, & interim debitas diligentias pro veritate adhibere.

BENEDICTIO SACRAMENTALIS

3977 SUscipitur à sponsis post primum matrimonium ratum, ante consumationem.

Eam omittere sine causa, per se non est mortale, sed veniale, secluso contemptu. Clericatus *cit. cum com.* quia benedictio est quid solùm Sacramentale, nec de ejus obligatione constat.

In secundis nuptiis non suscipitur benedictio, si unus ex sponsis benedictionem susceperat. Sed rectè addit Clericatus servandam esse consuetudinem.

3978 Tempore Adventus, Quadragesimæ, & interdicti localis generalis, conjuges non sunt benedicendi: *v. n.* 4410.

3979 Denique Trid. *sess.* 14. *c.* 1. decernit (Quòd si quis Parochus, vel alius Sacerdos, sive Regularis, sive sæcularis, etiamsi id sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochiæ Sponsos, sine illorum Parochi licentia, matrimonio conjungere, aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab ordinario ejus Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio sumenda erat, absolvatur.)

Unde à dicta suspensione non potest ab Episcopo absolvi.

Si Sacerdos de licentia Parochi alieni Parochianum benedicat, aut ejus matrimonio assistat, ipse Sacerdos, & non Parochus suspensionem incurrit. Clericatus. *ubi* 154. quia Conc. Trid. in assistentem hanc suspensionem infligit.

CAPUT V.

De Impedimentis Matrimonii.

3980 IMpedimenta sunt duplicia, videlicet *Impedientia* tantùm, & *dirimentia*. Priora matrimonium illicitum reddunt, non invalidum. Posteriora illud reddunt illicitum, & invalidum.

IMPEDIENTIA SEX.

3981 E*Ecclesiæ vetitum, nec nuptiarum.*

Atque catechismus, crimen, sponsalia tum.

Impediunt fieri permittunt fallum

1. *Ecclesiæ vetitum*, est prohibitio Episcopi, aut Parochi, 2. *Tempus feriatum*, de quo in *n.* 2937. 3. *Catechismus.* Jure naturali ante baptizandum, & eum testimonium eo respondentem instructione fidei annuam Ecclesiæ, oriebatur quædam spiritualis imperfecta cognatio; sed hodie impedimentum est sublatum, per Trid. *sess.* 24. *c.* 2. *v. n.* 3003.

4. *Sponsalia* contracta cùm una persona matrimonium cùm alia, nisi prius dissoluta.

1. Votum simplex castitatis impedit matrimonium; & qui cùm eo contrahit, peccat, & excluditur à petitione debiti: *ut infra à num. 1484.* de Imped. actus conjugalis ex voto. Si licèt dispensetur ad petendum debitum, mortua uxore, semper remanet allatum impedimentum in ordine ad aliam; nam votum subsequens matrimonium suspenditur, non extinguitur.

6. Crimen: crimina impedientia sunt sequentia.

Raptus, raptus sponsæ, mors mulieris.

Suscepta propriæ sobolis, mors presbyteralis,

Nisi pœniteat solemniter, aut Monialem Accipiat, prohibent hæc conjugum sociandum.

Incestuosi cùm consanguineis conjugis, aut cum propriis, non solùm contrahunt impedimentum dirimens cùm illis personis, erga quas orta est affinitas ex copula; sed etiam (si manifestus sit publicus) in pœnam impediuntur nubere cùm omni alia persona mundi: *sic Raptor sponsam* alienam, nec cùm ea, nec cùm aliâ potest contrahere potest. *Occidens proprium uxorem*, impeditur ducere aliam. *Suscipiens in Baptismo, aut confirmatione propriam prolem* malo animo ad finem contrahendi cognationem spiritualem cum propria prole, & sic eam privandi jure petendi debitum, in pœnam, mortua uxore, non potest licitè aliam ducere. *Homicida Sacerdotis* in foro contentioso convictus impeditur à nubendo. *Pœnitentia publica* impedit, dum durat. *Qui scienter cum Moniali professa matrimonium contrahit*, nedum invalidè cùm ea contrahit, sed etiam in pœnam delicti impeditur à nubendo cùm omni alia muliere.

1982 Ad hæc impedimenta criminum potest Episcopus dispensare. At communis opinio est, ea esse per non usum sublata, ac proinde dispensatione non indigere, neccum iis contrahentes peccare mortaliter. Busenb. *lib. 6. tr. 6. c. 3. dub. 1.* Leander *de matr. tr. 9. dis. 23. §. 12. q. 2.* Sanch. Coninch. & alii apud Mastrium *dis. 25. qu. 5. art. 1.*

1983 Quoad quatuor impedimenta, quæ hodie sunt in usu,

Votum, Tempus feriarum, sponsalia, Votum,

Potest Episcopus dispensare in 1. Si prohibitio sit ab ipso, aut Parocho sibi inferiori, & in 2. Modo dicto *in n. 2937.* Non potest in sponsalibus, quia esset in præjudicium alterius sponsi. Nec in voto absoluto, & perfecto castitatis, aut Religionis, quia est reservatum Pontifici.

QUÆRES I.

1984 *Puella vovit Religionem, & Virginitatem, at ob defectum dotis Monasterium non reperit: An possit nubere?*

Resp, vel vovit Virginitatem, seu castitatem dependenter à Religione, vel in dependenter: Si independenter, non potest nubere, sed tenetur ad Castitatem: Si dependenter, potest nubere, & non tenetur ad Castitatem; hujusmodi est, 1. Si vovit Religionem, ut facilius castitatem servaret, 2. Si ità vovit castitatem, ut illam non voviset, si non speraset se recipiendam in Religionem, & ibi perseveraturam; tunc, inquàm, cadente voto Religionis, cadit votum castitatis.

1985 In dubio, an votum castitatis sit dependens à voto Religionis, standum est pro libertate, quòd sit dependens; juxta dicta de voto *n. 1902.* Gobat. *tom. 3. de Voto n. 304.*

QUÆRES II.

3986 *Juvenis vehementer carne vexatus, & frequenter cadens, quamvis adverterit nuptias sibi utiliores, votum castitatis emisit, quod sæpè violat: An hoc votum sit validum?*

CAsum proponit Gobat *tom. 3. de voto n. num. 168.*

Esse validum tenent Bonac. *tom. 2. d. 4. quæst. 2. p. 1. num. 26.* Gobat *cit.* & apud ipsum Leuesma, Homobonus, Trullench, & alii nonnulli. Idem dicunt de voto Religionis, non nubendi, &c. quia in his circumstantiis votum non est de meliori bono, *v. num. 1816.*

Hanc opinionem firmare conatur Gobat aliis duobus casibus.

PRIMUS.

3987 *An conjugatus impeditus à petitione debiti ob votum, aut incestum, aut cognationē spiritualem possit petere, quoties vehementibus carnis stimulis agitatur, ne exponatur periculo labendi in peccata luxuriæ?*

ADquod licet communiùs sententia neget, affirmat *Quintanadvenas*; quia sicut votum, sic ejus observatio esse debet de meliori bono, unde licèt in principio fuerit validum, cessat obligare, quoties observatio non est de meliori bono; & lex humana nec est crudelis, nec est vinculum iniquitatis. Unde tunc nec lex, nec votum obligat: quia observatio voti est, cum periculo proximo labendi in peccata luxuriæ ab intrinseco malæ, non observatio verò, videlicet petitio debiti, non est ab intrinseco mala, sed ab extrinseco; ex voto, aut lege humana; adeòque tunc observatio non est de meliori bono sed è contra.

3988 Tum quia conjux (ait Gobat) votum castitatis, aut incestus quam conjuguem suæ uxoris, licitè petit ab hac ea quando videt periculum incontinentiæ ita quando videt proprium. Quam sententiam tenet *Quintanadvenas*, etiam si dispensatio obtineri posset; quia suum hoc, quòd tunc cessat obligare lex, autem.

3989 Cæterùm hæc sententia nec ficanda, nisi in casu, quòd non possit dispensatio ad petendum obtineri, & pelum sit in mora; tunc solùm habere potcum Epikeja.

SECUNDUS.

3990 *An conjugatus possit vovere petiturum debitum, & postea cum dem lecto?*

REspondent Stephan. à S. Paulo, Bonæ spei, apud Gobat. *cit. Tale valere solū pro ea parte qua vovens vitare occasiones proximas nimis gentes; nam qui vovit unum vovit alterū*, utpotè ab eo inseparabile. cognoscat, cubit (in eodem lecto esse riculum proximum labendi in peccatum, si non petat, & non posse licitè cumbere, quia conjux non consentit concubere; tunc votum pro ea parte lum, sicut votum de non concubendo tunc votum de non petendo debitum obligat; quia ad debiti petitionē sine abstinere non posset; tunc namque ret negare cubitum in eodem lecto peccato negare non potest, conjuge lente; sicut sine peccato redditionē debi gare non potest, conjuge illam volente deberet concubere, & sic se exponeret lo proximo labendi in peccata luxuriæ pariter sine peccato facere non posset.

Ita ferè discurrunt.

QUÆ

AD CASUM AUTEM PRINCIPALEM DE JUVENE.

3991 COmmunior sententia docet, votum castitatis, Religionis, non nubendi, eo sub aliatis circumstantiis emissum esse validum. Leander *de voto tr. 1. d. 13.* n. 1. Suarez, & alii, *quia tota illa difficultas oritur ex sola dispositione subjecti, coopetente ejus voluntate ejus*; minimè ex parte voti. *Fidelis autem Deus est* (ait Apostolus 1. Cor. 10.) *qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis; sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.* Et iterum Apostolus, à vehementibus stimulis carnis liberari, non indulsit Deus, sed respondit, 2. ad Cor. 12. *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.*

3992 Quod si ita non esset, nulla esset dispensatio ejus ab eo, qui erat tentationibus carnis vehementer vexatus. Et obligare desineret, si vexatio denovo contingeret Religioso à professione, ut sub ea professionem non esset, & sic spoliarentur Religiosorum ordines, quod nemo dicit.

3993 Talis igitur difficultas dat causam dispensationem petendam.

3994 Gobat. autem addit, aliam opinionem esse spernendam; & propterea (ait) si juvenili offerretur matrimonium, quod omnino non posset, sine prudenti timore se aliquem brevi non repertutum, illud non denegarem sine dispensatione, dummodo contraheret cum animo illam, quamprimum petendi, saltem ad cautelam. Ita Gobat. ut.

IMPEDIMENTA DIRIMENTIA.

3995 ANte Trid. erant duodecim. Trid. addidit alia duo, & sunt *Raptus*, *& Absentia Parochi & duorum testium*, adeóque modo sunt quatuordecim his expressa versibus:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si fortè coire nequibis,
Si Parochi, & duplicis desit præsentia testis,
Raptave sit mulier, nec parti reddita tutæ.
Hæc facienda vetant, connubia facta retractant: v. n. 2358.

3996 Quinque sunt inducta jure naturæ, & sunt, *Error, impotentia perpetua, consanguinitas in primo gradu lineæ rectæ*, puta matris cùm filio, patris cùm filia; *vis, & ligamen*, quæ sunt indispensabilia, & locum habent in matrimoniis infidelium. Reliqua sunt inducta jure Ecclesiastico, adeóque sunt dispensabilia à Summo Pontifice, & locum non habent in matrimoniis infidelium, quia jurisdictio Ecclesiæ ejusque legibus non subjiciuntur: v. *de Imped. Cognat. n. 4042.*

1. ERROR

3997 ESt duplex: *In substantia personæ, & in qualitate personæ. In substantia personæ*, cùm quis putans ducere unam, ducit aliam, v. gr. putans ducere Catharinam, ducit Rosaliam. *In qualitate personæ*, cùm quis ducit eam personam, quam putat, sed non sub ea qualitate, quàm eam putat habere: v. gr. putans ducere Catharinam Virginem, pulchram, divitem, &c. ducit Catharinam non Virginem, deformem, pauperem, &c.

3998 Uterque error potest esse antecedens, aut concomitans. *Antecedens* est ille, qui dat causam contractui, ita uteo non habito contractus non fieret. *Concomitans* est ille qui conjungitur cùm contractu; videlicet habetur, quando fit contractus, sed non

est causa ejus, ita ut, si error non esset, adhuc contractus fieret *v. tom. 2. à n. 375.*

3999 *Error in substantia personæ*, sive antecedens, sive concomitans, invincibilis, aut vincibilis, jure naturæ dirimit matrimonium; quia aufert consensum circa rationem substantialem per se requisitam ad matrimonium; tollit enim voluntarium, & libertatem, cùm *nil volitum, quin præcognitum.*

4000 *Error in qualitate personæ*, sive antecedens, sive concomitans (qualitate servitutis excepta) non dirimit matrimonium; quia non facit illud involuntarium; simpliciter, sed solum secundùm quid ratione qualitatis, quæ per accidens se habet ad essentiam matrimonii, cujus per se objectum, & materia est substantia corporis, seu personæ, quæ mutuo traditur.

4001 In duplici autem casu error qualitatis potest esse per accidens dirimens, 1. Si qualitas, in qua erratur, fuit apposita in contractu per modum conditionis; v. gr. *duco te, si es virgo*; tunc enim matrimonium est nullum ex defectu consensus, quia consensus non fuit absolutus circa personam, sed conditionatus: *v. num. 3964. 2.* Quando error qualitatis redundat in errorem personæ; quòd tunc evenit, quando qualitas, in qua erratur, est talis, ut designet individuam personam.

4002 *Exemplum.* Petrus videns duas sorores, unam indutam veste alba, alteram rubra, intendit, & convenit cum earum patre ducere illam, quàm vidit tunc indutam veste alba; Pater autem, quando faciendus est contractus, substituit alteram, eam induendo veste alba, cùm quo errore Petrus cùm ea contrahit: tunc matrimonium est invalidum, quia qualitas illa, in qua erat, stante circumstantia, qua Petrus videns duas, elegit unam, per eam qualitatem designatam, refunditur in substantiam personæ.

4003 E contra: Petrus videns [illegible] tam puellam, audiens eam esse filiam [illegible] nobilis, cùm sit Joannis ignobilis, [illegible] errore contrahit: tunc matrimonium est [illegible] lidum; quia qualitas, in qua erratur, [illegible] dundat in substantiam personæ; quoniam [illegible] vera contraxit cùm determinata persona, cùm qua intendebat contrahere.

Resolvatur Casus.

QUÆRES. I.

4004 *Petrus petit à Paulo suam [illegible] filiam, quàm audivit esse pulchram. Paulus recusavit, dicens datum primogenitum [illegible] prius nubere conveniebat; hunc Petrus [illegible] vit, ut eam ostenderet cuidam suo [illegible] de digno, qui de ejus pulchritudine [illegible] Paulus dicto familiari ostendit non [illegible] nitam deformem, sed secundam pul[illegible] facta relatione de pulchritudine, Petrus [illegible] tificio Pauli sub vespertinis horis, ad [illegible] candelæ, contraxit per verba de præsen[illegible] primogenita quam Paulus obtulit, sed [illegible] stendit. An Matr. sit validum?*

REsp. matrimonium esse invalidum Tamb. *l. 8. de matr. tract. 1. c. 1.* [illegible] contra Sanchez; quia error redundat in substantiam personæ; nam Petrus [illegible] pulchritudinis relatæ ab amico, [illegible] tionem, & consensum determinavit, [illegible] personam, quàm obtulit pater, sed ad [illegible] nam, quàm vidit amicus.

Q2

QUÆRES II.

4005 *Paulus habens duas filias, obtulit unam Petro, cui volenti videre pulchritudinem ostendit filiam pulchram, at Petrus non advertens ad eam quàm vidit, vel quia per cæcutiem, vel quia ad lumen candelæ contrahit cum alia, quam non vidit. An matrimonium sit validum?*

Resp. Matrimonium esse invalidum, eadem ratione.

Contra Tanc. *de matr. lib. 7. dis.* 18. *n.* 18. distinguit.

4006 Si verò Petrus petiit à Paulo primogenitum, & Paulus Petro pulchritudinem virgunculæ volenti ostendit aliam pulchram, tunc matrimonium cùm primogenita est validum; quia jam consensit in personam. Vide discrimen inter hos casus primogenitæ oblatæ & petitæ. In primo enim Petrus vult pulchram, quàm ex errore putat primogenitam, & ità contrahendo cùm primogenita, errat in persona. In secundo vult personam primogenitam, quàm ex errore putat pulchram, & ità contrahendo cùm primogenita, non errat in persona, sed in qualitate, & eo in. casu invalidum est matrimonium, ut dictum in 2.

QUÆRES III.

4007 *Paulus habens duas filias, obtulit unam earum indeterminatè Petro, cui pulchritudinem videre volenti ostendit aliam tertiam puellam pulchram non suam filiam; at Petrus non advertens ad eam quàm vidit, contraxit cùm una ex filiis Pauli, quàm non vidit. An Matrimonium sit validum?*

Resp. Esse validum. Tanc. *cit. num.* 18. quia consensus jam erat determinatus in unam ex filiis Pauli, qui per ostensionem tertiæ puellæ non fuit distractus à substantia personæ, sed à qualitate; non inquam à substantia personæ, quia hæc fuit satis determinata ex hoc, quod fuit determinatus pater.

QUÆRES IV.

4008 *Plebejus quidam Panormum petens, se finxit nepotem magni Ducis Hetruriæ quæ fictione seduxit puellam nobilem ad contrahendum cum ea. An matr. sit validum?*

Resp. Matrimonium esse invalidum. Tamb. *lib. 8. tr. 1. c. 2. §. 2. nu.* 4. Quia talis puella attentis circumstantiis, non alia via cognovit illum, nisi sub consideratione, quod fuerit nepos magni Ducis, adeóq; consensit directè in qualitatem, indirecte in personam, ad cujus novam notitiam venit mediante nova notitia qualitatis; quando autem consensus contrahentis directè tendit in qualitatem, indirectè in personam præsentem, ita ut contrahens veniat in notitiam novam personæ mediante nova notitia qualitatis, tunc error qualitatis redundat in errorem personæ. Sicut è converso, quando consensus contrahentis tendit directè in personam præsentem, & indirectè in qualitatem, tunc non redundat in errorem personæ; ut exemplificatum est in *n.* 4003.

4009 Hinc (ut bene ponderat Tamb. *cit.*) intentio contrahentis dupliciter potest se habere. 1. Ut sit sensus: *Volo hunc, quem puto esse nepotem magni Ducis.* 2. Ut sit sensus: *Volo nepotem magni Ducis, quem puto esse hunc.* 1. Modo error est in qualitate. 2. Modo error qualitatis redundat in substantiam. In nostro casu consensus puellæ nobilis non fuit in hunc præsentem, quem putabat esse nepotem magni Ducis; sed fuit in verum nepotem magni Ducis, quem putabat esse hunc.

QUÆRES. V.

4010 *Alia puella nobilis cognoscebat Joannem quem sæpe viderat, deinde putans eum nepotem magni Ducis, ex eo errore ducta, matrimonium contraxit. An valide?*

REsp. matrimonium esse validum. Tanc. *cit. n.* 17. quia revera contraxit cum persona, quam cognoverat, & intendebat; nova autem notitia falsa est qualitatis.

4011 Vide discrimen inter hunc, & priorem casum; nam in illo cognitio qualitatis traxit in cognitionem personæ, & in eam sic apprehensam voluntas suum consensum direxit; quæ cùm non sit talis, error est personæ. In hoc verò cùm persona sit priùs cognita, cognitio qualitatis non traxit ad novam notitiam personæ; adeóque error est solius qualitatis.

QUÆRES VI.

4012 *Petrus volens contrahere cum Catharina ex errore contrahit cum Rosa, hunc expresè eliciens actum*; Ducerem hanc, etiam si scirem, hanc non esse Catharinam. *An matr. sit validum?*

REsp. matrim. esse invalidum. Tanc. *cit. n.* 3. quia consensus debet esse de præsenti. Unde validum esset, si diceret: *Duco te, quamvis non sis Catharina.*

QUÆRES VII.

4013 *Paulus duas habet filias, dictas unam Catharinam, alteram Rosam. Petrus cognoscens utramque quoad personas, errans tamen quoad nomen, petit a Paulo Rosam, putans petere personam, quæ revera vocatur Catharina. Paulus autem ignorans errorem Petri quoad nomen, ex dolo, dum fieri debebat contractus, præsentavit Catharinam, cum quæ error contraxit. An matr. sit validum?*

REsp. matr. esse validum, Tanc. *cit.* quia quando constat de persona, non nominis est accidentalis. Et dolus Pauli solùm mentalis; nam illa præsentata erat Catharinæ est conformis intentioni contrahentis.

QUÆRES VIII.

4014 *Puella convenit cum Paulo habente plures filios, nubere cum suo primogenito ante quam conventionem moritur is primogenitus, puella ignorante, & remanet primogenitus alius frater, cum quo puella contrahit matrim. sit validum?*

REsp. matr. esse invalidum, Tanc. *cit.* 14. quia qualitas primogeniti, prout facta fuit conventio, designavit tanquam individuam verè talem, sed diffusa unde contrahens cum novo primogenito ignorans mutationem personæ, contrahit cum errore personæ.

QUÆRES IX.

4015 *Unus ex filiis Pauli fingit se esse primogenitum, quo errore ducta puella cum eo contrahit. Alter verò ex filiis ejusdem Pauli asserit alteri puellæ se esse primogenitum, ergo secundus. Quid?*

REsp. validum esse matrimonium in casu, invalidum in 2. Tanc. *cit.* n. 19. quia in 1. cùm non erretur in filiatione, nec in ratione unigeniti, non erratur in persona, sed in qualitate. In 2. qualitas primogeniti designat personam individuam ab alia etam.

II CONDITIO

4016 Scilicet servilis unius personæ ignorata ab altero libero, dirimit matrimonium, ex *cap. Si quis liber* Sive ignorantia sit antec. sive concomitans, sive invincibilis, sive vincibilis, ut in *num* 3998. Nomine *servi*, non veniunt famuli, qui ob mercedem inserviunt. Nec Coloni emphyteuticarii, vel ascitii, sunt propriè servi, sed qui capti justo bello capta, licèt aliis vendita, dicuntur servi, quos potest dominus vendere, donare vetè servi. Christiani autem à Christianis bello justi capti, ex præscripta consuetudine non sunt servi, sed solùm detinentur, *vulgo prigioni di guerra.*

4017 Validum est matrimonium liberi cū ancilla, cum ea scilicet, quæ modò est libera, licèt antecèdi fuit serva; quia non servitus præsens, sed præsens ignorata dirimit.

4018 *Serva ignorans suam servitutem*, si cum libero contrahat cum libero pariter ignorante, invalidè contrahit; quia ex jure servitutis prudens ignorata à libero matrimonium dirimit; unde bona fides solùm eam excusat à mortali.

4019 *Serva, quæ scit suam servitutem*, putat tamen eam esse impedimentum dirimens, ac proindè suam servitutem non manifestans libero ullam ignoranti, cum eo contrahit invalidè contrahit.

Ratio est, quia licèt ignorantia culpæ, quæ omnem excusat à culpa, aut pœna, ignorantia formæ non excusat ab invaliditate actus, si forma deficiat; quoniam forma est essentia actus. Impedimentum autem dirimens non est pœna, sed se tenet ex parte formæ contractus; cum enim matrimonium sit contractus civilis, potest Legislator; & accepit Ecclesiæ pro bono regimine Reipublicæ Christianæ aliquid addere, aut præscribere, quod se teneat ex parte formæ contractus, ita ut ejus defectus irritum reddat contractum; item pariter potest Princeps quoad alios contractus civiles in suo Regno: hinc ignorantia impedimenti dirimentis non excusat ab invaliditate contractus matrimonii, quia impedimentum dirimens non est pœna sed defectus solemnitatis, seu conditionis irritantis se tenentis ex parte formæ contractus.

4020 *Servus, vel serva*, cum libera, vel libero valide contrahunt nolente domino. Scotus *in 4. dist. 36. q. 1. litt. E*, quia servus *habet aliquid juris in corpore suo; non enim privavit se quacumque libertate, & ad quoscumque actus & pro quanto corpus ejus est suum, potest commutare cum alio, quia si alius, sive servus sive liber, velit esse contentus illa modica potestate sive ad modicū usum, quem sit eum posse dare, bene potest sibi ipsi præjudicare, & tenet commutatio.* Et infrà *litt. F. & sicut contrahunt, ita tenentur postea reddere debitum, pro quanto scilicet ille actus non impediunt à servitiis consuetis.*

4021 Peccant tamen mortaliter, si licentiam non petant, nisi alias probabiliter timeant, quod impedirentur. Quod si licentiam non obtineant, tunc possunt validè, & licitè contrahere; quia dominus non potest sine mortali matrimonium servis, nec ejus rationabilem, & moderatum usum prohibere.

4022 *Servus conjugatus*, jussus simul ab uxore ad reddendum debitum, & à domino ad aliquod negotium peragendum; si nupsit de consensu domini, tenetur potiùs satisfacere uxori, reddendo debitum; si verò nupsit invito domino, tenetur potiùs satisfacere domino. Diana *par. 7. tr. 7. res. 38.* Ratio pro utroq; casu habetur ex Scoto *cit. litt. E, & F.* Pro primo

primo, quia dominus, dum consensit, cessit juri suo utendi servo in simili casu. pro secundo; quia servi *per actus proprios sine voluntate dominorum non potuerunt se facere liberiores, nec se à jure dominorum suorum magis eximere, quàm prius.*

4023 Eadem ratione peccat mortaliter dominus, si vendat, aut mittat servum in partes remotas, quò non potest uxor eum sequi, si matrimonium sit factum de voluntate domini. Non peccat autem, si servus contraxit sine consensu domini, & domino urgeat gravis necessitas mittendi, aut vendendi servum ad partes remotas; solum, si nulla urgeat necessitas, peccat mortaliter, non contra justitiam, sed charitatem, quæ tamen non obligat cum notabili detrimento.

4024 Serva, si contrahat cum libero ignorante, opera domini, aut saltem sciente, & tacente domino, fit libera ex jure in pœnam delicti, & favorem matrimonii; unde matrimonium est validum. Item serva fit libera, si ducatur in uxorem à domino, & è converso de servo. Insuper, si vir solutus, & nullo alio impedimento ligatus: qui videlicet non sit in sacris, habuit ancillam in concubinam usque ad mortem: tunc si nihil de ancilla, & filiis ex ipsa habitis dixit, manent liberi ex jure, ad quod requiruntur duo, nempè quòd carpis usus ancillæ non fuerit ante mortem dimissus; & quòd filii non sint nati ex concubitu damnato, videlicet ex adulterio, aut sacrilegio, sed ex soluto cum soluta, ita ut dominus servam ducere potuisset in uxorem, si voluisset.

4025 *Servus, qui contraxit cum serva ex error*, putans esse liberam, validè contraxit. Scotus *in 4. dist. 36. q. 1. litt. F*, nam *error conditionis pejoris impedit contractũ, quia impedit commutantẽ recipere tantum pro quanto intendit commutare; sed ignorantia melioris conditionis, vel æqualis, non impedit pro contrariam rationem.*

4026 Hac ratione, liber, qui contra cum libera ex errore, putans eam ess vam, validè contraxit. Scotus ex. quia invenit eam deterioris conditionis.

4027 *Conjuges, qui validè contrax* ob servitutem, ignoratam à libero, in servitute, si velint in matrimonio per re, possunt illud ratificare per novum sensum; alioquin debent tamè quam à reddendo debito abstinere, aliàs omnis copula erit fornicatio: v. 4249.

De hac materia fusè agunt Dian. *Tancred. tom 2. lib. 7. à disp. 19. ad* der *tr 9. disp. 12.*

3. VOTUM

9028 SOlemne castitatis, emissum Religione approbata, aut ordi ptione Ordinis sacri, dirimit matrim Similiter votum simplex castitatis Societatis, quod emitti solet elapso dirimit, ex motu proprio Greg. XIII. frà de Ordine sacro *à num.* 4064.

4. COGNATIO

4029 ESt triplex, naturalis, spiritu & legalis.

COGNATIO LEGALIS

4030 ESt propinquitas personarum perfecta adoptione provenien *Adoptio* est personæ extraneæ in filium, in filiam, legitima assumptio. Quæ bet auctoritate publica, seu magistra

4031 Ejus sunt tres species, quæ monium dirimunt. 1 In linea recta sum adoptantem, & adoptatum, solos filios carnales descendentes

quarum gradum, qui tamen non reperiuntur emancipati, sed sub potestate ipsius adoptati, quando fit adoptio. 2. In linea collaterali inter ipsum adoptatum, & solos filios naturales adoptantis; qui pariter sunt in potestate adoptantis tempore adoptionis, & non ultrà. 3. Inter adoptatum, & uxorem adoptantis, atque inter adoptantem, & uxorem adoptati. Unde secunda, & tertia species nō extenduntur ultrà primum gradum. Hinc inter adoptantem, & parentes adoptati, similiter inter fratres adoptivos inter se, aut eorum filios, nullum est impedimentum; quoniam nullum jus illud ponit.

COGNATIO SPIRITUALIS

4032 Est propinquitas inter aliquas personas ex regeneratione spirituali procedens, videlicet ex Baptismo, vel Confirmatione, non ex aliis sacramentis. Hæc cognatio, ex Trid. *sess.* 24. *c.* 2. 1. contrahitur à baptizato, vel confirmato, cùm baptizante, vel confirmante. 2. A baptizato, vel confirmato, cum patrino, vel matrina, & hæ duæ cognationes dicuntur. *Paternitas, & filiatio* spiritualis. 3. A patrino, vel matrina cùm patre, & matre baptizati, vel confirmati 4. A patre, & matre baptizati, vel confirmati, cùm suo baptizante, vel confirmante, & hæ duæ posteriores dicuntur compaternitas, & commaternitas. Inter hos tantùm contrahitur, & finitur, non ultrà. Omninò vide *an.* 3008. *ad* 013.

COGNATIO NATURALIS,

4033 Seu carnalis, quæ consanguinitas dicitur, *est vinculum personarum, quæ ab eodem stipite per carnalem propagationem descendunt,*

4034 *Stipes*, est persona illa, à qua aliæ personæ, de quarum cognitione tractatur, descendunt.

4035 *Linea*, est ordinata hujusmodi personarum series. Est duplex. Recta, est earum personarum, quarum una est ab alia, sive ascendendo, sive descendendo: Et *Transversalis*, seu *Collateralis*, quæ est earum personarum, quæ descendunt ab eodem stipite, sed una non descendit ab alia, ut fratres, consobrini, &c.

4036 *Transversalis*, est duplex: *Æqualis* personarum, quæ æqualiter distant à stipite, ut fratres, sorores, &c. & *Inæqualis*, personarum, quæ inæqualiter distant à stipite, ut frater, & filius sororis, &c. *Gradus* denique est ipsa distantia, quæ inter personas, de quibus agitur, intercedit. His præmissis

IN LINEA RECTA

4037 Sive ascendentium, sive descendentium, tot sunt gradus, quot sunt personæ seu quot sunt factæ generationes, dempto stipite. Sit

SCHEMA LINEÆ RECTÆ.

4. Joannes abavus.
|
3. Jacobus proavus.
|
2. Andreas avus.
|
1. Paulus pater.
|
PETRUS STIPES
|
1. Paulus filius.
|
2. Andreas nepos.
|
3. Jacobus pronepos.
|
4. Joannes abnepos.

Ubi *Paulus*, est in 1. gradu conjunctus *cum Petro*, quia dempto ipso stipite, qui est Petrus, una persona remanet: *Andreas* in 2. quia Petro dempto, duæ personæ remanent, & sic de reliquis.

IN LINEA TRANSVERSALI IN DISTANTIA ÆQUALI

4038 TOt gradibus una persona distat ab alia, quot gradibus illa una distat à communi stipite, dempto stipite: sit

SCHEMA LINEÆ TRANSVERSALIS.

PETRUS STIPES.

Paulus. *Frater, & soror 1. gr.* Rosa
Andreas. *Consobrini primi 2. gr.* Anna
Jacobus. *Consobrini 2. 3. gr.* Nimpha
Joannes. *Consobrini 3. 4. gr.* Agatha
Thomas. *In nullo gradu.* Ursula

Hinc Paulus est conjunctus in 1. gradu cùm Rosa, quia uno gradu distant à Petro patre.

IN LINEA TRANSVERSALI IN DISTANTIA INÆQUALI

4039 TOt gradibus una persona distat ab alia, quot gradibus persona illa, quæ est à stipite remotior, distat ab eodem stipite, dempto ipso stipite. Unde in præfato schemate lineæ transversalis *Paulus* in 2. gradu distat *ab Anna*, quia *Anna*, quæ est remotior à *Petro stipite*, duobus gradibus distat ab ipso stipite, dempto eodem stipite, & descendendo, idem *Paulus* in 3. gradu distat à *Nimpha*, & in 4. ab *Agatha*.

4040 In linea autem transversali in distantia inæquali, quamvis sola distantia per gradum consanguinitatis constituat, ad impensationibus tamen pro matrimoniis consanguineos contrahendis ex dispositione Summorum Pontificum, maximè Pii V. considerari solet, & inde in memoriam explicari, etiam gradus proximior denotat.

4041 Sic in eodem schemate linea transversalis *Paulus* dicitur primo gradu secundo conjunctus cùm *Anna*. Primo in tertio cum *Nimpha*. Primo in quarto cùm *Agatha*. Denique primo gradu in quinto cum *Ursula*, & sic in nullo; quia extra quartum gradum nulla datur cognatio. Unde quando gradus remotior est extra quartum, nec gradus proximior est exprimendus, nec dispensatio necessaria, quia nulla habetur cognatio.

Similiter *Andreas* est secundo gradu tertio conjunctus *cum Nimpha*. Secundo in quarto *cum agatha*. Secundo in quinto *cum Ursula*, & sic in nullo. *Jacobus* est tertio quarto conjunctus *cum Agatha*. Tertio quinto *cum Ursula*, & sic in nullo. *Joannes* quarto in quinto conjunctus *cum Ursula*, & sic in nullo. Demùm *Thomas* in nullo est conjunctus cùm filia Ursulæ. Quæ exempla & dicta sunt de latere sinistro ad dextrum, & de viris ad fœminas, pariter intelligenda sunt de latere dextro ad sinistrum, & de fœminis in ordine ad viros.

4042 Omnis igitur consanguinitas gradus, sive lineæ transversalis, sive rectæ, non extenditur ultra quartum gradum, ita ut solùm primum gradum lineæ rectæ patris matrimonium dirimere, cæteros verò lineæ rectæ, & omnes lineæ transversalis solùm Ecclesiastico dirimere, docent

...tur tr. 9. disp. 13. §. 1. Tamb. tom. 2. ...r. 2. c. 5. §. 1. n. 18. & alii.

CASUS.

4043 *Petrus filius Annæ habuit rem cum Catharina, ex qua genuit Franciscam, & Paulus filius dictæ Catharinæ habuit rem cum prædicta Anna, ex qua genuit Joannem. An Joannes possit valide nubere cum Francisca?*

Casus est singularis, non tamen metaphysicus, sed practicus, quoniam in quadam ...di parte contigit; pro faciliori tamen intelligentia, Sit

FIGURA.



4044 Respondeo negativè, quia inter ...nem, & Franciscam reperitur cognatio ...is *primo gradu in secundo*, orta tamen ... tantùm stipite, nempe ex parte solius ..., sed iterata ex parte matris alterius, ...ut Joannes sit Patruus simul, & Nepos Franciscæ; & è converso Franciscа sit ...tra simul, & Neptis Joannis; Joannes ...dem, quia est filius Pauli fratris ex utero ...ciscæ, est Nepos Franciscæ, & Franci... Amita Joannis; & è converso, quia Franciscа est filia Petri fratris ex utero Joannis, est neptis Joannis, & Joannes patruus Franciscæ.

4045 *Primo tamen in secundo*, quia Joannes ratione filiationis est primo gradu conjunctus cùm Anna, cùm qua est etiam secundo gradu conjuncta Franciscа, utpotè ejus Neptis, quatenùs est filia ejus filii; Franciscа enim est filia Petri, qui est filius Annæ, & frater Joannis. Ita pariter ex alia parte Franciscа ratione filiationis est primo gradu conjuncta cùm Catharina, cum qua est etiam secundo gradu conjunctus Joannes, utpotè ejus Nepos, quatenùs est filius ejus filii; Joannes enim est filius Pauli, qui est filius Catharinæ, & frater Franciscæ.

Et consequenter Franciscа, & Joannes conjunguntur primo gradu in secundo cognationis naturalis, ac proinde non possunt inter se valide nubere.

5. CRIMEN

4046 Est quadiuplex. 1. Homicidium alterius conjugis, extrinsecè ab utroque conventum, etiam sine adulterio, factum tamen ad finem nubendi.

2. Adulterium ab utroque cognitum, cum homicidio etiam non convento, facto tamen ab uno illorum ad finem nubendi, etiam altero ignaro.

3. Adulterium conventum cùm pacto futuri matrimonii.

4. Si supposito matrimonio saltem rato cùm una, commuittat adulterinm cùm alia, & insuper contrahat matrimonium cum illa per verba de præsenti. Dirimit etiam mortua propria uxore, itaut soluto ligamine non possit illam ducere; unde hoc impedimentum est distinctum à ligamine.

4047 Impedimentum criminis est à jure impositum ad vitandum odium sacramenti,

& homicidium conjugis. Atsi aliqua conditio ex præmissis deficiat, crimen non dirimit; quia sumus in odiosis.

QUÆRES I.

4048 Petrus conjugatus solitus rem habere cum Berta, una vice sic est eam allocutus: *Si moreretur mea uxor, te in uxorem ducerem*; Evenit deinde casus, ut illa decesserit. An possit cum illa nubere?

RESP. posse Tanc. *to. 2. de matr. lib. 7. pag. 144. n. 7.* ratio mea est; quia non habetur impedimentum criminis; nam locutio illa non fuit promissio, sed velleitas, ac simplex ostensio animi, & expressio amoris; Canones autem loquuntur expressè de promissione; adeóq; cum sumus in odiosis, extendi non debent ad simplicis animi, & amoris ostensionem.

4049 Similiter non incurrit impedimentum, si dicat: *Si voluero, te dicam*; quia promissio non est, quæ ad propriam voluntatem refertur.

QUÆRES II.

4050 *Petrus conjugatus promisit Bertæ se eam ducturum in uxorem mortua propria, & adulteravit; evenit casus, ut hæc sit mortua, Petrus verò matrimonium contraxit non cum Berta sed cum alia, adhuc cum Berta adulterium sequens; deinde hæc secunda uxor decessit. An Petrus possit matrimonium inire cum Berta?*

RESP. posse. Silvester *de matr. n. 8. vers. 5. §. 9. quæritur.* Alarius *Canones conscien. crimen. 52.* quia cum stante promissione Petrus mortua uxore, non Bertam, sed aliam duxit, promissio fuit retractata per actum facti, conicia Berta; & revera [humano modo loquendo] Petrus dicitur infidelis, & fregisse promissum: Ex communi autem sententia, promissio non debet esse, nec explicitè, nec tacita revocata, sed durans.

6. CULTUS DISPARITAS.

4051 SEu Religionis, dirimit inter baptizatum, & non baptizatum, ut inter Christianum, & Turcam; quia hæc est janua sacramentorum, Infidelis superveniat post matrimonium, non dirimit licèt possit esse causa divortii. Inter baptizatos autem, quorum alter est hæreticus, non dirimit, sed impedit, ex Concil. Carthaginensi *can. 14. & cap. Decrevit, de eorum 6.* ubi matrimonia cum hæreticis prohibentur, & mulier privatur dote; unde peccat Catholica cum hæretica contrahens, peccat mortaliter ob periculum discordiarum, subversionis sui, aut prolis. Busemb. *tr. 1. cap dub. 3. num. 7. ait, in Germania licere ex gravi causa, salvo tamen jure naturali, & semoto periculo, tum contrahentis, tum prolis; unde de iis initio confirmationis ut Catholicè educentur.*

4052 Si ex conjugibus infidelibus alter convertatur ad fidem, altero in sua infidelitate remanente, remanet matrimonium. Si conjux infidelis velit cum fideli cohabitare sine injuria Creatoris. Si verò conjux infidelis recedat physicè, videlicet, si non velit cum fideli cohabitare; vel si recedat moraliter, videlicet, si velit habitare, sed non sine injuria Creatoris, quatenus coram conjuge fidei Christum, & fidem blasphemat, eam tentat, divertere, vel prolem futuram fideliter vult, &c. tunc matrimonium, etiam si consumatum, dissolvitur quoad vinculum, ut conjux fidelis possit ad aliud matrimonium cum Christiano transire, ante omnem tentiam ex lege Christi in privilegium promulgata per D. Paulum 1. ad *Quòd si infidelis discedit, discedat, non servituti*, hoc est ligamini conjugali

ifrater, aut soror in hujusmodi. Tambur. *n.* 2. *pag.* 152. Plura Tanc. *tom.* 2. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 74. *v. n.* 4111.

QUÆRES

4053 *Turca Panormi factus liber emit antequam deinde duxit in uxorem, quæ antequam ad fidem converti, & quia vir non solum non pretendit eam remansuram ser-vam, quid decidendum?*

Esp. cum Tanc. *par.* 2. *tom.* 5. *tract.* 5. *q.* 6. §. Si vir non velit cum ea habitare absque injuria Creatoris, tunc uxor non potest ab eo recedi; quia ex matrimonio cum libero, acquisivit libertatem, nedum ex jure positivo. Gloss. *in cap. Si quis ancillam dist.* 34. sed etiam naturali; nam cum conjuges fiant una caro, debet etiam inter illos fieri communicatio honoris, & sedis; & libertas semel concessa, est irrevocabilis. Eadem ratione non tenetur recompensare pretium: eò maximè, quia ipsa non est in culpa, quia præceptum naturæ obligat omnes.

4054 Item eo ipso, quo uxor transit ad fidem, cogitur à præcepto Ecclesiæ, ut separetur à viro infideli nolente converti ad fidem, atque cum ea habitare absque injuria Creatoris; unde potest ad aliud matrimonium cum Christiano transire, quia jam prius est ratum, & illud irritum.

7. VIS, ET METUS

4055 Est duplex, cadens scilicet in virum constantem, & cadens in virum inconstantem. Metus cadens in virum constantem, seu metus gravis, quatuor conditiones requirit. 1. Quòd malum, quod timetur, sit grave, ut in *num.* 221. 2. Quòd sit fundamento, & non leviter timeatur. 3. Quòd qui minatur, possit minas exequi. 4. Quòd qui timet, non possit minanti resistere, aut vitare mala, quæ timet. His deficientibus metus est levis, seu cadens in virum inconstantem.

4056 Nomine metus gravis venit metus reverentialis superioris, aut patri debitus, si est conjunctus cum rationabili timore, ne superior, aut pater rigidè, vel malè tractet filium, aut filiam: *v. à n.* 1400.

4057 Ut metus gravis, seu cadens in virum constantem invalidet contractum matrimonii, tres requiruntur conditiones. 1. Quòd sit incussus à causa extrinseca libera, nempe ab alio homine. 2. Quòd sit incussus ad finem extorquendi contractum matrimonii, 3. Quòd sit incussus injustè.

4058 *Ex defectu primæ.* Validum est matrimonium. 1. Si concubinarius metu inferni, vel mortis in morbo, aut naufragio concubinam ducat. 2. Si quis à medico persuasus non diu se victurum, nisi ducta uxore, eam ducat. 3. Si in carcerem conjectus, spe evadendi, nubat cum filia lictoris; quia tunc non ab alio, sed à seipso impellitur ad eligendum matrimonium, tanquam medium sibi boni animæ, aut corporis.

4059 *Ex defectu secundæ.* Validum est matrimonium. 1. Si quis ad mortem damnatus, ut evadat, nubat cum meretrice, aut alia juxta statutum illius Religionis. 2. Si Princeps obsessus offerat filiam in matrimonium obsidenti, ut obsidione liberetur. 3. Si raptor, aut deflorator virginis, metu mortis se offerat Judici, aut ejus consanguineis eum occidere volentibus, ad nubendum cum illa, & nubat; quia est metus ab intrinseco proveniens.

4060 *Ex defectu tertiæ.* Validum est matrimonium. 1. Si Episcopus excommunicationem minetur alicui, ni ducat puellam, cum qua sponsalia contraxit. 2. Si Judex cogat

illum ad ducendam puellam, quam violavit, 3. Si quis deprehensus in crimine cum filia, minis afficiatur, quod accusaretur, nisi eam ducat. 4. Si puniendo ob homicidium probatum promittatur impunitas, si ducat filiam, aut uxorem occisi; quia contrahenti non fit injuria, cum ipse dederit causam metus justè incutiendi. Imò ipse cogitur ad id, quod facere tenebatur; ac proindè metus potiùs videtur esse ab intrinseco, cum ipse ejus dederit causam: *v. à num.* 1800.

QUÆRES.

4061 *Puella nobilis, propria cymba tempestatis causa eversa, metu mortis contraxit per verba de præsenti cum alio nauta, ut in ejus cymba reciperetur, an validè?*

REsp. validè, Arsdekin *tom.2.pag.286.n.9.* quia metus fuit ab intrinseco incussus.

8 ORDO

4062 SAcer validè sumptus dirimit matrimonium post ipsum contractum, non solùm ratione voti solemnis castitatis Ordini sacro annexi, sed etiam ex lege Ecclesiastica, quæ inhabilem ad contrahendum reddit ipsum ordinatum in sacris, directè ratione Ordinis Sacri. Scotus *in 4. dist. 27. q. un. litt. B. quia talis deputatur ministerio sacro, quod requirit munditiem mentis, & carnis*; quod magis conformatur Concil. Trid. *sess. 24. can. 7.* Hinc Ordo sacer, est impedimentum distinctum à voto, plura videre potes apud Tanc. *de matr. tom. 2. tr. 7. disp. 25. ad 30.* Tamb. *tom. 2. lib. 7. cap. 3. §. 3.*

4064 Utrumque solo jure Ecclesiastico dirimit. Nam votum solemne non dirimit ex natura rei, quâ votum; alioquin votum simplex castitatis dirimeret; sed quâ solemne; solemnitas autem est auctoritate Ecclesiæ inducta. Bonifacius VIII. *l. cap. Unica de voto in 6.* & Gregor. XIII. in Bulla *Ascendente* dicunt, *solemnitatem voti Ecclesiæ in hanc esse introductam.* Item votum simplex honestatis solùm cœpit esse dirimens per Bullam Greg. XIII. *Ascendente Domino*, antea non dirimebat.

4065 Matrimonio autem inito, antequam consumetur, potest conjux Religionem ingredi, quia matrimonium ratum dissolvitur per professionem Religiosam.

4066 Matrimonio tamen jam consummato, nec licitè, nec validè conjux sine expressa licentia libera alterius conjugis potest Religionem ingredi, & professio facta est nulla ita ut mortua uxore, non teneatur ad Religionem: Uxore autem vivente, tenetur ad illam regredi. Non potest tamen petere, sed solùm reddere debitum; quia emissio illa votorum, licèt non obliget in vim professionis solemnis Religiosæ, utpotè quæ litis præjudicium alterius conjugis, obligat inquantum potest, videlicet in vim simplicis voti castitatis; ac proindè est impeditus à petendo debiti, in quo non præjudicat conjugi, cui etiam ipsa post matrimonium potuerit castitatem vovere, & non petere debitum, & ita ea mortua, tenetur castitatem servare. *Quidam 3. Placet 12. de conversione apostatorum.*

4067 Quòd si uterque conjux in Religione profiteatur sine mutua licentia, validè utriusque professio, quia tunc per [illegible] censentur sibi mutuam licentiam [illegible] Pirhing *tit. cit.*

4068 De alterius autem conjugis libera & expressa licentia, licitum est per secundum Religionem ingredi, & professionem [illegible] Dixi *per se*; quia per accidens potest [illegible] licita, ut si habeat filios, quos [illegible] si sit gravatus debitis, &c.

4069 Et quia tunc matrimonium non dissolvitur quo ad vinculum, sed quo ad usum, professus uxorem etiam professam consentiret, non peccaret contra justitiam, sed contra votum.

4070 Non potest tamen unus conjugum Religionem ingredi, nisi alter etiam Religionem ingrediatur, *cap. Cum sis, cap. Uxoratus, de convers. conjugat.*

4071 Quòd si alter velit in sæculo remanere, tres requiruntur conditiones. 1. Ut conjux superstes sit senex, videlicet sexaginta annorum, si vir; quinquaginta, si mulier, in quo datur arbitrium Episcopo, ut considerata conjugum complexione, valetudine, robore, &c. possit in casibus particularibus de senectute debita judicare. 2. Ut non sit suspectus de incontinentia. 3. Ut emittat votum castitatis, quod est votum simplex, insuper ex consuetudine est necessaria cognitio, & licentia Episcopi.

4072 Quòd si conjux, qui licentiam dedit juvenis, & nolit Religionem ingredi, antequam annum Novitiatûs egrediatur, sit senex, & nolit votum continentiæ emittere, & alter conjux reperiatur professus, professio est valida, & relictus in sæculo persuaderi potest, non cogi, ut Religionem profiteatur, aut votum continentiæ emittat; quia votum debet esse liberum. Quòd si nolit, & adsit periculum incontinentiæ, tunc Episcopus jubere debet marito relicto, ut ad uxorem revertatur, *cap. proposuit. eit.* qui ratione voti solemnis castitatis, sine dispensatione Papæ, reddere debet, non petere; & uxore mortua, aut voto castitatis emittente, tenetur ad Religionem reverti.

4073 Si verò uxor relicta in sæculo castitatem voveret, non posset revocare conjugem professum; quia ratione voti castitatis neuter posset petere debitum. Tamb. *tom. 2. lib. 8. cap. 4. §. 1. v. n. 4292.*

DECLARATIO.

4074 ORdini sacro est annexum, non præceptum (ut probabiliter tenent plures) sed votum solemne castitatis. Fagnanus *in lib. 5. cap. Tua littera, tit. de Cler. per saltum promotis.* Tamb. *lib. 7. de Ordin. cap. 3. §. 3.* Gobat. *tom. 1. tr. 8. casu. 20.* Ratio est primò, quia in pluribus textibus obligatio castitatis Ordini sacro annexa vocatur votum.

4075 Secundò, quia Ordinatus in sacris, si castitatem violet per actum pure internum, puta per delectationem morosam, aut desiderium (ut omnes fatentur) sacrilegè peccat; quod non esset verum, si ad eam teneretur ex solo præcepto Ecclesiæ; quia Ecclesia non præcipit actus purè internos.

4076 Hoc autem votum dicitur implicitum, quatenùs qui ordinatur, liberè suscipit Ordinem sacrum, cui est annexum votum castitatis; quod votum soli professioni est annexum essentialiter, ac ex sui natura, & est de ejus substantia, *cap. Cum ad Monasterium, de statu Monach.* Ordini autem sacro est annexum solùm extrinsecè ex præcepto Ecclesiæ, *cap. Cum olim, de Cler. conjug. cap. A multis, de ætate, & qualitate ordinandi.* Ratio verò impedimenti dirimentis est annexa Ordini sacro pariter ex constitutione Ecclesiastica, non ex natura rei. Scotus *cit.* & innuit Triden. *sess. 24 can. 9. Si quis dixerit, Clericos in sacris Ordinibus constitutos, vel Regulares castitatē solemniter professos, posse matrimonium contrahere, contractumque validum esse non obstante lege Ecclesiastica, vel voto, &c. anathema sit.*

EX

EX DICTIS RESOLVES.

4077 Primò, qui in ætate debita scienter suscipit Ordinem sacrum cum expressa intentione nolendi se obligare voto castitatis, non ligatur voto; quia votum debet esse voluntarium; peccat tamen tam in Ordini susceptione, quam pro sequenti tempore contra præceptum Ecclesiæ obligans eum, qui liberè Ordinem sacrum suscipit, ad suscipiendam obligationem voti, & oneris Ordini annexi. At si nubat, invalidè nubit; quia Ordo sacer dirimit, & irritatio non dependet à voluntate propria, ut in voto, sed à lege Ecclesiæ.

4078 Si quando suscepit, ignoravit votum, non ligatur voto; quia votum *est promissio deliberata*, nec peccavit ob ignorantiam, sed si nubat, invalidè nubit; quia Ordo sacer dirimit; & iste, si velituti Ordine, debet voto se obligare. Quòd si nolit, dispensationem petat ob ignorantiam; quæ tamen difficulter præsumitur, cum hodie vulgatum sit, Ordini sacro esse annexum votum, & præceptum Divini Officii

4079 Secùndò, adultus suscipiens Ordinem sacrum, non habens intentionem suscipiendi, invalidè susciperet ex defectu intentionis; unde posset nubere, & non teneretur ad castitatem, ac ad divinum Officium; adeòque formicando non peccaret contra votum, sed sacrilege susciperet, nisi sic susciperet per violentiam, & coactionem Ita res se haberet quoad forum internum; quoad forum verò externum secundùm externa procederetur.

4080 Tertiò, qui per vim, & metum injustum, gravem cadentem in virum constantem, ab extrinseco ab alio homine incussum, Ordinem sacrum suscipit, non tamen dissentiens, nec reclamans, valide suscipit Ordinem, & inde non potest nubere, nisi dispensationem; sed non ligatur voto, nec præcepto divini Officii; quia ad Sacrum tum validè suscipiendum sufficit voluntas simpliciter, quod stat cum metu gravi: tum verò, & obligationem Officii divini quiritur major libertas, nempe libertas electione, & plena, ut dictum est de contractibus in *n.* 2360.

4081 Dices: qui ex metu invalidè emisit professionem solemnem, probatum non potest validè, & licitè nubere; igitur.

Resp. disparitatem esse, quia qui professionem tetur, invalidè profitetur ex lege Ecclesiæ *cap. ult. qui Clerici vel Monachi*, ut dictum est *vi metusve causa fiunt*, requiritur ad dam professionem consensum plane liberum. Qui verò sic Ordinem suscipit, valide scipit, cum sufficiat consensus simplex adeòq; subditur irritationi matrimoni ni sacro annexæ. Pirhing. *tit.* 11 § 2.

4082 Hic autem, si post metum usu Ordinis permanere, tenetur ad tem & horas similiter: si metu cessante mel ordine usus est, non potest ab voto resilire; quia usus Ordinis est tacita Ordinis.

4083 Quartò, infans, si ordinetur ris, validè, etsi illicitè ordinatur. vè autem dissentiens, nec validè ordinatur cum aliud sit non consentire, & aliud vè dissentire; ait Pirhing.

4084 De tali infante specialiter Ecclesia, ut postquàm ad annos ad voti tatis sufficientes (de quibus modo) pervenerit detur ei optio, ut si velit usui Ordinis sed teneatur voto; quia per talem nem implicitè votum castitatis emisit, posset nubere, sed ordine non Tambur. *de ordine cap.* 3. § 3. num.

QUÆRES L

4085 *Qui post annos discretionis sed ante annos pubertatis, nempe ante annos quatuordecim expletos, suscepit Ordinem sacrum, sciens esse annexum votum castitatis. An teneatur ad castitatem?*

Lugo cum aliis apud Tamb. *cit. n.* 18. Fagnanus *in lib. 5. cap. Tua littera, de aetate per saltum promotis*, tenet, quòd sicut Trid. *cap. 15. sess. 25. de Regularib.* non potest quis validè ligari voto castitatis in professione solemni, emissa ante annos sexdecim expletos; ita nec voto castitatis in susceptione Ordinis facti, facta ante annos sexdecim expletos, etiam si talis susceptio fuerit post annos quatuordecim ratificata; & adhuc non posse licitè nubere.

Tamb. cit. cum aliis asserit, teneri ad castitatem, quia puer rationis compos validè se obligat votis.

4089 Dico 1. eum teneri ad castitatem, non posse nubere, si post finem anni decimiquarti ratificet susceptionem Ordinis anteà facti. Non teneri verò ad castitatem, sed posse nubere, si post finem anni decimiquarti, hoc est infrà triduum reclamavit, vel tacuerit tacuerit. Fagnanus *cit. num.* 42. & 73.

4091 Prima pars probatur solvendo rationem primæ opinionis. Disparitas enim evidens. 1. Quia lex Trid. irritat professionem Religiosam ante annos sexdecim emissam; at non votum castitatis Ordini annexum 2. Quia votum Ordini annexum solùm affert gravamen castitatis; at professio Religiosa plura, & majora gravamina secum affert nempe ultrà Castitatem, Obedientiã, Paupertatem, Clausuram, & religionis asperitates; & ideo majorem deliberationẽ exposcit. Professio Religiosa, quam solum votum castitatis; adeóque Tridentinum requirit pro valida professione, quòd sint elapsi duo anni pubertatis; quod non currit pro solo voto castitatis.

4092 Ordinationem suam ratificare quis potest expressè per actum expressum voluntatis, etiam internum, quo eam approbet, volens suo tempore ea uti; vel tacitè per usum Ordinis, aut ejus privilegii.

4093 Secunda pars probatur à Fagnano: *Quia ante annos quatuordecim non potest quis, etiam si velit, se expresse adstringere ad votum continentiæ, cap. 1. 20. q. 1. Ergo multò minùs potest tacitè per susceptionem Ordinis Sacri.* Ita innoc. & Canonistæ. Cujus rei ratio est, quia de voti essentia est, quòd sit promissio deliberata, hoc est facta cum plena advertentia & cognitione materiæ voti; quæ perfecta cognitio materiæ castitatis regulariter non habetur ante annos pubertatis; quia ante annos pubertatis vir non habet potentiam coeundi, nec inde potest matrimonium contrahere; adeóque ante annos pubertatis potest se ligare aliis votis, sed non potest regulariter se ligare voto continentiæ, licèt annos discretionis teneat, nisi malitia suppleat ætatem, ut plenam cognitionem materiæ voti castitatis habeat; quia nemo potest renunciare ei, quod ignorat. Abbas apud Fagnanum *cit.* & per hoc soluta manet ratio P. Tamb.

Nec obstat taciturnitas; quia pro eo tempore non poterat se voto continentiæ adstringere; & quando poterat, post finem anni 14. infrà triduum reclamavit, seu dissentiit.

4094 Hinc, qui post annos discretionis, sed ante pubertatem suscepit Ordinem Sacrum, sciens, ei esse votum continentiæ annexum post Ordinis susceptionem tacuit, & post annos quatuordecim infrà triduum etiam tacuit, licèt ordinationem suam non ratifi-

ratificaverit, ligatur voto, nec potest nubere. Fagnanus *cit. num.* 74. non ex taciturnitate, sed ex perse verantia consensus in ordinatione suscepta, qui licet non potuerit ligare ad castitatem in principio, ob ætatis defectum, ligat eo sublato per supervenientiam ætatis. Sicut votum Religionis, quod vir emittit vivente uxore, & ea contradicente, non ligat ea vivente, ligat verò uxoris impedimento sublato. Insuper ipsa non reclamatio, tempore quo poterat reclamare, censetur Ordinis suscepti ratificatio.

4095 E contrà, si post Ordinem susceptum statim contradixit, & in contradictione perseveravit, post finem verò anni 14 Ordinationem nec approbavit, nec reprobavit, sed tacuit, non ligatur voto, & potest nubere. Fagnanus *cit. num.* 70 quia censetur in priori dissensu perdurasse; dissensus enim, sicut & consensus, non præsumitur mutatus, nisi probetur.

4096 Confirmatur ex *cap. Majores, §. fin. de Baptismo*, ubi dicitur: *Dormientes autem, & amentes, si priusquam amentes fuerint, aut dormirent, in contradictione persisterent, in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare.* Et Glossa ibi *in cap. 1.* loquens de voto solemni Religionis, ait: *Quæ constabat de protestatione voluntatis ab initio facta, adhuc præsumitur nolle.*

4097 Suadetur exemplo sponsalium, quæ ante usum rationis contracta sunt invalida ex defectu consensus, & per supervenientiam ætatis non convalescunt, nisi verbo, vel facto ratificentur, & non sufficit sola taciturnitas.

4098 Similiter matrimonium ante annos à Trid. requisitos metu contractum, sublato impedimento, non validatur sola taciturnitate, sed expresso consensu, vel copula affectu maritali habita.

QUÆRES II.

4099 *Infans ante usum rationis suscepit Ordinem sacrum; post septennium non reclamavit, nec dissentit, tacite, aut explicite; tacuit, negative se habendo; at infra triduum reclamavit? An ligatur voto?*

4100 Resp. non ligari voto. Fagnanus *cit. num.* 52. Et probo, tua ratione eo distinguendo tempora. Primum, quo suscepit Ordinem: Et tunc non potuit ligari, ob defectum usus rationis. Secundum post septennium: Et neque ob defectum liberationis: *v. n.* 4054. Tertium post finem anni 14. Et tunc non se ligavit; quia statim contradixit, & ita nullo tempore se ligavit.

4101 Non obstat character impressus, quia votum est Ordini annexum, et constitutione Ecclesiæ, ut in *nu.* 4064. & 4076. Ecclesia non potest invitum ad votum obligare, *cap. integritas 32. q. 1. De his, Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore desiderium non persuaserit concessam ab Apostolo libertatem auferre non possumus.*

4102 Difficultas major est: *An puer etiam post finem anni 14. tacuerit, negative se habendo?*

Et etiam hunc non ligari voto, docet Fagnanus *cit. nu. 55. Quoniam ex solo silentio* (ait ille) *in materia tam gravi, & in judiciali non inducitur obligatio, l. Non in princ. & l. Filius familias, §. veteres de procurat.*

4103 Nec obstare (subdit) jura in contrarium, *cap. Diaconus 27. dist. cap. Puer 2. q. 7.* quæ probant, taciturnitatem pro consensu; quia procedunt, quando taciturnitate concurrit actus positivus,

Diaconus ille protestatus fuerat se velle matrimonium contrahere, nec posse in castitate permanere; posteà ordinem Diaconatus accepit, & quamvis in ordinatione tacuerit, matrimonium posteà contrahere non potest, quia facto ipso à protestatione recessit.

Atque ita præter taciturnitatem ibi interfuit actus positivus susceptionis Ordinis Sacri, cui votum continentiæ est annexum; qui autem liberè recipit alterum connexorum, videtur ad alterum connexorum se obligare. Abbas *in cap. Cum in cunctis, &c.* Ita sequi.

4104 Ulterius suadet exemplo: Si quis rogat, & legat epistolam, in qua continetur eum debere centum, & non contradicat, censetur debitum confiteri; quia cum taciturnitate concurrit actus positivus receptionis, & lectionis litterarum ejus debitum confitentium.

4105 Quando igitur actus positivus non intercedit, taciturnitas solùm in favorabilibus habetur pro consensu, ex Reg. 6. *Qui tacet*; minimè in præjudicialibus. Bald. *cons.* 87. quia sicut in favorabilibus faciliter quis consentit, ita in præjudicialibus faciliter dissentit.

AMENS

4106 VAlidè, & si illicitè, pariter ordinatur, ut *in tomo tertio, num.* 18. & loco respectivè juxtà dicta discurre.

9. LIGAMEN

4107 Est *vinculum viri cum uxore post contractum matrimonium legitimum, sive consumatum, sive tantummodò ratum.* Dicitur quamdiu durat, ita ut non possit validè quis aliam ducere, nisi sit moraliter certus de morte conjugis. Quòd si posteà ille compareat, tenetur alia compars, dimisso posteriori conjuge, cum quo bona fide habitavit, ad priorem redire.

Ligamen dirimit jure divino, & naturali. Trid. *sess. 24. can.* 2. Unde Sancti Patres, qui plures habuerunt uxores, ex divina dispensatione habuerunt.

4108 Qui sine morali certitudine, & sufficienti probatione de morte conjugis, ad secundas nuptias transiit, illicitè, sed validè contraxit, si reverà, quando contraxit, prior conjux erat mortuus, ex *cap. dominus, de secundis nuptiis*; quia reverà tunc non erat ligamen.

4109 Ad vitandum delictum Polygamiæ sunt adhibendæ diligentiæ pro libertate contrahere volentium; adeòque sunt præmittendæ denunciationes, de quibus *à num.* 3969.

4110 Si alter ex sponsis sit extraneus, non est admittendus, nisi suam libertatem probet per attestationes à proprio Episcopo, vel Vicario Generali subscriptas, & sigillatas. Sufficit autem assistentia Parochi loci, de licentia tamen Ordinarii. In Italia adest instructio S. Congr. quæ in Cancellariis Episcopalibus reperitur.

4111 Turca plures habens uxores, si convertatur ad fidem, obligatur tenere primam, & demittere reliquas; quia solum primum matrimonium est validum; si prima velit cum conjuge fideli habitare sine injuria Creatoris, ut in *n.* 4052. Aliàs potest ad sui libitum, prima dimissa, unam ex aliis tenere, sed cum ea debet de novo contrahere, ob invaliditatem matrimonii prioris.

4112 Si maritus mortuus resurgat, mulier, etiam si sit libera, non tenetur ad illum redire; imò non potest sine novo contractu; quia ex Div. Paulo 1. ad Cor. 7. *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit*

Quòd si dormierit vir ejus, liberata est, cui vult nubat.

Plura de mortuo resuscitato resolvit Mendo *in epit. in appendice*, quæ tamen ex dictis propriis in locis patent.

10. HONESTAS

4113 PUblica honestas est propinquitas jure Ecclesiastico oriens ex sponsalibus, aut ex matrimonio rato, & describitur, quod *sit publica decentia, & morum honestas, ut matrimonium impediatur inter personas sic factas propinquas.* Ex sponsalibus validis dirimit inter sponsum, & consanguineos sponsæ, & è converso solùm usque ad primum gradum. Trid. *sess. 24. c. 3.* Non oritur ex sponsalibus invalidis. Trid. *cit.* Ex matrimonio verò rato dirimit usq; ad quartum gradum: *v. num. 1939.*

4114 Ex matrimonio rato, & non consumato, non oritur affinitas, sed publica honestas; nam affinitas oritur ex sola copula.

4115 Ex sponsalibus validis, si posteà mutuo consensu sponsorum dissolvantur, adhuc remanet publica honestas; ratio est 1. Quia publica honestas ex Trident. oritur ex sponsalibus validè contractis, licèt autem postea mutuo consensu dissolvantur, verum est, quòd sponsalia fuerint validè contracta. 2. Quia si post sponsalia fuerint validè cõtracta, imò si post matrimoniũ ratũ intra bimestre alter ex sponsis, aut conjugibus ingrediatur Religionem, & profiteatur, dissolvuntur sponsalia, & matrimonium; & tamen remanet publica honestas. 3. Nostram resolutionem firmat Decr. S. Congr. Conc. approbatum ab Alex. VII. & 6. Julii 1658.

4116 Ex sponsalibus conditionatis oritur publica honestas conditione adimpleta, non prius, quia tunc, & non priùs sunt valida. Clericatus *cap. 133. num. 76.* Qui tria quæsita resolvit, ut sequitur:

„ 4117 *Quær. 1.* An præfatum publicæ honestatis impedimentum oriatur ex matrimonio rato, sed invalido? *Resp.* Cum distinctione, quæ mente est valide matrimonio. Vel invaliditas provenit ex defectu consensus, putà ob errorem in persona aut per vim, & metum; & in hoc casu impedimentum publicæ honestatis oritur: vel invaliditas provenit ex quocumque alio impedimento, vel defectu; & in hoc casu oritur. Tamb. qui aliter docet *d. lib. 8. de matr. tr. 1. de impedim. cap. 3. §. 3. num. 1. 2. & 3.* ubi advertit, quòd si matrimonium sit nullum ex defectu consensus ob non debitam ætatem, in casu non oritur impedimentum publicæ honestatis ex matrimonio rato sed nullo ex sponsalibus; quia licèt matrimonium non valeat, valent sponsalia; quod petit idem Tamb. *dict. lib. 8. tr. 3. de sponsal. lib. 6. ap. 2.*

„ 4118 *Quær. 2.* An ex matrimonio rato sub conditione de futuro, hoc impedimentum oriatur, tum resultet? *Resp.* Non resultare, sub conditio non compleatur; resultare, completa. Tambur. *dict. tr. 1. cap. 3. n. 5:*

„ 4119 *Quær. 3.* An conditione completa super matrimonio apposita, impedimentum tum resultans dirimat usque ad primum gradum, tanquam à solis sponsalibus veniens, vel dirimat usq; ad quartum, quum à matrimonio proficiscens? Esse hinc inde opiniones Doctorum, magis probabilem reputari, quòd dirimat solùm usque ad primum gradum, & beatur tanquam proveniens à sponsalibus eò quia matrimonium contractum conditione de futuro, videtur habere sponsalium; nam conditione adimpleta adhuc opus est consensu ad proficiendum

matrimonium. Tamb. *dict.* §. 3. *n.* 6. & *d. lib.* 8. *tr.* 4. §. 4. *n.* 11. ubi ait, utramq; opinionem esse probabilem.

11. AFFINITAS.

4120 *Est propinquitas personarum orta ex carnali copula, sive licita, sive illicita.* Affinitas orta ex copula licita, se extendit, & dirimit usque ad quartum gradum; ex copula verò illicita solùm usque ad secundum.

4121 Contrahitur solùm ab uno extremo copulæ cùm consanguineis alterius extremi copulæ minimè à consanguineis utriusque cùm consanguineis alterius, quia affinitas non parit affinitatem. Unde Petrus, qui habuit rem cum Berta, non potest, etiam postea Berta, valide nubere cum sorore Bertæ, nec frater Petri potest valide nubere cùm sorore Bertæ: hinc est, quòd duo fratres valide possint duas sorores ducere.

4122 Gradus affinitatis desumuntur ex gradus consanguinitatis: *v. n.* 4131.

4123 Affinitas non oritur ex quacumque copula, sed solùm ex copula consumata cùm effusione seminis intra vas naturale mulieris.

Quòd si viro seminante, mulier non semineret, licèt probabilis sit opinio, quòd non oriatur affinitas, Tamb. & Clericatus *c.* 133. n. 2. Probabile est, quòd oriatur, juxta opinionem, quòd mulier passivè se habeat ad generationem; & quamvis probabilius sit, quòd se habeat activè, quantum tamen ad impedimentum affinitatis, est in praxi tenenda opinio affirmativa, ad vitanda incommoda, quæ aliàs sequi possent; quia viri seminatio est constans, & apparens, minimè verò mulieris.

4124 Copula consumata facta per vim, licet tantum, quamvis non afferat patienti pœnam non petendi debitum, cum pœna supponat culpam; parit tamen affinitatem, quia affinitas non est pœna, sed propinquitas, quæ semper insurgit ex copula consumata; sicut etiam insurgit, si copula fiat cùm ignorantia juris.

QUÆRES I.

4125 *Petrus contraxit sponsalia cum Rosa, postea habuit rem cum Catharina matre Rosæ. An possit nubere cum Rosa, cum qua sponsalia contraxit?*

Resp. non posse; quia ob copulam habitam cum Catharina matre Rosæ, orta est affinitas inter ipsum Petrum, & Rosam; quæ affinitas orta ex copula illicita se extendit usque ad secundum gradum, & sic se extendit inter ipsum Petrum, & Rosam, quæ est in primo gradu conjuncta cum Catharina ejus matre: Et impedimentum dirimens superveniens dirimit sponsalia, ex *n.* 3939.

4126 Petes. 1. *An saltem possit contrahere matrimonium cum ipsa Catharina matre Rosæ?*

Resp. neque posse; quia ex sponsalibus validis initis cum Rosa, orta est publica honestas inter Petrum, & Catharinam matrem Rosæ, quæ est in primo gradu, & dirimit matrimonium.

4127 Petes. 2. *An dictus Petrus possit matrimonium contrahere cum Margarita consobrina Rosæ?*

Resp. posse, si Margarita non sit in secundo gradu consanguinitatis conjuncta cum Catharina matre Rosæ, qualis est, si sit consobrina secunda. Ratio est, quia ex una parte Margarita consobrina Rosæ, non est in primo gradu conjuncta cùm Rosa, & publica honestas ex sponsalibus non se extendit ultrà primum gradum. Ex alia parte [ut supponimus] non est in primo, aut secundo gradu conjuncta cum Catharina, sed in tertio, aut quarto, & affinitas ex copula illicita non se exten-

extendit ultra secundùm gradum; adeóque Petrus nullum habet impedimentum dirimens publicæ honestatis, aut affinitatis cum Margarita, atque inde potest cum ea matrimonium contrahere.

4128 Si verò Margarita sit consobrina prima Catharinæ, ac proinde in secundo gradu illi conjuncta, non potest Petrus cum Margarita contrahere; quia est illi affinis in secundo gradu, ob copulam illicitam habitam cum Catharina.

QUÆRES II.

4129 *An Infideles, qui cum affinitate, etiam in primo gradu lineæ rectæ ortæ ex copula conjugali matrimonium contraxerunt, separari debeant, si convertantur ad fidem; an verò matrimonium sit validum?*

RESP. esse validum, quia affinitas, estò consurgat jure naturali ex copula licita, quatenus per eam vir, & mulier fiunt una caro, non dirimit tamen jure naturali, sed Ecclesiastico. Et universaliter matrimonia infidelium inita servatis conditionibus juris naturæ, & juris divini, non servatis solum conditionibus jure Ecclesiastico præscriptis, si ipsi infideles postea convertantur ad fidem, remanent valida; imo nulla solemnitate indigent; quia infideles non subjacent legibus Ecclesiæ: *v. num.* 3147.

QUÆRES III.

4130 *Duo Turcæ, qui invalide matrimonium contraxerunt, contra legem humanam à suo Principe infideli sub clausula irritante editam, Panormum ducti, & ad fidem conversi, volentes renovare matrimonium recordantur, quòd dum erant infideles, & in sua patria, vir cognoverit consanguineam suæ uxoris. An indigeant dispensatione super impedimento affinitatis?*

RESP. cum distinctione; vel vir habuerat rem cum consanguinea suæ uxoris, ver. gr. cum ejus sorore, per copulam [illegible], quatenus erat sua uxor, & qua [illegible] duxit: Vel habuerat rem cum [illegible] guinea per copulam illicitam:

Si primum, tenentur petere dispensationem; quia licèt impedimentum affinitatis non sit, nisi ex jure Ecclesiastico, & consequenter non liget infideles, durante statu infidelitatis; affinitas tamen jure naturali ex copula licita, quia per copulam [illegible] lem conjuges fiunt una caro, ex quo [illegible] attinentia consanguineorum [illegible] ro conjuge, & è converso; unde affinitas [illegible] cum debeant revalidare matrimonium invalidum, in statu, quo sunt fideles, [illegible] ges Ecclesiæ, fit, quòd cum vere reperiantur affines, verè reperiuntur impedimento tempore fidelitatis, & non novo superveniente, ex affinitate tamen tempore infidelitatis contracta.

Si secundùm, non egent dispensatione, quia non sunt affines; nam ex copula illicita non oritur affinitas jure naturali; quia potiùs ex ea oriuntur odia, & inimicitiæ quàm amicitiæ, & attinentiæ consanguineorum; sed jure Ecclesiastico; & copula illicita supponitur facta tempore infidelitatis, quo non erant subditi Ecclesiæ, sequitur, quòd adveniente statu fidelitatis, non reperiantur affines, ac proinde non impediti, ut dispensatione egeant. Tamb. *tom. 2. de matr. lib. 7. disp. 65. & 66. Tom. 2. pag. 100. §. 2. nn. 1.*

QUÆRES IV.

4131 *Certum est, quòd si moriatur Franciscus Paulo, perseveret in Paulo affinitas cum omnibus Franciscæ consanguineis natis ante mortem Franciscæ, quia* cap. Fraternitas. 10. quæst 10. *affinitas semel orta perpetuo manet. Ex hoc certo* quæritur: *An si post Franciscæ mortem nascatur ex ejus sorore nata, sitne affinis in secundo gradu Paulo, ità ut ipsum, & Paulum nequeat validum matrimonium contrahi?*

Esp. affirmativè. Tamb. *tom. 2. lib. 8. tr. 1. c. 12. §. 1. n. 7.* Ratio est, quia affinitas contrahitur juxtà consanguinitatem, ità ut ex Sanch. *4. dist. 41. q. un. litt. B*, quoto gradu consanguinitatis sit quis conjunctus, vel distet ab uno ex extremis copulæ, toto gradu consanguinitatis est conjunctus, vel distat ab altero extremo copulæ; sed nata ex sorore Franciscæ adhuc Franciscæ mortuæ, est verè consanguinea in 1. gradu cùm Franciscæ adhuc mortuæ sit verè affinis in 2. gradu cùm Paulo qui est alterum extremum copulæ; hinc affinitas non solùm extenditur ad consanguineos vivente uxore, sed etiam natos ea mortua.

II. IMPOTENTIA

4132 Coeundi, seu perficiendi copulam, non impotentia generandi, matrimonium dirimit. Scotus *in 4. dist. 31. q. un. §. Ad tertium*: *Quia obligatio non est ad actum ad prolis, sed sub conditione, si eveniat, ad generandum suscipiendum, &c. & ideo matrimonium est ibi tantùm, ut in remedium, non autem ut in officium.*

4133 Hinc steriles, & senes validè contrahunt quomodo sint apti ad copulam; & tunc matrimonium est in remedium concupiscentiæ, qui est finis secundarius, & minus principalis, ob quem etiam fuit institutum, juxtà dictum Pauli: *Melius est nubere, quàm uri.*

4134 Matrimonium verò Eunuchorum, qui utroq; teste carent, est nullum, non ob impotentiam generandi, sed ob impotentiam coeundi; copula enim fieri debet per transfusionem veri seminis, vero autem semine carent Eunuchi, cum emittant humorē quemdam aquosum specie distinctum à semine.

4135 Hinc impotentia coendi in tribus consistit, & in uno illorum dirimit. 1. Impotentia ad penetrandum vas. 2. Ad emittendum verum semen. 3. Si verum sit semen, sed adsit impotentia ad emittendum illud intra vas; unde non sufficit potentia ad emittendum extra vas, seu in ore vasis.

4136 Impotentia, ut dirimat: Primò, debet esse antecedens matrimonium; non sufficit, si sit consequens matrimonium, etiam solum ratum, antequàm sit consummatum.

4137 Secundò, debet esse perpetua, ità ut nulla arte possit tolli. Si perpetuitas sit certa, ut si vir habeat virilia sicca, aut amputata: vel si mulier sit adeo arcta, ut nullo remedio, nec incisione possit fieri apta, potest matrimonium statim pronunciari nullum à Judice Ecclesiastico.

4138 In dubio perpetuitatis conceditur ab Ecclesia triennium ad experiendum bona fide; quo elapso sine fructu, matrimonium declarari potest invalidum, & dissolvi: *v. n. 4315. & 4316.*

4139 Tertiò. D. Thom. *de sacr. matr. q. 52. art. 1.* apud Gonet *in manuali to. 6. pag. 563.* docet, quòd impotentia ut dirimat debet esse ignorata, his verbis:

"In matrimonii contractu obligatur unus conjugum, alteri ad debitum reddendum; ideo si ille, qui se obligat, est impotens ad solvendum,

vendum, ignorantia hujus impotentiæ in eo, cui fit obligatio, tollit contractum: Sicut autem per impotentiam coeundi efficitur aliquis impotens ad solvendum debitum, ut omninò non possit solvere, ità per servitutem, ut liberè debitum reddere non possit; & ideo sicut impotentia coeundi ignorata impedit matrimonium, non autem si sciatur; ita conditio servitutis matrimonium impedit.]

4140 Præmissâ impotentia dirimit jure naturæ, sive sit ex parte viri, sive ex parte fœminæ, sive sit absoluta, sive sit respectiva respectu scilicet hujus viri, & hujus fœminæ, taliter quòd dissoluto inter hos matrimonio, possint cùm aliis matrimonium contrahere.

4141 Insuper dirimit, sive sit orta ab intrinseco, & vitio naturæ, sive ab extrinseco vitio artis, aut diabolii: in casu maleficii adhiberi debent remedia tam naturalia, quàm spiritualia? quæ si non prosint, impotentia censetur perpetua, & matrimonium dissolvendum per Judicis sententiam, ex *c. Laudabilem, de frigidis, & maleficiatis.*

4142 Conjux arcta, si per incisionem possit fieri apta, non teneri pati incisionem; unde ejus impotentia censetur perpetua; tenent. Clericatus *c.* 133. *n.* 95. Diana *par.* 11. *tr.* 5. *resolut.* 11. & alii apud ipsos. Sed rectius Sanchez *lib.* 7. *disp.* 93. *nu.* 32. docet, quòd teneatur pati incisionem cum gravi dolore, sed non cùm periculo vitæ, aut gravis morbi.

MATRIMONIUM IMPUBERIS

4143 ESt Jure Canonico invalidum, nisi malitia suppleat ætatem ex *c. Attestationes* 10. *Cod. de illis* 9. *tit. de desponsat. impuber.*

Defectus autem ætatis matrimonium invalidat, minimè ratione impotentiæ, quia hæc in impuberibus est temporanea, sed defectu consensus, ob quem sicut Jus Canonicum Trid. ad validam professionem religiosam exposcit tam in viris, quàm in mulieribus ætatem annorum sexdecim completorum: ità Jus Canonicum *n.* 4143. relinquit validum matrimonium de præsenti contractum in viro ætatem 14. annorum, & in fœmina 12. annorum expletorum, nisi malitia suppleat ætatem.

4144 Malitia supplens ætatem consistit in maturitate judicii sufficientis ad discernendum, & se obligandum in contractu permanenti, & indissolubili matrimonii, atque consentia ad copulam, de qua in *n.* 415. Ista autem malitia supplens ætatem relinquitur judicio, & arbitrio Ordinarii, qui poterit ex ad copulam colligere potest, vel ex habitu quatenùs impubes cum alio copulam habuit; vel ex corporis dispositione, aut pubertate ad annos pubertatis.

4145 Qua secluså malitia, matrimonia impuberum, seu verba de præsenti inter impuberes ad matrimonium apta, ex jure Canonico habent vim sponsalium; quatenus impuberes, supposito usu rationis, sunt apti ad contractum, verba valere debent quantum possunt; & quia ex Jure Canonico prohibentur valere, ut matrimonium de præsenti valere debent, ut sponsalia.

Unde matrimonium impuberis fieri non ex gravi causa, & cum licentia Episcopi.

4146 Quòd si posteà compertum Episcopum errasse in danda licentia, scilicet probanda malitia ætatem supplente, si ità non impubes repertus est inhabilis ad copulam, tunc ex Jure Canonico validum matrimonium; nam Ecclesia supposita dissentia Episcopi judicat inhabilitatem esse temporalem, ac proinde dispensat, ac spectetur complementum pubertatis.

Sihoc elapso, adhuc reperiantur inhabi-
, tunc expectari debet completissimæ pu-
ertatis ætas, quæ invitis est annus 18. in fœ-
minis 14. Et si neque hoc tempore habiles re-
periantur, tunc utique rationabilis dubitatio
datur, an inhabilitas sit perpetua, adeòque
habenda est triennalis experientia, ut in *n.*
4148. Tamb. *de matr. lib.* 8. *tr.* 1. *cap.* 13. §.
2. *num.* 16.

4147 Similia supplens ætatem sit cer-
ta, & impubes sine licentia Episcopi, & gra-
vi causa contrahat matrimonium, peccat
mortaliter, sed validè contrahit. Tamb. *cit*
invalidè tamen contrahit, si non sit
habilis supplens ætatem, ut in *n.* 4144.

HERMAPHRODITUS

4148 SExum scilicet virilem simul ha-
bens, & fœmineum. 1. Si in
utro sit potens, validè contrahere non po-
test. 2. Si inæqualiter participet, contrahe-
re debet secundùm sexum, qui prævalet. 3.
Si æqualiter utrumque participet, & secun-
dum utrumque sit æquè potens, debet ipse
sum eligere, & secundùm illum contrahe-
re quem electo, maximè eo matrimonio du-
cto, peccabit mortaliter, si alio sexu uti
velit. Tamb. *tom.* 2. *pag.* 103.

4149 Quòd si nupserit ut fœmina, &
processu temporis prorumpat in virum, tunc
cum sit potens uti sexu fœmineo, matri-
monium est, & fuit ab initio nullum, quia
sexus, in quo contraxit, non erat perpetuus;
quoniam latebat sexus virilis. Pari ratione,
si fuerit monialis professa, professio est
nulla, & est è Monasterio educenda; non te-
nentur tamen ingredi Religionem virorum;
quia ejus intentio non fuit, nisi ingredi Mo-
nasterium Monialium, & ibi profiteri. Port.
in lib. Reg. ver. Professio in fine.

13. PRÆSENTIA PAROCHI, ET DUPLICIS TESTIS

4150 SI desit, ubi Trid. est receptum, ma-
trimonium est nullum, etiam si
qui contrahere debet, sit in articulo mortis.
Matrimonium coram facie Ecclesiæ celebra-
tum dicitur, quod celebratur coram paro-
cho, & testibus.

4151 [Ubi Decretum Concilii non est
publicatum, valere matrimonia contracta
absque observantia formæ à Concilio præ-
scriptæ] declaravit S. Congreg. Conc. 19.
Januarii 1605. apud Tamb. *de matr. lib.* 8.
tr. 6. *c.* 2. §. 3. *num.* 10.

4152 Ubi est publicatum, vel aliquo
tempore in Parochia tanquam Decretum
Concilii observatum, nullus tamen Paro-
chus reperitur, sed Ecclesia Parochialis om-
nino vacet tam parocho, quàm Episcopo, &
Capitulo valentibus alium delegare; quod
contingere potest causa persecutionis ab infi-
delibus illatæ: tunc [matrimonium valere
absque præsentia Parochi, servatâ tamen in
eo, in quo potest, formâ Concilii, ideſt ad-
hibitis saltem duobus testibus] declaravit
eadem Sac. Congregr. Conc. 19. Januarii
1605, apud Tamb. *cit*

4153 Qui ne contrahant coram Parocho,
transeunt ad loca hæreticorum, ubi non sunt
Parochi, & ibi more loci sine Parocho con-
trahunt, validè contrahunt, si transierunt
animo mutandi domicilium; invalidè vero,
si secus, sed animo revertendi. Ita Clericatus
cap. 133. *num.* 124. cum Tamb. & de Lugo,
ex Brevi Vit. VIII.

4154 Sic è loco, ubi non est publicatum
Concilium veniant ad locum, ubi est publi-
catum, invalidè contrahunt sine Parocho,
& testibus.

4155 Si unus ex sponsis sit de loco, ubi est publicatum Conc. alius de loco, ubi non est publicatum, habenda est ratio loci, ubi matrimonium per verba de præsenti contrahitur. Clericatus, & Tamb. *cit.*

4156 Græci Ecclesiæ Romanæ uniti, maximè inter Latinos habitantes, tenentur servare formam Tridentini.

4157 Sufficit Parochus viri, aut uxoris, si contrahentes habitent in divetsis Parochiis, etiam si præsens contradicat, dummodo intelligat. Tamb. *tom. 1. cit. pag. 157.* quia Trid. *c. 1 sess. 24. de refor.* Parochi, & duorum testium præsentiam exposcit:

4158 Hinc Fagnanus *in 1. lib. Decr. cap. Quoniam de constit. n. 25. pag. mihi* 133. refert Declarationem Conc. ut sequitur:

[S. Congregatio declaravit, validum esse matrimonium contractum coram Parocho, etiam invito, & per vim adhibito, quamquam nihil eorum, quæ agebantur, vidit, & intellexit, si affectavit non intelligere; ut in Parocho, qui sibi aures obturaverat; etiam si ex alia causa vocatus, adhibitus tamen ad illum actum; item coram Parocho tam viri, quàm mulieris, etiam in aliena Parochia; imo & si Episcopus illi matrimonium interdixerit Item coram Parocho etiam minoribus tantùm Ordinibus initiato.]

4159 Non sufficit igitur pura præsentia Parochi physica, & materialis, qualis esset Parochi amentis, dormientis, ebrii, infantis, verè, & non ex affectatione distracti, seu verè non advertentis, quid à contrahentibus agatur, sed requiritur præsentia moralis, & humana, quamvis coacta, involuntaria, aut casualis.

4160 Sic pariter de testibus. Unde invalidum est matrimonium, si contrahentes sint velo cooperti, ita ut non cognoscantur certò à testibus. Item si testes non intelligant idioma sponsorum, quamvis per interpretem moneantur de contractu matrimonii, ita ex actibus externis sponsorum certi fiant, eos matrimonium contrahere. Clericatus, qui ritè ex Pontio adit. esse periculosum, quia alter ex sponsorum tudine affectus posset dicere, se tunc pro ba de futuro minimè de præsenti, contra

4161 Insuper validum est matrimonium cui Parochus, vel alius Sacerdos de centia assistit contra prohibitionem sub nullitate matrimonii factam; qui copus potest Parochum inobedientem nire, minimè verò matrimonium ex assistentiæ irritare, contra Decr. Trid. clar. Sac. Congr. de *n.* 4158. Nec potest vum impedimentum dirimens edere.

4162 Parochus potest alteri delegare matrimonio assistat, sed non nisi Sacerdos ex Trid. *cit.* Et hic valide assistit, etiam per vim, metum, aut dolum licentiam adnuerit.

4163 Hic Sacerdos delegatus potest ri Sacerdori subdelegare, ut assistat, delegatus generaliter, putà si sit constitutus Parocho, tanquam Capellanus, ut sibi in administratione Sacramentorum; quia legatus ad universitatem causarum, subdelegare; secùs si sit delegatus in casu ciali. Clericatus *cit.* ex fagnano *in cap. nobis num. 32. de clandest. desponsa. num. 3979*

4164 Si Parochus interim sit mortuus aut privatus beneficio, Sacerdos delegatus invalidè assistit, si id sciat; quia delegatus spirat mortuo delegante. Validè, si ignorat sciat; quia ei assistit bona fides, & tunc loratus.

4165 Validè, & si illicitè, assistit Parochus censuris innodatus, aut irregularis, validè verò, si sit hæreticus. Ratio prima

tiat Clericatus) est; quia tale jus assistendi non est actus jurisdictionis, seu qualitas à titulo Parochiali proveniens; adeòque per beneficia non aufertur. Ratio secundi; quia interesim beneficia vacant; adeòque non amplius Parochus. S. Congr. apud Fagnanum *in cap. Ad abolendum* 38. *de hæret.*

4166 Peccat mortaliter, aut venialiter, juxta opinionum varietatem, Parochus, si omittat verba Ritualis: *Ego conjungo vos in matrimonium in nomine Patris, &c.* sed non invalidat matrimonium, quia hæc verba non sunt de essentia; non habent enim rationem formæ, ut ex *num.* 3652. sed solùm declarant matrimonium legitimè contractum, ut sit sensus: *Ego declaro vos per verba esse legitimum matrimonium.*

4167 Ex quo infert Tamb. *lib.* 8. *de matrim. tract.* 6. *cap.* 2. §. 4. *num.* 5. quòd si contrahentes non interrogati, ex se satis exprimant consensum, possit Parochus interrogationem circa consensum omittere; quia esset superflua.

4168 Semper autem sub mortali tenetur Parochus in suo libro Parochiali matrimonia celebrata notare.

Hactenus Clericatus *cit.* qui quatuor quæstiones necessarias ex Tamb. proponit, & resolvit sequitur.

QUÆRES I.

4169 *An nomine Parochi in hac materia veniat solus Parochus, id est Sacerdos investitus beneficio?*

„ Resp. appellatione Parochi venire, ultrà Sacerdotem in beneficio Curato collocatum, etiam Episcopum in tota Diœcesi, ac ejus Vicarium Generalem, nec non „ Vicarium Capitalarem Sede Episcopali vacante: item Cardinales in suo titulo; Legatum à Latere in Legationibus suæ Provinciæ; „ Archiepiscopum in visitatione Diœcesum „ suorum suffraganeorum, vel ubi fuit ad eum „ à sententia Episcopi appellatum; Summum „ Pontificem in toto orbe. Sanchez *de matr.* „ *disp.* 7. *nu.* 10. Pontius *lib.* 5. *cap.* 10. & Tamburr. *ubi sup. cap.* 2. §. 5. *num.* 1. ubi id extendit etiam ad Abbates habentes jurisdictionem quasi Episcopalem; si tamen sint in „ Abbatia instituti, non autem si tantùm in „ commendam habeant, Diana *par.* 11. *tr.* 3. „ *res.* 35.

QUÆRES II.

4170 *Si Parochus dedisset licentiam alteri Sacerdoti, ut assisteret matrimonio, sed iste nesciret, datam esse sibi licentiam, & nihilominùs assisteret, esset ne matrimonium validum?*

„ Resp. distinguendo: vel ipse assistens retulerat ad petendam licentiam, & eâ „ obtentâ, antequam sibi notificaretur, assisteret peccaret quidem exponendo se periculo nullitatis, at valide assisteret, quia „ concessio gratiæ incipit valere à puncto „ concessionis factæ oratori petenti, & acceptanti. At si nullo petente fuisset licentia „ data ultro per ipsum Parochum; matrimonium est nullum, quia cum à nullo dicta „ licentia sit acceptata, nullum parit effectum. Castropal. *disp.* 2. *de sponsal. punct.* 13. „ *num* 6. Dian. *par.* 11. *tr.* 3. *res.* 32. & est textus *in cap. Si tibi absenti, de præbend. in* 6. „ Tambur. *dict. lib.* 8. *tract* 6. *cap* 2. §. 5. „ *num.* 7.

QUÆRES III.

4171 *Quommodo cognoscatur, an quis sit de Parochia, ad effectum contrahendi valide matrimonium coram proprio Parocho;*

„ Resp. esse distinguenda quatuor genera habitantium. Primum est eorum „ qui;

„ qui fixum habent domicilium per totum „ annum in parochia. Secundum est illo„rum, qui habitant pro majori parte anni „ tantùm, ut Scholares Patavii, vel litigan„ tes Venetiis. Tertium illorum, qui per „ paucos dies occasione solatii, aut recrea„ tionis. Quartum illorum, qui vagi sunt, „& nullibi morantur, ut sunt comici, & cir„culatores. Modò, personæ primi, & se„cundi generis, absque dubio contrahunt co„ram Parocho, in cujus Parochia morantur. „ Secùs est de illis tertii generis, quia non „ dicuntur habere domicilium ibi, ubi ex iti„ nere morantur. Personæ quarti generis „ censentur de Parochia, ubi se firmant, „ quamvis citò discessuri. Barbos. *in Collect. „ DD. ad Conc. Trid. sess. 24. cap. 7.* Tambur. „ *dict. cap. 2. §. 5. num. 10 11. & 12.* ubi tamen „ *num. 13.* advertit, nondebere Parochum „ matrimoniis vagorum assistere, nisi priùs „ exhibeant licentiam Ordinarii, & atte„ stationem libertatis eorundem ad tradi„ ta per Conc. Trident. *sess. 24. cap. 7. de refor. „ matrim.*

QUÆRES IV.

4172 *Si sponsi sint diversarum Civitatum & faciant mandatum procura duobus amicis in alia Civitate commorantibus, ut eorum nomine matrimonium contrahant: An Parochus Procuratorum fuerit verus Parochus, & potuerit valide assistere matrimonio?*

„ RESP. hunc casum non inveniri apud „ Doctores discussum; ut notat Tam„ bur. *dict. lib. 8. tract. 6. cap. 2. §. 6. num. 23.* „ ubi doctè equidem sic distinguit: vel unus „ sponsus tantùm est absens, & ejus loco „ deputatur Procurator; & tunc matrimo„ nium potest celebrari coram Parocho „ sponsi præsentis cum interventu Procu„ratoris pro sponso absente, at si ambo „ sponsi absint, & uterque eorum habeat „ Procuratorem ad contrahendum, qui ha„ curatores stent in alia Civitate; Parochus „ istorum Procuratorum nequaquam potest „ validè assistere matrimonio per eos cele„ ratorio nomine contrahendo, quia nec „ illorum est Parochus sponsorum: sicut „ cessè erit, ut parochus sponsorum desig„ facultatem Parocho Procuratorum absen„ di prædicto matrimonio: quod nec est „ que difficile, neque grave, quia debent „ etiam ipsi sponsi mittere attestationes su„ libertatis. Ita Tamb. *ubi supra dict. n.*

QUÆRES V.

4173 *Quid dicendum de Regularibus quoad administrationem Sacramentorum?*

RESP. Regulares, qui sine Parochorum præsumunt Clericis, aut laicis Sacramentum extremæ Unctionis, vel Viaticum ministrare, aut Matrimonia solemniter celebrare, incurrere Excommunicationem latæ sententiæ reservatam; ex Clement. *lib. 7. tit. 7. cap. 1.* Excusat autem ignorantia facti, qui censura est contra præsumentes: n. 4332. & 5979.

Quid de Extrema Unctione, & Viatico quoad commensales, hospites, servos &c. Quidque in extrema necessitate in casu mortis, &c. Vide *const. 31.* Pii V. *ad hoc* [illegible] *cescibilem* 13. Febr. 1307. in Bullar. Cocq. Pauli III. *licet debitum* 18. Octobris 1549. Bullar. Passer. *tom. 2. q. 187. art. 2. n. 9.* [illegible] *qual. q. 404. & 405* Gabriel. a S. Vinc. [illegible] Amandoliam *tom. 2. par. 6. sel. 2. dub.* [illegible] *p. 2. tr. 4. ref. 170.* & Bord. *ref. 20. n. 22.* [illegible] fert *const.* Pauli III. & Leonis IX.

Post relatos Pontifices, & Doctores non nò prius videndos, videri potest Machera Officiali curiæ *tom. 2. pag. 203.* Quoad hoc mentum Pœnitentiæ fuse dictum est ab

DUO TESTES

4174 DEbent esse præsentes, *ut in* 4159. & 4160. & unitim intervenire contractui, dum actu consensus præstatur, ità duos sufficiat, si unus audiat consensum vicissim alterius.

4175 Una sola qualitas est necessaria in testibus, nempe usus rationis; unde quælibet persona cujuslibet conditionis, aut statûs, vir, mulier, cognata, infamis excommunicata, infidelis, &c. & cujuslibet ætatis, dummodo tantillum habeat, est testis habilis quoad matrimonium contrahendum; quia Trid. *cit.* nullam excipit pro teste.

Ad testificandum autem super nullitate matrimonii non sufficiunt, sed requiruntur omni exceptione majores, *c. 1. de Consanguin.*

14. RAPTUS MULIERIS

4176 DIrimit Matrimonium, ità ut Raptor non possit raptam ducere, quàm diu manet in potestate raptoris; benè verò, si fuerit à raptore separata, & posita in loco tuto, si tunc illa liberè consentiat: sed tunc raptor, & omnes illi, qui consilium, auxilium, & favorem præbuerunt, sunt ipso facto excommunicati, ex Trid. *sess. 24. de Ref. c. 6.* Ad raptum autem requiruntur tria n. 2158.

4177 *Sufficit*, 1. *Si violentia inferatur ipsi mulieri in principio*, *licèt postea copula amicabilis.* *Non sufficit autem, si in principio raptui non consentiat & postea rem habens fuerit cognita*; *quo casu non est attendendum, quo violentia cessavit.* 2. *Sufficit, quòd sit raptus fœminæ, sive virginis, sive corruptæ, sive meretricis*; *non sufficit, si sit viri; ratio primi*, quia Trid. *raptis infamiam, & impedimentum libertatis matrimonii, quòd habetur, etiam si mulier inhonesta rapiatur. Ratio secundi, quia lex est pœnalis, adeóq; eum loquatur de viro raptore, non debet extendi ad mulierem raptricem:* ità Fenech.

CAPUT VI.

De dispensationibus.

4178 DIspensatio *est juris alicujus relaxatio.* Unde non potest fieri sine rationabili causa.

4179 Dispensatio data sine causa à superiore, est valida, sed illicita; data verò ab inferiori in lege superioris, est etiam invalida; ut pariter dictum est de voto. In utroque casu dispensantes peccare mortaliter, docent antiqui, venialiter moderni apud Dianam *part. 8. tr. 3. res. 6.* Clericatus *c. 136. n. 1.*

4180 Causæ, ob quas solet Pontifex in impedimentis matrimonii dispensare, sunt præcipuè septem.

Primò, *angustia loci*, ob quàm non inveniat sibi parem, quàm sint ibi pares.

4181 Secundò, *paupertas seu incompetentia dotis*, ob quàm non possit extra cognatos inveniri conjugium.

Non obstante spe futuræ successionis ab intestato, aut legati, si non habeat mulier parentes divites, qui teneantur, & cogi possint ad eam dotandam. Si mulier sit deformis, & hac de causa cum ea dote non possit nubere extrà cognatos, censetur pauper; sed id debet exprimi.

4182 Tertiò, *grave periculum litis, aut inimicitiæ.*

4184 Quartò, *ætas fœminæ excedens*: putà si annum 24. excedat, ne innupta remaneat.

4183 Quintò, *conservatio familiæ illustris, & in Ecclesia benemeritæ.* Nobilitas est desumenda à patre, non tantum à matre.

4185 Sextò, *timor scandali, aut periculum infamiæ.*

4186 Septimò, *larga eleemosyna.*

4187 Dispensatio, si in ea taceatur verum, aut exponatur falsum, dicitur subreptitia, seu obreptitia. Et est nulla, si taceatur verum, aut exponatur falsum circa causam finalem: non est nulla, si circa causam impulsivam. Causa finalis est illa, sine qua dispensatio non concederetur. Causa impulsiva est illa, sine qua concederetur dispensatio, sed non tam faciliter, aut promptè. Clericatus *c.* 137. *n.* 1. cum Tamb.

4188 Subreptitia est dispensatio, & inde nulla: Primò, si fuit expositum unum impedimentum pro alio, v. gr. gradus consanguinitatis pro gradu affinitatis, aut si sub dubio impedimentum certum.

3189 Secundo, si factus sit error in expressione Diœcesis. Clericatus *cit. num.* 21. cum Tamb. contra Dianam *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 64. & Mendo *in Epit. cit. n.* 13. qui opinionem affirmativam vocat certò probabilem.

4190 Valida tamen est, & potest ab Ordinario executioni mandari, 1. Si error fuit in nomine, aut cognomine; constet tamen de veritate corporum, seu personarum, 2. Si fuit in exponendo gradu proximior pro remotiori; secus, è contra: praxis tamen est in hoc secundo casu, ut litteræ remittantur Romam pro correctione. Clericatus, Tam. & Mendo *cit.*

4191 Si orator taceat repulsam antea super eâdem supplicatione sibi datam, valet dispensatio. Clericatus *c.* 137. *n.* 21. cùm Diana *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 54. Tamb. *cit.* & Sanchez.

4192 Etquamvis Tamb. *cit.* idem doceat, si data repulsa à Superiore, fiat recursus ad inferiorem habentem facultatem dispensandi, absque eo quòd & repulsa notificetur:

Id dico verum in casibus, in quibus inferior habet à superiore concessam facultatem Ordinariam, seu delegatam dispensandi, id est in votis, *ex n.* 1723. & 1961. minimè casibus; in quibus inferior solùm eam habet ex Epikeja, ni mirùm ex rationabiliter præsumpta voluntate superioris; hanc autem habet Episcopus in impedimentis dirimentibus non primam, juxtà dicta *nn.* 4130. & seq.

4193 Qui post obtentam dispensationem ducendi Rosam consanguineam, petit dispensationem pro ducenda alia consanguinea, tenetur exponere primam dispensationem, ne hæc fiat inutilis ex solâ mutatione animi in fius petentis; non tenetur verò, si per se non fecerit, sed prima dispensatio fuerit facta inutilis, in quantum Rosa sit monacha facta Religiosa, aut nôlit. Clericatus *n.* 3. cum Diana *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 55.

4194 Qui dispensationem obtinuit [illegible] impedimento criminis ob uxoricidium [illegible] occidat secundam uxorem, ut ducat tertiam, tenetur exponere priorem dispensationem. Clericatus *cit. n.* 4. cum Tamb. contra [illegible] quia difficiliùs conceditur gratia repetito delicto, quàm unico; bis, quàm semel.

4195 Qui obtinuit dispensationem [illegible] voto simplici castitatis ad contrahendum, mortuâ uxore petat dispensationem [illegible] non tenetur primam dispensationem exponere; quia in hoc non adest delictum, & prima dispensatio est expleta. Clericatus [illegible] cum Tamb. *v. n.*

4196 Qui simul plura impedimenta [illegible] tutius est, ut illa simul exponat, & petat bus simul, & non seorsim dispensationem tat, ob rationem *de n.* 4194.

Quòd si unum sit occultum, alterum [illegible] blicum, tunc potest, & debet ad Datariam currere pro publico, redicito occulto; [illegible] occulto ad S. Pœnitentiariam, cui [illegible] gnificare debet impedimentum publi-

PRO FORO INTERNO

4200 PRima Clausula, quod executor ab ipso impetrante eligendus si *Confessarius Magister in Theologia, vel Doctor decretorum, ex approbatis ab ordinario*, Non sufficit, si sit purè licentiatus: *v. n.* 261.

4201 Secunda, *Discretioni tuæ committimus, quatenus si est ita.* Unde debet confessarius te informare de veritate causæ expositæ à solo pœnitente, cui est credendum, Quòd si Confessarius aliunde sciat expositū esse falsum, non potest litteras exequi; quia secundùm propriam scientiam debet exequi. Semper Sigillum Confessionis Custodiat.

4202 Tertia, *Injunctâ ei gravi pœnitentiâ salutari.* Pœnitentia injungenda remittitur arbitrio, & prudentiæ Confessarii, attentâ gravitate delicti, seu causæ, & circumstantiis consideratis.

Si peccatum fuit in priori Confessione absolutum, & debita pœnitentia satisfacta, quamvis non sit necessaria nova absolutio, & pœnitentia congrui tamen, stante novâ accusatione Sacramentali in litteris requisitâ, quòd detur nova absolutio, & pœnitentia; mitior tamen, attentâ priori; & ita est in praxi servandum. Clericatus *c.* 139. *n.* 10.

Si Pœnitentia sit litteris præscripta, est ad litteram servanda.

4203 Quarta, *Dummodo impedimentum sit occultum* Quid sit *occultum*, fusè habes *à num.* 3317. *ad* 3320. *& in tom.* 2. *n.* 72.

4204 Busem *lib.* 1. *tr.* 2. *cap.* 4. in appendice dispens. S. Pœnit. habet; Etsi aliquâ impedimenta, v. gr. cognationis spiritualis, naturâ suâ sint publica, contrahantur in facie Ecclesiæ: fieri tamen potest per accidens, ut sint occulta, v. gr. 1. Ob diuturnitatem temporis, ex quo sunt contracta, 2. Ob di-

stan-

get quo Dataria dispensavit, aut est dispensatum Clericatus *ci. n.* 7.

4197 Si duæ sint expositæ causæ, vera una, falsa altera, quarum tamen quælibet est sufficiens ad dispensationem, validam esse dispensationem, tenet Mendo *in Epit. ver. dispensatio n.* 16. quàmvis faciliùs ob causam falsam Papa dispensasset; quia *inutile per inutile non vitiatur.* Idem docet Clericatus *cit. n.* 6. Si causa falsa potiùs reputetur impulsiva, quam finalis, Tutius tamen ait, denuo ad Papam recurrere, & certum reddere de causa, ob periculum nullitatis; & ità est practicandum.

4198 Si post dispensationem super affinitate ex copulâ illicitâ cum consanguinea alterius contractum quis habeat rem cùm eadem consanguinea sponsæ, non requiritur nova dispensatio, si copula contingat ante executionem dispensationis, à delegato factam: requiritur vero, si contingat post executionem dispensationis, sed ante contractionem Matrimonii Clericatus *cit.* & Diana *p.* 8. *tr.* 3. *res.* 65. Item dispensatio data non tollit affinitatem novæ copulæ supervenientem.

CLAUSULIS DISPENSATIONIS.

4199 TRria in hac re à Doctoribus considerantur, 1. *Materia, & causæ dispensandi*: de materia, super qua potest peti, vel fieri dispensatio, putà voto, irregularitate, Matrimonio, &c. fusè insinuatum est in Instructione S. Pœnitentiariæ, *à nu.* 157. De quibus actum est *à n.* 4180. & in propriis locis sparsim. 2. *Formalitter earumdispensationum*, de quibus *nn.* 260. 3. *Observanda in executione dispensationis.*

stantiam loci à loco contractæ cognationis,
3. Per mortem eorum, qui fuerunt conscii,
4. Per ignorantiam hujus contractionis.]

Omninò tamen servandum est dictum *in n.* 3419.

4205 Verricelli *tr.* 3. *qu.* 51. *nu.* 8. excipit casum, quo in litteris dicatur: *Dummodo impedimentum, seu delictum sit omninò occultum.* Et tunc vult, occultum dici, quòd probari non potest; adeóque si probari potest, non possit dispensatio executioni mandari.

4206 Quinta: *Ut conjux ignara impedimenti certioretur de nullitate prioris consensûs, sed ita cautè, ut latoris delictum nusquam detegatur.* Vide *n.* 4244. & *n.* 4247.

Aliàs clausulas *vide in n.* 263.

PRO FORO EXTERNO

4207 EX Clericato *c.* 138. & Tambur. *cit c.* 12. Dispensatio matrimonii est executioni danda ab eo, cui est à Papa directa: Non potest ab Episcopo, si est directa Vicario, & econversò.

4208 Vicarius, cessante officio, non potest dispensationem ab ipso inceptam expedire, si commissio sit realis facta, nempè Vicario, ut Vicario; sed tunc expeditio spectat ad successorem: Potest tamen eam expedire, si sit personalis, facta scilicet per nominationem personæ. Clericatus *cap.* 38. *nu.* 2. cum Tamb. qui ait, personalem censeri, si dicatur: Tibi Joanni Vicario: *v. n.* 4226.

4209 Vicarius Capituli sede vacante non potest expedire dispensationes matrimoniales inexpeditas à Vicario Episcopali relictas. Clericatus *cit.* cum Tamb. ex Canonistis; quia Papa parùm illi fidit; inde solet pro dicœsanis Sedis Vacantis Episcopo viciniori committere.

4210 Tunc Episcopus vicinior, si ante expeditionem Sedes fiat plena per adventum novi Episcopi, potest litteras dispensationis expedire, si executio sit incepta: Si verò sit integra, hoc est, si litteræ non sint præsentatæ, non potest eas expedire; sed Diœcesanus debet novam commissionem petere.

4211 Executor delegatus potest committere examen testium, vel informationem, minimè ipsam actualem dispensationem; quia quoad hanc Papa exponit ipsius delegati.

4212 Informationes sumere potest judicialiter, aut extrajudicialiter, ad sui libitum prudentiam.

4213 Valet dispensatio, si causa fuerit licèt probata per falsos testes: Non sic in foro conscientiæ, si sit falsa, sed apparens vera per falsos testes.

4214 Quamvis in litteris apponi soleat hæc verba: *Propter hæc & similes aliarum rationabiliter animum nostrum moventes*, executor non tenetur, præter casus expressas, de aliis generalibus se informare, sed tamquàm conditio apponitur.

4215 Executor non potest aliquod munus, aut præmium pro labore dispensationis recipere ob clausulam, quæ in litteris apponi: *Quòd si spretâ hac monitione aliquod muneris aut præmii, recipiendi, excommunicationem latam incurras.* Et quamvis [illegible] alii apud Tamb. *cit.* & Diana *p.* 8. *tr.* 4. dicant per dictam clausulam non prohiberi esculenta, & poculenta non magni valoris cùm hæc dentur non ad corrumpendum dicem, sed ad celeriorem expeditionem; prohiberi officiali aliquid accipere pro labore in expeditione, pro accessu ad eundos testes nolentes venire, pro copia processûs post expeditionem. Clericatus [illegible] ab omni acceptione abstinendum.

4216 In dispensatione, quæ conce[illegible]

rum pauperum, in qua scilicet non imponitur mulcta pecuniaria, sed pœnitentia per opera præscripta; non potest executor pœnitentiam, seu opera præscripta mutare, mitigare, aut differre. Tamb. *cit. c.* 13. §. 3.

Etquamvis Clericatus *cap.* 138. *nn.* 11. putet, quòd possit mutare ex gravissima necessitatis causa; tutius tamen ait esse, tunc ad Datariam recurrere pro facultate minuendi, differendi. &c.

QUÆRES

4217 *Quid agere debeat executor, si non expediam dispensationem comperiat se errasse?*

Resp. Quòd executor tanquam delegatus non potest sanare errorem; Tam. *cit* §. 1. *n.* 10. quia Delegatus postquam functus est munere suo nihil potest.

Quia tamen talis executor pro foro externo solet esse Ordinarius, cui incumbit providere in quantum potest, ne delicta patrentur; ideò si erratin exequendo, debet matrimonium prohibere; & si reperiatur contractum, debet conjuges separare, donec iterùm à Pontifice dispensatio concedatur.

4218 Si erravit denegando dispensationem, pronunciando eam invalidam, tunc nil refert, sed tunc debent Oratores iterùm recurrere ad Papam, seu Datariam, exposito errore; non enim potest ut delegatus, quia ut delegatus jam functus est officio suo, pronunciando dispensationem nu invalidam: *ut in nu.* 4217. nec ut Ordinarius; quia nt Ordinarius non habet auctoritatem exequendi dispensationem Pontificiam per errorem denegatam. Hæc autem est sermo de dispensatione concessa per Datariam, seu pro foro externo, quia inde, datâ semel sententiâ, non admittitur recursus ad eamdem causam.

4219 Loquendo autem de dispensatione concessa per S. Pœnitentiariam pro foro interno conscientiæ, potest error in denegando commissus à Confessario sanari; quia de natura fori interni conscientiæ est, ut Confessarius possit mutare consilium per meliorem considerationem, aut opinionem, & per rectius judicium.

Hinc fit, ut si Confessarius legitimè ab oratore electus aperiat litteras S. Pœnitentiariæ, & deneget dispensationem, putans, causam non verificari; posteà, re maturiùs considerată, judicet causam verificari, adhuc potest dispensare; quia opinio, vel error alterius non debet obstare oratori.

Nec obstat, quòd litteræ fuerint apertæ, quia aperitio illa fuit materialis, quæ non obstat valori; & confessario injungitur aperitio formalis, videlicet cùm facultate dispensandi. Ità Tamb. *cit. c.* 13. §. 3.

DE CESSATIONE DISPENSATIONIS.

4220 Dispensatio non cessat per cessationem causæ impulsivæ, benè verò per cessationem causæ finalis, seu principalis; causa námque principalis dispensationis verificari debet: *v. n.* 4186.

Pro cujus rei claritate, quinque sunt distinguenda tempora, 1. Quando mittitur supplicatio ad Pontificem, 2. Quando ea lecta Pontifex annuit, 3. Quando executor dispensationem concedit, 4. Quando post dispensationem concessam matrimonium contrahitur, 5. Denique quando matrimonium est jam contractum. Hâc distinctione præmissâ.

Conveniunt Doctores, non esse opus, ut causa verificetur primo tempore. Tamb. *lib.* 8. *tr.* 2. §. 3. *n.* 4. Bonac. & alii apud ipsum. Quantùm ad reliqua tria tempora.

4221 Dico, 1. Opus esse, ut causa verificetur secundo tempore, nimirùm quando Pontifex annuit. Castrop. *tom.* 1. *tr.* 3. *disp.* 4. *p.* 15. *n.* 2. contra Tambur. *cit.* quia Ponti-

fex supplicationibus annuit, si exposita sint vera: Quæ opinio est probabilior, simul & utior, adeóque servanda, cùm agatur de valore Sacramenti: *v. à num. 75. & à n. 3256. usque 3284.*

4222 Dico 2. Si causa secundo tempore, quando Pontifex annuit, erat vera, tertio verò tempore, quando executor illam concedit, cessaverit esse vera, potestas dispensandi cessat, & si concedatur, est invalida. Est communis, & sequitur à fortiori, maximè ex verbis litteratum dispensationis, *si est ita.*

4223 Dico 3. Si causa secundo, & tertio tempore fuit vera, quarto autem tempore, quando post dispensationem ab executore concessam, matrimonium contrahitur, cessaverit esse vera, cessat dispensatio, & dispensati tenentur sub nullitate à matrimonio contrahendo abstinere. Sanch. *lib. 8. de matr. d. 30. n. 14.* contra Tamb. *ib. n. 9.* Ratio est; quia tunc dispensatio cessante causâ non cessat, quando est redacta ad actum irrevocabilem; dispensatio autem, quàmvis supponatur ab executore concessa, non dicitur redacta ad actum irrevocabilem, nisi quando Matrimonium est jam actu contractum, minimè antequàm contrahatur; igitur si causa, quæ secundo, & tertio tempore fuit vera, cessat ante quartum tempus, antequàm scilicet matrimonium contrahatur, dispensatio cessat; quoniam non est jam redacta ad actum irrevocabilem, sed facilitèr revocari potest.

Hinc si causa, ob quàm fuit dispensatum, fuit paupertas mulieris; si mulier sive secundo tempore, quando Pontifex annuit, sive tertio tempore, quando fuit dispensatio ab executore concessa, sive quarto tempore post talem dispensationem concessam, antequàm tamen actu matrimonium contraheret, evaserit dives, non potest matrimonium contrahere.

Non desunt tamen Doctores, Tambur. Busem. *lib. 1. tr. 2. c. dub. 4.* Diana, [illegible] & alii apud ipsum, qui tenent, quòd quando agitur de re individua, & quæ non habet tractum successivum, sed consummatur uno actu, & est permanens, ut est contractus matrimonii, quòd dispensatio non cesset, causa cesset post dispensationem ab ipso executore expeditam, antequàm perficiatur tractus; hâc moti ratione, quia dispensatio jam fuit expedita, & cùm dispensatio sit relaxatio juris, per dispensationem jam facta tincta obligatio legis; obligatio autem semel extincta non reviviscit, & quod defectum est, non reproducitur, nisi aliquo producere potest. Unde concludunt, quòd dicta mulier, quæ post dispensationem ab ipso executore concessam, evasit dives, quamvis acquisivit dotem, aut hæreditatem, adhuc possit matrimonium, super quo fuit dispensata contrahere. Sed hæc ratio solvitur per rationem nostræ resolutionis.

4224 Dico 4. Si causa cesset, quando est Matrimonium contractum, non cessat dispensatio: est communis. Ratio est; quia matrimonio jam contracto, dispensatio est redacta ad actum irrevocabilem; dispensatio autem jam redacta ad actum irrevocabilem, cessante causâ non cessat; adeóque cessante causâ, matrimonio jam contracto, dispensatio non cessat. Confirmatur; quia ex vi pacte matrimonium fuit validè contractum, si causâ (ut supponitur) non cessavit ante, si post: Ex alia contractus matrimonii est individua, non habens tractum successivum, sed consummatur unico actu, & est permanens.

Eâdem ratione, si post beneficium post dispensationem obtentum cessat causa, ob quam fuit dispensatum, non cessat dispensatio beneficium.

Ex quo habes, quòd quando dispensatio est de re dividua, & que habet tractum successivum, si causa cesset post actum, super quo est dispensatū, cessat dispensatio in posterum pro reliquis actibus: Hinc qui est dispensatus ob dubiam in firmitatem ad carnes, cessante infirmitate, tenetur à carnibus abstinere: Et qui ob dubiam oculorum infirmitatem, aut dubium capitis dolorem dispensatus ab onere recitandi horas canonicas, cessante, tenetur ad alias; quia agitur de re dividua, habente tractum successivum; *Lugo, num.* 455.

4225 Dispensatio matrimonii, seu facultas dispensandi non cessat per mortem Pontificis, tam si res non est integra, sed incepta, *cap Gratum, cap Relatum de Offic. deleg.* quàm si est integra, videlicet quatenus dispensatio non est incepta; quia dispensatio est gratia, quæ non expirat morte concedentis. Quæ regula in jure duo tantùm excipiuntur casuum genera, in materia beneficii, & in rebus jurisdictionis, in quibus re integrâ morien- te delegante delegatus non potest procedere, *ut sicut de Prabend. an 6. & in locis cit. Clericatus*, 150. *n.* 3.

4226. Si delegatus moriatur, antequàm dispensationem expediat; si gratia erat realis ac missa videlicet non personæ, sed officio, v. gr. Episcopo, expediri potest à successore, minimè, si erat personalis: sed tunc, cùm actus dispensationis esset completus, & illum non dedisset literas testimoniales, possent Oratores in foro conscientiæ dispensatione frui. Clericatus *cit.* cum Tamb. *n.* num. 4209.

Denique non cessat dispensatio per non usum, v. gr. octo, aut decem annorum, etiam si orator dixisset, se nolle eâ uti, necnam gratiam habere, sed ut cessaret, requireretur, ut Oratores renunciarent, & renunciatio sit acceptata à Pontifice: Clericatus *cit.* cum Tamb.

SUMMUS PONTIFEX

4227 Dispensare potest in impedimentis jure solùm Ecclesiastico dirimentibus; etiam in voto solemni castitatis, & Religionibus, ex gravissima causa. sic Alex. III. dispensavit cum Nicolao Justiniano Monacho ad nubendum, & Cœlestinus dispensavit cum Constantia moniali professa filia Rogerii Siciliæ Regis, ut nuberet Henrico Sexto Regi. *v. num.* 4252.

EPISCOPUS

4228 Potest dispensare in impedimentis ex jure Canonico dirimentibus, quatuor conditionibus concurrentibus, videlicet [Dummodo 1. Matrimonium sit jam bonâ fide contractum, 2. Matrimonium sit publicum, & impedimentum occultum; & separatio sine magno scandalo, infamâ, aut damno fieri non valeat, 3. Pontifex adiri non possit, 4. Et periculum sit in mora.] Fagnanus *lib.* 1 *cap. Nimis, cit. de filiis Presbiter.* Hæc est communis sententia, cui adhæreo.

Ratio primæ; quia si matrimonium sit cum scientia impedimenti contractum, dispensare non potest; nam sicut Papa ex Conc. Trident. *sess.* 24. *de refor. cap.* 5. excludit à spe dispensationis ab ipso obtinendæ eos qui intra gradus prohibitos præsumpserit scienter contrahere, & maximè si consummare ausi fuerint; sic potiore jure prohibet Episcopis tunc dispensare.

Ratio Secundæ; quia si matrimonium esset occultum, & impedimentum publicum, potiùs esset scandalum, si conjuges permanerent in copula fornicaria.

Ratio tertiæ, & quartæ; quia si casus pateretur dilationem, & posset fieri recursus ad

Papam, cessaret necessitas recurrendi pro dispensatione ad Episcopum.

4229 Nec paupertas sufficit ad excusandum recursum ad papam; quia pro impetratione dispensationis non est necessarius accessus personalis Romam. Imò pro impedimentis occultis facilis est recursus (maximè in nostris Regionibus Romæ propinquis) ad S. Pœnitentiariam per publicum tabellarium, & ab ea obtinetur dispensatio gratis, etiam pro scriptura, pro quâ re aptam instructionem habes, *num.* 157.

Item pro impedimentis publicis fit recursus ad Datariam, quæ legitimâ urgente causâ, etiam pauperibus accedere non valentibus dispensare solet per litteras.

4230 Ratio, quâ præmissis concurrentibus conditionibus possit Episcopus dispensare fundatur primò in consuetudine, quam habent Episcopi super iis dispensandi; consuetudo enim dat jurisdictionem, *ex cap. cùm contingat de foro compet. c. Romana de sent. exco. in 6. & c. Vt litigantes de Officio ordinaris, & c. Dudum, §. licet de electione v. àn.* 3214. *ad* 3281.

Secundò in Epickeja, quâ prudenter præsumitur de benignitate Summi Pontificis, quòd non velit dispensationem sibi reservare in casu tantæ necessitatis, & cum tanto animarum periculo.

4231 Refert Fagnanus *cit.* sententiam Basilii Pontii *de matr. lib. 8. c. 13. n. 6.* quam plures moderni sequuntur, quòd possit Episcopus in matrimonio etiam contrahendo dispensare in articulo mortis ad ligitimandam prolem, etiam si impedimentum sit publicũ.

4232 At ritè eam rejicit; quia commodum privatum prolis, & mulieris, non est causa sufficiens, & urgens, ut inferior dispensare possit in impedimentis Summo Pontifici per Canones Concilii generalis reservatis, maximè ante matrimonium contrahendum.

4233 Si autem princeps boni fidei matrimonium contraxisset in gradu prohibito, aut alio impedimento jure Canonico dirimenti, & alter conjugum conficeret in periculo mortis; ac insuper, nata susceptа per subsequens matrimonium, dum legitimaretur, infidelis, aut tiranno Regno succederet; tunc (ait Fagnanus) posset Episcopus in impedimento dispensare, & matrimonium validare, ne fides periclitaretur.

4234 Tunc igitur potest Episcopus cum Canones etiam Concilii Generalis dispensare, quoties magna urget causa, & tales instantiæ adsunt ut prudenter præsumpt. contorem Canonis de casu illo non cogitasse, si cogitasset in prohibitione compreh. noluisset; tunc enim locum habet Epik. quia non debet præsumi, conditorem Canonis fuisse crudelem, *cap. 3. de Postul. de Regal. cap. Si quis rectè, & cap. Monasterium de statu Monachorum* [illegible] *Quid enim si tota Christianitas, vel aliqua pars ejus esset in periculo?*

4235 Quapropter Cardenas *disput. 8. art. 13. q. 1.* subdit, hanc sententiam moraliter certam, utpotè ortam ex præmissis certis, quòd consuetudo det jurisdictionem, & quòd Episcopi consuetudinem habeant in recensitis casibus dispensandi.

4236 Idem tamen tenent, non solùm impedimento occulto, sed etiam in publico & pro foro externo, tam, post contractum matrimonium, quàm ante, in casu tamen urgentissimæ necessitatis; in periculo mortis, damni, & periculum sit in mora; Tamb. Diana *p. 11. tr. 8. res. 3. ver. sed observa. Lan. de matr. dis. 24. q. 9.* Tancredi *to. 4. tr. pag. 202.* Casum adducunt de Titio, qui quam contraxit sponsalia cum Berta,

rem cum illa, insuper factus est illi affinis, eo quia habuit rem cum ejus sorore; deinde contractus in proximo, & vero periculo mortis cogitur ad matrimonium contrahendum cum Berta, ut sic reparetur honor puellæ, & proles forte sic suscepta legitimetur, vel ut sic graves discordiæ sedentur.

4237 Idem docent in similibus casibus, quibus ex mora nubendi immineat periculum manifestationis delicti, & inde simultatis.

4238 Insuper Cardenas *cit.* tenet, posse Episcopum dispensare etiam ante contractum, si eadem incommoda sequantur ante contractum, quæ post contractum, & concludit his verbis:

(Cum ergo tot sint Authores de ea consuetudine contestantes, constat, talem consuetudinem esse plene probatam, atque adeò moraliter certam. Et cùm certum sit, quòd consuetudo det jurisdictionem, relinquitur certum, quòd Episcopus habet jurisdictionem ad dispensandum in tali casu urgentissimæ necessitatis pro salute animarum. Unde frequenter fit, quòd qui in tali casu ineunt matrimonium cum tali Episcopi dispensatione non eligunt opinionem probabilem, reclamantibus, sed sententiam moraliter certam, quæ adeò non opponuntur huic Decreto Innocentii XI. Et licèt verum sit, quòd aliqui ex Authoribus contestantibus de tali consuetudine, loquantur de dispensatione post contractum Matrimonium; ea tamen dispensatio est ad illud contrahendum, quia quamvis tale Matrimonium dicatur contractum, revera est contrahendum, quia matrimonium irritum propter impedimentum dirimens debet denuò contrahi, ut subsistat: & si ea dem urgentia necessitatis contingat in contrahendo, eadem est ratio ad dispensandum.) Impedimentum sit dubium, & non possit per diligentias vinci, posse Episcopum declarare, quòd non sit opus dispensatione, tenet Clericatus *cap.* 135. *nu.* 9. cum Tamb. & aliis; quia præsumptio stat pro libertate. Non potest autem dispensare, si dubium sit de justitia causæ dispensandi; quia tunc præsumptio stat pro impedimento, quòd supponitur certum: *v. à n.* 4195. *ad* 4198.

QUÆRES.

4239 *Petrus est in secundo gradu consanguinitatis conjunctus cum Rosa, quam defloravit: Urget periculum vitæ utriusq; ni matrimonio copulentur, & honor puellæ matrimonio recuperandus: Petrus est graviter infirmus, ni non possit Romam accedere: Insuper dictis expositis motivis petitæ fuit per litteras dispensatio à Summo Pontifice, qui eam denegavit, quatenus sunt personæ infimæ conditionis, & periculo vitæ utriusq; occurri potest auctoritate Principis, cujus sunt Vassalli, qui est facti conscius. An his suppositis possit Episcopus dispensare?*

RESP. Non posse. Non quidem ex consuetudine; quia hæc est tolùm quoad matrimonium contractum, non contrahendum; & in impedimento occulto, non publico; nisi in casu publicæ, non privatæ necessitatis, cui non potest aliter provideri.

Nec dicas, consuetudinem extendi ad contrahendum per paritatem rationis, 1. Quia consuetudo inducitur ex actibus frequentatis, & praxi, minimè ex sola paritate rationis, 2. Quia falsum est, quòd sit par ratio; nam licèt matrimonium cum impedimento contractum sit invalidum, & inde post dispensationem contrahendum; urgentiores tamen militant causæ ad dispensandum post matrimonium, licèt invalidè contractum; quoniam supponitur cohabitatio conjugum, & dubium prolis, &c. & major difficultas ad eos separandos.

4240 Necex Epikeja ; quia Epikeja est fundata in præsumptione rationabili de benignitate Summi Pontificis, quæ non potest in casu præsumi, cùm constet de expressa voluntate contraria, etiam circumstantiis omnibus expositis.

Tum quia talis Epikeja in casu non habet locum; quia agitur de necessitate privata duorum plebejorum; minimè de publica : nec sumus in casu de articulo mortis, de quo solùm loquitur Pontius, qui affirmativam sententiam tenet.

Item; quia periculo dicto privato potest occurri per auctoritatem Principis, qui mulierem in tuto loco conservet, & cognatos terreat, &c.

4241 Insuper Epikeja non habet locum; quia illi resistit Trid. *sess. 24. cap. 5. de refor.* quod vult, ut [in secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam] Resistunt etiam Sacri Canones, Concilia Generalia, quæ cùm sint edita quo ad bonum publicum, non est in eis dispensandum ob bonum privatum.

COMMISSARIUS BULLAE CRUCIATAE.

4242 EX facultate à Summo Pontifice ipsi concessa potest in foro conscientiæ dumtaxat dispensare in impedimento affinitatis contracto ante matrimonium, dummodo sit occultum, & alter conjugum bonâ fide, & ignarus impedimenti contraxerit; & quòd de nullitate prioris consensûs priùs certificati, tacitâque [si videbitur ad evitanda scandala [causâ nullitatis, matrimonium inter se, etiam secretè, de novo contrahere possint, prolemque susceptam, & suscipiendam exinde legitimam decernendo. Hæc Bulla.

4243 Pro qua dispensatione danda est aliqua eleemosyna in subsidium Cruciatæ, juxta qualitatem personæ. Tamb. *lib. 8. de matr. 2. cap. 5. qui nu.* 15. refert praxim D. Franc. Salerno Commissarii Sede vacante, qui dispensationem cuidam pauperi concessit pro onere dandi tarenos sex, qui sunt fere quinque, in subsidium Cruciatæ; hoc quòd potuisset minus, si dispensandus superior fuisset.

4244 Et quia dispensatio concedita foro conscientiæ tantùm; sequitur, quod posteà impedimentum publicetur, tenda est à Pontifice dispensationi cautio, & interim pro foro externo sint ges separandi; quod est servandum, est in quolibet alio impedimento occulto foro conscientiæ dispensatum, si postea mulgetur. Eo autem tempore publicato conjuges rem habeant, non peccant pec fornicationis, quia sunt verè conjugi peccato scandali, si adsit.

Denique potest Commissarius Cru dispensare ad petendum debitum: 4302.

CAPUT VII.

De Matrimonio invalido revalidando

4245 SI Matrimonium fuit invalidum defectu consensûs, vel ratione tûs: si defectus fuit ex una tantùm parte terâ inscià, sufficit; quòd illa tantùm sum renovet signis externis, absque conjugi insciæ manifestetur, ad matrimonium revalidandum; quia consensus non solùm habitualiter, sed etiam & virtute permanet, quoniam matrimonii exercet virtute illius consensûs præstiti, & non jam [ut supponimus ctati. Tamb. *lib. 8. de matr. tr. 4. cap.* 5. ex D. Thoma, & aliis quamplurimis ipsum.

4246 Si defectus fuit ex parte utriusque, uterque debet novum consensum præstare. Renovari autem debet per verba de præsenti hoc modo: dicat vir: *Angor scrupulis de nostro matrimonii valore, ideo si aliquis defectus fuerit, iterum ducote in uxorem*, Vel interrogare potest *me diligis*; illa respondeat: *utique* Hic subjungat: *angor scrupulis, &c. ideo si aliquis defectus fuerit, vis ex nunc me in matrimonio*? illa respondeat: *volo*, tunc ipse: *etiam ego te in uxorem*: & maximè si copula affectu maritali sequatur: *v. num.* 3950. & 3955.

4247 Si fuit invalidum ob aliquod impedimentum juris Ecclesiastici, v. gr. cognationis, affinitatis; & tunc impedimento priùs per dispensationem sublato, renovent ex utraque parte consensum.

At tunc pars ignara debet priùs certiorari nullitate saltem in genere; quia consensus præstitus utraque parte illegitimus, & cum ignorantia circa substantiam, quæque dedit causa contractui, Scotus *in 4. d. 30. qu. 1. litt.* & Villal. alii apud Cardenas *dis. 2. num.* Et accedit praxis S. Pœnitentiariæ, ubi in formula litter. ejus dicitur: *Ut dictâ muliere nullitate prioris consensus certiorata sed ita quod latoris delictum nusquam detegatur, matrimonium cum eadem, & uterque inter se quam secretè ad evitanda scandala contrahere &c. dispenset.*

4248 Ex quo tria colliges, 1. Quòd conjunx ignara certiorari prius debeat de nullitate. 2. Quod sufficiat certioratio nullitatis in genere, non in specie, 3. Non est opus, ut tam invalidatio fiat coram Parocho, & testibus, si impedimentum sit occultum; benè si publicum; quia cum matrimonium non publicè contractum (licèt invalidè) fecerit Ecclesiæ coram Parocho, & testibus, evitet inconvenientia, ob quæ Trid. *sess.* 24. *de refor. cap.* 1. præsentiam Parochi, & testium præscripsit. Tamb. *cit.* §. 3. quinimo quamplures Doctores, refert sit decrevisse B. Pium V. Sacram Congr. Card. & Rotam Rom. Quibus accedit praxis.

4249 Plures graves Doctores apud Cardenas *cit. num.* 670 tenent, non requiri talem certiorationem, sed sufficere, ut sola pars conscia impedimenti consensum renovet. At Cardenas *cit. à num.* 673. & Busemb. *lib. 6. tr. 6. cap. 3. dub.* 3. docent hanc sententiam utpotè minus tutam, & tenuis probabilitatis, non esse practicandam, nisi in casu extremæ necessitatis puta si pars conscia prudenter timeat aliam partem dissensuram, & inde oriri gravissima mala sibi, aut proli inimicitias, scandala & mortē. Vel si fœmina affinitatem contraxit cum viro, eo quia priùs rem habuerat cum illius fratre, & si id revelet, timet mortem, aut perpetuam inimicitiam, quæ mala non possint aliter evitari, quàm omittendo hujusmodi certiorationem. Ita illi.

Addit Cardenas *n.* 676. quòd in hoc 2. Casu conjux conscia poterit ignoranti dicere: *Se, non habuisse consensum*; & quidem non mentitur, quia consensus ratione impedimenti fuit nullus, *v. à. n.* 3618

CAPUT VIII.

De indissolubilitate Matrimonii.

4250 MAtrimonium, tam fidelium, quàm infidelium, est indissolubile, & perpetuum, etiàm jure naturæ, & divino; quia ordinatur ad tria bona Matrimonii, quæ de jure naturæ perpetuitatem important; *v. num.* 3959. Unde Christus ait Matth. 19. *Quod Deus conjunxit, homo non separet.* Et Paulus 1. ad Cor. 7. *Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit*: *v. num.* 4112

4251 Matrimonium baptizatorum consummatum

sum matum in nullo casu dissolvi potest quoad vinculum. Est de fide ex Concil. Florent. *in decr. de* Sacr. ex Trid *sess.* 24. *cap.* 7. *v, à num.* 4051.

MATRIMONIUM RATUM,

4252 SEd non consummatum pabtizatorũ dissolvi potest quoad vinculum. Primò à Papa per potestatem extraordinariam à Christo ei traditam quoad ea, quæ sunt necessaria bono Ecclesiæ regimini; sicut dispensare potest ex gravissima causa in voto solemni, quod est plus.

Hinc in matrimonio rato dispensaverunt Greg. VII. Martinus V. Eug. IV. & B. Pius V. quos refert Arsdekin *rom. 2. p. 129.* Del bene *part. 2. de Inquis. dub. 336. sect 66. num. 20. v. num.* 4178.

4253 Secundo dissolvitur quoad vinculum per solemnem professionem Religiosam Est de fide ex Trid. *sess.* 24. *Can.* 6. Idque jure Ecclesiastico, ut dictum est *à n.* 4062. & tunc post unius professionem liberum est alteri conjugi ad alias nuptias transire.

Hinc comprehenditur professio in Ordine Militari S. Joan. minimè in aliis Ordinibus Militaribus S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ; quia horum professio, licèt sit solemnis, est compossibilis cum matrimonio, cum voveant castitatem solùm conjugalem.

4254 Neque hic comprehenditur professio per vota biennii in Societate Jesu; quia Trid. declarat, hoc privilegiũ dirimendi matrimonium ratum antea contractum, esse à Christo concessum professioni Religiosæ, solemni, hoc est sub votis solemnibus; professio verò in Societate est Religiosa, sed non solemnis; quia fit sub votis simplicibus unde solùm habet dirimere matrimonium contrahendum, videlicet illis superveniens; idque ex speciali privilegio, & Declar. Greg. XIII. per Bullam *Ascendente Domino*; ratum matrimonium ratum ante illa contractum. Tom. 2. *lib.* 8. *tr.* 5. *c.* 6. *§.* 2. *num.* 10. cum Declarato Societatis contra Pontium *lib.* 9. *c.* 3.

4255 Pro majori claritate sciendum *cap Publico 7. de Convers. Conjug.* posse matrimonium ratum non consummatum contrahere conjugibus bimestre ad deliberandum de meliori statu, videlicet de ingressu Religionis ita ut intra bimestre possit unus conjux, etiam altero invito, ad Religionem transire, si matrimonium non consummavit.

Et tunc conjux superstes, ut ad alias nuptias transeat, expectare debet profectionem illius; ita ut si sponsa ætatis duodecim annorum post matrimonium ratum sit Religionem ingressa, conjux superstes expectare debet per quatuor annos, cùm non possit ante annum 16. expletum ex Trid. validè professionem emittere; & tunc matrimonium ratum dissolvitur quoad vinculum.

4256 Elapso autem bimestre quo tenetur sub mortali reddere debitum, quod incipit jus ad petendum; unde petere potest, & tenetur reddere, ut *n.* 1404. At est ei liberum Religionem ingredi, & in ea profiteri, etiam intra annum in matrimonio rato præcedentem; privilegium Religionis de dissolvendo matrimonio rato, ut dictum est ex Trid.

4257 Quod privilegium est divinum ortum ab Apostolis, & in Ecclesia per professionem retentum ad favorem majoris perfectionis.

4258 At non conceditur Ordini Sacro de Matrimonium ratum non dissolvit Ordinem Sacrum supervenientem, ut definitum à Joan. 22. in Extrav. Nec patefactum; adeòque sic contra voluntatem uxoris ordinatus justè potest ab ea revocari quemcumque gradum evectus, & ingredi tur vel Religionem ingredi, & in ea pro-

ad uxorem redire, reddendo, & non petendo debitum, ob votum castitatis, quòd quoad eum petendi uxori non præjudicavit, & petere potest.

4259 Bimestre computari debet à puncto primi matrimonii, ad punctum, quo finit.

4260 Quo finito, si conjux prætextu ingressûs Religionis cohabitationem, aut redditionem debiti differat, tunc potest à Judice Ecclesiastico, circumstantiis consideratis, assignationabili, ac peremptorio termino, & cautione exactâ, compelli etiam per censuras Religionem ingredi, aut cùm altero conjuge matrimonialiter cohabitare.

4261 Si vir intra bimestre ad deliberandum consensum violenter, aut metu cadente in mentem constantem, uxorem cognoscat, non potest ampliùs ipse, benè verò sponsa Religionem ingredi; quia dolus, & culpa viri non potest præjudicare sponsæ, nisi ex hoc concubitu suscepta sit proles, & non sit alia persona, quæ eam commodè educare possit: tunc namque Sponsa per accidens impeditur à Religionis ingressu.

4262 Quo impedimento accidentali secluso, si sponsa professionem emiserit, non potest conjux, qui eam coegit, ad secundas nuptias transire; quia licet coactè, verè matrimonium consummavit: *v. à n.* 4251.

4263 Si verò conjux eam renitentem vi duxit post bimestre, non potest sponsa Religionem ingredi; quia elapso bimestri tenetur ex justitia reddere, & Sponsus compulsus est jure suo; unde matrimonium non fuit consummatum. Pirhing. *lib. 3. decr. tit. 16. de conver. conjug.*

CAPUT IX.

De impedimento actûs conjugalis ex voto.

4264 QUi post votum non nubendi, matrimonium contrahit, peccat nubendo; at postquàm nupsit, potest petere & reddere; quia voto non nubendi opponitur contrahere, minimè consummare; & matrimonio contracto, jam est factus impotens ad votum.

4265 Qui vovit Religionem, aut suscipere Ordinem Sacrum, non tenetur ad castitatem, antequàm professionem emittat, aut Ordinem suscipiat; quia non proinde votum castitatis emisit.

4266 Discrimen autem inter hæc duo vota Religionis, & Ordinis Sacri, consistit in hoc, quòd qui vovit Religionem, si nubat, peccat nubendo, & primâ vice consummando, sive petendo, sive reddendo; peccat quidem nubendo, quia transgreditur votum Religionis cùm nuptiis incompossibile: peccat primâ vice consummando, quia est ei liberum Religionem ingredi, ad id ante consummationem tenetur, cùm professio Religiosa matrimonium ratum dissolvat.

At matrimonio primâ vice, etiam intrâ bimestre, consummato, potest petere debitum; quia haud ampliùs est impeditus; non voto castitatis, quia votum Religionis non est votum castitatis; nec voto Religionis, quia matrimonio semèl consummato non potest Religionem ingredi, nisi in casu adulterii; & tunc petere non posset, nec reddere, sed teneretur votum implere per ingressum Religionis, ad quem etiam tenetur mortuâ uxore. Unde in casu adulterii, primâ vice petendo, aut reddendo peccaret, non posteà, quia, per remissionem factam amisit

jus ad Religionis ingressum vivente uxore.

4267 De eo, qui vovit suscipere Ordines Sacros, eodem modo discurrunt Rodr. & Ledesma, volentes, quòd antequam consummet, teneatur ingredi Religionem, ad ibi suscipiendos Ordines, & sic peccet consummando.

At oppositum dico cum Leandro *de matr. tr.11. dis.25. qu.70.* Anton. à Spir. Sanct. *de matr. tr.11. dis.9 sect. 7. & alius.* Rigidum enim mihi videtur, eum qui vovit Ordines Sacros, obligare ultra intentionem ad statum tam difficilem, qualis est status Religionis, & contra regulas generales Juramenti, & Voti, à *num.* 1669.

Hic igitur peccat solùm nubendo non consummando, etiam petendo; quia nubendo factus est impotens ad votum implendum; nam Ordo Sacer non dissolvit matrimonium ratum antea contractum.

In casu autem, quòd alter conjux adulterium committat, tunc tenetur implere votum suscipiendi Ordines Sacros, nec potest ulterius petere, aut reddere; quia cum adulter amiserit jus ad petendum, est ei liberum non petere, nec reddere, & sic votum implere.

4268 Qui vovit castitatem, si nubat, peccat: idem peccat primâ vice consummando, etiam reddendo inter bimestre; quia intra bimestre, & matrimonio non jam consummatur, cùm alter conjux non habeat jus petendi potest negare, si velit Religionem ingredi.

Matrimonio tamen jam consummato, aut bimestre elapso, potest reddere; quia alter conjux habet jus ad petendum, & ipse non tenetur Religionem ingredi; imo post consummationem non potest. Petere autem nunquâ potest, nec intra, nec potest bimestre. Trullench. *in Decal. c.2. lib 2. d.25. num.4.* (Excipe, nisi petat ob periculum incontentiæ, quod prævidet in altero conjuge, vel quando ex gratiam sui, sed alterius conjugis, qua verecundia non petit: hoc enim non est petere, sed reddere) Ita Trullench. eo num. 3. Ant. à Spir. Sanct. *de matr. tr.11. dis. [illegible] cum aliis.* Ratio est, quia votum simplex castitatis non dirimit, sed impedit matrimonium; unde qui cum eo contrahit, tenetur illud servare quoad partem, quam potest, quæ sibi libera est; adeóque non potest petere, quia hoc est sibi liberum: at tenetur reddere, hoc non est sibi liberum, sed spectat ad jus alterius conjugis, cui præjudicare non potest.

4269 Qui castitatem vovit, nec tenetur [licèt sit ei liberum] Religionem ingredi ante consummationem, etiam intra bimestre, ob dicta *num.* 4267. Et ob[illegible] sortiori ex Extrav. Joan. 22. *Ad[illegible] voto*: Ubi definit Pontifex, ut qui matrimonium non consummatum promisit est ad Ordines Sacros, moneatur ad Religionis ingressum: si verò renuerit, [illegible] sponsa institerit compellatur per censuras ad consummatum Matrimonium contrahendum.

4270 Pariter conjux, qui post matrimonium votis castitatis, etiam sine alterius consensu, emisit, non potest petere, sed tenetur reddere.

4271 Uterque, qui scilicet votum castitatis emisit ante, aut post matrimonium, casu adulterii alterius conjugis, nec potest petere, nec reddere; quia tunc illius pars est ei libera, nisi remittat, aut alter delictum committat. Remittendo autem peccat; quia sit impotens ad implendum votum. Ad post remissionem non tenetur reddendo; quia jam conjux delinquens restituta in suo jure petendi, & merito tenetur ad votum, ita ut iterum possit nubat, uti supra.

4272 Sanchez *lib. 9. de matr. dis. 35. n. 18.* affirmat, eum, qui post matrimonium voluntatis emisit, posse reddere in casu adulterii, & mortuâ uxore nubere; quia votum castitatis, quo ad partem reddendi, extinguitur.

At rectiùs cum Leandro *cit. quæst. 75.* dico licèt esse verum de voto non petendi, quod quidem est compossibile cum matrimonio; at votum Castitatis utramque partem comprehendit, & in casu petitionem semper, additionem verò, quando jus alterius conjugis fuerit impeditum; cujusmodi est in casu adulterii, aut mortis illius. Unde tunc votum castitatis, quo ad partem petendi, est nullum, pro quando alter conjux habet jus petendi; est validum, pro quando illud amittit.

CAPUT X.

De Divortio.

4273 DIvortium, *est separatio conjugum quo ad thorum, & habitationem, conjugii vinculo permanente.*

4274 Est duplex, perpetuum, & ad tempus. Perpetuum fit causâ adulterii, *cap. Gaudemus, & cap. Ex litteris de divortiis.* Ad tempus est, quod fit ob alias causas, de quibus modo.

4275 Divortium perpetuum à divortio ad tempus differt per hoc, quòd in divortio perpetuo potest conjux innocens, si velit, castitatem in sæculo vovere, Ordines Sacros suscipere, aut in Religione profiteri, permanente semper vinculo matrimonii, quod quidem, si est consummatum, in nullo casu dissolvitur, *ex n. 4251.* Ea autem fieri non possunt in divortio ad tempus.

Divortium, fieri non potest auctoritate privatâ, sed fieri debet auctoritate Judicis Ecclesiastici, causa probatâ.

4276 In casu adulterii, sistit publicum, Pontius *lib. 9. de matr. c. 18.* Fenech *de divortiis*, Riccius, & alii contra Sanchez tenent fieri posse propriâ auctoritate. At rectiùs Clericatus, *cap. 146. num. 10.* docet, Doctores affirmantes esse intelligendos de foro interno, minimè de externo.

4277 Divortium perpetuum est permissum ob adulterium jure Divino, Matth. 15. *Quicunque dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.*

4278 Nomine adulterii ad divortium venit quævis copula, naturalis, sodomitica, aut bestialis, quia per quemlibet ex his conjux dividit suam carnem contra fidem alteri conjugi in Sacramento datam. Non veniunt tactus, oscula, pollutio, aut copula cum fœmina mortua. Tamb. *lib. 8. de matr. tr. 7. c. 3.* & Clericatus *cit.*

4279 Hæc libertas divortii est concessa conjugi innocenti, minimè conjugi adultero, qui tenetur conjugi innocenti adhærere, si hic nolit divortium, & ille sit certus, nullum sibi periculum imminere. Clericatus *cit.*

4280 Adulterium constare debet per probationes, aut violentas præsumptiones, putà si sint testes de visu, si adulter sit repertus in lecto cum adultera, nudus in cubili, si adsint filii, si moretur in domo adulteræ, & alia, quæ de jure probant; *vide n. 2748.*

4281 Quinque autem dantur casus, quibus, non obstante adulterio, non potest ad divortium deveniri. Quos refert Clericatus *cit. num. 7.* ex Pontio, Sanch. & Tamb.

1. Si uterque conjux adulterium commisit, etiam si unius sit occultum, alterum publicum, & etiam post divortium conjux innocens adulteretur; quia delicta compensantur, 2. Si unus conjugum adulterium com-

mittat altero consentiente directè, aut indirectè, uxorem malè tractando, à se expellendo, &c. 3. Si adulterium sit commissum per vim, & metum gravem, quem non potuit repellere: *v. num.* 2094.

4. Si conjux innocens remittat culpam adulterii expressè, aut tacitè, videlicet recipiendo Reum ad oscula, aut ad copulam. 5. Si conjux innocens sciat, se continere non posse; tunc namque ad vitandum periculum suæ incontinentiæ, & ruinæ spiritualis suæ animæ, non potest ab adultero separari: *v. num.* 2150.

4282 Causæ divortii ad tempus sunt triplicis generis, quæ scilicet concernunt *periculum fidei*, ut si conjux sit factus hæreticus. Vel *periculum animæ*: ut si conjux ad sodomiam solicitet, aut ad peccatum. Vel *periculum corporis*: ut si conjugi superveniat lepra, seu morbus contagiosus. Si conjux unus alterius vitæ insidietur, aut sævitiam exerceat in uxorem.

4283 Si conjux sit factus hæreticus, potest fidelis propriâ auctoritate ab eo divertere advitandum periculum infectionis. Clericatus *cit. r. um.* 12. ex Sanchez. *de matr. lib.* 10. *disc.* 5. *num.* 6. Et hæresis dicitur adulterium spirituale.

4284 Solicitatio ad sodomiam, difficulter probatur, nam mulier patiens non potest esse testis sufficiens, etiam si juret. Unde Sperellus apud Clericatum *cit.* monet Judices Ecclesiasticos, ut mulieres querelam ferentes suadeant ut proprio pudori, ac suorum virorum existimationi parcant, & sic eas dimittano Probaretur, si testes essent qui deponerent, se ex interjecto pariete audivisse preces, aut minas, ac petitiones viret & negationes mulieris, & insuper adminicula extarent maximè duo, nimirum si vir sit super hoc vitio diffamatus, & mulier sit pudica, ac timoratæ conscientiæ. Hæc Sperellus *cit.*

4285 Morbus Gallicus probatur medicorum judicio, & concedit negationem tori, atque etiam separationem quoad thorum, si medicorum judicio adsit periculum, nimè quoad cohabitationem.

4286 Sevitia potest esse triplex, a) immoderatè, & ex causa uxorem verbere, hæc nec dicitur propriè sævitia, nec ad divortium. 2. Si immoderatè verbere, sed potest provideri à Judice per cautionem tunc nec datur divortium, sed vir constituitur cautione præstita. 3. Si serva atrox cum timore futuræ offensionis, datur divortium.

4287 Judicare quando sævitia pendet à prudentis Judicis arbitrio circumstantis personæ, loci, modi, &c. considerata. Plura assignari solent signa atrocitatis, vir sit solitus in uxorem sævire, 2. Si mitus sit eam occidere, & sit solitus minas qui, aut sit crudelis naturæ, 3. Si mutuum odium, & inimicitia inter maritum, & rem intercedat, vel quia unus alterum no necare tentavit, vel de gravi crimine sævit, ejus carcerationem procurando, am si civilem litem super magna quantitate agant, 4. Si pluries uxorem parietem percussit. Si in eam Cultrum nerandum jecit. Si eam in cubiculo gatione alimentorum detrudat. In his milibus casibus datur sævitia atrox ad umsufficiens. Hæc Clericatus *cit.* ex Sper

4288 Ad hanc sævitiam probandam ciunt testes consanguinei, affines, & stici; nam hi melius scire præsumuntur *dec.* 155. *num.* 49. *part.* 6.

Mulier si tacuit, & vir à sævitia non potest divortium petere, quia per nitatem, & cohabitationem post præsumitur injuriam remisisse. Cleric Sperello *dec.* 139. *num.* 93.

4289 Maritus non potest ad divortium desistere ob dotem non solutam. Ità jus Canonum contra civile. Cleric. *cit.* ex Tamb, *tr. lib. 5. c. 3.*

4290 Effectus divortii, 1. In divortio perfecto effectus est: *ut in num.* 4275. 2. Tam in divortio perpetuo, quàm ad tempus facto ob culpam, ut sævitiam, conjux innocens retinet dotem. Imò maritus delinquens tenetur dare uxori alimenta, & expensas litis. Et bona sunt alendi ex bonis illius, qui dedit causam divortio. In casu autem hæresis sunt educandi apud parentem fidelem, favore fidei.

4291 Divortium fieri potest absque delicto, ex mutuo consensu conjugum, quoad thorum propriâ auctoritate, ut plures Sancti divino Sancti amore ducti fecerunt: Quoad alia autem *cohabitationem* authoritate Ordinarii, qui attendere debet conjugum ætatem, conditionem, & modum vivendi, ne ex illis scandalum vel malum aliquod oriatur: Et ipsa separatio quoad Thorum intuitu perfectionis, maximè inter juvenes, fieri non debet sine prævio, & maturo prudentum virorum consilio.

4292 Recensitus vir uxoratus, si licentiam uxore habeat suscipiendi Ordines Sacros, non debet ad illos promoveri; nisi prius uxor in Religione profiteatur, vel in sæculo votum castitatis emittat, ex Extrav. *Antiquæ*; de voto. Idem dic, si vir ad Cardinalatum sit promovendus. Si autem de Episcopatu agatur, debet uxor in Religione profiteri.

4293 Quòd si dicta uxor, quæ licentiam dedit, castitatem non voverit, & consilio mutuo, ad periculum incontinentiæ vitandum, veram jam Ordinatum in sacris repetat, retineat vir ab Altari suspensus. Pro quo omnino vide dicta à *n.* 4073.

CAPUT XI.

De debito Conjugali.

4294 A *Dulter* in pœnam amittit jus ad petendum debitum ex justitia: potest igitur petere rogando, sed non cogere, nam tunc alter conjux habet jus ad denegandum, & ideo dicitur adulter amisisse jus, quatenus non potest uti debito, invito conjuge, sicut antea poterat.

Hoc ad differentiam affinitatis, & voti, quibus stantibus, nullo modo reus potest petere debitum sine dispensatione obtinenda ab Ecclesia.

Pro adulterio tamen pœna remittitur ab ipso conjuge offenso, vel verbis, vel per signa amoris, vel ex quo adultero petenti, & roganti, liberè reddat debitum quâ factâ remissione statim adulter acquirit jus ad petendum ex justitia; ita ut conjux non possit amplius ex vi prioris adulterii debitum denegare.

Tandem hæc pœna non incurritur nesciente conjuge adulterium.

4295 *Qui est certus* de nullitate matrimonii, bona fide contracti, non potest petere, nec reddere debitum, etiam si compars ignoret, sed debet petere dispensationem, & interim aliquâ occasione desumptâ separari ob periculum fornicationis: quòd si non habeat locum dispensatio, quatenus impedimentum est juris naturæ, & non potest matrimonium per solam renovationem consensûs revalidari, v. gr. si erit impedimentum ligaminis, tunc tenetur fugere.

Si est dubius, dubio non scrupuloso, sed prudenti, non potest petere, antequàm diligentiâ factâ de veritate, rationabiliter dubium deponat, quia se exponit periculo peccandi;

tenetur tamen reddere, ob periculum faciendi contra jus alterius *ex c. Inquisitioni dua de sen. excom.* si autem factâ diligentiâ inveniat motiva verè probabilia pro valore, potest etiam debitum petere, quia pro illo stat possessio bonæ fidei.

4296 *Senes*, si nulla sit spes aliquando seminandi intra vas, nec possunt petere, nec reddere, quia intenderent mollitiem ab intrinseco malam; benè verò, si sit spes seminandi intra vas, licèt sæpè seminent extra: ita Taner. *to. 2. de matr. lib. 9. q. 3. pag* 359. & Busemb. *tic. 6. tr 6. c. 3. dub. 2 Imped. impo.* quia dant operam rei licitæ procurando copulam sibi possibilem, & permissam: *v. num.* 4316.

4297 *Causa matrimonii* est favorabilis, *ex c. final. de senten. & re judic.* adeòq; ampliandæ; *hinc in quæstione juris* matrimonium contractum juxta opinionem verè probabilem est validum: quod judicium practicum de valore non est minùs tutum, & probabile, sed moraliter certum; quia [ut benè ait Cardenas *dis. 2 nu. 562.*] cùm dispositio juris faciat decisionem certam, inde est, quòd Regula 15. de favore ampliando, faciat decisionem certam de valore matrimonii, utpotè materia favorabilis: *v. num.* 67. 111. & 113.

4298 Item [ait Cardenas *cit. à n. 525*) *In quæstione facti circa valorem matrimonii, v. g. an sit factum, vel non, id, ex quo oritur impedimentum dirimens, quando conjecturis utrimque probabilibus resultat purum dubium si hoc est vincibile, non licet contrahere, donec vincatur dubium, ut stet certitudo practica pro carentia impedimenti; quia exponeretur sacramentum periculo frustrationis. Si dubium est omninò invincibile, licet contrahere; quia professio stat pro libertate contrahendi. Quod si in tali dubio stet præsumptio pro carentia impedimenti, & nulla sit præsumptio pro carentia impedimenti, tunc cum tali dubio nō licet contrahere ob periculum frustrationis sacramenti* Cardenas *cit. v. num* 23.

4299 Conjux tenetur sub mortali reddere debitum, quando exprese, aut tacitè moderatè, & sine peccato petitur, nisi justa causa excusat; aut nisi conjux petitus roget petentem, ut pro ea vice dimittat, & ille libere condescendit, dummodo hoc non fiat sæpè, & cum periculo incontinentiæ petentis.

4300 Licitè negare potest, si inde timeatur grave damnum mortis, infirmitatis, prolis, si sit gravida: si videat maritum contagioso, v. gr. leprâ, &c. infectum, &c. Item si uxor sit menstruata, aut nimis immoderatè petat.

4301 Si post contractum matrimonium inter conjuges superveniat affinitas, quia unus habuit rem cum consanguinea conjugis usque ad secundum gradum affinitas non dirimit matrimonium, debet à petitione debiti, itaut qui talem habuit, possit reddere, sed non petere mortali: *vide à num.* 4302.

4302 Maritus, si rem habeat cum consanguinea suæ uxoris in tertio, aut quarto, committit incestum: quia ratione ex copula licita cum uxoris, est affinitas usque ad quartum gradum; at non incurritur nam non petendi debitum, quia non incurritur ob affinitatem superveniens cum uxore, quæ cùm non possit extendi ultra copula, non potest extendi ultra gradum.

Tam in casu affinitatis matrimonio venientis quàm in casu matrimonio to simplici castitatis celebrati, dispensant ad petendum debitum Episcopi privilegio Provinciales Regulares,

gem licentia Confessarii Regulares, qui in
ali voti, monere debent pœnitentem, quòd
mortui uxore, non possint licitè nubere, sed
neantur ad votum, & quod uxore vivente,
lentraftitatem, nisi cùm uxore Diana p.
ar. Sect. 16. Tamb. tom. 2. pag. 112. c. 6. nu.
Rod. Leander, Busem. & com,

4304 Superiores locales non possunt dis-
ire ad petendum debitum, nisi ex com-
ssione Provincialis, vel Generalis; quia
i Pio V. est concessa facultas. Peyr. tom.
p. 1. c. 4. §. 4. nu. 76. Diana p. 3. tract. 2. res.
& Bord. Quæ deputatio durat ad libitum
enoris.

4305 Insuper ipsi Provinciales, aut Gene-
les, & Confessarii ab eis ad id specialiter de-
ti, non possunt dispensare, nisi in Sacra-
ento Confessionis, & in propriis domibus,
Ecclesiis tantum. Dian. in Sum. ver. Ince-
us, quia hoc expedit ut Privilegium.

4305 Bonac. q. 4. de matr. punct. 2. Diana
ar. 5. res. 12. Castropal. & alii apud Dia-
m tenent, quòd sciens dictam affinita-
m ex copula, vel cognationem spiritualem
l susceptione propriæ prolis in baptismo,
confirmatione, cùm propria uxore con-
hans, ignorans tamen inde oriri pœnam
rimonii spiritis ad petendum debitum, talem
um non incurrat, ac proinde dispensatio-
non indigeat, quia ignorantia pœnæ à
e positiva impositæ excusat à pœna: ità
contra Leandrum de matr. tr. 9. dis. 25.
ct. 62. Confessarius tamen, in hac opinio-
e pœnitentem de impedimento monere de-
t, ut sic ab incestu deterreat.

CAPUT XII.

De usu matrimonii, & aliis obligationibus conjugatorum.

4306 TEnetur uxor virum alio abeuntem, & id requirentem, sequi; nisi aliud sit in contractu conventum, vel nisi inscienter vagabundum duxerit; aut esset factus vagabundus post matrimonium, vel si vir vellet vagari cùm periculo animæ, & corporis; vel si gravis necessitas, v. gr. infirmitas ab itinere excusaret.

4307 Non licèt conjugibus aliquid facere, unde generatio prolis impediatur, etiam si timeatur in partu periculum aut paupertas ex copia prolis; quia opponitur fini intrinseco; qui est generatio. Possunt tamen ex mutuo consensu ob id ab usu matrimonii abstinere; non tamen possunt negare debitum, si alter petat.

4308 Vir volens legitimam copulam cùm uxore habere, peccat mortaliter, si ut ad eam se excitet, illam inchoet sodomiticè. Leander *cit qu.* 36. contra Nav. qui non est audiendus: quia talis actus, cùm sit contra naturam, est medium improportionatum ad copulam naturalem, & sodomia inchoata.

4309 Copula in vase legitimo, sed situ præpostero, aut alio innaturali, est solùm venialis, si non sit probabile periculum effusionis seminis extra vas.

4310 Uxorem peccare mortaliter, si posquàm vir seminavit, tactibus se excitet, donec ipsa seminet, tenet Rodr. quem sequuntur Castropal. & Mendo *in Epit. ver. Matrim. num.* 2. quia finis generationis, recepto semine viri, est jam perfectus. Et aliàs mulier soluta, si hoc faceret,

ret, non committeret peccatum distinctum à copula; quia talis provocatio, & seminatio post consummationem copulæ spectaret ad generationem.

At communior sententia negat peccare. Leander *de Matr. tr. 9. disp. 25. q. 41.* Diana *part. 10. tract. 13. resp. 42.* Tamb. *lib. 7.* Decl. *cap. 3. §. 5. nn. 18.* Lessius, Bonac. & Clericatus *cap. 145. num. 33.* Quia illa uxoris excitatio est completio, & excitatio copulæ: Et nimis durum esset compescere naturam jam irritatam. Insuper est sententia Scoti *in 3. dist. 4. q. nn.* quem ultra scholasticos medici sequuntur, quod mulier concurrat activè ad generationem per veri seminis emissionem.

4311 Peccat mortaliter vir, si incepta copula liberè à seminando desistat; quia est contra finem generationis, maximè si tactibus extra vas se polluat. Insuper peccat; quia mulierem irritatam relinquit, & inde in periculo gravi peccandi: Peccat enim mortaliter mulier, si tunc irritata tactibus se excitet, ut seminet; quia hoc Doctores *num.* 4310. recensiti concedunt intuitu seminis virilis jam susceptí, sine quo certum est finem generationis frustrari.

4312 Peccat mortaliter mulier, si semine susceptο mingit, se erigit, aut invertit taliter, ut semen foras ejiciatur, si non ex accidenti, sed studiosè faciat, animo impediendi conceptionem. Clericatus *cit. num.* 30.

4313 Certò tamen probabile est, quòd viro seminante non teneatur mulier seminare, quia certò probabilis est sententia D. Thomæ, quòd mulier passivè concurrat ad generationem subministrando materiam, minimè activè per veri seminis emissionem.

4314 Conjux in absentia alterius conjugis libidinosè se tangens, & peccat mortaliter, etiam si non adsit pollutionis periculū; quia hic actus cùm non fiat cum conjuge, non est conjugalis, nec ad finem conjugii refertur, quæ est ratio à mortali excusans tactus impudicos inter conjuges: *ut in n. 2233. habeo dicto in Epith. ver. Matr. n.* 3. Quia tamen certò probabilem ab authoritate emittit sententiam docentem, solum venialiter peccare, quā tenent Tamb. *lib. 7.* Decl. *c. 3. §. 5. n.* 41. Clericatus *cit. n.* 39. Palud. Lotor. Sanch. Thomas Sanch. & alii apud ipsos: *n.* [illegible]

4315 In casu impotentiæ, si impotentia antecedens matrimonium, ea cognita ante [illegible] 4238. & 4146. ac proinde si adsit periculum incontinentiæ, conjuges recurrere debent ad Episcopū pro separatione, & ut declaret matrimonii nullitatem. Quòd si non adsit periculum incontinentiæ, cohabitare debent ut Frater, & Soror, adeoque non possunt osculis, & tactibus impudicis sine [illegible] quia cum eorum matrimonium ratione potentiæ sit nullum, sunt sicut solūti [illegible] *de Matr. lib. 7. disp. 97.* cum Tancred. §. [illegible]

4316 Si impotentia sit superveniens matrimonio, validum remanet Matrimonium, quia Matrimonium semel validum, semper est validum, *ex cap. Hi qui 32. qu. 7.* [illegible] eis non esse prohibita osculа, tactus [illegible] periculum pollutionis non adsit; idque non ex statūs conjugalis, propter jus, quod habent ad copulam, saltem ad concupiscentiam dandam, & mutuum amorem fovendum, tenent Sanchez. *lib. 9. disp. 44. n. 2.* [illegible] 19. & 20. Tamb. *tom. 2. de matr. lib. 6. c.* 23. §. 5. & Clericatus *cap. 133. n. 59.* [illegible] *dicta de sponsis num. 4296.*

4317 Si dos deficiat, tenetur maritus alimenta uxori præstare, tam ex charitate, [illegible] ob servitia, & obsequia ab ea præstita; conversò uxor tenetur alere maritum [illegible] rem effectum, aut ad carceres, vel [illegible] damnatum, si tamen ipsa possibilitatem [illegible] beat, vel ex bonis dotalibus, aut [illegible]

rabilis, vel alio modo acquisitis. Ità Clericatus c. 145. n. 8. ex Tamb.

4318 Nomine alimentorum veniunt omnia necessaria ad victum, vestes, habitationem, servos, &c. juxtà decentem conditionem habilis.

4319 Maritus tenetur pro viribus, & juxtà suam conditionem, alimenta præstare uxori omnibus exceptis casibus, 1. Si absque causâ nolit cum eo cohabitare, 2. Si maritus dotem promissam consequi non possit, & parentes, qui eam debent, sint habiles, & nolint dare. Clericatus c. 145. n. 8. cum Tamb. *lib. 5. in Decal. c. 3. §. 3.*

4320 Si uxor ex justa causâ recedit è domo mariti, quatenùs, v. gr. est adulter &c. tenetur maritus, uti suprà, ei alimenta præstare quæ domum, etiam si uxor aufugerit, sed culpâ mariti. At si aufugit ex propria culpâ, non potest maritus ad alimenta danda cogi; neque non facit, quòd debet, non recipit, quòd oportet. L. Julianus 13. & ex aliis juris. In quæ re attendenda est praxis.

ANTEPHATUM

4321 Est *Donatio, quæ fit à marito uxori propter nuptias.*

A marito enim post mortem præter dotem, quæ uxori restituitur, elargitur alia summa pecuniæ ob nuptiarum amorem, quæ *Antephatum* nuncupatur, quæque donari solet juxta, & arbitrio prudentis, attentis conditione, & bonis mariti, atque uxoris; & juxta diversitatem solent esse quinquaginta, centum, quinque centum, mille scuta, &c. juxta locorum praxim, consuetudinem, & maximè dari solet intuitu virginitatis.

4322 Suppositâ paritate conditionis, viduis debetur medietas antephati, quæ donatur Virginibus.

QUÆRES.

4323 *An Antephatum intuitu virginitatis lucretur à puella priùs ab alio corrupta, quæ communiter putabatur Virgo;*

RESP. Affirmativè: Diana *p. 8. tr. 6. res. 126.* Tancred. *tom. 1. de matr. 2. q. 41.* Sanchez *lib. 6. dis. 27. nu. 4.* Dixi *ab alio corrupta*; quia si supponatur corrupta ab eodem, cui posteà nupsit, non est dubium, quòd lucretur.

Ratio assertionis est, quia nomine Virginis in jure semper præsumitur illa, quæ communi opinione existimatur Virgo. Hâc ratione *in nu. 2360.* diximus, legatum pro maritanda virgine lucrari à puella clam corrupta. Dian. *p. 2. tr. 2. res. 52.*

De donationibus inter conjuges: *v. num. 2372.*

De osculis, & amplexibus inter sponsos de futuro: *vide à n. 2227.*

De consensu parentum in nubendo: *vide. n. 2039.*

De Matrimonio fusè & plenè agunt Scotus *in 4. dist. 26. ad 41.* Mastrius *disput. 20.* Tamb. *tom. 2.* Diana *part. 3. tr. 4.* & alibi, Leander, & per duos tomos, Sanchez, & Tancredi:

PARS QUINTA

De Censuris, & Pœnis.

CAPUT VI.

De Censuris

4324 CEnsura, *est pœna spiritualis, & medicinalis pro culpa inflicta, privans usu aliquorum spiritualiũ bonorum per Ecclesia potestatem imposita ut fidelis baptizatus à contumacia discedat.*

4325 Censura est triplex: Excommunicatio, Suspensio, & interdictum. Irregularitas non est censura, seu pœna medicinalis; sed impedimentum Canonicum, & inhabilitas ad Ordines, Beneficia, Officia, &c,

4326 Ad validitatem censuræ, 1. Requiritur culpa, 2. In censura ferenda ab homine requiritur trina monitio; nisi urgens necessitas aliud suadeat: *c. Sacro, & c. Statutum de sent. excom. in 6.*

Insuper, quòd feratur in scriptis cùm expressione causæ, & nominis tam ejus, qui fert, quàm ejus contra quem fertur censura, *c. In causis de sent. & re judic.* In censura verò à jure non requiritur monitio; quia ipsum jus præcedens est continua monitio. Cleticatus c. 147. ex Mastrio *in Theol. moral. dis.* 13. *nu.* 15.

Unde non potest ferri censura pro delicto præterito, aut non completo; ac proinde requiritur, ut præcedat monitio.

4327 Subjectum censuræ est solus homo vivus, baptizatus, rationis & doli capax, subditus ejus, qui fert censuram. 4340. Unde (ut rectè advertit Cen... locustæ non dicuntur excommunicari, ... maledici: *v. n.* 1773.

Nec mortui dicuntur excommunicati, ... declarrai incurrisse in censuram ante ... tem; & si dederint signa pœnitentiæ, ... mortem absolvuntur, seu absolutionis ... tur ad effectum sepulturæ Ecclesiasticæ. *A Nobis*, 2. *c.* Sacris: *v. n.* 4378.

4328 Communitas, aut collegium ... test ligari suspensione, & interdicto ... *De sede vacante de sentent. Excom.* ... mè excommunicatione, *cap. Romana ... in 6.*

4329 Potestatem ferendi censuras, ... pam, & Episcopos, habent legati Pap... sint legati à latere, sive nati, sive miss... *legatus de Off. leg. in 6.* Concilium Provi... le Archiepiscopi, & Diœcesanum Epi... Capitulum sede vacante; quòs succed... ta jurisdictione, tam ordinaria, quàm ... taria Episcopi; Inquisitores, quia sunt ... gati Sedis Apostolicæ. Prælati Religio... videlicet Generales, Provinciales, Ab... Guardiani, Priores, *ex c. cùm in Ecclesiarum Majorit. & obed.* Vicarius Capituli Sede... te. Ex Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 16. Vicarii ... pæ. Vicarius Provincialis Episcopi; ... Vicarii foranei, quia hi non faciunt ... bunal cùm Episcopo.

4330 Potestatem ferendi censuras, ... communi non habent Archidiaconi, ... chipresbyteri, nisi auctoritas Episcopi ...

...rerit, vel nisi alicubi eam sint consecuti ...institutione, aut ex consuetudine legi... præscripta, & approbata. Eam in nullo ...habent Parochi; quia solùm jurisdictio... habent in foro pœnitentiæ, minimè in ...exteriori, & contentioso, ex *cap. De per...* 11.q.1. Leander *de censuris tr.* 1. *disp.* 3. ...ad 17.

4321 Censura lata contra facientes, non ...prehendit mandantes, & consulentes, ...sic expressa clausulis comprehendentibus ...cunque cooperantes; quia odia non sunt ...anda.

4322 Quatuor sunt causæ, quæ excusant ...ertiu censuræ. prima est ignorantia in...bilis juris, aut facti, cui est annexa censu...tam. *Si vero & cap.* 2. *de sent. excom. in* 6. ...ficensura est lata contra præsumentes, ...rat scientiam; unde ab ea excusat igno...tia crassa; minimè ignorantia affectata, ...si adest ignorantia, non habetur contu...cia; ad incurrendam autem censuram re...itur contumacia: *v. n.* 3259. *& tom.* 2 *à.* ...374. *ad* 383.

Commacia est, cùm quis sciens, rem ali...am esse prohibitam ab Ecclesia sub censu...sub excommunicatione, nihilominùs ...committit.

Inadvertentia etiam excusat; quia æquiva...ignorantiæ.

Secunda est impotentia, sive physica, sive moralis; unde non incurrit censuram contra ...entem rem alienam latam, qui non ha...quid restituere: Nec qui ob metum gravẽ ...omittere, aut facere aliquid; quod sub ...ra præscribitur; in priori namq; casu ad...impotentia physica, & realis, in posteriori ...potentia moralis. Metus gravis erit metus ...mortis, infamiæ, jacturæ bonorum, & simi...lium damnorum: *v tom.* 2 *à n.* 37. *& à n.* 266.

Tertia est appellatio legitimè interposita ad Superiorem post comminationem censuræ ab inferiori facta, antequam incurratur.

Hinc Leander *de censuris tract.* 1. *disp.* 1. *qu.* 39. docet, non posse Prælatum, seu Judicem, qui potestatem habet ferendi censuras, illas ferre contra eum, qui anteà legitimè appellaverat, aut recusationem fecerat: quod tanquam certum tenet, & probat. Quia appellatio, in tempore facta, suspendit usum jurisdictionis in Judice; ut habetur expressè *in cap. Romana, & cap. Si à Iudice de appell. in* 6. & ibi Glossa *ver. Teneris.* Idemque omninò facit recusatio Judicis, facta, antequam sententiam excommunicationis, vel alterius censuræ ferat, ut habetur etiam expressè, *cap. Quoties Episcopi* 2. *q.* 6. & ibi Gloss. *Appell.* Sic omnes. Ugolin. *tabul.* 1. *cap.* 2. §. 22. *&* 13. Filiuccius *tract.* 11. *cap.* 2. *quæst.* 9. *nu.* 40. Cornelo *tract.* 5. *do cens. in genere disput.* 2. *dub.* 4. *vers. Infero certo*, Ægid. *disput.* 13. *de censur. dub.* 5. *n.* 35. Alter. *lib.* 3. *de censur. disp.* 5. *cap.* 1. *per totum*: qui verò cum communi contrarium docet, loquendo de appellatione non facta in tempore, hoc est facta post latam sententiam excommunicationis, vel alterius censuræ, quòd scilicet, tunc appellatio non habeat vim suspendendi, ex *c. Ad reprimendam, de offic. Ordin.* sed solùm devoluendi, ut superior possit cognoscere de justitia excommunicationis.

Quarta est prorogatio termini facta ab eo, qui censuram tulit. Clericatus *cit. num.* 23. ex Mastrio.

4333 A censuris à jure, si non sint reservatæ, absolvere potest quilibet Confessarius in foro interno conscientiæ: In foro exteriori Superior censurati, *cap. Nuper, de sentent. excomm.* Si sint reservatæ, ab eo, cui sunt reservatæ, aut ejus Delegato, vel ad id privilegiato, vel à Superiore ejus, cui sunt reservatæ; de quo fusè dictum est de casibus reservatis.

A censuris ab homine, non nisi ab eo, qui eas tulit, aut successore, & pariter ab ejus Superiore, aut delegato; excepto mortis articulo, in quo quidem quivis Confessarius potest à quibusvis censuris absolvere, sub onere, ut elapso periculo coram Superiore compareat, ad exequendum, quod ille præscripserit, *cap. Eos, de sent. excom. in 6.* ut fusè in loco *cit.*

4334 Potest quis pluribus censuris ligari. Item potest quis ab una absolvi, & non ab aliis, ad differentiam peccatorum.

4335 Censuris ligatus, non potest à peccatis absolvi, nisi priùs à censuris absolvatur, loquendo de excommunicatione. Clericatus *cit. nu. 26.* ex D. Thoma *3. par. quæst. 42. art. 2.* quia excommunicatus est incapax susceptionis Sacramenti.

4336 Forma absolutionis à censuris non habet præfixa verba, sed potest dari verbis exprimentibus absolutionem censuræ, à qua fit absolutio. Pro foro verò exteriori habetur in Rituali Romano.

4337 Non potest à censuris absolvere ad reincidentiam, nisi ipsemet, qui eas infligere valet. Mendo *in epit. sub propriis titulis.* Clericatus, & Mastrius citati. Plura habes in toto corpore operis in propriis materiis, maximè in tomo 2. de Monitoriis.

DE EXCOMMUNICATIONE.

4338 EXcommunicatio, *est censura Ecclesiastica, privans hominem Christianum bonis fidelium communibus.*

Bona communia fidelium sunt tria. 1. Sacramentorum participatio. 2. Orationes, & suffragia Ecclesiæ: videlicet orationes nomine Ecclesiæ, Sacrificia, & Indulgentiæ. 3. Exterior conversatio. Non privat omnibus bonis spiritualibus, nempè gratiâ, & aliis virtutibus, ut in *num. 3123.* sed his tribus; quia hæc tria directè subjacent testati Eccles iæ. Nec privat bonis spiritualibus particularibus, v. gr effectu orationum quas aliquis privatim, & ut persona privata ac nomine proprio excommunicatus fert, sed communibus.

4339 Excommunicatio convenit cum suspensione, & interdicto, in ratione genericâ censuræ, & pœnæ medicinalis; differ verò, quia suspensio, & interdictum privant hominem exercitio activo, aut passivo bonorum officiorum, minimè exteriori conversatione: *v. num. 4403.*

4340 Subjectum excommunicationis est homo baptizatus; quia per Baptismum homo fit subditus Ecclesiæ, & sub ejus potestate. Hinc Apost. 1. ad Cor. 5. *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare?* Fratres Minorum, & Regularium privilegium non excommunicari: vide Clem. IV. apud Sotum *ver. Exemptio n. 9.* Dianam *par. 3. tr. 10. r.* Verticelli.

4341 Excommunicatio est duplex, minor & major. Minor est, *Qua privat tùm participatione passivâ Sacramentorum, Dignitatum, & Beneficiorum: in corpore de sentent. excomm.* Major est, *Qua privat omnibus communibus Ecclesiæ tam activè, quàm passivè.*

4342 Unde excommunicatus excommunicatione minori non privatur jurisdictione, nec suffragiis communibus Ecclesiæ, de quibus *nu. 7538.* Nec communicatione civili tam in civilibus, quam in Sacris, audiendo Missam, Divina Officia, &c. sed impunitè sine peccato uti.

4343 Imò per Suarium, & alios apud Castrium *dis. 13. n. 35.* non peccat, admittendo admonitiones administrando; quia non est privatio participatione activâ Sacramentorum, sed tantùm passivâ. Sed probabilius est,

peccet tantùm venialiter; quia *in cap. ult. de Cleric. excomm. Ministr.* ait Pontifex, quòd licet excommunicatione minori, si celebret, peccat *graviter*; loquens autem de collatione extra Sacramentorum, ait tantùm *peccat*, & non apponit particulam *graviter*. Mastr. *cit.*

4344 Ligatus igitur excommunicatione minori, celebrando mortaliter peccat, quia Sacramentum Eucharistiæ recipit, sed non irregularis. Mastrius *cit. num.* 36.

4345 Mortaliter peccat Sacramenta recipiendo, nisi ignorantia excuset, sed validè recipit, excepto Sacramento Pœnitentiæ; nam si in eo recipiendo peccet mortaliter, ex defectu doloris, & dispositionis ad gratiam (si non cuiret ab excomunicatione absolvi) invalidè recipit.

Item, si eligatur ad dignitates, & beneficia, electio est valida; quia in dicto capite non apponitur clausula irritans, sed potest electio sententiam Judicis irritari. Mastrius *cit.* num. 36.

4346 Excommunicatio minor incurritur per communicationem cum excommunicato excommunicatione majori vitando; & potest à quovis Confessario approbato absolvi.

4347 Excommunicatio minor incurri potest ob peccatum veniale, ut in *num.* 4365. Potest verò ferri non potest sine culpa mortali; quia est pœna gravissima; unde ejus materia est peccatum mortale, *cap. Nemo Episcoporum, cap. Nullus Sacerdotum* 11. *quæst.* 3. Conc. Trid. *sess.* 23. *cap.* 3. *de refor.* Quod peccatum debet esse externum, & cum contumacia; quia Ecclesia non judicat de internis, *cap. Erubescat, cap. Sicut tuis, de simonia, & cap. Christiana* 32. *q.* 5. Mastrius *disp.* 13. *n.* 4363. Clericatus *cap.* 147. *num.* 21 vide *num.* 3300. *ad* 3306. *& in tom.* 2. *à num.* 10.

EXCOMMUNICATIO MAJOR

4348 PRivat bonis communibus Ecclesiæ tam activè, quàm passivè, nempè 1. *Participatione activâ, & passivâ sacramentorum*; administratione scilicet, & receptione. 2. *Suffragiorum communium Ecclesiæ*; quæ videlicet à Clericis, tanquam Ecclesiæ ministris, pro fidelibus offeruntur. 3. *Indulgentiarum.* 4. *Communicatione in divinis Officiis*; ita ut non possit audire Missam, nec divinis Officiis publicis assistere. Tenetur tamen Clericus excommunicatus, si sit in sacris, aut beneficiatus, officium privatim, & solus recitare, se abstinendo ab illis verbis: *Dominus vobiscum.* 5. *Electione ad beneficia, & jurisdictione Ecclesiasticâ in foro exteriori*; & ideo si est Episcopus, non potest validè excommunicare. Item fructibus beneficii, ac pensione, non tamen fructibus patrimonii, cùm non sit beneficium Ecclesiasticum. 6. *Sepultura Ecclesiastica.* 7. *Communicatione forensi*, seu civili, & humanâ cum aliis fidelibus: *v. num* 1321.

4349 Qui effectus explicantur hoc versu:

Os, orare, vale, communio, mensa, negatur.

Os, significat allocutionem per verba, litteras, nutus, & quælibet alia signa externa amicitiæ, ut amplexus, oscula, &c. *Orare*; idest simul cum excommunicato orare, aut Officium recitare: *Vale*; idest excommunicatum salutare, aut alio modo verbis, vel gestis honorare: *Communio*; idest quævis societas habitatione, exercitio aut contractu: *Mensa*; idest cum eo in eadem mensa comedere.

4350 Item excommunicatio major est duplex, à jure, & ab homine. *A jure*, est il-

la, quæ est lata per aliquod jus, & habet rationem legis; adeoque obligat perpetuò, & permanenter; tales sunt excommunicationes latæ in Sacris Canonibus, ut in Bulla Cœnæ Domini, &c. *Ab homine* dicitur illa, quæ est à superiore lata per modum præcepti, & transeunter pro aliqua actione particulari, ut fiat, vel non fiat; & hæc amplius non obligat, sed expirat morte ferentis. Sensus tamen est ut qui, mortuo ferente, contra præceptum delinquit, non ligetur excommunicatione; at qui reperitur jam excommunicationem incurrisse, omninò debet ab ea absolvi, ut *in tom. 2. num. 52. vide hic propos. 44 ab Alex VII. dam.*

4351 Excommunicatio ab homine est duplex Generalis, & Specialis: *Generalis* est, quæ fertur à Superiore contra plures, aut omnes delinquentes alicujus speciei: *Specialis* est, quæ fertur à Superiore contra aliquam determinatam personam. Exemplum primi; si Superior excommunicationem ferat contra omnes, qui talia furati sunt, aut retinent, ut restituant. Dicitur ab homine, quia est lata à superiore, non perpetua per modum juris, seu statuti: dicitur Generalis, quia ad plures, seu omnes dirigitur. Exemplum secundi: Si Superior excommunicationem ferat contra Petrum ut restituat. Portellius *ver. Excom. num.* 17.

4352 Insuper excommunicatio major est duplex, latæ sententiæ, & ferendæ: *Lata* est illa, quæ commisso delicto statim incurritur. Talis est, 1. Si sit expressa per verba præsentis, aut præteriti temporis: *Excommunicavimus, Excommunicatus est: Excommunicamus Excommunicatum volumus.* 2. Si per verba imperativi modi *Incidat in excommunicationem* 3. Si addatur particula, *ipso jure, ipso facto sine alia declaratione, &c.* quia hæc nullius actionem expectant.

4353 Ferenda est illa, quæ non [illegible] commisso delicto incurritur, [illegible] dicis sententiam. Talis est, 1. Si [illegible] per verba futuri temporis, *excom[illegible]* 2. Si per verba conjunctivi, *excommu[illegible]* 3. Si verba sint comminatorii, v. g. *[illegible] excommunicari, sub pœna excommu[illegible] nis, sub interminatione anathematis.* [illegible] aliud ex adjunctis colligatur. Idem [illegible] suspensione, & interdicto.

4354 Excommunicatus excommu[illegible] ne majori, alius est toleratus, seu [illegible] tandus, alius non toleratus, seu vitan[illegible] *Vitandus* est ille, cum quo fidelibus commu[illegible] nicare prohibetur; sed vitari debet ab [illegible] nibus tanquam membrum putridum, à [illegible] munione fidelium separatum. Ut autem [illegible] vitandus, per Concil. Constantiense [illegible] tur, quod sit nominatim & in individuo [illegible] judice publicè denunciatus excommu[illegible] tus, quod sit in scriptis per publicum [illegible] lonem; vel ut sit publicus, & notorius [illegible] cussor Clerici, ita ut nullâ valeat tergi[illegible] tione celari; hic ex jure, etiam sine [illegible] minatim denuncaitus talis, est vitandus.

4355 Non vitandus est ille, qui [illegible] excommunicatus, non est tamen [illegible] nominatim denunciatus talis, nec est [illegible] cus percussor Clerici: cum hoc [illegible] fidelibus tam in divinis, quàm in [illegible] communicare: Hinc in Germania Ca[illegible] licitè cum hæreticis communicant; [illegible] quamvis sint publici hæretici, non sunt [illegible] minatim denunciati tales.

4356 Id autem est à Conc. Const[illegible] Extravag. *Ad evitanda* statutum in gra[illegible] & commodum aliorum fidelium, [illegible] ipsorum excommunicatorum, confer[illegible] bis: *Per hoc autem non intendimus [illegible] communicatos, suspensos, vel interdictos [illegible] quo relaxare, aut eis quomodolibet [illegible]*

unde ipsi excommunicati, licèt non sint nominatim denunciati tales, debent se gerere, ut excommunicati, adeòque à communicando in prædictis cum fidelibus se abstinere.

4357 Excommunicati igitur vitandi sunt omnibus communibus Ecclesiæ suffragiis, quæ fiunt communibus auctoritate publicâ, aut nomine Ecclesiæ; exceptâ feriâ sextâ in Parasceve, quo die Pia Mater Ecclesia ob mortem Redemptoris orat pro Infidelibus, hæreticis, & schismaticis. Unde qui alio die dicit Orationes faceret, peccaret mortaliter. Tolet. Cajetanus *cap.* 148. *num.* 12. Quod est verum etiam de contritis, nisi priùs absolvantur, ex *cap. Anobis de sent. excomm.*

Excommunicati non possunt ingredi Ecclesiam, nisi ad prædicationem audiendam, ut docet Navarrus *in lib.* 5. *cap. Responso, de sent. excomm. n.* 1. & 7. & Leander *de censuris tr.* 2. *d.* 3. *q.* 3. & 4. qui idem de ingressu ad oratorium, oratione tamen privatâ, minimè oratione publicâ, quia in hac cum aliis communicat, quod ei prohibetur. Item dummodò tunc Missa non celebretur, nec Officia divina peragantur.

4358 Pro excommunicatis toleratis, qui licèt non sunt nominatim denunciati tales, quia sunt publici percussores Clerici, Navar. cum aliis affirmat, nos posse orare Oratione publicâ, & nomine Ecclesiæ; quia sicut non debemur communicare cum illis in divinis, ita neque pro illis Oratione publicâ orare. Unde tenet, eos non esse privatos suffragiis communibus.

Sed probabiliùs dico cum communi eos esse privatos suffragiis communibus, & proindè nos non posse pro illis oratione publicâ orare; quia Conc. Constantiense edidit Extravagan. *Ad vitanda* (ut dictum est (in communium, & gratiam fidelium non excommunicatorum, minimè in gratiam ipsorum excommunicatorum; adeòque disposuit, fideles posse communicare cum illis, etiam in divinis, ne paterentur incommodum recedendi à sacro ob excommunicati tolerati præsentiam; noluit autem ipsos excommunicatos in aliquo directè revelare, uti esset, si fideles possent pro illis oratione publicâ, aut privatâ, sed nomine Ecclesiæ orare. Intentio Extravagantis liquet ex ipsis verbis *nu.* 4356. relatis; unde sicut fideles non poterant ante Extravagantem publicâ oratione, aut privatâ, sed nomine Ecclesiæ, pro illis orare, ita nec post illam.

4359 Loquendo verò de oratione privata, licitè possumus pro excommunicatis tam toleratis, quàm non toleratis orare. Ita tenet communis, & praxis desumpta ex pietate Ecclesiæ, quæ dum excommunicatos à fidelium communione excludit, intendit eos suffragiis communibus, minimè privatis, privare. Imò docent Doctores, quòd in *Memento*, possit Sacerdos pro illis orare, non ut Minister Ecclesiæ, aut ejus nomine, sed ut privata persona, & nomine proprio; quia licèt *Memento* sit pars publici Sacrificii, non prohibetur Sacerdos in eo orare privatim, & nomine proprio, pro quibus ipse voluerit. Idem dicunt de aliis publicis precibus, si orans intendat orare ut privata persona, & nomine proprio, minimè nomine Ecclesiæ.

4360 Demùm in casibus recensitis, in quibus non licet orare, peccatum mortale est orare (nisi ignorantia excusset (ob irreligiositatem, & irreverentiam erga Deum, contra cujus voluntatem oratur: *vide tom.* 3. *nùm.* 239.

4361 Cum excommunicato tamen vitando conceditur fidelibus posse licitè communicare in quinq; casibus, hoc expressis versu:

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Utile significat utilitatem spiritualem ipsius excommunicati, admonendo, ut resipiscat, aut utilitatem temporalem ejus, qui cum illo communicat, v. gr. petendo debiti solutionem: *Lex*, significat obligationem reddendi id, quod illi justè debetur; sic uxor debitum illi reddit, & debitor ei debitum solvit: *Humile*, subjectionem; sic excusantur filiifamilias, uxor, servi urbani, aut rustici: *v. tom. 2. nu. 41. Res ignorata*, ignorantia invincibilis juris, aut facti excusat: *Necesse*, significat necessitatem spiritualem, aut temporalem notabilem, sive ipsius excommunicati, sive alterius; hinc potest quis ei graviter indigenti victum dare, & in gravi necessitate ab illo eleemosynam petere: *v. num. 3245.*

3462 Sub necessitate comprehenditur vis, & metus gravis cadens in virum constantem, hic namque excusat ab incursione censuræ: *v. n. 4333.*

4363 Extrà quos casus, qui communicat cùm excommunicato vitando, incurrit in excommunicationem minorem, ità ut si communicet in divinis, peccet mortaliter, si in civilibus, venialiter: *vide tom. 3. à n. 345.*

In divinis, seu in Sacris communicare, qui cùm eo se immiscet in recitando Officio divino, in audiendo sacro, in Processione, & aliis publicis Officiis divinis. Quid autem tunc agendum, dictum est *in tom. 3. num. 345.*

At in Concionibus tolerari posse etiam non toleratum, ait Clericatus *c. 148. nu. 18. c. Si quis Episcopus 4. q. 3. c. Is qui de sentent. excomm. in 6.*

4364 Qui cùm excommunicato excommunicatione majori vitando communicat in eodem crimine, propter quod est excommunicatus, incurrit eandem excommunicationem majorem, similiter reservatam, si illa est reservata, & dicitur participare in crimine criminoso: talis est, qui communicato, quia restituere non vult, communicat, suadendo, ut non restituat, & contumacia confirmando.

4365 Communicans cum excommunicato excommunicatione minori, etiam denunciato, ministrando illi sacramenta peccat mortaliter, sed nullâ censuram incurrit. Non peccat ab eo recipiendo, quia excommunicatus excommunicatione minori, licet non debeat sacramenta recipere, potest ea ministrare: *v. in n. 4343.*

4366 Qui dubitat, an aliquis sit excommunicatus, & denunciatus, non debet illum vitare, quia se exponeret periculo injuriam irrogandi. Tenetur autem vitare, si sit periculum faciendi actum invalidum: sic non debes confiteri cum Confessario, quo dubitas, an sit excommunicatus, dus; quia cùm talis careat jurisdictione, dam absolutionem conferre non potest: *3245.*

Excommunicatio minor incurritur ob peccatum veniale, ut in num. Excommunicatio verò major ferenda teste sine culpa mortali, quia est pœna gravis ma unde ejus materia est peccatum mortale.

4367 Excommunicatus excommunicatione majori, etiam toleratus, si Sacramenta cipiat, vel aliis administret, peccat mortaliter & insuper irregularitatem incurrit, non recipiendo, sed administrando. *c. Licet. 8. c. Cler. excom. ministr. 55. c. Is, cui de sent. excom. in 6.* Ignorantia, aut metus excusat; ignorantia enim & metus, ut sæpè dictum est, furis, & pœnis Ecclesiasticis excusant in conscientiæ: *v. n. 4332.*

4368 Excommunicatus excommunicatione majori, illicitè, sed validè Sacramenta recipit, excepto Sacramento Pœnitentiæ, ut *num.* 4345.

4369 Item illicitè (ut dictum est) Sacramenta administrat, sed validè, excepto Sacramento Pœnitentiæ, quod validè administrat, licèt toleratus, ex Extravag. *num.* 4356. relata; invalidè verò (excepto articulo mortis) licèt est toleratus, aut est publicus percussor Clerici; quia Sacramentum Pœnitentiæ, non administretur per modum judicii, exigit in Ministro jurisdictionem, quâ excommunicatus non toleratus, aut publicus percussor Clerici, est privatus.

4370 Excommunicatus excommunicatione majori, etiam toleratus, non potest valeat ad dignitates, & beneficia promoveri; & si promoveatur, actus est nullus; nec quo ad hoc ignorantia excusat; quia ignorantia excusat à culpa, & pœna, sed non tollet defectum conditionis requisitæ à jure ad valorem actûs.

Collatio beneficii facta in excommunicatione, non revalidatur per absolutionem ab excommunicatione, sed beneficium est de novo conferendum à potente illud conferre; nec licebit fieri recursus ad S. Pœnitentiariam pro beneficii revalidatione, quàm pro aliis. Mastrius *disp.* 13. *num.* 53.

4371 Beneficiis verò ante excommunicationem obtentis non privatur ante Judicis sententiam, non obstante, quòd in jure dicatur ipso facto privatus, ob dicta *num.* 180. Idem docent de fructibus beneficii ante excommunicationem obtenti, sed tempore excommunicationis perceptis si per se aut per Vicarium satisfecit officio; quia tales fructus percipere non est communicare cum fidelibus. Sanch. Vasq. & alii apud Mastrium *cit.* qui probabiliùs putat cum Suario, & Toleto, quòd teneatur fructus restituere ante sententiam.

4372 Validè autem beneficia aliis confert excommunicatus, si est toleratus, ob Extravag. & rationem relatam *à n.* 4356. invalidè, si non est toleratus; unde tunc provisus dicitur intrusus; adeòque absque ulla alia declaratione tenetur beneficium dimittere, & restituere fructus, *cap. Quia diversitatem, de concess. præb. cap. Tanta, de excessib. Prælat.*

Et universaliter actus jurisdictionis, quos excommunicatus activè exercet in alios, sunt invalidi, si non sit toleratus; validi tamen sunt, si sit toleratus, ob recensitam Extravag. eo namque ipso, quòd Ecclesia in favorem, & commodum aliorum fidelium eum permittit, & tolerat, indulgens communicationem cum illo in receptione Sacramentorum, beneficiorum, &c. ab eo, sufficientem jurisdictionem illi relinquit ad ea validè conferenda.

4373 Excommunicatus est privatus communicatione forensi, vel judiciali; adeòque non potest stare in Judicio, ut Judex, Testis, Actor, Procurator, Notarius, &c. ex pluribus juribus, si non sit toleratus, secùs si sit toleratus; tunc namque validè dictos actus exercet, sed illicitè, nisi ignorantia excuset, aut dictos actus exerceat ad vitandam mortem, infamiam, & alia pericula, ac damna; ut regulariter dictum est in aliis actibus.

4374 Contractus facti ab excommunicato non tolerato, putà venditionis, locationis, &c. si facti sint ab eo ratione publici officii, v.gr. Prælati, Tutoris, Curatoris, &c. sunt invalidi, ex *cap. Veritatis, de dolo, & contumacia.* Ratio est, quia talis excommunicatus est privatus officio, & beneficio; adeòque caret jurisdictione, atque inde ejus contractus sunt invalidi. Sunt autem

validi, si sint ab eo contracti, ut persona privata, ex *cap. Cum inter, de exceptionibus in 6. & ex cap. Si verò, de sent. excomm.* Quia nullo jure contractus ab excommunicato, etiam non tolerato, ut persona privata celebratus, reperitur irritus.

4375 Imò reperitur oppositum nam excommunicatus non toleratus validè matrimonium contrahit, ex *cap. Significasti.* Validè Professionem Religiosam emittit, *cap. Cum illorum, de sent. excomm.* Valida est donatio ab eo facta, ex *cap. Inter dilectos, de donationibus.* Ita est dicendum de aliis contractibus. Mastrius *cit. nu.* 56. qui idem docet in confectione testamenti tam activa, quàm passiva, excommunicationem incurrisset ex eo, quia hostiliter insecutus sit Cardinales, *cap. Felicis, de pœnis in 6.* aut nisi sint hæretici, vel eorum fautores, & receptatores; si per annum in excommunicatione permanserit, ex *cap. Excommunicamus, de hæreticis in 6.*

4376 Ex his pro majori dictorum claritate summariè habetur, quòd septem sint effectus proximi excommunicationis majoris.

Primus est privatio communionis tam activæ, quàm passivæ Sacramentorum, ut in *nn.* 4348. *& à n.* 4367. *ad* 4369.

4377 Secundus est privatio communium suffragiorum Ecclesiæ, ut in *nu.* 4348. *& à num.* 4357. *ad* 4360.

4378 Tertius est privatio usûs divinorum officiorum, ita ut excommunicatus non solùm careat eorum fructu, sed neque possit sine mortali illis interesse, etiam si sit toleratus, nisi ignorantia aut necessitas vitandi scandali, aut alia justa causa excuset, ut in *num.* 4348. *à n.* 4356. *ad* 4360.

Sub hoc effectu comprehenditur privatio sepulturæ Ecclesiasticæ; hæc autem afficit excommunicatũ non toleratum. Mastr. *cit. n.* 52. qui habet. [Demùm excommunicatus non toleratus [illegible] mortem sepultura Ecclesiastica privatur, ex *cap. Sacris de sepult. & Clementina 1. eod. titulo*; quia [illegible] ut ait ibi Pontifex, ne communicent illi [illegible] cto, cui non communicavimus [illegible] si decessit cum signis contritionis, [illegible] post mortem à censura absolvi potest, [illegible] tunc in loco sacro sepeliri; sivero [illegible] sacro sepultus est, & non absolutus, [illegible] exhumari, ex *cap. cit.* si ab aliis corpus [illegible] discerni possit; quòd si discerni nequeat, [illegible] est exhumandus.

4379 Quartus est privatio beneficiorum & eorum fructuum, ut à *n.* 4370. *ad & num.* 4348.

4380 Quintus est privatio participationis Ecclesiasticæ externæ, ex pluribus apud Mastrium *cit. nn.* 54. Actus privationis Ecclesiasticæ, quibus excommunicatus privat, sunt ferre legem; vel judicium in foro contentioso, sive pœnitentiæ [illegible] sare, delegare, Indulgentias concedere, centiam ad aliquod munus Ecclesiasticum exercendum dare, &c. qui actus sunt [illegible] di ab eo exerciti, si non sit toleratus, *num.* 4372. *&* 4373.

4381 Sextus est privatio communionis forensis, vel judicialis, etiam [illegible] ex *cap. Decernimus* 8. *de sent. excom. num.* 4373. *ad* 4375.

4382 Septimus est privatio externæ communicationis politicæ, & civilis [illegible] per modum commercii, societatis, & conversationis, ita ut excommunicatus non sit cum aliis communicare, etiam [illegible] ratus. Alii verò non possunt communicare cum ipso, si non sit toleratus; bene vero toleratus, ut *à num.* 4356. *ad* 4360.

4383 Effectus remoti excommunicationis majoris sunt. 1. Irregularitas, ut in [illegible] & infrà. 2. Quòd si quis [illegible] confessarius

municatione per annum, sit suspectus de fide, & contra eum possit à S. Tribunali procedi, ex Trid. *sess. 25. cap. 3. ut in tomo. 2. De absolutione ab excommunicatione, de re absente*, &c. dictum est supra de censura in genere.

QUÆRES I.

4384 *An laicus non tonsuratus possit ab excommunicatione, seu à censuris absolvere, in articulo mortis.*

Animadvertendum est, regulam esse, quòd qui potest ligare, potest & absolvere, *ut notat dict. 21. leg. Qui condemnare, ff. de offic.* Posse autem Summum Pontificem potestatem saltem extraordinariam, & absolutionem de plenitudine potestatis, delegare, & committere laico potestatem ferendi censuras, tenet Leander *de censur. tr. 1. disp. 2. & tr. 7. cum innumeris* Doctoribus; quia certum potest facere laicos capaces rerum spiritualium, ac proindè jurisdictionis spiritualis; imò idem tenet de fœminis; quia Ordo Clericalis solùm de Jure Canonico est requisitus ad potestatem ferendi censuras; unde ad ferendum censuras non est necessaria Ordinis, sed jurisdictionis. Concludit ergo concludit, posse Summum Pontificem de plenitudine potestatis committere laico, imò fœminæ, ut ab excommunicatio & censuris absolvat.

4385 Hoc autem parùm nobis refert; hæc difficultas non est speculativa, & metaphysica, sed realis, & practica; unde procedit non de eo, quod de potentia absoluta, sed de eo, quod regulariter, de facto, & secundum jura fieri potest; ac proindè.

4386 Dico laicum non tonsuratum non posse in articulo mortis à censuris absolvere. Leander *tr. 2. disp. 17. cum innumeris* apud ipsum. Quia ex nullo jure constat, quòd Summus Pontifex hanc facultatem absolvendi à censuris concesserit laico, saltem pro articulo mortis; sed potiùs constat oppositum. Nec id est contra pietatem Ecclesiæ; quia censura ratione sui non impedit gratiam, & animæ salutem, ex *num. 3123.* Insuper auferri potest post mortem, ex *num. 4327.*

QUÆRES II.

4387 *An Clericus tonsuratus possit à censuris absolvere in articulo mortis?*

CErtum est, quòd Clericus primâ tonsurâ initiatus possit censuris ligare, quia potest jurisdictionem spiritualem habere, putà si sit Vicarius Generalis; unde Clerico tonsurato potest delegari, & committi potestas ad ligandum censuris, sic pariter ad absolvendum ab illis. Leander *cit.* tam *tr. 1.* quàm *tr. 2. v. num. 4535.*

Imò sicut potest ligare censuris non solùm pro foro exteriori, verùm etiam pro foro pœnitentiæ, seu interno conscientiæ, ita & absolvere, si ad id jurisdictionem habeat, seu commissionem. Quia tamen non potest à peccatis absolvere, cum ad hoc requiratur potestas Ordinis Sacerdotalis, ex *tom. 3. à n. 170. ad 182.* sequitur, quòd à sola censura possit absolvere, minimè à censura, & peccato. Leander *tr. cit. q. 4.* Quæ absolutio facilitèr potest à Clerico tonsurato practicari; quia absolutio à censuris potest imò debet præmitti ad absolutionem à peccatis, ex *num. 4335.* & simul dari potest extra Sacramentum. His præmissis

4388 Dico, Clericum primâ tonsurâ initiatum non posse in articulo mortis à censuris absolvere, etiâ si nullus sit præsens Sacerdos. Leander *cit. tract. 2. disp. 17. qu. 6.* Probatur; quia Clericus tonsuratus non potest à,

censuris absolvere, nisi ex speciali commissione, aut delegatione; in jure autem nulla habetur talis specialis commissio, nec delegatio pro articulo mortis, sed potiùs oppositum; nam Trid. *sess.* 14. *c.* 7. quàmvis de pietate Ecclesiæ in articulo mortis omnem reservationem tollat, & approbationem in Confessariis non exposcat, Sacerdotes tamen exprimit his verbis: *Atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes, à quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt.*

QUÆRES III.

4389 *An nominatim publicè denunciatus in uno loco sit vitandus in alio loco, ubi non est sic denunciatus?*

CAstropal. apud Tamb. *tom.* 2. *pag.* 266. *n.* 16. tenet [nullam esse obligationem hìc vitandi, sive publicè, sive occultè, illum, qui alibi fuit publicè denunciatus, quando hìc occultè scitur, sed solùm quando scitur publicè] quia post Conc. Constan. excommunicatus non est vitandus, nisi sit publicè denunciatus; ly *publicè* autem non solùm respicit locum, ubi ille fuit denunciatus, sed etiam locum, ubi fideles inveniuntur, quando vitare illum debebunt.

4390 Probabilius est, quòd etiam alibi sit vitandus, publicè tamen, si sciatur publicè, occultè, si occultè. Avila, Vasquez, & alii apud Tamb. *cit. n.* 12. quia per publicam denunciationem factam in uno loco, amisit ille jus ad famam in omni loco: Et ut talis fuit denunciatus pro toto orbe: *v. n.* 3759. Et licèt ex hoc sequatur, quòd ubi scitur occultè, deberet vitari publicè, hìc tamen rigor fuit mitigatus à Clem. III. *in cap Cum non ab homine*, ubi disponitur, quòd publicus excommunicatus vitetur publicè, occultus occultè.

QUÆRES VI.

4391 *An pueri usum rationis habentes ante annum pubertatis, nempè annum 14. ligentur censuris, & pœnis?*

AFfirmant de latis à jure, & negant de latis ab homine. Azorius, Vasquez & alii apud Tamb. *in meth. cons. cap.* 5. *n.* 11.

Quoad omnes autem ligari, negant Fagundez, & alii; quia *ex c.* 1. & 2. *de delict. puerorum*, pueri infrà annum 14. simpliciter eximuntur à pœnis; & ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. De Pœnis *n.* 3566.

4392 Ex qua 2. sententia sequitur, pueros Clericos mutuò pugnis, &c. se percutentes, non incurrere excommunicationem, *quis suadente*, ut in *num.* 3566. Imò neque suras Bullæ Cœnæ, & consequenter omnes casuum cœnæ reservationem; quia Bulla Cœnæ casus non est reservatus, nisi cùm excommunicatione junctus. *v. n. n.* 289.

DE SUSPENSIONE.

4393 SUspensio, *est censura, qua ejus aliquas Ecclesiasticas functiones, aliàs sibi convenientes, exercere prohibetur.* Est triplex: 1. *Ab officio tantùm*, Ordinis, sive jurisdictionis: 2. *A beneficio tantùm*, videlicet ab administratione, & actibus beneficii percipiendis: 3. *Ab officio & beneficio simul.* Item alia est *ab officio actum*, ut cùm quis suspenditur ab omni actu sui officii, & hic nec actum Ordinis, nec jurisdictionis exercere potest; adeoque non potest celebrare, nec validè excommunicare, &c. Alia est *in partem*, ut cùm quis

...ibitur ab audiendis confessionibus: hic po... alia sacramenta administrare.

4394 Insuper alia fertur, *ad tempus præ...*, & hæc absolutione non indi..., sed elapso tempore cessat. Alia *indefi...* temporis præscriptione, & hæc du... donec per absolutionem tollatur. Alia ..., qua fertur in punitionem, & vin... delicti commissi, & hæc non est cen..., sed pura pœna. Alia est *medicinalis*, ... emendatio delinquentis intenditur. & ... est propria censura. Denique alia est à ... alia ab *homine* ut *in num.* 4350.

4395 Qui suspensionem violat exercendo ..., à quo est suspensus, peccat mortali..., nisi levitas materiæ excuset. Insuper ... celebrat solemniter actum Ordinis Sacri, ... est suspensus puta celebrando, so... iter canendo epistolam, &c. incurrit ir... gularitatem: non sic si exerceat actum ju... dictionis, nisi in aliquo imponeretur etiam ... regularitas.

4396 Nemo tenetur sub mortali vitare ... pensum etiam non toleratum, sed solùm ... non cooperari ad actum, à quo est ... pensus; unde qui audit Missin suspensi, ... peccat saltem mortaliter, nisi inserviat; ... nullum extat præceptum, de non com... municando cum suspensis in his functionibus ... nibus sunt suspensi, sicut datur de non ... municando cum excommunicatis vitan... sed solum prohibetur jure naturali, ... mo cooperatio cum suspenso in deli... & malo usu ministerii, quatenùs coo... rari peccato alterius est intrinsecè ma...

4397 Omnes, qui possunt excommunica..., possunt suspendere; sed non omnes, ... possunt excommunicari possunt suspen... sicla namque Clerici possunt suspendi: *v.* ... num. 3057.

4398 Clericus suspensus est ubique suspensus, nisi suspensio sit restricta loco particulari. Suspensus à beneficio non potest validè eligi ad aliud beneficium. Episcopus suspensus à Pontificalibus potest celebrare Missam privatam. Canonicus suspensus à beneficio post interesse Capitulo, & dare votum ad eligendos alios Canonicos Suspensus à beneficio, si fructus exigat, non incurrit irregularitatem; sed peccat mortaliter, & tenetur eos restituere. *v. num.* 4371. Mastrius *disp.* 13. *a num.* 86.

4399 Totum Capitulum, & Universitas Clericorum potest suspendi, ad differentiam excommunicationis, quæ non nisi contra personas particulares potest infligi. Mastrius *ibi.*

4400 De causis excusantibus à suspensionis incursu, & de eo, qui potest ab illis absolvere, discurre, ut de censuris *num.* 4332. & 4333. à suspensionibus reservatis Papæ, si sint occultæ, potest Episcopus absolvere, ex Trident. *ses.* 24. *de reform. cap.* 6. ut in *num.* 3314. Suspensum à Divinis sub conditione, donec *satisfeceris*, satisfactione posita, non indigere absolutione, probabile putat Mastrius *ibi n.* 103. sicut dictum est de suspenso ad tempus determinatum *in num.* 4394.

DE INTERDICTO.

4401 INterdictum, *est censura prohibens usum divinorum officior, aliquorum sacramentorum, & Ecclesiasticæ sepulturæ, qua talis est.* Dicitur *qua talis est*; quia excommunicatio eodem usu privat, in quantum est communicatio cum fidelibus; suspensio verò, in quantum usus ille est exercitium Ecclesiasticæ potestatis.

4402 Hinc excommunicatio majorliceat contineat suspensionem, & interdictum, hoc materialiter se habet, sicut numerus quater-

narius continet ternarium, & binarium; non formaliter, quia habent diversas definitiones, & rationes formales; insuper excommunicatio est pœna gravior, quia pluribus bonis privat.

4403 Interdictum igitur ab excommunicatione differt; quia excommunicatio ultrà plura, quibus privat, privat etiam humanâ, & politicâ communicatione; non sic interdictum; unde interdimi non sunt vitandi: *v. n.* 4330.

Insuper excommunicatio non nisi contra personas particulares, & nocentes potest infligi: Interdictum verò etiam contra communitatem, & innocentes: contra innocentes tamen fertur indirectè, & per accidens, quatenùs in communitate directè interdicta morantur. Et hoc pacto sæpè innocentes damna sine culpa, sed non sine causâ patiuntur, ut liquet in casu belli justi. Ità rectè innuit Matthæucci *tom. 2. pag. 116. n. 21.*

A suspensione differt; quia suspensio non privat omnibus, quibus privat interdictum, ut constat ex eorum effectibus, & definitionibus; sed aliquibus, & ut procedunt à potestate Clericali, unde solos Clericos ligat; interdictum verò ligare potest tam Clericos, quàm laicos.

4404 Interdictum est triplex, *locale*, quòd immediatè locum afficit, *personale*, quòd immediatè personas, & *mixtum*, quòd immediatè locum, & ejus incolas. *Locale* differt *à personali*; quia in eo usus divinorum officiorum, Sacramentorum, &c. tum incolis, tum advenis prohibetur, non absolutè, sed solùm in loco interdicto. In hoc verò certis personis, aut communitati prohibetur, absolutè & in omni loco.

4405 Item interdictum tam locale, quàm personale, aliud est *generale*, quo locus generalis, ver. gr. Civitas, Diœcesis, Regnum, Communitas interdicitur, & bona omnes illius communitatis, etiam innocentes: Aliud est particulare, quo loca particularis, aut personæ particulares interdicuntur, non ut membra civitatis; sic quando interdicitur aliqua Ecclesia ob delictum loci, aut ab ejus ministris commissum.

4406 [Interdictâ civitate, interdicitur etiam suburbia; & interdictâ Parochiali, sarcellum, vel cœmeterium contiguum quia accessorium sequitur naturam sui principalis. Interdicto populo, non interdicuntur illi, qui non sunt pars populi, ut studiosi, Clerici, peregrini, &c. nec interdicto Clero, interdicuntur Religiosi, quia in favorabilibus tantùm, non in odiosis, nomine Cleri comprehenduntur: si dicatur: Cives, v. gr. *Panormitani sunt interdicti*; ii nullo modo possunt interesse divinis [nisi tamen desinant esse istic Cives; nec causam dederint interdicto] contra vero, si Civitas interdicta subjiciatur, licèt civibus, aut incolis, qui causam interdicto non dederunt, alio ire, & istic interesse divinis] ità Busemb. *de cens. c. 4. dub. 1.*

4407 Interdicto toto populo unius Civitatis intelliguntur interdicti tam nocentes, quàm innocentes, hoc cùm discrimine, quòd nocentes, licèt ab ea Civitate discedant, remanent interdicti: innocentes verò, si aliò suum domicilium transferant, protinus sunt ab interdicto liberi. Mastrius *d. n. 110.*

EFFECTUS INTERDICTI.

4408 (SUnt tres. 1. Prohibitio divinorum Officiorum, videlicet Sacrificii Missæ, horarum Canonicarum, quæ publicè cantantur, benedictiones solemnes, & alia, quæ publicè in Ecclesia a ministro

divinum cultum fiunt; unde etiam interdicti ab alienam culpam ſacro intereſſe non poſſunt.

Clerici verò, & Religioſi, quando ipſi interdicti non ſunt, poſſunt, ac debent, ut antea dictum, & divina officia celebrare, ſed januis clauſis, non pulſatis campanis, voce ſubmiſſa & excluſis interdictis, ut in *cap. Alma Mater.*

Permittitur tamen, ut in feſtis Natalis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis Virginis, quibus additus fuit, à Martino V. feſtus Corporis Chriſti cum octava, & à Pio X. dies feſtus Conceptionis ejuſdem B. Virginis, tempore interdicti generalis, Miſſæ, divina Officia publicè & ſolemniter celebrentur, januis apertis, cum campanarum ſonitu, admiſſis quoque interdictis, qui cauſam interdicto dederunt; modo iſti non approximent Altari nec, veniant ad Offertorium, ad Communionem, excluſis tamen excommunicatis. Mastrius *diſp.* 13.

409 Quod privilegium eſt de interdicto ab generali, minimè de locali ſpeciali, nec perſonali, etiam generali; quia in his nihil eſt innovatum jure novo *in cap. Alma Mater* remanet rigor juris antiqui de Bonifacio VIII. unde in Eccleſiis ſpecialiter interdictis, quibus Euchariſtia aſſervatur, ſolùm licet ſacro in hebdomada celebrare Miſſam pro ſumenda Euchariſtia, & ea reſervanda pro infirmis.

Tempore interdicti poſſunt pulſari campanæ ad cetandum populum pro Salutatione Angelica.

Item ipſi interdicti poſſunt licitè ingredi Eccleſiam orationis cauſâ, dummodo tamen divina Officia non celebrentur. Inſuper poſſunt ad populum campanæ convocari ad concionē, vel ad correctionem induci valeant. Matthæuccius *tract. 11. num. 12. videnum.* 4357.

4410 2. *Prohibitio activa, & paſſiva aliquorum Sacramentorum*, excepto *Baptiſmo, & Confirmatione*, quæ poſſunt ſolemniter miniſtrari etiam ipſis interdictis, & in loco interdicto, quia ſunt ſacramenta neceſſitatis.

Sacr. Pœnitentiæ, quia pariter eſt neceſſitatis, miniſtrari poteſt ſimiliter in quovis interdicto etiam locali, & perſonali, exceptis iis, qui fuerunt cauſa culpabilis interdicti, niſi priùs ſatisfecerint.

Sacr. Euchariſtiæ, tempore interdicti miniſtrari non poteſt, niſi in articulo mortis per modum viatici; & cum debita ſolemnitate atque ſine modo viatici, in probabili periculo mortis videlicet in periculoſo partu, &c. ut in *n. 3357. Extrema unctio* omninò prohibetur, ſecluſa extremâ neceſſitate, in quamoribundus alia ſacramenta ſuſcipere non poſſet.

Sacram. Ordinis, tempori interdicti nec poteſt licitè miniſtrari, nec recipi, *Matrimonium* non ſuſpenditur in loco interdicto, & inter perſonas generaliter interdictas; bene verò ſolemnis Benedictio ſponſorum. At ſi ipſi ſunt culpabiles, & ſpecialiter perſonaliter interdicti non poſſunt licitè, bene autem validè matrimonium contrahere, ſi ſint contumaces; idque ſpeciali titulo quia ſcilicet ponunt obicem gratiæ per Sacramentum recipiendæ: *v. numer.* 3978. Phœbus *lib. 4. tit. 17. numer.* 16.

4411 3. (Prohibitio Eccleſiaſticæ ſepulturæ, in qua comprehenduntur infantes, & amentes. Excipiuntur Clerici, qui in interdicto locali ſi nominatim interdicti non ſunt, nec interdictum violarunt, poſſunt cum ſilentio ſepeliri.) Buſemb.

4412 Qui violant interdictum, ſi ſint laici peccant mortaliter, recipiendo ſacramenta contra interdictum perſonale; autem violent interdictum locale, audiendo, v. gr. divina Officia.

officia, peccare venialiter, ait Busem. *cit.* dummodò ipsi personaliter interdicti nò sint, ipsi verò laici, si cogant celebrare divina officia in loco interdicto, vel vocent interdictos, ut illis intersint; aut prohibeant, ne ipsi interdicti à celebrante moniti, exeant: insuper & ipsi interdicti, si post monitionem exire recusent, incidunt ipso facto in excomm. majorem Papæ reservatam, ex *Clem. 2. de sent. excom.*

4413 Clerici, & Religiosi utriúsque sexûs violando interdictum, peccant mortaliter. Imò Clerici violantes interdictum quodlibet per actum Ordinis sacri, incurruut irregularitatem, sicut violando alias censuras: habetur *ex c. Is, cui, de sent. excom. in 6.*

4414 [Interdicere possunt, qui excommunicare, & suspendere. Pro interdicto personali requiritur culpa mortalis. Pro locali, vel generali in communitatem, peccatum valdè grave cùm contumacia commissum à capite, vel præcipuis membris, licèt reliqui culpâ vacent.

Interdicta localia, & personalia generalia, quæ jure communi sunt imposita, nec reservata, possunt tolli ab Episcopo, vel alio habente jurisdictionem in communitatem interdictam: non tamen à Religiosis privilegiatis; quia locus, & communitas foro pœnitentiæ non subjiciuntur. Ab interdicto juris personali particulari, si reservatum non est, quis approbatus potest absolvere] ità Busemb.

4415 In privilegio absolvendi ab omnibus censuris, non includitur facultas tollendi interdictum locale, aut personale generale; benè verò interdictum personale particulare à jure latum, non ab homine; quia hoc ab eo, qui tulit, tollitur.

Pro privilegiis Regularium quoad interdictum, quantùm ad plures effectus, sepulturam suorum, & festivitates propriorum Sanctorum: Vide Mare Magnum Sixti IV. pro Prædicatoribus Bulla 7. & pro Minoribus Bulla 6. de anno 1474. in tomo Bullarii fusiùs in Bullário Rodr. pag. 153. Confer. Pauli III. *Licèt debitum*, in Bullar. Bull. Leonis X. *Cum Sancta*, in Bullar. Rod. 314. Bullam 4. Clem. VIII. *Sacræ* 15 Oct. 1545. Dianam *par. 3. tr. 2. res.* 133. Matienz. *in Officiali Curiæ tom. 2. pag.* 109.

CESSATIO A DIVINIS

4416 PRopriè nec est pœna, nec censura, sed [simplex prohibitio ecclesiastica, quâ Clerici, seu Ministri Ecclesiæ prohibentur persolvere publicè divina officia, ministrare aliqua Sacramenta, & divina laicos in loco sacro, in signum gravissimi mœroris ab Ecclesia concepti, propter gravissimam injuriam sibi, aut honori divino illatam, ut injuriantes resipiscant, & Ecclesiæ læsæ satisfaciant.] Leander *de pœnis* Com. ex *c Quærenti, de verb. sign.* [interrogatus Innoc. III. de numero cessationum respondit esse tres, excommunicationem videlicet, suspensionem, & interdictum.

Hinc violans cessationem à divinis particularem, sive generalem, peccat mortaliter, sed eum irregularitate non contrahit consequenter, docet Leander *cit.* p. 2. cùm D. Anton. Sotu, Navar. Tolet. & aliis.

De censuris, fusè agunt Fagnanus in *Decr. talibus sub propriis titulis.* Pirching. *in* 5. 37. Phœbus *à tit.* 14. *ad* 17. Mathæ. *à Sp. q.* 1. *ad* 4. Leander. *tom.* 4. *de censur. Tom. 2. lib.* 10. *tr.* 1. 2. & 3. Gobat. *tract.* 3. 7. & 8. *plurib. in locis.* Joann. Dicast. *de censur. tr.* 10. *à disp.* 1. *ad* 5. Ant. à Spir. *censuris tract.* 12. Matthæucci *in Offic. Curiæ tom. c. 7. à n.* 107. Mendo *ut sunt tuta.*

CAPUT II.

De Pœnis Irregularitatis.

IRREGULARITAS

417 ESt *impedimentum Canonicum susceptio-nem primæ tonsuræ, Ordinum sacrorum, & susceptorum usum impediens*; non autem in ordine ad reliqua sacramenta.

Alia est ex delicto, alia ex defectu. Alia tota, & propriè dicta, quæ omnis Ordinis susceptione, & suscepti exercitio privat, ut homicidium, & bigamia. Alia partialis, quæ alicujus tantùm usu privat, vel solo ascensu ad ordinem superiorem: *v.g. oculis, vel palmâ quis inhabilis est ad Sacerdotium, non ad confessiones audiendas; & Diaconus oculo sinistro, non inhabilis est ad Sacerdotium, potest enim in suo ordine ministrare.* Busemb.

418 Irregularitas graviter illicitat Ordinis susceptionem, & susceptorum exercitium, sed non invalidat.

Ut incurratur irregularitas ex delicto, requiritur actus externus, consummatus, & mortalis. Irregularitas verò ex defectu contrahitur sine culpa; quia est à jure imposita ob incertam, quàm talis, vel talis defectus aptus Sacro Altari, & ministerio.

419 Irregularitas nulla incurritur, nisi sit expressa in jure, ex *c. Is. qui de sent. excomm.* Unde in dubio, sive juris, sive facti, tenetur quis, quòd non sis irregularis; quia melior est conditio possidentis: excipitur tamen dubium de homicidio voluntario à te commisso, quia est expressum in jure. Hinc si possis dubites, te occidisse, negativè verò dubites, te non occidisse, censeri debes irregularis, minimè, si probabiliter putes, te non occidisse, licèt aliquam formidinem habeas de opposito, quia erit opinio probabilis, quæ non est expressa in jure. Dixi, *dubium de homicidio*, non de mutilatione, quia sola mutilatio, & non dubium de ea, est expressa in jure.

IRREGULARITATES SUNT 15.

His contentæ versibus, *ubi numeri referuntur ad numeros sequentes, in quibus irregularitates singillatim explicantur.*

EX DELICTO SEPTEM.

1. Hæreticus, 2. Baptismum iterans, 3. Mutilans, 4. Homicida,
5. Famosus, 6. Violans censuras, unde ligatur,
7. Improbè suscipiens, 8. Et tractans Ordinis acta.

EX DEFECTU OCTO.

6. INfamis, 5. Bigamus, 2. Mutilus, 8. Justèque cruentus.
1. Neophitus, 7. Obstrictus, 3. Nothus,
4. Puer, 2. Atque Idiota.
1. Obsessus, 1. Demens, 2. Lunaticus,
2. Hermaphrodita.

IRREGULARITATES ex Delicto

4420 SUnt septem. 1. Incurritur *propter baptismum*, seriò, & scienter iteratum, tam à rebaptizante, quàm à rebaptizato, *c. Ex litterarum. de apostatis, & reiteratione baptismi.* In rebaptizante impedit totum, ne ad altiorem Ordinem possit ascendere, & non incurritur, si rebaptizato sit occulta. Non incurritur ex reiteratione Confirmationis; quia non est expressa in jure.

2. *Ex violatione censuræ*, ut si excommunicatus, interdictus, vel suspensus actum Ordinis

nis solemniter exerceat, fit inhabilis a illius ordinis exercitium, *c. Si quis Episcopatus* 11. *q.* 3. *C. Is, qui, & 6. Illorum, de sent. excomm. in* 6. *v. n.* 4367.

3. Si Clericus sciò, & scienter, *exerceat solemniter actum Ordinis, quem non habet, c.* 1. *& de Cler. non ordin.* ut si Diaconus, & maximè laicus Missam celebret, &c. non incurrit, qui exercet actum jurisdictionis, quàm non habet, ut si Sacerdos absque licentia confessiones excipiat, licèt peccet mortaliter.

4. Ex mala Ordinum susceptione, ut si quis Ordinatus sit in excommunicatione, suspensione; aut ab Episcopo excommunicato, suspenso, interdicto, hæretico denunciato, seu non habente jurisdictionem; vel Ordines furtivè susceperit, ut *in tomo* 3. *à numero* 92.

Ordines furtivè susceperè dicitur. *Qui sine Episcopi ordinantis scientia, & voluntate, non vocatus, nec legitimè examinatus, vel admissus, cum aliis Ordinandis se ingerit, vel nomen alterius approbati usurpando, vel alium in examine sub suo nomine supponendo, & sic vocatus accedit.* Hæc irregularitas impedit ascensum ad Ordines.

Qui excommunicatione, aut suspensione ligatus susceperit Ordinem sactum, novam suspensionem incurrit; at non incurrit irregularitatem per hoc, quòd in Missa Episcopi, in quâ ordinatur, Epistolam, aut Euangelium solemniter canat. Quia *quod solemne exercitium ordinis suspensum reddat irregularem*, intellige de exercitio ordinis extra actum susceptionis Ordinis; nam illud exercitium spectat ad actum susceptionis.

5. *Propter enormia crimina*, si sint notoria, & publica, quæque à jure habent annexam infamiam: talia sunt: *Adulterium, incestus, raptus virginis, sodomia, venesicium, duellum, sacrilegium, simonia, crimen læsæ Majestatis, perjurium in judicio.*

6. *Propter hæresim, vel apostasiam*, sive publicam, sive occultam; quæ si à patre prodat, extenditur ad filios usque ad secundam generationem; si à matre, usque ad primam. Pro extensione autem requiritur. 1. Quòd parentes mortui sint in delicto hæresis, Sententia, aut confessio in judicio, vel notorietas facti.

7. *Ex injusta mutilatione, vel injusto homicidio*, etiam voluntario indirectè, & in causa. Comprehendit mandantes, consulentes, et alio modo positivè concurrentes, etiam in bello injusto, in quo si unus occidatur, non exercitus sit irregularis, si sit cooperans.

4421 Quandò plures non ex consilio, sed in rixa unum percutiunt, sed unus vulnerat, infligit, ex quo moritur; si de vulnerante constet, ille solus est irregularis: Irregularis tamen erit etiam ille, qui non percussit, si aggressio facta sit ex consilio, & complicitate; nam tunc, qui percussit, factus est auctor ex comitatu.

4422 *Qui infirmo dat cibum, vel potum, &c. vel movet, vel de lecto in lectum transfert, aut aliud bonâ fide operatur ex quo mors, vel ejus accelerato prater intentionem imputatur, non fit irregularis, nisi intervenerit culpa lata. Hinc Sacerdotibus, & Religiosis concubinarios licent eadem, quæ laicis.* Bonacina, Diana, & Bonac.

4424 Qui procurat abortum fœtus animati animâ rationali, fit irregularis, etiamsi fœtus non sit animatus. Fœtus masculinus animatur post 40. dies, fœmininus post 80. In dubio, quantùm ad hunc casum, standum est deferi debet masculinus ex stylo S. Pœnitentiariæ.

Laicus, sive Clericus occidens calumniatorem, evadit irregularis, juxta dicta [illegible]

...08. *vide in prop.* 17. & 18. *ab Alexan. VII.* ...*m. & propos.* 30. 32. & 33. *ab Innoc. XI.*

...arum.

De irregularitate hæc plura dicta sunt suis locis de homicidio, abortu, duello, & bellis.

4424 *Mutilatio*, est abscissio membri principalis. *Membrum*, est pars corporis officium per se habens distinctum ab alio, ut manus, pes, oculus, &c. unde non est irregularis, qui abscindit digitum, quia non est membrum, sed pars membri. Nec qui abscindit labia, dentes, capillos, auriculam, & nasum; utilitatem tamen, non organum; quia non sunt membra, sed ornatus membrorum. Nec qui excæcat hominem, sed oculum non extrahit; nec qui membrum debilitat, sed non abscindit, quia non mutilat. Leander.

In omni casu, quo quis alium mutilando irregularis, fit etiam irregularis mutilando seipsum. Leander *de pœnis tr.* 2. *disp.* 18. *q.* 1. quia est verè membri mutilator, & major delicto. Non sic è converso, non enim in omni casu, quo fit irregularis mutilando se ipsum, fit irregularis mutilando alium. Leander *cit. qu.* 24. quia mutilando quis sibi partem membri, fit irregularis ex jure ob speciem sævitiam, ut in *n.* 4444. non sic mutilando partem membri alteri, sed requiritur amputatio integri membri: *vide num.* 4508.

Item non in omni casu, quo quis facit alium irregularem, fit ipse irregularis. Leander *cit. quæst.* 25. nam qui alterius faciem cicatrice deformat, ei nasum, aut indicem abscindit, facit alium irregularem ex defectu corporis; at ipse irregularis non est, quia non mutilator. Ità è converso, non in omni casu, quo quis mutilando fit irregularis, mutilatus fit irregularis. Leander *cit. quæst.* 26. nam qui injuriosè alteri virilia abscindit, fit irregularis, quia est verè membri mutilator; at sic mutilatus non est irregularis ex *n.* 4447.

Potest tamen casus contingere, quòd tam mutilans, quàm mutilatus fiat irregularis. Leander *cit. quæst.* 27. tam si diversa sit persona, ut liquet, quàm si eadem, puta si quis ex ira sibi manum abscinderet; esset, inquam, irregularis, ut mutilans ex delicto, & irregularis, ut mutilatus ex defectu corporis.

4425 Clericis, & Religiosis sacris initiatis est prohibitum officium medici, quod fit abscindendo, vel adurendo, uti est medici chirurgi; minimè officium medici physici, quòd sine abscissione, & adustione exerceatur; ità in jure.

4426 Clericus autem, aut Monachus, si peritus sit, & diligentiam in curatione adhibeat, non est irregularis, si exinde mors sequatur, esto peccaverit exercendo officium prohibitum; quia non incurritur irregularitas ex delicto homicidii, nisi intervenial culpâ mortalis homicidii. Idem à fortiori dic de exercente medicinam physicam, ex *cap. Tuanos*; secùs si non sit peritus, nec diligentiam adhibuit, & mors sequatur. Leander *de pœnis tract.* 2. *disp.* 9. *p. nn.* 2114. *ad* 2119.

IRREGULARITATES ex Defectu.

4427 SUnt octo: 1. *Ex defectu animæ.* Irregulares ex jure sunt, 1. ob defectum usûs rationis, perpetuò amentes, lunatici, arreptitii, epileptici. (Si reperiantur antea ordinati, & per annum eo morbo non laborarunt, permittitur illis exercitium Ordinum, quia præsumuntur liberati. Si verò laborent raro sine clamore, & notabili indecentia, permittuntur celebrare cum adjutore assistente, qui sacrificium suppleat, si illi deficiant. Ità Arsdekin *in tom.* 1. *pag.* 280. 2. *Il-*

literati, qui scientiâ ad talem ordinem requisitâ carent; 3. *Neophiti*, hoc est recenter ad fidem conversi, donec judicio Episcopi sint sufficienter instructi.

Sub hoc defectu comprehendi possunt Abstemii, qui namque vinum non bibunt: si tales sint, ut illud bibere non possint sine periculo in celebratione, putà vomitûs, &c. non debent ad ordines promoveri; unde antequam ad ordines admittantur, debent super eo probari.

4428 *Ex defectu corporis*, irregulares sunt. 1. Cœcus, surdus, & similes, ad Ordinis exercitium inepti. 2. Qui caret pollice, indice, aut oculo sinistro, seu Canonis non videt; qui tamen dispensatione non indiget, si oculo dextero sine indecentia Canonem legere possit. 3. Si adsit notabilis deformitas, ut quis Ordinem exercere, v. gr. Missam celebrare, non valeat sine notabili indecentia, & aliorum risu, aut horrore, ut si careat naso, auribus, si sit notabiliter gibbosus, leprosus, si claudus, ut nequeat sine baculo ad Altare accedere; si totali calvitio capitis, & oculorum laboret, præsertim si sit juvenis.

Irregularis non est, qui sex digitos habet, aut aliquos conjunctos, si notabilem deformitatem non afferat, nec sit ineptus ad exercitium Ordinis. Busem. *v. num.* 4148.

Universaliter quemlibet defectum corporis, qui non reddit patientem inhabilem ad Altaris ministerium, & exercitium, Ordinis vel qui affert ex se deformitatem notabilem, talem tamen, ut possit faciliter studio, & arte regi, irregularitatem non inducere, docent Venerus *in exam. Episc. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 3. Diana *par.* 4. *tr.* 2. *resol.* 73. Tamb. *tom.* 2. *lib.* 10. *tr.* 4. *cap.* 8. Leander *de pœnis tr.* 2. *disp.* 2. quia Sacri Canones nil aliud intendunt, nisi expellere ab Altari notabiliter deformes, & inhabiles.

In dubio, Episcopi est judicare, an deformitas, vel defectus sit ita notabilis, ut irregularitatem inducat. Plura vide à num. 4494.

4429 3. *Ex defectu natalium*, irregulares sunt illegitimi, sive naturales sint, sive spurii. *Filius naturalis* est, qui est natus ex libero, & soluto. *Spurius*, qui est natus ex adulterio, incestu, aut sacrilegio. Filii naturales legitimati non sunt ex jure. 1. Per subsequens matrimonium ratum inter eorum parentes, dummodo tempore conceptionis, aut nativitatis possent validè inter se nubere. 2. Per professionem in Ordine Religioso, per quam tamen legitimantur quo ad Ordines, minimè quo ad dignitates, seu Prælaturas, ad quas nec intra, nec extra Ordinem sine dispensatione promoveri possunt.

Hinc fit, quòd filius ligati voto simplici castitatis, aut Clerici in sacris non constituti, Novitii, qui tamen vota solemnia nondum legitimatur per subsequens matrimonium, quia ejus parentes tempore conceptionis, aut nativitatis poterant validè nubere, quavis illicitè. Quod est verum, etiam si parentes nollent; quia non possunt efficacium actu impedire.

E contrà filius furiosi non legitimatur subsequens matrimonium; quia ejus mens non poterat validè nubere. Idem dic, si parentes ob aliquod impedimentum dirimens non poterant tunc validè nubere. Mendo *ver. Filius*

Si filius conceptus, aut natus tempore, quo parentes poterant validè nubere, præmoritur ad matrimonium subsequens, & relinquat filios, isti illius parentum nepotes legitimantur per subsequens matrimonium. Mendo *cit.* quia succedunt in parentela.

Sperell. *dec.* 174. *n.* 23. apud Mathæucci *mo* 2. *pag.* 142. *n.* 59. ait, quòd filius naturalis mortem viri decimo mense expleto, & ante

...m per tres, a it quatuor dies incepto, com-
...mando à die, quo vir corre poterat, legiti-
...mus præsumitur.

Expositi, infantes scilicet à parentibus clam ...ecti Hospitalibus, aut alibi, habendi sunt ...legitimis ex jure com. Canonico, & civi-...li ex Bulla Greg. XIV. anno 1591. *v. à num.* ...246. *& n.* 39.

4430. 4. *Ex defectu ætatis*, de qua *in tom.* ...321. *& an.* 101.

4431, 5. *Ex defectu sacramenti*, seu significationis matrimonii, ratione bigamiæ, quatenus bigamus, utpotè qui carnem suam divisit in plures uxores, non repræsentat perfectè unionem Christi cum Ecclesia.

Bigamia, est matrimonii multiplicatio: est ...ples, *Vera, Interpretativa, & similitudinaria*.

Vera habetur, quando quis baptizatus ...tra matrimonia valida successivè contra-...it, & consummavit, quia tunc verè carnem ...suam in plures divisit.

Interpretativa habetur, quando quis matri-...monium validum contraxit, & consummavit ...cum vidua, vel cum violata ab alio, vel co-...rrupta suam uxorem, quæ cum aliquo adul-...terata; tunc enim ità se gerit, ut interpretetur, quod plures uxores habuerit.

Similitudinaria habetur, quando quis ...baptizatus in Sacris, aut in Religione profes-...sus matrimonium contrahit, & consummat, ...cum quacumq; etiam virgine; hic enim per ...eam solemne contraxit matrimonium spi-...rituale, & similitudinarium cum Christo; un-...de matrimonium contrahens, & consummans, e-...rit similis ei, qui carnem suam in plures di-...vidit: hæc triplex bigamia ex jure irregularita-...tem inducit.

4432. 6. *Ex defectu bonæ famæ*, quando ...quis contraxit infamiam; quod dupliciter ...contingere potest. 1. Sine culpa, ratione ar-...tis vilis, quam exercet, cui ex jure est annexa infamia: tales sunt histriones, circulatores, mimi, comœdi, filii publicæ meretricis, &c. 2. Ex delicto notorio, & publico, cui est annexa infamia, ut in *n.* 4429.

Damnati ad triremes sunt infames: hinc ortum est vulgare dictum: *A triremibus ad Altare non datur regressus*. Lezana *tom.* 1. *c.* 16. *n.* 32. *v. n.* 4473.

4433 7. *Ex defectu libertatis*, irregulares sunt mancipia, curiales, videlicet Judices, Advocati, Procuratores, Milites, Thesaurarii, Depositarii publici, Tutores, Curatores, dum actu talia munera sæcularia exercent.

4434 8. *Ex defectu lenitatis*, seu mansuetudinis, quæ fuit in Christo, qui in mulierem in adulterio deprehensam mortis sententiam proferre noluit, & pro suis Crucifixoribus Patrem oravit. Incurritur etiam sine culpa ex homicidio, aut mutilatione voluntaria in bello justo, aut judicio.

Hinc irregulares sunt Judices sententiam sanguinis proferentes (Summo Pontifice excepto) mortis scilicet, aut mutilationis; Notarii eam scribententes, accusatores, testes, Advocati, Procuratores, ministri justitiæ, & omnes, qui ad mortem, vel mutilationem activè, efficaciter, & proximè, per actionem ex natura sua ad eam ordinatam, cooperantur, morte, aut mutilatione secutâ. Judex autem, & alii Ministri hanc irregularitatem non incurrunt, nisi, dum ea faciunt, sint baptizati; nam si ea fecerint antebaptismum, non consideratur in eis defectus lenitatis, cùm tunc non fuerint membra Christi: Non requiritur autem, quòd reus, contra quem fertur sententia, sit baptizatus; quia defectus lenitatis cōsideratur in agente; unde cujusvis hominis, aut mutilatio irregularitatem inducit in Judice, & Ministro justitiæ baptizato. Leander *de censuris tract.* 2. *disp.* 7. *q.* 11 & 12.

Ant. à Spir. S. *de censuris tr.* 12. *disp.* 5. *sect.* 6. §. 1. *n.* 104.

4435 Irregularis est Confessarius, qui lictorem urget ad mortem reo accelerandam, vel qui ipsum reum impellit, ut scalas ascendat, ut caput securi præbeat, vel qui Judici petenti in particulari respondet, hunc esse morte plectendum.

3436 Item, qui patibulum adaptat, & qui ligna fert ad comburendum hominem vivum; quia istæ sunt actiones efficaciter, & proximè, & ex natura sua ordinatæ ad mortis executionem: irregularis non est, qui ligna fert ad comburendum hominem jam suffocatum.

4437 Econtrà irregularis non est Confessarius, aut theologus, qui interrogatus, an reus mortem mereatur, Judici respondeat: *Non habendum esse respectum personarum, sed circa illum suo munere fungi debere.* Nec si carnifici dicat: *Nemo te impedit tuum facere officium, ego meum feci.*

4438 Nec Confessarius, qui absolutionem denegat Judici nolenti secundùm leges reum morte puniri, si ad id sub mortali teneantur; dummodo tamen generaliter loquatur, ut puniat juxta leges, & uti in conscientia tenetur ob Reipublicæ bonum; quia hoc pacto directè nullius determinatæ personæ mortem consulit. Ità Matthæucci *tomo* 2. *pag.* 137. *n.* 43. ex Cabasutio *lib.* 5. *c.* 20. *n.* 17.

4439 [Nec Clericus (ait Busemb.) qui in bello justo ad fortiter pugnandum, & hostem repellendum hortatur; secùs si ad hunc, vel illum in particulari occidendum. Sic pariter excusatur timpanista, & tubicen.]

4440 Nec qui ligna, funes, gladios, &c. construit, & lictori vendit; quia sunt actiones remotæ, aut non ex natura sua ad mortem ordinatæ.

4441 Irregularis est, qui militat in bello justo aggressivo, ex defectu lenitatis, etiam *Cleric. & c. Quicumq; quæst. uit. dist.* in bello *justo*; quia si esset injustum, irregularitas non ex delicto, nempè ex homicidio voluntario.

4442 At in bello justo defensivo licet hostem invadentem, aut muros Urbis oppugnantem, in Religionis, Patriæ, seu Bonorum defensionem occidunt, non tamen regulares; quia est homicidium involuntarium defensionem cùm moderamine inculpatæ tutelæ, ut in *n.* 2095.

Clerici verò irregulares fiunt, si laici deficiant, sed sufficiant. Gobat. *tr.* 8. *cap.* *sess.* 2. *append.* 3. quia respecta eorum actione adest necessitas inevitabilis, & sic defectus moderamen inculpatæ tutelæ. Non fiunt irregulares, si laici deficiant, aut non sufficiant; quia tunc eorum actio est ad defensionem necessaria, & inde adest moderamen inculpatæ tutelæ.

4443 Irregularitatem incurrit Chirurgus suæ artis imperitus, si ex ejus incisione, aut adustione mors sequatur, *c. Tuam* §. Medicus, si sit peritus, omnem diligentiam adhibuit, *c. De occidendis* 23. *q.* 5. Nec Medicus, physicus, si omnem diligentiam adhibuit, *cap. Ad aures, de ætate, & qualitate.* Imò, inquit, in Chirurgo [etiam si mors ex ejus incisione sequatur] non deest lenitas, cum ipse intentum sit abscindere partem, ut totum conservetur: *v. n.* 4426.

Sed hæc irregularitas ex Chirurgia, supponat imperitiam, propriè est irregularitas ex delicto, ut in *n.* 4426. *vide ibi n.*

DE MUTILATIS

4444 Oportet distinguere, cum Matthæucci *Curia rom. 2. à nu. 63.* 4446. Vel quis sponte se mutilavit, seu causam mutilationis procuravit; vel fuit ab alio mutilatus, sive casu, sive ex justa causa, putà infirmitatis, sive ex injusta vi, seu persecutione.

Si primum, evadit irregularis, nedum ex delicto sed ex delicto mulitationis, ut in *n.* 4000.7. Quia nemo est sui corporis, suorumve membrorum dominus, ita ut neque posit cuipiam eorum abscissioni consentire (nisi bonus corporis, aut membri principalis reparatio exposcat, *cap. Si quis il 3. dist. 55.*) neque in sua membra sævire. Et iste ab ordinum exercitio removetur, etiam si mutilata sit pars membri, *cap. Si quis. partem dist.* 56. ita ut notat Gloss. *ad cap. Significavit*, *verb. mutatis*, in hoc facto non tam consideratur defectus, quàm sævitia, & mala voluntas: *v. num.* 4508.

4445 Eâdem ratione *in cap. Si quis il* 1. *dist.* 55. decernitur, ut non fiat Clericus, qui sibi virilia amputavit, aut amputari curavit, etiam si causâ continentiæ, aùt alio obsequii egerit; quoniam non ferro, sed religione est quærenda castitas. Glossa *in cap. Significavit.* Ita Marthæucci *cit.*

Qui idem ampliat ad eum, qui se permittit castrari ob vocem musicam. Hunc tamen non esse irregul.rem, docet Gobat. *in casuum occurrentiis tr. 8. casu 17. à num. 689.* quia reliqui Canones expresse loquuntur de eo, qui se castrari fecit, aut permisit ex sua culpa, videlicet ex indignatione, aut indiscreto castitatis zelo minimè de eo, qui id egit ob vocem musicam: Et probabile esse id licere, docent plures graves Doctores relati in *num.* 4073. irregularitatem autem non incurrit, nisi sit in jure expressa, dictum est in *n.* 4419. Probabiliùs tamen est, hunc esse irregularem, ait Leander *de pœnis tr. 2. disp. 2. q. 57.* quia verè, & voluntariè ad sui membri mulitationem sine necessitate concurrit.

4446 Hic autem, cui sunt amputata virilia, si dispensationem obtineat, ut promoveatur ad Ordines, non tenetur secum deferre testiculos in pulverem redactos, dum Missam celebrat, Leander *cit. q. 61.* cum Com. quia hoc nullo jure disponitur, sed est error vulgi.

4447 Si secundum videlicet si sine sua culpa fuit ei membrum abscissum, non evadit irregularis, si membrum amissum non sit tale, ut usum Ordinis impediat, aut notabilem deformitatem afferat: Tale non erit, si sint abscissa virilia: Tale etit pro Sacerdotio, si sit abscissus digitus necessarius ad Eucharistiæ fractionem, Tunc autem irregularis erit ex defectu corporis, ita ut si abscissio contingat ante assumptos Ordines Sacros, non possit ad illos promoveri; si contingat post Sacerdotium assumptum, non possit Missam celebrare; potest autem in aliis Ordinibus, & Officiis ministrare, pro quibus nec impeditus, nec deformis est.

CLERICUS.

4448 Non potest esse accusator in causa sanguinis, *cap. Sicut Sacerdotes 2. q. 7.* nec testis, *cap. Testimonium 11. q. 1.* nisi ad innocentis liberationem, & ex sui Superioris licentia; alioquin irregularis evadet. Idem dic de Religioso.

4449 Clericus jurisdictionem obtinens temporalem non fit irregularis, si causam sanguinis alteri deleget, dummodò non mandet, ut illum morte puniat; sed solùm injungat, ut inquirat veritatem, & provideat

de re de justitia, *in cap. Episcopus in 6. pag. mihi* 123. *a lib. 5. tit. 24. de Clerici, vel Monach.* his verbis (licèt Clericis causas sanguinis agitare non liceat, eas tamen, cùm jurisdictionem obtinent temporalem, debet & possunt, metu irregularitatis cessante, aliis delegare.) Et Glossa ibi.

Hinc in Regno Siciliæ, si in jurisdictione temporali præsideat Prælatus Ecclesiasticus, causâ sanguinis occurrente, non utitur solito ritu (Excellentia sua providet, & mandat, ut Titius suspendatur) sed mutato [Excellentia sua providet, & mandat, ut Tribunal M. R. C. inquirat veritatem, & provideat de justitia.]

4450 Personæ Ecclesiasticæ tradentes Curiæ Sæculari delinquentes refugiatos in suis Ecclesiis, in casibus expressis à Greg. XIV. relatis à *num.* 658. in quibus immunitate non gaudent, nullam irregularitatem incurrunt, aut censuram: *v. num.* 690.

4451 Gubernator Urbis Romæ, & Ministri de ejus mandata executores in causa sanguinis, mortis, aut mutilationis, irregularitatem non incurrunt. Leo X. *in const.* 8. *Et si pro cunctarum* §. 12.

4452 Clericus aliquem accusans in causa homicidii aut alterius delicti quod mortem meretur; ut irregularitatem vitet, morte, aut mutilatione accusati secutâ, debet priùs protestationem præmittere, se non intendere, ut reus pœna sanguinis puniatur, sed solùm ubi sibi, vel suis satisfiat, & provideatur, ne contra se, aut suos talia de cætero fieri præsumantur.

4453 Hanc protestationẽ requirit Canon. *cap. 2. de homic. eid. in* 6. ad defectum limitatis purgandum: Et eam concedit ùti privilegium Clericis; ne si Clerici (est ipse texus) metu irregularitatis conqueri de suis malefactoribus non auderent, detur plerique occasio eos trucidandi, aut ipsorum bona deprædi. Bonac. Busemb. hic. Pirhing. *in comm. lib. 5. tit. 12. §. 2.* Quæ protestatio ut cesset, vide Matthæucci *tom. 2. pag. 137. num. 38.* (quæ tur, ut dicantur agere civiliter, quia accusant de crimine in ordine ad castig sed ad refectionem damni recepti, cautelam ne iterùm ab eo, aut similibus lefactoribus damnum recipiat.)

4454 Et sufficere, tenet Auaxo *tr. 1. num.* 10. etiã si animus interius nocendi rus, sed mortis; quia licèt tunc talis actio esset ficta respectu effectûs efficacis ni mortis, est tamen vera respectu effectûs inefficacis interni non mortis, & operationis efficacis externæ; quia talis protestatio ratur, ut accusatus non moriatur aut mutilatur ex vi accusationis illius; quia tunc jam reverà accusator protestatur se non ponere querelam criminaliter, sed civiliter, uti supra.

4455 Eâdem ratione Clericus tradens judici sæculari, aut ejus Officiali furem cum signis ad eum convincendum, irregularitatem non incurrit, licèt officialis occidat aut mutilet, si dictam protestationem præmittat. Fagnanus *in lib. 5. cap. Ad audientiam 12. de homicidio, ex cap. Tuam nos §. ad finem & cap. Postulasti.*

JUDEX ECCLESIASTICUS DEGRADANS

4456 Clericum morte dignum brachio sæculari tradens, regularis non est; quia, per tale n non applicat reum positivè judicio quod utique esset principaliter, efficaciter proximè ad mortem cooperari; tem enim talis actionis non est mors, sed exclusio à statu, & foro Clericali.

4457 Confirmatur: irregularitas hac non incurritur, nisi per influxum

tum, aut mortalem proximum in homicidium, aut mutilationem; in re autem nostræ Judex Ecclesiasticus non dat jurisdictionem Judici laico in talem reum; quia ex se illam habet in Clericum degradum. Nec inducit illum per se, & proximè ad pœnam sanguinis, sed tantùm remotè, & valdè per accidens, quatenùs illum de tali crimine convictum permittit, ut à brachio laicali capiatur, & judicetur.

4458 Undè (ut rectè advertit Auraxo *cit.* n. 1.) verbum illud, *traditio brachio sæculari*, aliud est, quàm remotio prohibentis; scilicet privatio Clericalis privilegii in Clerico, & laico dimissio, seu relaxatio personæ; quod declarat Innoc. III. *in c. Novimus, de haret. §. fin.*

4459 *Ut Clericus, qui propter hoc, vel aliud simile grave, non solum damnabile, sed damnosum fuerit degradatus tanquam exutus privilegio Clericali, sæculari foro per consequentiam applicetur; cum Ecclesiæ foro fuerit privatus, ejus est degradatio celebranda sæculari potestate præsente ad pronunciandum eum cum fuerit celebrata, ut in suum forum recipiat degradatum, & sic intelligatur tradi curiæ sæculari, &c.*

4460 Nec obstat, quòd textus loquatur de Clerico; quia etiam ob identitatem rationis procedit de laico; nam sicut Judex Ecclesiasticus relaxando Clericum, non tribuit jurisdictionem Judici laico, quia hic ex se jurisdictionem habet in Clericum degradatum; ita potiori jure relaxando laicum, quia pariter Judex laicus ex se jurisdictionem habet in illum.

4461 Attamen, quia remissione, & relatione, sive Clerici, sive laici, Judici sæculari, remotè, & per accidens occasionem præbet mortis, & sic videtur à lenitate Christi deficere adhuc debet recensitam protestationem præmittere, qua omnis defectus lenitatis (si quis sit) purgetur: liquet ex *dicto c. Novimus*: per hæc verba: *Pro quorum debet Ecclesia* (videlicet Judex Ecclesiasticus) *efficaciter intercedere, ut citra mortis periculum, circa eum sententia moderetur.*

Ubi particula *debet* innuit, talem protestationem esse præceptam, idque ad majorem securitatem, & omnem irregularitatis periculum amovendum: ità Auraxo *cit. n.* 8.

4462 Ex dictis sequitur, quòd Judex Ecclesiasticus, si completo processu, & data sententia, putà carceris, tremium, &c. contra Reum putatum Clericum: pro delicto, quòd apud laicos morte punitur, reperiat eum esse laicum, & causa non sit sui juris: tunc debet à judicio illo desistere, uti Judex incompetens, & suo legitimo Judici laico talem Reum in suo judicio de delicto convictum, & confessum remittere, recensita protestatione præmissa, ex qua irregularitatem vitabit, si mors sequatur.

4463 Nec inde irregularis erit Clericus testis, quia coram eo Judice Ecclesiastico testificasse reperiatur; 1. Quia cùm à Judice Ecclesiastico non agatur causa sanguinis, non dicitur testis in causa sanguinis, 2. Quia protestatio, purgando defectum lenitatis in Judice Ecclesiastico, Reum per se convictum remittente, purgat totum actum; eò maximè quia illius testificatio non influit in sententiam sanguinis postea à Judice laico latam: fuit namque coram Judice Ecclesiastico, minimè coram Judice laico, 3. Quia Judex Ecclesiasticus, Reum remittendo legitimo Judici laico, non remittit processum taliter, quòd virtute illius ad mortem condemnet, sed novum format.

4464 Et dato, quòd Judex Ecclesiasticus una cùm persona processum remitteret, & virtute illius Reum ad mortem damnaret, so-

lus Judex Ecclesiasticus,& non recensitus testis irregularis evaderet;quia solus Judex esset causa proxima, efficaciter influxiva in linea ministri Justitiæ in mortē; minimè testis quia testis deposuit coram Judice Ecclesiastico, apud quem non agitur causa sanguinis: Quòd autem postea ex remissione facta processūs, testis illius depositio influxerit in mortem, per accidens se habet testi, & præter ejus intentionem; adeóq; nullo pacto irregularis evadit,

4465 Inquisitores ex Privilegio Pauli IV. 29. Aprilis 1557. ad favorem fidei concesso, & consultores ex eodem privilegio pro eis à B. Pio V. extenso, possunt absq; prædicta protestatione Reos fidei per sententiam declaratoriam criminis condemnare, & brachio sæculari tradere. Auraxo *cit.* & Ant. à Spir. Sanct. *de Censuris tr.* 12. *disp.* 5. *sect.* 6. §. 1. *n.* 114. Qui addit judicem sæcularem, ut sententiam mortis contra hæreticos exequatur; quia etiam ad id extendit Pontificium privilegium Mascolus *lib.* 2. *de Irregul. c.* 10. *n.* 5. & alii communiter.]

4466 Quia tamen quatuor quæsita, quæ proponit, & resolvit P. Tamb. *in tom.* 2. *lib.* 10. *tr.* 4. *cap.* 15. *triam* §. 13. *à n.* 36. *ad* 41. *& quartum in* §. 10. *nu.* 21. 41. valdè dicta firmant, & dilucidant, ea tibi refero.

PRIMUM.

4467 *An Episcopus possit sine irregularitate dare licentiam Judici laico exhumandi ab Ecclesia corpus occisi, ut constet de corpore delicti, & ad formandum processum?*

P. Diana *par.* 4. *tr.* 2. *res.* 95. resolvit, ut sequitur. [Respondet negativè Julius Lavorius in suis variis elucubrationibus, *tit.* 2. *c.* 7. *nu.* 31. quia ad incurrendam irregularitatem ex defectu perfectæ lenitatis requiritur, quòd actus qui fit, sit causa proxima, & directa in mortem, vel mutilationem, non autem causa remota, ut ex Navarro *c.* 21. *n.* 211. Addas *de cens. p.* 6. *dis. p.* 5. *sect.* 2. docet Turrianus *cons. lib.* 9. *disput* 66. *dub.* 3. Sed in nostro actus ostendendi cadaver occisi, est remotissimus, & suaptè naturâ non directus ad mortem, vel mutilationem, & Episcopus id operantur, sed tantùm permittit exhumari corpus, & capi informationes. Ergo, dubia hanc sententiam præter Lavorium docent iam in terminis, ut dici solet, terminantes doctus Aloysius Riccius in praxi n. 1. 453. & ità præticatum fuisse in Curia Archiepiscopali Neapolitana, testatur M. Antonius Genuensis in praxi *c.* 42. *n.* 10. Addit idem docet Venerus *in exam. Episc. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 19.

4467 P. Tamb. *cit. inquit*: Posse Episcopum irregularitatis dictam licentiam concedere [ajunt nonnulli, ut Venerus *in exam. Episc.* 9. *c.* 30. *n.* 26. Bonacin. *de contr. d.* 3. *q.* 4. *n.* 11. Lavorius *var. s.* 1. *tit.* 2. *c.* 7. *n.* 31. *n.* 57. Diana *p.* 4. *tr.* 2. *res.* 95. alios citando dunt aliqui debere; ità Lavor. *loc. cit.* Sed fecto, si petitur cadaver, ut constet de corpore delicti, ad inquirendum contra personam determinatam, quis scilicet delictū fuit, omnes consentiunt, posse Episcopum centiam concedere, quia id solùm est remotum ad sententiam fortè mortis cuturam. At difficultas vertitur, an quando cadaver requiritur, ut constet suspicio, vel compleatur probatio contra quam personam peculiarem. Sunt v. gr. cia contra Titium; petitur verò corpus interempti, ut videatur, an vulnus dato veniat cùm gladio, quem Ministri runt sanguine aspersum apud delinquentem vel quid simile. Et nihilominùs quamvis tiquiores putaverint, tunc non posse Episcopum licentiam concedere, ne concurrat proximè ad processum sententiæ sanguinis

in personâ determinatam; tamen ex prædicta doctrina, quòd irregularitas ex defectu lenitatis non incurritur, nisi à Ministris justitiæ, sequitur, posse sine irregularitatis timore, quia eam, quòd facit Episcopus, etiam positivè concedendo licentiam, non facit ut Minister pœnæ, putà nec ut accusator, nec ut testis in judicio criminali, &c.

Et tamen notanda monitio Congregationis 11. Novemb. 1619. *in Man. V. Sepult. in Addit. n.* Cardinalium super negotiis Episcoporum, quæ apud Gavantum sic habet: *Non datur Episcopus dare licentiam exhumandi corpus ad hoc ut laici sumant indicia in Criminalibus.*

4469 Quòd irregularitas hæc ex defectu lenitatis non incurratur, nisi à Ministris justitiæ, videlicet ab iis, qui ad deformationem, vel mutilationem hominis concurrunt in hac auctoritate publica, tenet Gobat *in Experientia tr. 8. casu 17. à n. 678. ad 660.* quòd tenet pluribus juribus, & Doctoribus. Matthæucci *tom. 2. pag. 136. n. 35. exc. Aliquando 51.* Tales sunt accusator, Testis, Advocatus, Notarius, Satellites, Lictores Carnifex, & similes; hi namque omnes potestate magistratu accepta ad deformationem concurrunt, & sic auctoritate publica. Hinc fit, ut talis inhabilis non sufficit, nec admittitur, sed repellitur.

SECUNDUM.

4470 *Titius postquàm renunciavit coram Episcopo Clericatum, delictum morte dignum commisit, & fuit à judice laico comprehensus. An Episcopus à judice laico requisitus possit sine metu irregularitatis copiam talis renunciationis Clericatus illi præbere?* Idem quæritur de copia degradationis verbalis.

Diana *cit. in fine* subdit (Notandum est etiam hic, quòd *Gemensis*, ubi supra, testatur in dicta Curia resolutum fuisse, posse concedi Curiæ sæculari copiam sententiæ depositionis, sive degradationis verbalis, & renunciationis habitus Clericalis alicujus Clerici inquisiti de homicidio in Curia sæculari, allegantis se esse Clericum, & Curia sæcularis negabat esse Clericum ob prædictam depositionem, & renunciationem: sed tu in supradictis cogita.)

Super dictis Dianæ P. Tamb. *cit.* prosequitur. Respondeo. [Diana *loc. cit.* postquam visus est affirmasse, quòd possit, addit: sed tu cogita. Ego vero cogitarem, si prædictam hactenùs doctrinam nescirem, vel eam improbabilem judicarem. Nunc verò, cùm videam Episcopum, vel ejus Ministros, tradendo copiam talis renunciationis, vel depositionis, non fungi munere Ministri justitiæ sæcularis, nec Accusatoris, nec Testis in judicio, censeo, probabile esse, quòd possint. Non ità esset, si traderent eidem curiæ sæculari processum fortè ab ipso Episcopo factum de homicidio commisso à Clerico; illum enim processum cum fecerit Episcopus ut minister etiam ipse justitiæ, si deinde occideretur delinquens, concurrente quamvis solùm ex parte ejusmodi processu, nequaquam ab ipso irregularitas evitaretur.]

TERTIUM.

4471 *An judex Ecclesiasticus possit sine irregularitatis metu judici laico cedere quasdam Epistolas apud reum inventas, quibus idem judex Ecclesiasticus probaverat, dictum reum commisisse homicidium proditorium, adeoque immunitate non gaudere?*

[Respondeo [ait Tamb. *cit.*] non posse. Ratio principalior est, quia Ecclesiasticus dare utiliter non potest has Epistolas, nisi etiam det processum, seu partem processus, quo apparet, eas Epistolas inventas esse apud

Reum: at omnes Doctores clamant, processum judici Laico non posse dari ab Ecclesiastico, *ut supra* §. 10. *n.* 21. Vidimus. Lege Tanredi, *p.* 2. *q. mor. tr.* 1. *& seq.* qui latè hoc prosequitur, sed hujus nostræ solidæ rationis non meminit.]

QUARTUM.

4471 *An judex proferens sententiam sanguinis contra delinquentem, incurrat irregularitatem, quando ad executionem mortis requiritur sententia alterius judicis?*

[Respondeo, esse distinguendum; si enim posterior judicis sententia utatur processu, seu probationibus, seu sententia habita à priore judice, quia tunc uterque concurrit ad mortem, uterq; incurrit in irregularitatem; si non utatur, liber erit prior judex, & solus posterior in illam incidet; quia tunc prior judex nullo modo concurrit ad mortem. Non est igitur audiendus Henriq. *lib.* 14. *c.* 12. *n.* 5. cui adhæret Avil. *de Censur. p.* 7. *d.* 5. *sect.* 2. *dub.* 1. quin hoc casu priorem judicem liberat semper] *v. n.* 3543.

IRREGULARITAS TOLLITUR

4472 QUatuor modis. Primò per Baptismum: per eum tolluntur irregulares ex delicto, puta homicidii, mutilationis, &c.

Item ex defectu lenitatis: *ut in num.* 3434. Non tolluntur irregularitates ex defectu durante, uti sunt ex bigamia vera, & reali, ex infamia; ex defectu animæ, corporis, libertatis, &c.

4473 Secundò, per cessationem causæ, seu defectus. Sic cessante infamia per publicam emendationem, aut defectu corporis, vel defectu ætatis, tollitur irregularitas. Et in obligato ad publica ratiocinia, post rationes redditas cessat irregularitas, seu impedimentum, ut promoveatur ad Ordines.

4474 Tertiò, per Professionem Religiosam: sic cessat irregularitas natalium quoad Ordines tamen, minimè quoad dignitates & prælaturas: *v. n.* 4484.

QUARTO PER DISPENSATIONEM.

4475 PApa potest in omnibus irregularitatibus dispensare, Com. quia irregularitas est de jure Canonico, sumens est Summus Pontifex, cum sit ejus legislator.

4476 Episcopus dispensare potest cum suis subditis, & in sua Diœcesi, in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quæ oritur et homicidio voluntario, supplet u injusto, non culpa sed ex proposito patrato: *ut n.* 1376.

Potest dispensare in irregularitate ex mutilatione occulta; quia hæc in jure non reputur, Quid sit occultum: *vide a n.* 3317.

4477 Pro irregularitate ex hæresi tacta dictum est *a n.* 3338. In irregularitatibus defectu, Episcopos solùm in bigamia latitudinaria dispensare potest, minimè in ea, ex Declar. S. Congr. Conc. apud Fagnanum *in lib.* 1. Decr. *c. quoniam* 13. *de Constit.* n. Nec interpretativa.

4478 Posse tamen dispensare cum illiqui linguam latinam parùm callet, ut cum quovis illegitimo ad Minores Ordines beneficium simplex, etiam si habeat annexum curatum, docet Ant. à Spir. Sanct. *de Sacram. tr.* 13. *dis.* 2. *sect.* 12. *n.* 151. cum Diana *p.* 2. *tr.* 2. *res.* 86. *& par.* 4. *tr.* 2. *res.* 62.

4479 Archiepiscopus non potest cum subditis Episcoporum suffraganeorum dispensare, nisi in actu appellationis; quia tunc subditi ratione appellationis.

4480 Prælati Regulares possunt cum subditis dispensare in omni irregularitate excepta ea, quæ oritur, 1. Ex homicidio

...tario injusto, non casuali, seu ex propo-
...to parato, 2. Ex mutilatione pariter volun-
...ria, & injusta, ex proposito patrata, 2. Ex
...gamia vera, & interpretativa. Unde pos-
...dispensare in similitudinaria. Constat ex
...ibus relatis *à n.* 3375. Et maximè ex verbis
...lis Matris Magni Minorum Sixti IV. *Incip.*
...mni. Quibus conceditur facultas

4481] Generali, & Provincialibus Mini-
...stris dicti Ordinis, pro tempore existentibus,
...illorum Vicariis, dispensandi cum dicti Or-
...dini Minorum professoribus defectum na-
...lium, ex adulterio, sacrilegio, incestu, aut
...vis alio nefario, & illicito coitu proveni-
...entem, patientibus: nec non cum his, qui
...quavis causa, præterquàm homicidii vo-
...luntarii, bigamiæ; & mutilationis membro-
...rum, irregulares forent, postquam Ordinem
...jam professi fuerint, ut defectu, & irregu-
...laritate hujusmodi non obstantibus, irregula-
...riter ad quoscumque, etiam ad Sacros Or-
...dines, promoveri, & in illis, etiam in Alta-
...ris ministerio, ministrare; & tam ipsi irregu-
...lares, quàm defectum natalium patientes
...dicti, ad quascumq; administrationes, &
...dicti Ordinis, eligi, recipi, & assumi,
...que gerere, & exercere liberè valeant,
...tenu, scientia, & authoritate prædicta con-
...dimus.]

4482 Idem conceditur in aliis Bullis Matris
...Magni Prædicatorum, & aliorum Mendi-
...cantium: Et quia ibi excipiuntur expressè ali-
...quæ irregularitates jam recensitæ, facultas ad
...dispensandum ampliatur in omnibus aliis;
...quam exceptio firmat regulam in non ex-
...ceptis. Ant. à Spir. Sanct. *cit. n.* 335. & 334. Le-
...ster *de pœnis dis. q.* 135. Dian. *p.* 4. *tr.* 2. *res.*
...69. *p.* 1. *tr.* 12. *res.* 12. cum pluribus, ob
...eamdem rationem idem docent de irregulari-
...tate defectu lenitatis. Matthæucci *in Offi-*
...*cio Cariato.* 2. *pag.* 146.

4483 Excipiuntur irregularitates ex defectu
animæ, & ex defectu corporis, *à num.* 4427
recensitæ, defectu durante. Unde rectè ait
Matthæucci *cit.* non posse Prælatos Regula-
res dispensare [cum suis subditis amentibus,
furiosis, epilepticis, lunaticis, energumenis,
enormiter leprosis; cum abstemis, deformi-
ter gibbosis, notabiliter claudis, & gallico
morbo affectis; cum habentibus manus
tremulas, ut sit effusionis periculum; cum
omnino illiteratis, & similibus; hujusmodi e-
nim non possunt, nec decenter, nec congruè
Altaris ministerio deservire] *v. num.* 4427.

4484 Insuper quamvis in recensita Bulla
Sixti IV. concedatur Prælatis Regularibus,
nimirum Generali, Provincialibus, eorum-
que Vicariis, potestas dispensandi cum suis
subditis, quovis modo illegitimis, non so-
lùm ad Ordines, verùm etiam ad Prælaturas;
quo ad Prælaturas fuit restricta à Gregor.
XIV. per Bullam *Circumspecta*, hoc modo,
ut talis dispensatio ad Prælaturas fieri non
possit à Generali, vel Provinciali, nisi cum
Capitulo Generali, vel Provinciali, seu inter-
medio Capitulo, videlicet cum Congregati-
one pariter Generali, aut Provinciali, Hæc
sunt verba:

4489 [Volumus quoque, ac licere Gene-
rali, aut Provinciali singulorum Ordinum,
aut Congregationum, aut Hospitalium, ad
quos dicta dispensatio spectat juxtà tenorem
privilegiorum, & indultorum Apostolico-
rum eis concessorum, quæ dummodo usu re-
cepta, nec aliàs sub ullis revocationibus
comprehensa sint, ut præfertur, in hac par-
te revalidamus, cum illegitimis, quos aliàs
dictus Generalis, aut Provincialis, cum
Generali Provinciali, seu intermedio Ca-
pitulo (& non aliàs) suffragantibus meri-
tis, dignos judicaverint, ad honores, gra-
dus, & dignitates obtinendas dispensare, ac

dispensationes hujusmodi pro tempore ita factas, & inde sequutas quascumque, & antea, valere, & tenere perinde, ac si supradictæ Const. non emanassent.]

4486 Addit Mathæucci *in to. 2. Offic. curiæ pag. 158. nu. 80.* semper excipi Generalatum, ad quem nullo pacto Religio cum illegitimis potest dispensare; idque colligit ex Constit. *Romanus Pontifex* Innoc. XII. edita super facultatibus Majoris Pœnitentiariæ; & ex usu.

4487 Confessarii verò Regulares (quidquid ad favorem dicat Ant. à Spir. Sanct. *cit. num. 332. cum pluribus*) nullo pacto valent cum sæcularibus super irregularitatibus, sive ex defectu, sive ex delicto, dispensare, ut constat ex Bulla Clem. VIII. *in num. 3474.* relata, ubi expressè id prohibetur. Et multominus possunt Confessarii sæculares.

4488 Per Bullam Cruciatæ super nulla irregularitate potest dispensari. Com. quia per eam solùm datur potestas ad absolvendum à Censuris.

4489 Commissarium verò Cruciatæ posse dispensare cum illegitimo habito ex matrimonio invalido ob impedimentum affinitatis ex copula illicita in primo, & secundo gradu, Item in Bigamia similitudinaria, defectu lenitatis, & aliis, exceptis iis quæ oriuntur ex homicidio directè voluntario, hæresi, apostasia à fide, Simonia, & mala Ordinum susceptione; tenet Anton. à Spir. Sanct. *cit. §34.* Citans Dianam *p. 1. à 11. à res. 110. ad 115.*

PRO DEFECTU CORPORIS,

4490 ET respectivè pro defectu animæ duo sunt attendenda.

Primum. quòd benignius sit agendum super defectu post Ordinum susceptionem secuto communis. Unde Bonac. *dis. 6. de Irregu. qu. 2. p. 2. num. 25. & in compendio qu. 2. de Irregu. ex defectu*, inquit [nulli tamen defectus reddunt hominem inhabilem ad Ordines suscipiendos, qui si adveniant jam suscepto, non reddunt hominem inhabilem ad eum illorum, ut amputatio pollicis, &c. in Sacerdote.)

4491 Secundum. Quòd defectus corporis, qualis esset amissio oculi dextri, &c. libet alius, qui reddit patienter inhabilem ad Altaris Ministerium, & executionem Ordinis, vel qui affert deformitatem notabilem, talem tamen, ut possit facilitèr vitari, irregularitatem non inducit, ut communiter docent Doctores. Venerus *in Exam. Epis. cap. 22. num. 3.* Diana *p. 4. tr. 2. res. 73. dis. 7. qu. 2. p. 2.* Gabriel à S. Vincentio *de Irregularis dis. 11. quæst 3.* Tambur. *tom. 2. lib. 1. tract. 4. cap. 8.* Leander *part. 5. de Pœnit. dis. 2.*

Et innumeri alii; quorum fundamentum est, quia Sacri Canones nil aliud intendunt, nisi expellere ab Altari notabiliter deformes, & inhabiles, & consequenter concludunt, quòd in tunctis casibus, in quibus talis deformitas non habetur, & notabilis deformitas facilitèr vitari potest, ac tegi, non cesset; quoniam cessante materia, cessat & lex.

4492 Dictis non opponuntur Leander *qu. 43.* & Villalobos *tr. 1. diffic. 35. num.* asserens irregularem eum, qui curtus pollicis, vel indicis; quia id affirmat expressa suppositione, quod talis sit ab hostia elevationem, ac fractionem, tebit eos perlegenti.

4493 Sed potius dicta firmat textus Lanicus *in c. a). ultimo de corpore vitiato* bis (Tomus Monachus proposuit, qui in annis pueritilibus esset constitutus, barra fer ea super dexteræ suæ pollicem tuito casu cadens, ungulam avulsit

Quocirca mandamus, quatenus si ad frangendam Eucharistiam sit in pollice ipso postea, & aliud canonicum non obsistat, propter deformitatem hujusmodi non dimittas, quin eum ad Ordinem promoveas desiderio.]

4498 Hinc cum casus contigerit, quòd Sacerdoti fuerit casu abscissus pollex sinistræ manus, ipse tamen (ut examine, & experientia compertum fuit) juvamine indicis sinistræ manus, qui vice sinistri pollicis aptum utilium præstabat, faciliter hostiam frangebat, & sine deformitate elevabat: fui voti, quòd non esset à Sacerdotii usu removendus; quod probo jure, 1. Quia defectus erat in pollice sinistro, qui tantum famulatur dextro, in quo vimus ad frangendum residet; & in casu Canonis defectus fuit in pollice dextro, 2. quam casu Canonis defectus accidit ante Ordinis susceptionem; in meo autem contigit post susceptum Ordinem.

4499 Idem dicerem, si pollex fuisset abscissus vi sclopeti fracti in venatione à Sacerdote ipso facta recreationis causâ, & sine peccato.

4500 In hoc namque casu non potest dici quòd sit removendus à Sacerdotii usu mutilator; quia cum digitus non sit membrum, *ex num.* 4424. qui illum abscindit, non est mutilator.

4501 Nec ex vi capitis: *Qui partem diff.* Qui partem cujuslibet digiti sibi ipsi voluntarie abscindit, hunc ad Clerum Canones non admittunt; quia textus expresse loquitur de eo, qui abscindere; nostet autem Sacerdos, & abscindit operam rei illicitæ, nempè venationi Clericis prohibitæ, quamvis volens venatione pollicem haud abscidit volens; non dico, ut est certum; nec indirectè, cùm non per accidens, minimè per se, & regulariter ex venatione pollicis abscissio secuta, ut discurrunt communiter Theologi de voluntario. *vide num.* 24.

4502 Addè, textum per illud verbum *Volens* loqui de inquè abscindente, *ut dixi in n.* 4444. Et ponderat Del Bene *tr* 5 *sect.* 22. *n.* 8. *Venerus in Exam. Episcop. lib.* 1. *cap.* 22. *nu.* 2. & firmatur *ex cap.* 1. *de Cleric pugnantibus in Duello.*

4503 Dixi: *Et si dederit operam rei illicitæ*, quia illicitam esse Clerico venationem ferarum ob periculum, & indecentiam, licitam verò esse venationem avium, leporum, & similium, non clamorosam, sed modestam, cum retibus, aut laqueis. & cum aliquibus canibus recreationis causâ, docent Venerus *in Exam Episc. lib.* 5. *c.* 25. *n.* 2. & Diana *p.* 5. *tr.* 6. *res.* 29. Qui ait, illicitam esse Clerico venationem clamorosam, seu cum strepitu, & vocibus, *ex cap.* 1. *de Cler. Venat. & cap.* 2. *eod. tit.* quam venationem clamorosam (addit) non esse mortalem, si non sit frequens, sed raro fiat.

CASUS.

4504 *Juvenis quidam Clericus Diœcesis A. ab infantia totali calvitio laborans, ac proinde Clericali coma alienis capillis confecta sibi adaptata, ab Episcopo Diœcesis B. rei conscio (propriis Ordinariis legitima facultate obtenta) Minoribus fuit initiatus. Tandem quærit: An sit irregularis ex defectu corporis, ut ei præcludatur iter ad Ordines Sacros?*

Quamvis Doctores de Irregularitate ex defectu corporis agendo quamplura vitia enumerent, calvitium totale regulariter silent; quandoquidem etsi vitium irregularitatem inducens non censeri compertum esse debeat, si tantummodo sit quo ad aliquam capitis partem; notabilem tamen deformitatem, & horrorem afferre, præsertim in juvene, si totale sit, quis non videt?

4505

4505 Nihilominus dicerem, calvitium etiam tot.le, & in juvene, null ũ horrorem afferre, cu m assueti sumus cernere homines incedere solitos omninò sine capillis, quales sunt Mahumetani, damnati triremibus, & alii multi, q ui nec horrorem nobis afferunt, nec ad risum nos provocant.

Id inquam dicerem in exemplum, utpotè à Gentilibus, & hominibus perditis, aut infimæ plebis desumptum, valdè ineptum redderetur viris Sacris Altaribus deputandis cum *in cap. Illiteratos, dist. 36.* dicatur (vitiosũ nihil Deo prorsus offerri, legalia præcepta sanxerunt.)

4506 Adde, valdè dispar esse exemplum, quoniam allati homines, quos omninò sine capillis inspicimus, cum sua capita abradant, capillorum pilorumque vestigia ostendunt, & ideò non inducunt horrorem; non ita præfatus juvenis, quem capite prorsus mundo supponimus. Et hac ratione rejicitur Religiosum exemplum, quod à nonnullis Monachis posset desumi; in quare nõ præteream Ecclesiam arte velle in Monachis ad honorem quod humana malitia in Petri capite voluit ad opprobrium.

Et iterùm, adde nos non esse assuetos sic mundos capite cernere sæculares Clericos juvenes, & quidem eos Altaribus ministrare non intüeremur sine risu, aut horrore.

Qua propter satis rationabilis habenda est difficultas novissime mota: An præfatus Clericus irregularis censendus sit? Pro cujus resolutione, quid sentiam, requisitus:

4507 Dico, præfatum clericum irregularẽ non esse ex defectu corporis, ac proinde non esse ei præclusum ad Ordines sacros. Colligitur ex Canonibus citandis, & ex communi Theologorum doctrina.

Ratio est, quia nullum adest caput irregularitatis, ex defectu corporis. Ostenditur sic discurrendo: irregularitas enim ex defectu corporis, juxta communem Doctorum triplici capite potest oriri: primo ex defectu sexus virilis; secundò, ex defectu membrorum, aut salutis corporalis, talium redditu habilem ad ministrandum Altari; tertio, ex defectu inducente notabilem deformitatem aut horrorem: *dixi notabilem*, quia si admitas sit modica, irregularitatem non inducere, pro certo docet communis, *ex cap. Sane de Clericorũ de ægrotatione*, & in toto titulo *de corpore vitiatis*.

4508 In re autem nostra ex nullo dictis capitibus irregularitas oritur, nempe non ex primo, ut supponimus; nec ex secundo, quia membrum est pars corporis, quæ habet per se distinctum habet à cetera, ut manus, pedes, nares &c. capilli autem. superflui cum solùm sint ad ornamentum corporis, & nullam operationem per se distinctam habeant, pro certo membra non sunt, ac proinde nec mutilationis materia, ut docent communi Doctores citandi; neque patiens inhabilem reddunt ad exercitium Ordinis & Ministrum Altaris: *v. àn. 4424.*

4509 Nec tandem ex tertio; quia deformitas, quæ ex capillorum defectu oritur, facilime potest vitari per usum come conficiæ, uti ea allatus juvenis utitur, proinde non est censenda notabilis; & irregularitatem inducens.

Hæc illatio præterquam sit clara demonstratur à fortiori ex communi Doctorum doctrina.

4510 Et Primo. Carens, oculo irregularis est; si autem notabilis deformitas non appareat, vel si appareat, per partem obtegatur irregularis non est Leander *part. 1. Pœnis Eccl. tr. 2. disp. 2. & in comp. fol. 49.* 1. Tambur. *tom. 2. lib. 10. tr. 4. cap. 8.* 2. & apud ipsum, Nav. Hurt. Sear. Perp.

4511 Secundò. Carens auriculis ; quia non defectus valdè faciem deturpat, irregularis est; si tamen capillis faciliter occultaret defectus, irregularis non est. Leand. *cit. in comp. num.* 3. Tamb. *cit. num.* 8. Gabriel à S. Vinc, *de Censuris disp.* 11. *q.* 3. *num.* 81. Bonac. *disp.* 7. *quæst.* 2. *punct.* 2. *num.* 8. Diana *part.* 4. *tr.* 2. *res.* 74. *& in Summa, v. Irregularitas ex defectu n.* 19. & alii apud ipsos.

4512 Tertiò. Carens naso vel illius parte irregularis ex se est; quia quæ exigua deformitas est in exteris membris, magis conspicua est in naso, si tamen alicujus artis ope, aut cera, vel formâ carnem imitante, indecorum non appareret, irregularitatem effugeres. Ita Tamb. *cit. num.* 19. qui idem vult esse dicendum de cicatrice, vel simili existente in ore, aut gutture. Ita etiam Leand. *cit. in comp. n.* 6. Gabr. à S. Vinc. *cit. n.* 75.

4513 Quartò. Claudus, si sine baculo ambulare non potest, irregularis est; si tamen baculo potest ad Altare accedere, irregularis non est. Similiter habnes pedem, aut crus ligneum, vel crura valdè distorta & pares pedes, irregularis est; & tamen irregularis non est, si vestium oblongarum usu deformitatem tegere possit. Ita Lean, *cit. in comp. num.* 8 Tamb. *cit. num.* 17. *&* 18. Gabr. à Vinc. *cit. num.* 82. *&* 83. & alii multi apud eos.

4514 Idem docent de illis, qui carent unguibus, & universaliter in omnibus membris, in quibus deformitas notabilis vitari potest, & eo quorum ratio est eadem *de num.* 4495. Et hac ex causa Doctores quamvis sint solliciti in numerandis quamplurimis ejusmodi defectibus, defectum totalem capillorum reguläre silent; quia nimirum ex aliis resolutionibus clarè patet, quid sit dicendum.

4515 Cùm igitur in nostro casu deformitas facilitèr tegatur usu præfatæ comæ clericalis exinde existimari debet irregularitas. Nec officit si in supercíliis desint pili, quia parum pro nihilo reputatur, & in hac materia etiam locum habet parvitas.

3516 Neque huic resolutioni adversatur Alarius *lib.* 6. *Canonum Consc. fol.* 657. *num.* 3. ex Sacro *lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 6. hæc habens (idem [supple tu, irregularitas inducitur] si capilli capiti, & barbæ in totum exciderint, si id contingit ex lascivia & libidine, cum hujusmodi sint infames (non adversatur inquam, primo; quia intelligi debet, quando deformitas non tegatur, utliquet ex dictis. Secundò, quia solùm ex capite infamiæ irregularitatem arguit [& sic non sumus in casu] minimè ex capite deformitatis; & ritè, quoniam hæc potest tegi.

4517 Meam resolutionem, meamque rationem firmat Authoritas proprii Episcopi, qui rei conscius, adhuc præfatum Juvenem, etiam litteris, dimissorialibus sui proprii Ordinarii munitum, irregularem non judicavit, sed ad minores promovit; & nō ex alio motivo (ut credere oportet) nisi ex præfato prædictis casibus solidato.

4518 Addæ, quòd si totalis capillorum defectus allatum juvenem, á minoribus ordinibus non impediret, nec eum impedire debeat à sacris; ratio est, quia defectus illi, qui notabilem deformitatem, afferunt, irregularitatem inducunt etiam quoad Minores Ordines & statum Clericalem : ita expressè habetur; *cap si quis, c. Hi, qui, c. Eunuchus, cap qui partem dist.* 55. *& cap. Illiteratos dist.* 56 id etiam docent Gabr. a Sancto Vinc. *cit. num* 67. *&* 74. & Tamb. *cit. c.* 7. *n.* 3.

4519 In plura protenderer ni citati Doctores, ex Canonico jure moti, præsertim ex Clem. *si furiosus de homicidio*, cum Panorm. *in cap.* 1. *de Corp. Vitatis, & in cap.* 1. *&* 3. *de*

Cleric. ægr. mihi fieri non licere, innuentes, in casu dubio, Episcopi esse judicare & decernere, an defectus, vel deformitas sit ità notabilis, ut irregularitatem inducat.

DE DEPOSITIONE, ET DEGRADATIONE.

4520 DEpositio [est pœna, qua Clericus beneficio, aut usu Ordinis, vel utroque perpetuò privatur.]

4521 Degradatio (est pœna, qua Clericus non solùm Beneficio, & usu Ordinum perpetuo privatur, verum etiam extra statum Clericorũ ejicitur, & Clericalibus privilegiis per solemnem sententiam, & certis solemnitatibus, sine spe restitutionis exuitur.) Hæc definitio est degradationis completæ, prout verbalem, & realem degradationem complectitur.

4522 Degradatio enim est duplex, verbalis, & realis, seu actualis. Verbalis [est ipsa judicis sententia, qua Clericus munerum, & privilegiorum Clericalium perpetua amissione, sine spe restitutionis, punitur.]

4523 Degradatio realis, seu actualis, & solemnis, est ipsa executio sententiæ, & [est perpetua, & actualis privatio muneris, & privilegii Clericalis, post sententiam effecta, adjuncta reali actione, & cæremonia per Canones instituta.

Degradatio verbalis, dicitur depositio, quia adhuc sic degradatus gaudet privilegio fori, & Canonis, ità ut non possit à judice laico puniri, nec sine excommunicatione percuti. Per degradationem verò realem, & actualem, utrumque privilegium amittit, ità ut possit à laico puniri, & sine excommunicatione percuti.

4523 Degradatio verbalis dicitur respectiva, quatenùs est ordinata ad realem, & actualem.

4524 Censura, depositio, & degradatio conveniunt in hoc, quòd quælibet earum sit privatio spiritualis muneris, & quòd proinde illi Clerico conveniat.

4525 Differunt verò, quia censura est pœna medicinalis inflicta ad contumaciam coercendam, unde non est ex sui natura perpetua, sed infligi solet ad tempus, intendendo obedientiam, satisfactione præstita. Et licet perpetua, potest per absolutionem, aut dispensationem, tolli ab eo, qui illam infligit.

4526 Depositio verò est pœna ex natura perpetua. Sic pariter est degradatio actualis, & realis, quæ tamen à degradatione verbali differt in hoc, quòd privet non solùm usu Ordinis, & beneficii, sed etiam omni privilegio Clericali fori, & Canonis, nec ità verbalis, *ut in n.* 4523.

4527 Degradatio verbalis, fieri potest in absentem. Realis verò non nisi in præsentem.

4528 Itẽ realiter degradatus, non potest in integrum restitui, nisi à solo Papa: Verbaliter degradatus potest restitui per Episcopum, si degradatio fuit ob delictum gravius adulterio, *cap. at si Clerici, §. de Adulteriis.*

4529 Graviora adulterio dicuntur Sodomia, Simonia, Homicidium. Pignatellius, *consult. 91. n. 16.* Clericatus *cit. n.* 3.

4530 Degradatio realis nõ tollit character tem, quia est indelebilis; unde sic degradatus tenetur ad votum castitatis. Item adultras, si pœna, ad quàm damnatus est, non impediat; uti posset esse damnatus ad tremes.

4531 Clerici autem condemnati ad tremos non sunt priùs realiter degradandi, consuetudine, & pluribus Decretis S. Cong. Pignatellus *cit. n.* 4. & 5. Nisi essent damnati propter hæresim; *ex c. 1. de Her. in 6.*

...ale degradatio realis non infligitur, nisi in ...ibus, in quibus Clericus est Curiæ sæcula... tradendus, & in quibus ab ea pœnâ mortis ...atur.

4532 Prælati Regulares non possunt suos ...ditos degradare. Unde Episcopi est eo... rum causam degradationis cognoscere. Cle... ...mens *cit. n. 15. ut in n. 4535.*

SOLEMNITAS DEGRADATIONIS VERBALIS

4533 PRæscribitur, *in cap. 2. de Pœnis in 6.* (Proprius Episcopus, assistentibus ...is aliis sex Episcopis, in condemnatione ...byteri, tribus autem in condemnatione ...Diaconi, vel Subdiaconi, & coram his tan... ...quam Assessoribus, & justitiam causæ co... ...scentibus, sententiam in criminosum ...nuciet.)

In cap. Si quis Episcopus. Causa. 15. *quæst.* 7. ...Episcopus Sacerdotibus, ac Ministris solus ...nocem dare potest, sed solus auferre non ...test. Si enim hi, qui in hoc sæculo à do... ...nis suis honorem libertatis adepti sunt, in ...vitutis jugum non revocantur, nisi publicè ...ud Prætores, ac Præsides Tribunali foro ...erint accusati. Quantò magis hi, qui divinis ...ribus consecrati, honore Ecclesiastico de... ...untur? Profectò, qui nec ab uno damnari, ...ne uno judicante, poterunt honoris sui privi... ...gio exui, sed præsente Synodali judicio, ...od Canon de illis præceperit, oportet desi... ...ri. Idem *in cap. Felix ibid. ex in cap. Non po... ...sit sent. & Re judicata.*

4534 Ob difficultatem autem congregan... Episcopos absentes à propriis Ecclesiis, & ...e debita juris executio contra Clericos cri... ...nosos differatur, Concilium Trid. *sess. 13. ca. ...dere for.*

Edidit Decretum tenoris sequentis (Cùm ...rò tam gravia nonnunquam sint delicta, ab Ecclesiasticis commissa personis ut ob eorum atrocitatem è sacris Ordinibus deponendæ, & curiæ sint tradendæ sæculari, in quo secundùm sacros canones certus Episcoporum numerus requiritur, quos si omnes adhibere difficile esset, debita juris executio differretur; si quando autem intervenire possent, eorum residentia intermitteretur: propterea statuit, & decrevit Episcopo per se, seu illius Vicarium in spiritualibus generalem, contra Clericum, in sacris etiam Presbyteratûs Ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationē, necnon verbalem depositionem, & per seipsum etiam ad actualem, atque solemnem degradationem ab ipsis Ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis in casibus, in quibus aliorum Episcoporum præsentia in numero à canonibus definitò requiritur etiam absque illis procedere liceat: adhibitis tamen, & in hoc sibi assitentibus totidem Abbatibus, usum Mitræ, & Baculi ex privilegio Apostolico habentibus, si in civitate, aut diœcesi reperiri, & commodè interesse possint: alioquin aliis personis, in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graves, ac juris scientâi commendabiles existant.

4535 Ubi nota, Episcopum ad verbalem degradationem seu sententiam posse per se, vel per suum Vicarium Generalem procedere; quia est actus jurisdictionis, ad quem non est necessaria potestas Ordinis *ut à num. 4387.* sed jurisdictionis; & Vicarius Generalis quoad jurisdictionem facit unum, & idem Tribunal cum Episcopo: Actualem verò, seu solemnem actum degradationis exercere non potest, nisi Episcopus consecratus proprius, vel alius Episcopus consecratus de proprii commissione, quia est actus Ordinis Episcopalis. Joan. De Castillo *de censuris tract. 10. dub. 1. n. 17. & com. dx cap Transmissa; & Panor. in cap. Non potest de sent. & re judic. num. 3.*

4536 Praxim deinde dat Pontificale Romanum sub Urb. VIII. *reformatum* per hæc verba: *In examine, & in definitione requiritur numerus trium Episcoporum* (supple tu) in in degradatione Presbyteri, &c. *Dictabitur autem sententia depositionis ab Ordine, si intenditur, ut post eam sequatur actualis degradatio, nomine Episcopi Ordinarii, cum præsentia Cdpituli* (supple tu) in causa Clerici in minoribus: *sive cum Concilio, & assensu Episcoporum* (supple tu) in causa Presbyteri, vel Clerici in sacris, *in hunc modum: Quia nobis, &c. Idcircò de talium consilio, & assensu ab omni Ordine, & privilegio Clericali sententialiter te perpetuò duximus deponendum, & deponimus, &c.*

4537 Summatim igitur ad degradationem Episcopi intervenire debent duodecim Episcopi: Ad degradationem Sacerdotis proprius Episcopus cum aliis sex: Diaconi, aut Subdiaconi cum aliis tribus. Pro degradatione verò Clerici in Minoribus solus Episcopus cum præsentia Capituli, seu quorumdam de Clero repræsentantium Capitulum. Glossa *in cit. cap. 2. de Pœnis in 6.* Numerus verò sex, aut triù Episcoporum, ex Trid. relato supplerì potest per totidem infulatos Abbates, & in eorum defectu penalias personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, *quæ ætate graves, ac juris scientia commendabiles existant.*

4538 Difficultas tamen est de qualitate, sub qua alii Episcopi, seu Abbates ad degradationem requirantur. In qua re duæ sunt præcipuæ opiniones.

Prima docet, eos requiri ad degradationem verbalem, ad recognitionem scilicet causæ, & sententiam, ut collegas, & conjudices cum voto decisivo; non requiri autem ad actum solemnitatis. Suarez *de Censuris dis. 30. sect. 2. n. 19.* Jo. de Castillo *de Cens. tr. 10. dub. 1. Genuensis in Practicabil. Eccle. q. 730.* Clericatus *c. 153. n. 11.* Silvester *in Sum. ver. Degradatio.* Toletus *ibid.* Antonellus *de Regimine Eccl. lib. 6. c. 3. n. 2. 5. & 6.* Ant. à Spir. Sanct. *de Censuris tr. 13. dis. 4 sect. 2.* Castropal. *de Censur.* & alii apud ipsos item Bon. *tom. 1. dis. 3. quæst. un. n. 13.* Qui fundantur in recensita opinione.

Bonac. tamen vult, eos etiam requiri ad actum solemnitatis. At quantum ad hanc solemnitatis eos non requiri, docet ibidem censitos Doctores novissimè Præbendatus *Constitut. Canon. lib. 8. tit. 18. pag. 621. n. 7.* Eos præsse innuit Pontificale Rom. *cit.*

4539 Secunda opinio tenet, eos requiri solùm ad actum solemnitatis, minimè autem dicendos ad degradationem verbalem, scilicet causæ cognitionem, & sententiam. Fagnan. *in lib. 3. Decretalium, c. Aqua, de Consecr. Eccles. vel Altaris a nu. 29. ad 32.* Quorum pro hac opinione Declarationem S. Congr. Conc. ob quam, hanc opinionem sequitur Aldrete, & Passerinus.

Verba Fagnani sunt, ut sequitur: Advertione autem personarum Ecclesiasticarum, de quibus concilium loquitur, præter Regularium Mendicantium non comprehensi, dixit Sacra Congregatio, cùm non habent nomen dignitatis: & Abbates non debent interesse examinationi, vel processui solùm posse solemni, & actuali degradationi assistere, ut assessores; & posse Ordinarium alias personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, etiam non diœcesanas, adhibere.

Opiniones tantùm mihi sufficiat retulisse, solùm ne operi hæc notitia desit.

4540 Illud certum est causam hæresis exceptam privilegiatam, & casum hæresis excepta *c. Quoniam 1. de Hæreticis in 6.* ubi degradatio verbalis committitur solis inquisitoribus, aut proprio Episcopo. In causa hæresis, ad favorem fidei solus Episcopus & in locis S. Officii soli inquisitores [illegible]

Ordinario ad sententiam, & verbalem degradationem proceduut. Hæretici verò solemnis degradatio spectat ad Episcopum. *ut in num.* 453.

DECLARATIO S. CONGR.

QUm refert Fagnanus, nullam habet vim, 1. Quia non constat authenticè, uti requiritur ex Decr. Sac. Congr. Conc. jussu Urbani VIII. *ut in num.* 219. 2. Quia neque innotuit, an sit edita Papâ consulto, ut requiritur, ut haberet vim legis; *ex num.* 15. Unde in causa tam gravi, quanta est causa degradationis, & traditionis Sacerdotis Tribunali sæculari ad mortem, non est standum tam infimæ relationi.

Gratis autem ea data, adhuc potest cum ejusdem resolutione componi; ait enim: *Abbatem non debere interesse examinationi, vel processui*, videlicet examinationi testium, & rei, & confectioni processûs, cui quidem neque proprius Episcopus solet interesse; sed ea committit agenda ministris de sui commissione ut solet etiam à judicibus laicis servari; confecto autem à Commissario examine testium, ac rei, & completo processu, tunc judices illum examinant, ac recognoscunt super qualitate delicti, & probationibus, & inde ad sententiam deveniunt; uti innuit Pontificale Rom.

Insuper ait: *Sed tantùm posse solemni, & actuali degradationi assistere, ut assessores.* Ubi pro solemni degradatione accipitur verbalis degradatio, & prolatio sententiæ, quæ pluries dicitur solemnis degradatio; nam degradatio verbalis, & respectiva, quæ scilicet ad degradationem à judice ordinatur, & ipsa degradatio actualis, & realis, se habent sicut sententia, & ejus executio. Auraxo *tr. 1. q.* 1. *num.* 13.

Quod roboratur per particulam *in*, *ut assessor*, quæ non importat puram assistentiam actui solemnitatis, sed consilium, aut votum in causa. Quæ Decl. intelligentia est rationabilis, tam ob exposita, quàm quia *correctio juris est vitanda, quantum fieri potest*, quoniam *jura juribus concordare oportet.*

Cæterùm contra eam validam dat præsumptionem, 1. Pontificale Rom. quod fuit reformatum ab Urb. VIII. qui sciebat dispositionem Tridentini, & alias, si quæ erant; & tamen disposuit uti supra.

Secundò, verbum illud *posse*, quod significat libertatem assistentiæ, minimè necessitatem, & sic Abbates liberè possent assistere, quod esse falsum, satis liquet ex dictis.

Ex quo solidus formatur discursus: Certum est, Abbates necessariò requiri, ex jam ostensis; sed non requiruntur ad actum solemnitatis, seu actualem degradationem, ut jam constat, *ex n.* 4538. igitur requiruntur ad verbalem degradationem.

Denique *ex prop.* 2. ab Innoc. XI. damnata hæc sententia est à judice omninò amplectenda, cùm sit probabilior ob motiva, tam intrinseca, quàm extrinseca communis sequelæ Doctorum; & tutior, quatenùs non exponit periculo nullitatis sententiæ, in causa, & materia tam gravi. *v. num.* 108.

FORMA, ET SOLEMNITAS ACTUALIS DEGRADATIONIS

45 A1 HAbetur *in c. 2. de Pœnis in 6.* Constructo eminenti talamo ligneo extra Ecclesiam, ibi Episcopus cum suis assistentibus sedet, ibique aptatur mensa cum sacris vestibus, & instrumentis ordinum, quibus Reus induitur; sicq; indutus cum vase, seu libro ad suum Ordinem spectante, coram Episcopo compareat: Inde ab eodē coram populo dictis vestibus, & insignibus spoliatur, ordine præpostero, incipiendo scilicet ab ornamēto, quod in susceptione Ordinū fuit ultimum

mum; utendo in singulis spoliationibus, verbis terroris, oppositis eis, quæ in collatione Ordinis proferuntur; v.gr. in remotione casulæ: *Auferimus tibi vestem Sacerdotalem, & te honore Sacerdotali privamus.* In remotione verò ultimi instrumenti, quod in Ordinum susceptione fuit primum, dicit: *Authoritate Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ac Nostra, tibi auferimus habitum Clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni Ordine, beneficio, & privilegio Clericali.*

Non solum autem spoliatur vestibus, & insignibus Ordinum, sed etiam veste talari, aut habitu Religioso. Insuper raditur in capite, & si est Sacerdos, in manibus, idque ad terrorem tantæ condemnationis. Sic spoliatus signo calcei repellitur, & inde traditur, ac relaxatur judici sæculari, ut ejus jurisdictioni tanquam purè laicus subdatur. Inde per satellites ad Curiæ sæcularis carceres ducitur ultimo supplicio plectendus; Episcopus tamen à judice sæculari petit, ut misericorditer agat, & Reum circa mortis, vel mutilationis pœnam puniat. Arauxo *tr. 1. qu. 4 nu. 15.* Clericatus *cap. 153. num. 13.*

CRIMINA OB QUAE CLERICUS EST DEGRADANDUS, ET RELAXANDUS

4542 JUre Canonico sunt tria, 1. Crimen hæresis manifestum, *c. ad abolendam, c. Excommunicamus de Hæreticis, &c. 1. eodem tit. in 6.*

Requiritur, quòd Reus sit relapsus, vel negativus, seu impœnitens; convictus tamen per legitimos testes, etiam super credulitate, & pertinacia.

4543 Secundum est falsificatio litterarum Papalium, *c. ad falsarium. De crimine falsi.*

4544 Tertium est gravis calumnia proprio Episcopo illata, *c. si quis Sacerdotem 17. q. 1.* Requiritur incorrigibilitas. Gonz. *cum non ab homine 10. de Judæis;* Abbas *Ad si Clerici n. 37. eod. tit.* Suarez *de Cens. d. 30. sect. 2. n. 4.* De Castillo *de Const. tr. 15. d. 2. n. 24.* Qui addit, hoc esse commune cum crimini enormi, alioquin in Laico non pœna digno: *ut à. num. 781. ad 790.*

4545 Ex constitutionibus Pontificiis adduntur, 1. Sodomia frequentata: B. Pius V. *Const. 72. Horrendum illud,* 2. Clericus non Sacerdos Missam celebrans, aut Confessiones audiens, & absolvens: Clem. VIII. *d. 81 & si alias,* 3. Solicitans in confessione mulieres ad turpia gravitate excessiva. Greg. XV. *Const. 34. Universi,* 4. Monetarii, vel monetam condentes, aut falsificantes intra Italiam. Urb. VIII. *in suprema* anno 1627. *nu. 5.* Copulam sacrilegam, & frequentem cum Moniali habens. Pignatellus *to. 8. const. 42.*

Sed attendenda est praxis, nam in quibus nempè *in 2. & 3.* casu praxis est contra.

4546 Denique Phœbeus *lib. 4. nu. 1.* docet [Generaliter omne crimen enorme, quod sit dignum pœna mortis in laico, ubi per Ecclesiasticas pœnas corrigi non possit, licere, ut Clericus propter illud sæculari potestati tradatur: colligitur *ex cit. c. Cum non ab homine 10. de judic.* & notat Panor. *in cap. Clerici 4. eod. n. 39. & seq.* Laym. *in cap. 9. n. 9.* aliique apud ipsum.]

4547 Idem habet Joan. Dicastillo *n. 15. disp. 6. dub. 2. n. 25.* [Universaliter loquendo sive de jure, sive de consuetudine, docent non pauci Authores, degradari posse ob aliquod crimen nimis enorme, atque Reipublicæ valdè pernicio sum, tradiq; Magistratui sæculari. Panormit. *c. at si Clerici n. 39 & c. Cum non ab homine n. de judic.* Silvest. *verbo degradatio q. 2.* Tolet. *supra c. §. Tertia est. Armil. dub. 3.* Molina *disp. illa 49.* Exemplum

ret in homicidio non simplici, sed qualificato constat ex eodem c. *Cum non ab homine*. Item Parricidium, vel simile quid tali pœnæ dignum est Item furtum non simplex, sed aliqualificatum, ac sacrilegium; nam cùm his criminibus Ecclesia non habeat condignam pœnam, meritò reus judici sæculari remittitur.]

1448 Deinum *n.* 30. subdit [Pro praxi est tamen notandum, Magistratum sæcularem in mera crimenis merè Ecclesiastici, v. gr. in causa hæreseis, non posse cognoscere, & judicare de tali crimine; sed tantùm secundum latam declaratoriam sententiã à judice Ecclesiastico exequi, juxta *c. ut inquisitionis*, §. *Prohibemus de Hæret. in* 6, in crimine verò non merè Ecclesiastico potest petere à judice Ecclesiastico processum, ut illius justitiam cognoscat, & examinet, & deinde reum sibi traditum, suique fori effectum puniat. Ità Panormitanus *o.* 1, *n* 12. *de Offic. Ordin.*

Sed quantùm ad hoc, omninò, *vide dicta à n.* 4452. *ad* 4471. *maximè à n.* 4469. *ad* 4471. quibus me remitto, & ahhæreo.

De irregularitate, & pœnis, fusè agunt Pagnanus *lib.* 5. *c. ad audientiam, de homicidio*. Phœbeus *in instit. Canon. tit.* 18. & 19. & alibi *sub propriis titulis*. Mastrius *disp.* 13. *q.* 5. Leander *to.* 5. *de pœnis*. Tamb. *to.* 2. *lib.* 10. *tr.* 4. Gobat. *in experientiis tr.* 8. & *pluribus in locis*. Joannes di Castillo *de Censuris disp.* 6. & 7. Ant. à Spir. S. *de Censuris & Pœnis tr.* 13. Matthæucci *in Offic. Curiæ to.* 2. *c.* 8. *à pag.* 127. Mendo in suis titulis.

LAUS DEO.

EXA-